C. CORNELIJ TACITI OPERA.

INTERPRETATIONE PERPETUA
ET NOTIS ILLUSTRAVIT
JULIANUS PICHON ABBAS.

JUSSU CHRISTIANISSIMI
REGIS,
IN USUM SERENISSIMI
DELPHINI.

TOMUS PRIMUS.

PARISIIS,
Apud Viduam CLAUDII THIBOUST,
ET
PETRUM ESCLASSAN, Jurat. Bibliopol. Universit. ordin.
viâ D. Joan. Lateran. è regione Collegij Regij.

M. DC. LXXXII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

SERENISSIMO
DELPHINO.

AVTORIBVS *humanitatis omnibus*, SERENISSIME DELPHINE, *qui ad institutionem tuam, jussu Patris tui Regis Christianissimi, hactenùs editi sunt, tam amicè à Te exceptis*, C. CORNELIUS TACITUS *& ipse tuum au-*

det subire conspectum. Hunc si alij numero tanto & tempore antecesserunt, nihilominus se se humaniter à Te sperat esse admittendum; Neque enim id negligentiâ esse ab eo, sed consilio factum puta: Expectabat videlicet certam & quasi suam obsequij vicem; Expectabat dum artes omnes quæ ad humanitatem pertinent, suis quæque ornamentis mentem tuam egregiam expolirent; Expectabat dum corpus exercitationibus liberalibus regio & excelsissimo juvene dignis erudiretur, dum robur ætatis accederet, dum mens tua matura esset Imperio, uni ut arti artium, disciplinæ regnandi incumbens, progressus faceret uberiores. Hanc tibi disciplinarum omnium Principem ac Reginam, dum CORNELIUS TACITUS *tradere ambit,* SERENISSIME DELPHINE,

eum apud Te excipere non dedignaberis, utpote quem & Vespasiani ante Te & Titi & Domitiani, & Nervæ & Trajani coluerunt, & gratiâ suâ singulari complexi sunt. Non dedignaberis in ejus Te tradere disciplinam, qui per omnes gradus honorum evectus, in Imperio orbis terrarum consul obtinuit principatum, quique si non de genere Imperatorio magister, at certè generis Imperatorij in M. CLAUDIO TACITO *Cæsare parens & auctor exstitit. Quam fidem habere te oporteat ejus præceptis, vel ex hoc intellige, quod quæ suopte usu & experientiâ, optimâ regendi magistra, didicit, id sit traditurus. Et sunt quidam qui de Republica scripserunt, sed procul à Republica positi ipsi.* C. CORNELIUS TACITUS *non in umbra & scholastico pulvere, sed stipendiis per provin-*

cias emeritis, rebusque in Vrbe & Aula atque universo Imperio administratis edoctus est. Iulius Cæsar Commentarios de bellis à se gestis conscripsit, egregios illos quidem, sed in quibus disciplina regnandi parùm elucet; Neque tam ea quæ consilio, quam quæ viribus populi Romani sunt facta, comprehendunt: TACITUS *Historias Romanas sic scribit, ut non solùm ea, quæ publicè & in oculis omnium gesta sunt, recenseat, sed etiam, ita ut in ipsa consiliorum adyta, & in ipsa scientiæ regnatricis penetralia quasi manu ducat, arcanaque reconditissima sic enudet, quibus publicæ res geruntur, ut disciplinam Imperandi universam complectatur, ac clarè demonstret; Neque id operosiore curâ aut more & ingenio philosophorum, sed prudentiâ ipsa, factisque luculentissi-*

mis, & ipsis rebus gestis, atque exemplis Imperatorum, Regum, populorum adornat; quia nimirùm multò vehementiùs afficiunt aut virtutes, aut vitia quæ non philosophorum Commentariis consignantur, sed quæ in ipsis hominibus & in ipsis negotiis expressa cernimus. In Augusto fortitudinem ac prudentiam, in Vespasiano tolerantiam, in Tito liberalitatem, bonitatem in Trajano cernes; In principibus aliis, quid periculosum: quid exitiosum sit, ultro agnosces, & eò præstantiùs, quòd res & consilia in causis ipsis introscrutetur & detegat autor perspicacissimus. Quanti æstimarint TACITUM, *atque ejus præcepta sequentes principes, facilè hinc colligas, quòd* M. CLAUDIUS TACITUS *Cæsar, Augustus, & Imperator Romanus ei stirpem & originem suam debere glo-*

riatus sit, quod imaginem ejus in bibliothecis omnibus consecravit, quasi numen aliquod arcanæ sapientiæ religiosissimum; quòd in tabulariis publicis libros ejus exscribi ac reponi jussit, quasi communis gentium omnium nationumque doctoris Neque alio consilio factum esse putaverim, quòd lingua nulla sit, in quam versus non fuerit TACITUS, *quàm quòd principum omnium populorumque consensu, salus communis, & publica fœlicitas in ejus libris reposita esse videatur. Hoc autem oportet esse Tibi* TACITUM *acceptiorem, quòd olim in Gallia tua, & quidem Belgica, quæ maximè rectoris impatiens, obtinuit Imperium, & quod hìc forsitan ea ipsa meditatus est, & usu didicit, quæ scriptis mandaret, ac posteris relinqueret. Vt operam des Magistro tanto jam Imperij capax,*

SERENISSIME

SERENISSIME DELPHINE, *hortatur indoles illa excelsa, & verè Regia, quæ natum esse Te ad regendum, omnibus indiciis patet, & si Te ipse consulis, intimè sentis. Hortatur informatio illa egregia juventutis tuæ, in quam auctoritate* MAGNI *Patris tui, & Duce Montauserio, homines ingenio & doctrina præstantes hactenùs incubuerunt, imò editis eruditionis universæ autoribus, qui sæculis omnibus floruerunt, quasi è mortuis excitati videntur, qui vivis rectoribus juventæ tuæ, operam suam in tanto consilio commodarent. Artes illæ omnes quibus est excultus animus, tantum non probro vertant Principi erudito, nisi capessendæ Reipublicæ peritia magistro* TACITO, *simùl accesserit. Hoc unum in animo habuit clarissimus Dux Montaüserius, cum tuæ spei admotus*

est. Hoc Bossuetius præceptor amœnissimus atque disertissimus, ut tandem aliquando ad regnandi disciplinam Tibi viam sternerent. Hortatur & Te Consiliorum Regiorum ratio, in quibus jam cum optimo fortissimoque Patre, de rebus Imperij gravissimis deliberas. Intentos sane in Te Regum, Principum, Nationum, omnium denique mortalium oculos puta, suspiciunt omnes indolem præstantissimam, obstupescunt ad institutionem admirabilem, & jam, qualem quantumque orbi Principem illa hæc polliceantur, animadvertunt. Sed hic restat actus, ut scientia Imperandi, quod facis rebus in omnibus, omnibus antecellas. Patris tui Regis Christianissimi exemplum ingens, ingentem in peritia regnandi exigit attentionem. Magna contentione opus, ut te cum MAGNO

adæques, quantus fuerit bello Tu scis, quantus sit pace, vides; utroque decore laudatam antiquitatem superavit, utraque laude supra Imperatorum omnium Regum ducumque magnitudinem assurgit, tritas olim aliis, ad suorum fœlicitatem, ingressus est vias, sed alias idem aperuit, novas illas & pronas, posteritati omni & ipse futurus exemplo. Gratulatur sane Pater tuus Rex Christianissimus, quod in Te nomen suum illustrissimum, quod in Te, & per Te in nepotibus, qui nova Imperij Gallici munimenta sunt legionibus omnibus validiora, sanguinem suum Heroïcum propagatum animadvertit. Gratulatur quod jam jam regendi curas & labores secum partiri gestis. Sed quanto impensius gratulabitur, quando idem adultam in Te, & ut ita dicam, suam agnoscet

Imperandi facultatem. Hoc ut faciliùs præſtes, adeſt CORNELIUS TACITUS, *& quam operam exhibuit parenti, ut ad ſummam eam regnandi ſapientiam aſſurgeret, eamdem filio, ut in ipſo Regni fœlicitas augeatur ac propagetur, geſtit exhibere. In quo ſi meis diuturnis lucubrationibus & hac editione nova, adjumento fuero tanti autoris interpres, me, optimi, obſequentiſſimi, atque Principis & patriæ amantiſſimi civis ſubditique partes impleviſſe arbitrabor.*

JULIANUS PICHON.

PRÆFATIO.

MIRVM & fortè simile prodigij videatur, quod in tanta doctorum virorum multitudine, ab omni hominum memoria, unus fere repertus sit Phalereus Demetrius, qui teste Tullio, *mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque, non modò in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Nam &*, addit clarissimus orator, *mediocriter doctos, magnos in Republica viros, & doctissimos homines, non nimis in Republica versatos, multos commemorare possumus: qui vero utraque re excelleret, ut & doctrinæ studio & regenda civitate princeps esset, quis facile præter hunc inveniri potest?* Et multi quidem viri mediocriter eruditi, commentarios rerum à se gestarum scripserunt, quibus nihil utilius ad Historiam fingi aut excogitari potest. In his Cornelius Sulla Dictator, Divus Iulius, Augustus ipse bre- De Legibus lib. 3.

viarium Imperii & memorias rerum à se administratarum conscripsit. Tiberius item Cæsar, Mutianus ter consul. Idem decus sibi vindicarunt & feminæ principes, Augustæ ipsæ, Iuliæ & Agrippinæ. Hi certe in regenda Republica præcipui & prævalidi res composuere, sed sine ornamentis historiæ, atque illi mediocriter, docti & quantum licebat viris principibus, eruditi, quibus affectus, mores, ingenia hominum & negotia ipsa pro præcipuis studiis attribuuntur; nisi si forte aliquando literarum otio, negotia tantisper, exemplo Scipionum dispungant. Alii qui alia studia tractarunt, aut historias conscripserunt, vix, & forte ad breve tempus Rempub. attigere. Vnus Polybius ex antiquis, mihi hanc utramque & literarum & Reipublicæ tractandæ artem percepisse & penitus hausisse visus est. Itaque unus ille comparari possit cum nostro Tacito. Quippe Polybius ex parente, qui in Republica sua princeps esset, ortus, & in ipsa literarum studiorumque arce Græcia enutritus, atque institutus erat; & vix ille ex ephebis excesserat, cum ei legis annariæ gratia facta est apud Achæos suos, & legatus in Ægyptum missus est, unà cum Lycorta patre suo & Arato Arati filio. Mox deinde Romam advectus est,

cum Respublica illa præcipue floreret armis, præliis, institutis, virtutibus, opibus, cum bellandi & imperandi arte inprimis excelleret, testis ipse facinorum Scipionis, Lælii, & ipsorum Pœnorum, ipsiusque Hannibalis, cum ipse urbes, obsidiones, ipsa castra præsens spectaret; cumque sic omnes belli & vicissim pacis artes perdidicisset sub tantis ducibus, ac magistris, tum his subsidiis auctus ille componere historiam aggressus est. Sicque præstantissimi historici partes sustinuit implevitque, & summam eam gloriam toto orbe facile assecutus est. Vere Attica apis Xenophon & Hymettio melle dulcior ejus eloquentia. Sed arma semel tractavit ille, & hanc unam Reipublicæ partem attigit. Et illa Cyri institutio, quid nisi imagò & effigies historiæ, non historia; ut Respub. Platonis delineatio est Reipublicæ, non Respublica. Quid ille receptus celeberrimus decem millium, quibus abscedentibus non hostes, nisi inertes, aut pagani occurrebant? Quid universa Græcia ipsa, si comparetur cum Repub. Carthaginensium, cum Republica Romana, quæ singulæ septingentas naves armabant, instruebantque ad prælia, quæ tot myriades hominum invicem straverunt, profligarunt, confecerunt, quæ se tot præliis, tot

cladibus ac vulneribus prorsùs pervicaces, tandem, ut pote æmulæ Imperij, se usque in exitium adflixere. Quid hoc idem præ vi Romana sub principibus, quid cum tot provinciis armatis, cum triginta legionibus, cum tot Regibus Imperio Rom. inservientibus, ita ut ipsi Reges & inter instrumenta servitutis essent? Iuba Rex, & Plinius vir consularis multa historiarum volumina conscripserant, sed quæ adversis fatis intercepta sunt.

Itaque nobis relinquuntur duo, ab orbe condito, perinde summi viri in historia & in Repub. gerenda, Polybius & Tacitus. Nec alius veras artes optimi scriptoris nobis delineare atque exprimere perfectè potuit, quam ipse Polybius, qui Tacitum æmulum gloriæ suæ, multis ante annis habuisse præ oculis visus est, cum sic olìm scriberet hist. lib. XII. *Dicebat olim Plato, tunc fore beatas res hominum, quando vel Philosophi eßent imperaturi, vel Reges Philosophiæ studiis vacaturi. Ego quoque dixerim, bene tunc historiæ fore consultum, quando viri politici, qui res gerunt, historias scribere seriò, non quasi aliud agentes, instituerint, persuasi rem eam summam eße, & è maximè neceßariis ac pulcherrimis; atque ita se illi studio applicuerint, ut per omnem vitam illud*

non

non ponant, aut qui conscribendas historias suscipiunt, in animum induxerint, omnino ei negotio pares se numquam futuros aliter, quam si prudentiam longo rerum usu quæsitam sibi paraverint. Quod priusquam eveniat, qui historias conscribunt, nullum multipliciter errandi finem facient.

Quem putas loqui? an virum unum, an unum è multis, qui in solitudinem & umbram se abdiderit? Cum audis Polybium, crede mihi, loquuntur Scipiones, Lælij, Massinissæ: loquuntur & ipsi Hannibales, Asdrubales, Barcæ & alia prævalida hujusce ævi & militiæ nomina. Quis loca, montes, amnes, saltus, oppida, urbes, civitates, itinera præliorum, & acies ipsas accuratius describit ipso Polybio. Quis enim rem militarem hujusce ævi, quis Castrametationem, Tacticam & cætera belli instituta prisca, doctius aut solidius expressit? Quis ipsa consilia ducum, & ipsas rerum caussas altius scrutatus est? Quis principia, originem & incrementum Rerumpublicarum; quis & illarum fata & exitus clarius ante prævidit? Multis ante annis præmonuit, quæ manerent fata Rempublicam Rom. adeo clare viderat eventus rerum in ipsis caussis. Sciebat iisdem principiis constare, conservari & augeri Respublicas, nempe æquitate, innocentia, industria, & cæteris bonis arti-

bus; & contra luxu, libidine, sævitia, & aliis ejusmodi flagitiis easdem destrui atque subverti. Quod ab omni ævo, & de omni Republica certissimum est.

Cum laudo Polybium, laudo Tacitum, simul & comparo. Nam quod præscivit, quod vidit Polybius in statu populi & principum, seu optimatum; hoc idem Tacitus in Imperio unius. Quod Polybius in Aristocratia Rom. temperata nempe ex potestate Consulum, Senatûs & plebis seu tribunorum; hoc Tacitus in Monarchia scivit, vidit, providit. Vtrumque igitur autorem, suadeo legant viri Rempublicam capessentes. Ambo quippe ipsi, omne genus Reipublicæ omnem dominationis speciem, sua cura complexi sunt.

Ex illis utrisque disces laborem, industriam, fortunam, constantiam, virtutem Disces quid sit pietas & jurisjurandi religio, quæ sit vis & conscientia bene actæ vitæ, quæ & quantæ sint opes partæ bonis artibus. Disces quid sit pervicacia in bellis, in præliis, in cœptis, etiam adversante cœlo saloque, disces simul certas & perpetuas flagitiorum suppliciorumque vices, sic voluente & regente, quasi per orbem, divina providentia, quæ clavo trabali & vinclo quodam adamantino, talia inter se, licet quandoque se-

rius ipſa connectit. In hoc pares & ſimiles hi autores, quod eadem fata, eaſdem temporum injurias ambo perpeſſi ſunt, utriuſque lacerati libelli omni injuria, atque interpolati multis locis.

Si utrumque autorem haberemus integrum atque illæſum, longiores certè hiſtorias; at non perfectiores deſiderare liceret. Si non perpetuum aut continuum hiſtoriæ orbem, at certè omne genus memoriæ, generi humano utiliſſimæ, ambo complecterentur.

Repete animo & accommoda Tacito noſtro, ea quæ de Polybio diximus, aut adduximus. Certe, cum loquitur Tacitus, tum loquuntur Cæſares, Principes, Proceres, Senatus, Legati civitatum, & omnium univerſi orbis gentium. Audis tum Senatores vetuſtiſſimos illos, quaſi tot Reges, concionantes in Senatu. Audis tu Piſones, Aſiaticos, Senecas, Soranos, Thraſeas, Helvidios, Arulenos, & alia priſca gloriæ & Imperij Romani decora. Et quo putas ævo? eo quo ſpirabat etiamtum libertas, quo excelſa illa atque animoſa indoles Romana vigebat adhuc. Reſtant adhuc priſcæ tabulæ marmoreæ, quibus inciſas legimus orationes Principum, in Senatu habitas. Compara cum Tacito, & ipſe totam digni-

tatem, ac majestatem augustissimi ordinis & optimorum Patrum in eo agnosces, & agnoscendo mecum veneraberis.

Mirare igitur hìc eloquentiam, doctrinam, prudentiam, belli pacisque artes eximias omnes. Sed hoc præcipue mirum & præstantissimum in Tacito est, quod acriter perrumpit animos quoscunque, quod pervadit arcana, consilia omnia; quod motus affectusque hominum intus & in cute novit; quod ingenia prudentum & vulgi, principum populorumque apprimè distinguit, pandit, enudat, eviscerat. Et qui semel hoc adeptus est, sive lectione & doctrina, seu rerum usu & experientia, sive utroque modo, quod perfectius est; is certe summam rerum attigit, & clavum Reipub. atque historiæ tenere facile, & tractare fœliciter potest.

Hæc tria, ut uno verbo dicam, perfectissimè Tacitus obtinuit; nimirum, ut ingenio esset summus Politicus, facundia summus orator, & rerum experientia sapiens & summus Philosophus. His tribus in uno homine conspirantibus, haud dubiè non potuit non esse ille summus & omnibus numeris absolutus historicus. Quod certè præstantissimis ingeniis, jam ipsius ævo facile agnoscebatur. *Auguror*, inquit optimus hujusce rei

assertor Plinius, *necme fallit augurium, historias tuas immortales futuras. Quo magis illis, (ingenue fatebor) inseri cupio. Nam si esse nobis cura solet, ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, nonne debemus optare, ut operibus similis tui scriptor, prædicatorque contingat?* Lib. 7. Epist. 33.

Quam eleganter, quam graphicè tabellam, speciem ac faciem cujusque sortis hominum exprimit, atque, exhibet! quanto ingenio ingenia ipsa pingit! Pictor est non operum, non rerum, sed morum, & ingeniorum. Colorem invenit ille animis, hic lineamenta mentibus adumbrandis excogitavit.

Qua arte, qua incitante natura, dissimulationem, abstrusam sævitiam, & occultas libidines Tiberij exagitat! Qua impetum & vesaniam Caij Cæsaris! Qua stuporem & stoliditatem Claudij, qui servulis & uxoribus ludibrio fuit, dum ipsi totus orbis inserviret! Qua severitate arguit turpem & pudendam parcimoniam Galbæ, dum tribus magistris dominationis, ipso Cæsare ditioribus, quasi Pædagogis, obtemperat, imperij incapax senex, qui neque se, neque domum regere posset. Nam ante, *quod segnitia erat, sapientia vocabatur; & capax imperij* visus erat, *nisi*

imperasset. Qua facundia Callistos, Pallantes, Narcissos, Polycletos Helios & similia fortunæ jocantis prodigia adumbrat! Qua Tigellinum Neroni Principi dominantem, novosque ejus sævitiæ & libidini stimulos addentem! Quo penicillo pingit novum Messalinæ hymenæum, vindemiam, lasciviam & mollem exitum! Qua manu urget imperium *adductum & quasi virile* Aggrippinæ, & *nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret!* Qua delatores & alia id genus aulæ, curiæ ac Reipub. dehonestamenta, & generis humani flagitia divexat! Quam apertè invehitur in Legatos illos & Rectores Provinciarum, qui socios depeculantur! quam verè arguit nobiles feminas, socias, ut itinerum, ita & criminum maritis conscias. Quam verè Chaldæos, Mathematicos & ejusdem fraudis homines vocat, *genus infidum dominantibus, quod semper vetabitur, semper retinebitur.* Quam prudenter increpat superba illa ingenia & pervicacia adversus imperitantes! quam rectè & sapienter ferociam illorum retundit, qui *contumacia & inani jactatione libertatis famam fatumque provocant. Sciant*, inquit, *quibus moris, illicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor*

adſint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, ſed in nullum Reipublicæ uſum, ambitioſa morte inclaruerunt. Quam rectè ſuadet ſubditis obſequentiam erga dominantes. *Tibi,* (Principi) inquit, *judicium dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt.* Quam prudenter vetat ſcrutari majeſtatem! *Abditos principis ſenſus, & ſi quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps, nec ideo aſſequare.* Quam procul amandat adulatores & principum corruptores! cum ſic conſulentem filio ſuo principem natu grandem inducit, *Fidem, libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, tu quidem eadem conſtantia retinebis, ſed alij per obſequium imminuent, irrumpet adulatio, blanditiæ peſſimum veri affectus venenum; ſua cuique utilitas. Etiam ego ac tu ſimpliciter inter nos hodie loquimur, ceteri libentius cum fortuna noſtra, quam nobiſcum. Nam ſuadere Principi quod oporteat, multi laboris: aſſentatio erga Principem quemcumque ſine affectu peragitur:* cujus indolis ſunt hi genus purpurati, qui ſæpius *obvio obſequio privatas ſpes agitant, ſine publica cura.*

Quam ſapienter vexat exprimitque infidum aulicorum genus, & quam lubrica res ſit gratia dominantium, cum aula quippe & rebus quis

amovetur, statim omnibus, & amicis ipsis invisus. *Nihil*, inquit, *rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ non sua vi nixæ. Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas fœminas, amore, an odio incertum.*

Quam recte adumbrat infensam virtuti pravitatem, fraudemque maligne laudantium, specie honoris ad perniciem. De Agricola. *Crebro per eos dies* apud Domitianum *absens accusatus, absens absolutus est. Caussa periculi non crimen ullum; nec querela læsi cujusquam, sed infensus virtutibus princeps, & gloria viri, ac pessimum inimicorum genus, laudantes.* Mox addit: *dum optimus quisque libertorum amore & fide; pessimi malignitate & livore, pronum deterioribus principem exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum, in ipsam gloriam præceps agebatur.* Boni amore boni publici, mali invidia; sed specie tamen honoris, illum aula amovebant, & novis periculis exponebant.

Hoc ultimum addidi, ut compararem, ac distinguerem præcipue aulam Regis Christianissimi. Nam certe, non satis eminent, aut inclarescunt boni principes, nisi oppositi: *Et si non adulatione*, inquit Plinius de Optimo Trajano, *specie tamen*

adulationis abstinui, non tamquam liber & constans, sed tamquam intelligens principis nostri, cujus videbam hanc esse præcipuam laudem, si nihil, quasi ex necessitate decernerem. Recordabar etiam plurimos honores pessimo cuique (Principi*) delatos, à quibus hic* Optimus *separari non alio modo magis poterat, quam diversitate censendi.* Plin. Ep.

Erat *adulatio* in Plinio Consule laudante Trajanum, & decernente honores optimo Principi, sed non erat *species adulationis*, quia vera & justa ea laus, quia verum decus, & quod merito decernebatur, & idcirco vera oratio ipsius Consulis. Necessitas fuit consuli designato decernendi honores cuicunq; Principi, sed optimo nihil talium, quasi ex necessitate decernebatur. Et, si bene advertis, universa oratio panegyrica Consulis Plinii, tota quanta est, mera & una oppositio est mali principis Domitiani cum Optimo principe Trajano. Omnia vitia & flagitia superioris dominationis perpetuo exagitata & comparata videas cum virtutibus & eximiis artibus præsentis aulæ, quæ tota immutata, quæ divina & è cœlo veluti delapsa subito visa est. Quippe *talem esse principem decuit, quem propitia & exorata terris numina dedissent.* Plin. Paneg.
Hoc idem sentire ac censere debes de MAGNI aula

& de MAGNO ipſo, qui vere bonus, vere optimus princeps, & vere à Deo Galliæ datus, & bono publico natus eſt.

Habet hoc indoles vulgi, habet hoc ipſa fama, quod bonitas dominantium, & ipſa benefaciendi virtus videatur quaſi debita populis, & ſit quaſi propria & inſeparabilis neceſſitas in imperitantibus, ſicque optimi dominantes, quaſi perfunctorie obſervantur leguntur que Nec, ut diximus, ſatis noteſcunt, aut elucent boni Principes, niſi comparati. At contra, ſi quæ culpa ſit, ſi qua commiſſa imperitantium, ſtatim acriter advertunt omnes, ſtatim invehitur è vulgo turba, item ad caſus & exitia illorum advertunt, fere eo ſtupore, quo delinquentem ſolem ſuſpiciunt imperiti & attoniti barbari. Præſenti bonorum virtuti invident, quam dein mobilitate ingenii ſublatam deſiderant. Nec unquam ſatis fruuntur bonis præſentibus, niſi eas opes memoria hiſtoriaque doctorum virorum cum ſuperioribus temporibus comparet, evulget, ac prædicet.

Hæc duo oppoſita mirè & diviniſſimè nobis tradiderat Cornelius Tacitus, nempe flagitia, & malas artes ignavorum principum, in Caio, Claudio, Nerone, & ſimilibus portentis; dein & optimorum principum decora in Veſpaſiano, Tito, Ner-

va & Trajano. Prima cura Taciti nobis relicta est magna ex parte, at altera quæ melior, non forte elegantior, injuria fati & temporum fere tota intercepta est. Pauca quædam Vespasiani, Titi & Trajani restant, amore & admiratione dignæ tamen reliquiæ; at si fata voluissent, quot & quantas virtutes; quot & quanta facinora egregia Titi, Nervæ & Trajani nobis adumbrabat ille, quæ priorum Principum flagitiis opponerentur! Quam bene, ut in rebus & in imperio, ita & in historia Taciti dici potuit, quod *ante paucos, quam occideretur* Domitianus *dies, Cornix in Capitolio elocuta est*, ἔσται πάντα καλῶς, quod ostentum sic interpretati sunt,

Est bene, *non potuit dicere, dixit*, Erit. Sueton.

Hoc dico, quia Tacitus bene de bonis, de malis secus scripsit, quia nempe ille inter bonos & bonus, cumulatus honoribus, opibus, præmiis. Ille quippe primum procurator Cæsaris, dein Quæstor, Ædilis, Prætor, mox ille & Consulatum obtinuit sub optimo Principe, ita ut succederet in Consulatu Verginio Rufo ter Consuli, viro plusquam triumphali, plusquam Principi, qui Principatum sibi toties oblatum toties recusavit, quem & Tacitus consul defunctum pro Rostris laudavit; quod decus, ut summam fœlicitatem

In Epist. contigisse Verginio facunde prædicat Plinius. Fuit itaque inter bonos Tacitus, qui juvenis inter illustres fuit nobilitatis Equestris, qui duxit uxorem Decidianam spendidam fœminam, Agricolæ tum Consulis, dein & triumphalis viri filiam unicam, qui sacerdos Quindecimvir & Prætor ludis sæcularibus Domitiani interfuit, (tum historiæ soli nobiles satagebant.) Iam nobilitata ejus virtus erat sub malo dominante, sed mox fama longe magis inclaruit sub optimis Principibus. Tum enim inter bonos, inter optimos, & clarissimos cives, proceresque enituit. Cui famæ & virtuti adstipulatur bonus
Lib. 4. Epist. 15. ipse Plinius. *Si quid omnino*, inquit, *hoc certe judicio facio, quod Asinium Rufum singulariter amo. Est homo eximius, & bonorum amantissimus. Cur enim non me quoque inter bonos numerem? Idem Cornelium Tacitum (scis quem virum) arcta familiaritate complexus est.* Vides itaque Tacitum bonum, amatum bonis, simul & bonorum amantissimum. Quod affero, quia sunt semiscioli, & quidam forte etiam viri docti, gravitatem, seu gravitatis imitationem asseverantes, qui aliter judicant; qui Taciti scriptis & studiis, forte & moribus obtrectant, sed scriptor certe res ipsas non facit, supponit

illas, ut ſunt, componit, ordineque digerit.

At mentem & conſilia hominum ſæpius prave & inique interpretatur Tacitus. Quid mirum! Quaſi vero pravitas parentium mortalium, & ſæpe ipſa ingenia dominantium non huc ultro ferant atque impellant! Et hoc non temere Tacitus, imo ut ſciens & gnarus rerum, ut prudens tot aularum, totque diverſarum dominationum, quas ipſe viderat atque expertus erat, & quarum magna pars ipſe fuerat. Iſti umbratici obtrectatores quid? Hi neſcii doli & innocentia fere ſocordes. Repete animo quæ dixi de ſequentibus Principibus, qui boni fuerunt, quos ſi Taciti manu expreſſos haberemus, quot virtutes, quot eximiæ artes eniterent! Quale & quantum militiæ decus! Quantus vigor legum & diſciplinæ! Quanta virtuti & gloriæ ſpatia aperta! Quam boni altius evecti ornatique! Quanta rerum vice mali exploſi, ac metu & ſordibus conflictati!

Nec audiendus, imo deſpiciendus vir ille, licet eximie doctus, qui amore & admiratione Polybii, quem Latine verterat, æſtuans, longe infra deſpicit Tacitum noſtrum, imo & vituperat; quia nempe non noverat ſatis. Dicere præſtabat, fuiſſe meritum utriuſque autoris ingens & egregium, fuiſſe in materia diſpari mirum ingenium amborum. Quod

mirum eſt & ampliſſimum, utriuſque ævo, in utriuſque materia & hiſtoria, jam videri, jam perſpici potuit totum, quantum late patebat, & patere potuit ingenium mortalium, in omni arte & doctrina. Iam fata ipſa inter tot bella, inter tot tantaque prælia totius orbis, ad cædes mutuas conſpirantis, ingemiſcebant laborabantque, quaſi anxia & ægra, cum parturirent populum imperii *rerum*que *Dominum*; ut & laborarunt mox eadem fata, cum cogitarent molirenturque principem generis humani. *Tanta molis erat Romanam* gentem, cæteris gentibus dominantem *condere!* Polybius priſcam Rempublicam liberam, veterem populum Romanum apprime ſcivit, remque militarem & caſtrenſem, aliaſque pacis artes, rituſque veterum, ſeu Græcorum, ſeu Romanorum.

Tacitus perinde ſcivit rem Rom. principibus inſervientem, libertate oppreſſa. Politiam illam & ingenia Regum, Principum & Nationum altius forte ſcrutatus eſt. Si comparentur in cæteris, puto, ingenio acrior, gravior, & eloquentia longe validior Tacitus videbitur, etiam ſi Græcè legeretur Polybius. In hoc illos tantum comparare volui, quod ſint utrique multo rerum uſu experti ſcriptores, quod ſint magni & egregii ambo in hiſtoria

magiſtri. ſuas quiſque virtutes, ſua quiſque decora habet, licet diverſa; ſed male laudatur autor alter ex vitiis alterius quæ ſunt falſa & commentitia, ut infra demonſtrabimus.

Hæc item alia paulo ante prædiximus, ut pateat, Tacitum noſtrum omnis generis tabellas ſapienter & graphice expreſſiſſe, ſervorum, libertorum, dominantium, miniſtrorum, ipſarum & feminarum principum, ſenatorum, delatorum, aulicorum, ſalutantum, hujuſque generis hominum, qui in omnem libidinem venales, turpis originis principia peſſimis artibus propellunt; ita ut nulla ſors, nulla facies cujuſcunque hominis ſit, aut cogitari poſſit, quàm non aliqua ejuſmodi tabella Corneliana, imitetur, exprimat, reddat, referat; ita ut omnis mortalis ingenij ſpecies in eo adumbrata clare & ad vivum expreſſa videatur; Ita ut in ejuſmodi ſimulacris, velut in ſpeculis clariſſimis, vel ut in lympidiſſimis fontibus ingenij & eloquentiæ, ſe quiſque ipſe, aut ſocium ſuum intueri clare & perſpicuè poſſit.

Duodecim principum compoſuit hiſtoriam, ſed in iis omnium fere mortalium, omnium dominantium ingenia moreſque amplexus eſt. Spatium centum annorum memoriæ tradidit, ſed eo curriculo mille annorum, aut potius æterni-

tatis ipsius amplitudinem inclusit. Et certe quotidie suboriuntur, *magis alij homines, quam alij mores*. Orbis & veluti circulus est historia egregiè composita. Itaque jam mortalium alij immortali decore ornati boni nempe, alij jam viventes videntesque, perpetua & numquam abolenda in posteros infamia, tanti Consulis edicto & imperio, notati atque inusti sunt.

Tacit. Histor.

Eadem enim ingenia, similia negotia recurrunt, pares artes, paria flagitia, quasi per orbem & certas vices. Eadem sunt elementa, ex quibus constant homines, eadem principia ex quibus incipiunt, crescunt atque adolescunt civitates, Respublicæ, dominationes. Eædem sunt & causæ, quibus ipsarum opes dilabuntur, ruuntque ipsæ in exitium, quocunque ævo & tempore, cum proportione & pro ingenio cujusque gentis ac nationis.

Exprobrant tamen Tacito multa & inprimis inscitiam linguæ Latinæ & quasi rusticitatem. O homines ineptos & insanos! Quod ad verba & dictionem spectat, totus Sallustij, totus Livij est Cornelius Tacitus; prisca verba & instituta ex antiquitate, ut illi ipsi, repetit: ut sic gravitatis simul & novitatis gratiam, ex sacra illa & veneranda vetustate aucupetur. Quod spectat ad phrasim, modum dicendi, aut eloquentiam ipsius, certe

non

non diffiteor, differre ipsam à Ciceroniana; & quidem quantum differebat ætas Augusti ab Traiani sæculo; quod vitium non hominis propriè, non auctoris, sed ætatis videatur. Non habuit certè Tacitus eloquentiam Tullij, aut ævi Augustæi, sed habuit eloquentiam sui sæculi, quæ longè delicatior, elegantior, & excelsior palato magistrorum, qui malèsani, rudes, & barbari (dicere audeam) præ equisone aut colono ipsius Taciti. Scio datum fuisse crimini Plinio juniori, sub Domitiano Principe, quod *æmularetur Ciceronis facundiam*, nec esset *contentus eloquentia sæculi sui.* Quasi vero lingua aut eloquentia Latina desjisset jam sub Tito, sub Trajano! vigebat adhuc, sed non æque pura, casta, scita, venusta aut copiosa; vigebat tamen adhuc. Qualis quantusque fuerit in studiis, & in ore omnium mortalium quam multis locis prædicat Plinius: *exprimere non possum*, inquit, *quam sit jucundum mihi, quod nomina nostra, quasi litterarum propria, non hominum, literis redduntur.* Si quando oriretur sermo de studiis, de literis, statim animo occurrebat, statim in ore hominum erat Tacitus, usque adeo inclaruerat fama illius ingenij & eloquentiæ, ut nomen ipsius, ut & Plinii; nomen studiorum, no- In epist.

men ingenij, & eloquentiæ & ipſarum literarum eſſet.

Certe brevis, abſciſſus, & velut abruptus à ſe ipſo eſt Tacitus, præcipuè in concionibus, æmulatione Thucydidis, vel forte ſuo ipſius genio & exemplo. Suſpendit ſæpè legentis animum & ſic magis ſtudioſum attentumque habet. Multa rerum magna ex parte ſilet, ſibique retinet, at ex ſilentio illo arcano, ex illa ſumma brevitate, ut naſcitur obſcuritas; ita & gravitas ſuboritur. Nam σεμνῶς loqui amat Cornelius, autore eodem Plinio, & illa gravitas dicendi, illa dignitas, illa majeſtas maximè decet hiſtoriam & hiſtoricum. At in illa brevitate, gravitate, aut etiam ambiguitate ſermonis, hoc ſervat tamen Tacitus, ut unum verum, certum & determinatum ſenſum habeat, ſi benè & rectè intelligatur; Quod non datur omnibus, aut ſtatim.

Exprobrant etiam Tacito errores in hiſtoria; ſed errores illi, aut communes ſunt omnibus omnino mortalibus, aut certè Ethnicis authoribus, & omnibus hiſtoricis, ad quos non permanat veritas pura, caſta, ſancta, ſed ore vulgi inertis & inſulſi polluta, aut etiam variis diſſidentium auctorum ſcriptis memoriiſque lacera diſciſſaque

in partes. Etiam quia ſub principibus Reſpublica, non niſi paucis cognita fuit.

Objectant etiam ipſi Religiones ignoraſſe, & obtrectaſſe. Quid mirum in tanta perverſitate Iudæorum libros ſuos occultantium, aut etiam odium & contemptum generis humani profitentium. Nec certe credidiſſet ſacris Codicibus Ethnicus etiam ſi legiſſet. quaſi vero Ethnicus non Ethnico ingenio ſentiat, ſcribat, aut etiam ſomniet! quid mirum, ſi Tacitus aut Suetonius ſuo ævo, uterque Ethnicus, idem ſenſere, quod Cicero, Cæſar, Salluſtius, Seneca, uterque Plinius, & cæteri Ethnici!

Hæc de ſcriptis Taciti & Tacito ipſo. At nunc etiam de cura, & ſtudiis noſtris ad Tacitum dicendi neceſſitas incumbit, & operæpretium videtur. Itaque reſtituere & vindicare Tacitum Tacito, illumque elucidare ac illuſtrare pro virili parte conati ſumus. Quod ut aſſequeremur, textum ipſum Taciti ſedulo interpunximus, ac diſtinximus; &, ſi quæ maculæ inhæſerant, ex culpa aut oſcitantia librariorum, indignæ tanti auctoris genio ac ſtilo, eas eluimus, atque abſterſimus. Igitur pauca quædam verba reſtituimus textui, adjuti hiſtoria, ſenſu auctoris, ratione, & auctoritate priorum interpretum; idque, non niſi poſt

ſolidum, & accuratum examen.

Quædam etiam verba reſtituimus iis locis, quæ perperam correxerant vetuſtiores interpretes. Nam ſi quid minus placebat in verbis, aut in ſenſu auctoris, ſtatim confugiebant ad correctiones, & ad varias lectiones, quæ, ut ſæpe fictitiæ & commentitiæ ſunt; ita & ſenſus qui ex iis elicitur, falſus atque ineptus eſt. At certe longe præſtabat, intelligere Tacitum, quam toties corrigere; & nobis hoc fixum atque immotum fuit, ut quoties commodus ſenſus elici & exprimi poſſet ex veteri lectione, toties nihil movendum cenſeremus. Adfigebant etiam aſteriſcos ſeu ſtellulas pleriſque locis, quaſi multa deeſſent, ſicque funeſtis veluti cometis abſterrebant lectorem, quaſi per vias perpetuis lacunis & ſcopulis infeſtas incedendum foret, cum tamen ſæpe nihil deeſſet ſenſui, aut verbis Taciti. Itaque terrifica illa aſtra & maligna lumina, pleriſque locis extinximus; ſtellas illas horrentes eraſimus; poſtquam nempe nos ſententiam auctoris altius & penitus ſcrutati, tandem non ſine multa cura eruimus ac reperimus. Et dicam vere, ſed modeſte tamen, ſive conſtantia ſtudii, ſive fœlix fauſtaque induſtria adfuerit nobis, multa inveniſſe, quæ apud Tacitum hactenus ignorata erant, ex quo tempore

ſtudia & literæ inſtaurantur in noſtra Europa. Sic ſedula opera incubuimus, ut purior, inluſtrior, atque excelſiſſimo Principe, tandem & ſua fama dignior tantus auctor in lucem prodiret. Itaque paucæ nunc hærent maculæ, pauci aſteriſci, & non niſi locis conclamatis, & quibus nulla forte ſpes ingeniis relicta eſt, prout nunc ſunt exemplaria & manuſcripta. Vtinam diligentiores, aut fœliciores ſint poſteri in reperiendis melioribus, aut inſtaurandis ſolertius, quæ ſuperſunt.

Multum tamen debet auctor noſter prioribus interpretibus, neque enim fraudandi illi ſua gloria, qui reſtituerunt multa loca Taciti, quæ ita deformata & lacerata erant, ut vix Tacitum in ipſo Tacito agnoſceres. Et, ſi intra modum ſtetiſſent boni Critici, omnem laudem palmamque univerſæ gloriæ retulerant. Notas illorum ſedulò legimus atque ſelegimus, nempe poſt plurimam variamque lectionem veterum auctorum, qui ab his laudantur; ut ſic puras in ipſis fontibus lymphas hauriremus; multas tamen reliquimus, quæ aut ſuperfluæ, aut à ſenſu auctoris alienæ videbantur, quia reſpondere omnibus haud promptum. Itaque, ſi quando, aut varias lectiones, aut notas priorum interpretum hinc abeſſe vides, ſcito eſſe

examinatas summa cura, & consulto omissas.

Attamen multas etiam attulimus, quæ aut parum idoneæ, aut etiam falsæ videbantur; quia nempe speciem veri & auctoritatem virorum doctissimorum præferebant; quia sic etiam melius veritas elicitur ex oppositis, & debuerunt hæ velut in acie disponi, atque ordinari, ut sic revinci ac refelli facilius possent. Quia etiam suum quisque judicium habet, & fortè nemo unus satis locuples auctor, aut satis idoneus arbiter in tanta caussa, ut nempe in ea summa brevitate & ambiguitate auctoris, litem usque adeo difficilem, solus disceptet ac dijudicet. Itaque lectori ipsi liberam judicandi facultatem relinquimus, ut etiam ipse ponderatis pensitatisque sententiis, novum aliquid reperiat, ac superaddat. Quod adhuc fiet in explanatione & in decus Taciti, ut conjicere est; nisi posteri ad pravas aut vesanas artes iterum deflectant. Quod ominari nefas ævo florentissimo, ac fœlicissimo Galliarum Regis Ludovici Magni, Excelsissimi Filii & Nepotum ejus, qui nova subsidia munimentaque imperii, jam severos Reip. Literariæ, cæterarumque optimarum artium vindices ac patronos ferunt ferentque; quod decus & cæteri nostri orbis Principes, eorum exemplo, & more æmu-

lantur, atque æmulabuntur.

Notas illas, si quando longiores, coarctavimus, in compendium misimus, & quandoque elucidavimus. Si quæ loca autorum veterum Græca tantum erant, Latine interpretati sumus; ne quem minus peritum morarentur, aut fatigarent.

Si quæ adhuc longiores & molestæ videbuntur, jam cogita Tacitum, cogita genium illius perplexum, ambiguum, abstrusum & æmulatione Thucydidis, aut Sallustii abruptum abscissumque. Certe ex brevitate nascitur obscuritas; sed ex utraque oritur illa gravitas, seu majestas historiæ, quam præcipuè sibi vindicat Tacitus. Hoc tamen utilitatis ex ea brevitate seu gravitate percipies, quod plura & majora, & jucundius & reverentius discis, ex his quæ silet, quam ex his quæ alii loquuntur. Silentium ejus mire facundum, imo sacrum, arcanum & augustum, & præ aliorum eloquentia suspiciendum ac verendum. Tot verba, tot oracula, quot sententiæ, tot arcana sanctiora dominationis. Spernit impatiens moræ Tacitus conjunctiones ac præpositiones, & alia quædam, quæ per mentem suppleri facile possunt, quæ tamen ausi sunt priores magistri, pro suo captu & palato inserere textui, temera-

ria & facrilega manu. Talia quippe fubintelligi apud Tacitum, non legi debent. Hoc non unus veterum ufurpavit Tacitus; nam fic Plutarchus: *Platonem culpemus, quod conjunctiones & præpofitiones, aliaque id genus omiſerit; non enim ex his oratio, attamen eorum opera, neque fine his poſſe confici videtur.* At fic Suetonius de Augufto quem laudat, quod aliter fe gefferit: *Præcipuamque curam duxit, ſenſum animi quamapertiſſime exprimere. Quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque præpoſitiones verbis addere, neque conjunctiones ſæpius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent.* Eo confilio haud dubie talia reliquit Tacitus, ut nempe gratiam & venerationem hiftoriæ, ex gravitate, quam brevitas parit, augeret.

Lib. Quæftiones Platonicæ. LXXXVI.

Etiam cogita Rempublicam immutatam, & ipfam rem militarem fub principibus, quo ftatu nova fere omnia, in imperiis, in magiftratibus; in urbe, in Senatu, in Provinciis ipfis, apud cives, apud focios, apud exteros nova imperandi forma, licet prifca vocabula in fpeciem retinerentur. Itaque hiftoria illa Augufta, ut nova, indigebat nova interpretatione, quam non reperies apud veteres, Salluftios, aut Livios, fed apud unum

Tacitum,

Tacitum, si bene evolvatur, atque intelligatur.

Cogita tot errores priorum interpretum Latinorum, errores vernaculis linguis vertentium, ad quos advertere interfuit gloriæ nostri orbis Europæi, qui sibi bonarum artium decus unice vindicat, dicere audeam, & totius Reipublicæ literariæ, quaqua parte orbis terrarum agat.

Cogita tot historias priscas, institutaque veteris populi Romani, quæ ille repetit altius, sæpè uno verbo, & quæ proijcit, congerit, non digerit.

Cogita historias ipsius Taciti misere laceras & interpolatas multis locis, quas intelligere aut etiam instaurare facilius esset, si triginta ea superessent volumina, quæ scripsisse Tacitum, veteres adnotarunt; & quorum vix dimidia pars nobis relicta est. Vis, paucis dicam, imitatu Plinij majoris: *Non tibi libros, sed thesauros condimus.* In Præfat. Tito Cæs.

In hoc certe laude digni priores interpretes, quod textum Taciti expurgarint atque instaurarint, & quidem bene ac fœliciter, ut erant tunc literæ suo ævo, sed dum id agerent maxima cura, nondum tamen eliciendo perumpendoque sensui autoris, satis incubuisse ipsi visi sunt.

Et certè nemo unus interpretum hactenus idem, quod nos, molitus est, nemo tanta cura, tanto

labore in id incubuit; pertinaciam, seu constantiam summam studiorum vocare possis. Quippe auspiciis jussuque MAGNI Principis Galliarum, ductuque & consiliis præstantissimi DUCIS MONTAUSERII transtulimus, illustravimusque Tacitum Latina interpretatione continua, minime certè scita & eleganti, sed simpliciori; ut nempe sic facilius mens autoris perciperetur.

Et dicam ingenuè & verè nihil magis conduxisse nobis, ad intelligendum Tacitum, quam versionem illam perpetuam aliis verbis. Et certe nihil utilius, teste ipsa antiquitate apud Plinium.

Lib. 7. epist. 9. *Hoc genere exercitationis proprietas splendorque verborum, copia figurarum, vis explicandi, præterea imitatione optimorum; similia inveniendi facultas paratur; simul quæ legentem fefellissent, transferentem fugere non possunt. Intelligentia ex hoc & judicium acquiritur.*

Præterea composuimus notas, (non tantum exscripsimus, aut invertimus ex aliis) ad universum opus Taciti; etiam aliorum commentarios lustravimus, examinavimus, ponderavimus, meliora, certiora, & solidora selecturi, quæ eadem hactenus nullo delectu, nullo ordine, rudi & indigesta veluti mole, publicè edebantur.

Alij interpretes, aut verterant tantum linguis vernaculis, aut notas tantum composuerant, ple-

rique etiam ad paucos libros, aut ad pauciſſima quædam loca, qui tamen non eò temnendi, imò majori laude & pretio nobis digni videntur, quo pauciora & meliora nobis ſuppeditarunt. Quoſdam qui & plura dederunt, perinde tamen ſuſpicimus colimus, admiramur.

Et in eo ſibi gratulari poteſt Tacitus, quod omnes ferè nationes ditionis olim Romanæ advolarunt ad decus illius; imò quod non è vulgo docti, ſed Reipub. literariæ principes in id incubuerunt. Sua fercula gentes ſingulæ, tamquam ad ſplendidiſſimum convivium certatim intulerunt, & quaſi vicem referrent Romæ, quæ eas olim exornaverat, eam nunc viciſſim exornant in Cornelio Tacito; & quaſi Spartam ſuam, quaſi communem patriam, Romam, quæ caput rerum, ipſius gloriam æmulantes, illuſtrarunt.

Hoc de literatis interpretibus Taciti. At certè longè ampliſſimos, longè nobiliſſimos acerrimoſque interpretes habet Tacitus, nempè dominantes & principes ipſos, qui quotidie juſſis, imperiis, edictis, ambigua Taciti oracula elucidant, evulgant, interpretantur. Neque univerſam Taciti artem ſibi vindicare debent Hiſpani politici, aut Reges ipſi. Eam ſapientiam & Galliæ Principes ſibi jure adrogare poſſunt. Neque degeneres ipſi Germaniæ Proceres & Dynaſtæ, quorum decus

pridem adſerebat Cornelius Tacitus, in quibus præcipuum locum ſibi vindicat Ferdinandus Princeps Furſtenbergenſis, olim Paderbornenſis Epiſcopus, nunc Monaſterienſis, decus ſæculi ſui, decus Eccleſiæ verè Chriſtianæ, decus ſtudiorum & artium, decus Principum & ſuæ Germaniæ. Gratuletur ſibi incluta gens in tanto viro, qui Arminij Heroïs & quondam ſuæ Germaniæ Principis ac vindicis virtutes omnes exhibet, qui Germanicas & Romanas artes fœliciter miſcet ac temperat. Huic ſummam laudem ſuam debere ſe gloriatur Tacitus, quem non ſolum interpretatur dominandi arte & imperio, ſed elegantia ingenij, ſtudiis, literis, & miris illis monumentis Paderbornenſibus, his elegantiſſimis verſibus, quos laudavimus, & veluti gemmas pretio clariſiſſimas noſtris commentariis inſeruimus. Quàm fœliciter rerum ordinem invertit elegantiſſimus Princeps! Inviſebatur olim Germania amore, & cura rerum priſcarum, & pugnarum ibi tranſactarum; nunc vero non ob res ipſas, non ob bella & prælia ibi tranſacta, ſed propter monumenta rerum præliorumque; non ob locorum dignitatem, ſed ob ingenium, eloquentiam, & ſtudia illuſtriſsimi Principis inviſitur.

Si quid etiam recte & ordine factum, ſi quid utile ſit, ſive in Interpretatione noſtra, ſive in

hisce Commentariis, hoc scito te debere studio, patrocinio & curæ Illustrissimi Ducis Montavserii, quo viro nihil gravius, nihil sanctius, aut doctius, ut mihi non unus homo, sed literæ ipsæ, omnesque sive belli, sive pacis artes, in uno illo eximio Duce conspirasse videantur. Neque decus belli Dux ille, ut multi, qui nunquam in acie steterunt, numquam castra viderunt; sed eam gloriam sudore, pulvere, præliis & factis ipsis pridem assecutus est. Et certè gratulari sibi potest nostra ætas, quod talem virum tulerit, quod non effœta & lassa, quod sit adhuc fertilis virtutum. Vir quippe ille inter præcipua sæculi nostri ornamenta numerandus, colit studia, studiosos amat, fovet, provehit, omnium præmium, omnium exemplum; ipsarum denique literarum senescentium, aut fugientium reductor atque instaurator unus longe maximus. Sed quod mirum & eximium est, Dux ille idem in aula, ut in cœlo, inter mortales, ut jam immortalis cogitat, sentit, sapit, agit. Qui Regem & totam Galliam quam amplissime sibi devinxit, cum severè, sanctè, & sapienter regeret hæredem imperii unicum; cum Regi, sibique & Posteris conformaret juvenem excelsissimum, sicque felicitatem populi, & totius Reipublicæ mirè assereret, & in perpetuum stabiliret.

Vtinam revivisceret tantæ virtuti celebrandæ

Tacitus ipſe, aut Plinius tantus Taciti amicus. Quanta admiratione, quanto gaudio exilirent ſuperfunderenturque literæ, & literati omnes! quanta ego! & ut olim morientis puellæ parens, in luctu faciem velatus, ſic innuebat ſummum mœrorem ſuum; ita contrà ego præ ſummâ lætitiâ lacrymis, velut umbris veliſque frontem obtectus, ſolo oculorum uſu, innuerem tamen amorem, admirationem, reverentiam; & ſic tamen etiam ſilere juvat; uſque adeo virtutem, DUCEM amo, veneror, admiror.

Multum etiam debes Illuſtriſſimo præſuli Benigno Boſſuëtio, quantum ille contulerit literis, ſtudiis & optimis artibus, ſciünt omnes; quam elegantis, quam amœni & diſerti ingenij ſit vir ille, quantus in concionibus & Eccleſia, quam conſtans & perpetuus, in evolvendis ſacris codicibus, quam validus & acer in inſtauranda religione, & in revocandis ad veram fidem deviis populis. Sed longè maxima tanti præſulis claritudo venit ex ſtudiis Nobiliſſimi & Excelſiſſimi Delphini, cui virtutes arteſque omnes eximias inſpiravit, ea amœnitate oris, & eloquentia, quæ in ſui admirationem rapit, quotquot vidêre, vel audivere. Hujus tanti viri curis ac ſtudiis optimum & perfectiſſimum principem debere ſe profitetur univerſa Gallia; & certe gratulari ſibi

poteſt aula Regis Chriſtianiſſimi, quod diu habuerit præſulem rectum, doctum, ſimplicem, nullis aulicis artibus implicitum, & qui Chriſtum in Rege, & Regem in Chriſto verè, ſanctè & perfectè adamaret.

Etiam de Cornelio noſtro bene meritus eſt clariſſimus Hüetius Abbas Propræceptor SERENISSIMI DELPHINI. Is certè decus Reipublicæ literariæ, decus Accademiæ Francicæ, decus orbis Chriſtiani, & veræ Religionis, quam ſuis ſtudiis olim, quam nuper eximio ac doctiſſimo volumine vindicavit, auxit, promovit. Quàm longè illuſtrior prodiiſſet Tacitus noſter, ſi cœleſtis ille aquila, aciem & oculos ſæpius advertere potuiſſet, ſed ſacris literis cœloque acriter intentus, attamen nos juvit multis locis, excitavit, erexit. Laudare ſuperſedeo, quia, ſi bene virum novi, mavult admirari ſummi DVCIS virtutem, quam de ſe audire, quam de ſe prædicari, ut qui in ejus ipſius laude ſuam fœlicitatem gloriamque pridem repoſuit.

Deſcriptionem locorum, provinciarum, oppidorum nobis amico animo ſubminiſtravit Tillemonius, vir ſtirpe, doctrina & opibus præcellens, etiam & pleraque alia, quibus Tacitus illuſtraretur.

Forte adhuc præfabimur in altero volumine, de

priſcis interpretibus & notis illorum; & præcipuè de verſionibus Gallicis, Hiſpanicis, Italicis, Germanicis, & Anglicis, ad quas advertere, atque etiam ſublegere pretium fuit, ſi quid rectè & ſubtiliter verterant elegantis ingenij viri; quandoque etiam, ſi quid minus benè expreſſerant, ne auctoritate ſua poſteros in errorem traherent.

Addemus fortè & excurſum maximè neceſſarium. Res præcipuas Taciti juxtas illius ſententiam & autorum coætaneorum ordine digeremus, ita ut res ipſas undequaque multis libris ſparſas, uno intuitu, & exigua quaſi in tabella collectas, facilius perſpicere, ac percipere poſſis. Verbi gratia rem militarem quæ floruit ipſius ævo, per capita quædam ordinabimus.

Sic pœnam & præmia delatorum, ſic & reorum, damnatorumque opes & teſtamenta, & alia ſimilia, quæ longè maximi momenti ſunt, methodo & ordine componemus, ſi vita ſuppeditet, aut valetudo, pro qua etiam pia vota tua non poſtulem, niſi quandiu labore ac ſtudio erga Rempublicam, Principem, & literas ipſas, ipſoſque literarum patronos & fautores meruero.

EX
BALTHASARE BONIFACIO
DE
ROMANÆ HISTORIÆ
SCIPTORIBUS.

CAIUS CORNELIUS TACITUS, ut politicis omnibus amicissimus, ita lavernionibus est quibusdam invisus, quod de generis humani assertore Christo impie loquatur, quodque Martyribus insultans, eorum sanctissimam religionem vocet exitiabilem superstitionem; odioque humanarum gentium convictos, quæsitissimis pœnis merito affectos putet; gratuleturque pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, atque, ubi defecisset dies, pice, & resina perfusi, in usum nocturni luminis urerentur. Quodque Mosis miracula, & ritus, & cæremonias irrideat; profanaque omnia fuisse Judæis astruat, quæ Romanis sacra; rursum concessa illis, quæ Romanis incesta: Quodque illum aut credere, aut scribere non pudeat, Judæos asini agrestis effigiem, quo monstrante, errorem sitimque depulerant, penetrali sacrasse. Quo videtur etiam respexisse Iuvenalis, cum diceret, quosdam, metuentem Sabbatha patrem sortitos, nihil adorare præter nubes, & Cylli numen; ita enim Cylli, non Cœli, legendum puto. Quem vero non misereat Claudii Verderii, qui,

ẽ ẽ

cum se autorum pene omnium censorem profiteatur, eam, quam modo ex Tacito historiam retulimus, per inscitiam linguæ, perperam intelligendo, Tacitum affirmarit scriptis consignasse, asininum caput à Christianis coli? hujus factionis hominibus Budæus videtur assensus, cum omnium scriptorum sceleratissimum Tacitum appellaret, quem Tertullianus mendacem, Orosius adulatorem vocaverant. Adjiciunt calumniatores, hunc esse Latinum Xenophontem crudelis ac detestabilis cujusdam Tiberii pædiæ, qua Principes ad tyrannidem, non quidem perfunctorie, sed accurrate instruuntur. Eundem cum multis sæculis delituisset, fuisse è tenebris erutum, pestifera, nescio cujus Germani curiositate, universo terrarum orbi forsitan damnosiore, alius Germani execrabili industria, quæ fulmen illud bellicum adinvenit, cui bombardæ è re nomen est inditum. Quod autem ad stylum spectat, Tacitus adeo non placuit Alciato, ut non dubitarit asserere, dictionem ejus esse sentīceta. Sed enim Taciti obtrectatores non fuerunt impedimento, quo minus ille tanti fuerit apud M. Claudium Tacitum Imperatorem, ut imaginem illius in omnibus collocaret bibliothecis, librosque ejus decies quotannis describi, ac in tablinis publicis collocari, præciperet. Cosmus autem Mediceus, vir reipublicæ scientissimus, omnibusque imperatoriis artibus instructissimus, non alium historicum æque lectitabat. Ut nihil interim dicam de his, quos hac tempestate orbis terrarum gubernaculis fortuna præfecit, qui Tacitum in deliciis habendum, ad verbum ediscendum, & singula ejus verba, singula testimonia putant. Hunc heroïca vestra, Veneti Proceres, Diis proxima sapientia, vocat signiferum criticæ historiæ, parentem humanæ prudentiæ, politicorum magistrum, coryphæum scriptorum, quicunque ad illud gloriæ fastigium pervenere, ut in eorum lucubrationibus plura sint prope documenta, quam versus, & plures penè sententiæ, quam verba. Hujus, tamquam è tripode, dicta accipiuntur, hujus effata, ut oracula excipiuntur, hujus monita, ut è cœlo missa adorantur; cum præterita, quod est historici,

ita commemoret, ut futura, quod est sapientis, prævideat, præmonstret, excutiat. Vere igitur ab Heinsio dictum putamus, apud Tacitum, occultam quandam, & mysticam fuisse haruspicinam, qua non animantium exta scrutaretur, sed Regum corda, mentesque introspiceret: hujusque scripta, meram esse prudentiæ medullam, illius sacrum os, linguam Suadæ, labellumque Pithûs habuisse; denique Tacitum ocellum providentiæ, corculum sapientiæ, merito nominandum. In Romanorum autem antiquitatibus explicandis, magnum Tacitus nobis attulit adjumentum. Cum enim, à Tiberio usque ad Nervam, unius sæculi res gestas conscripserit, omnia, tum magna, tum minima, studiose prosequitur; quippe non fusos tantum exercitus, expugnatasque urbes, & certamina plebis cum optimatibus, sed proscriptiones civium, & delatorum insidias, & suspectam Principibus privatorum potentiam, & perniciem innocentium, & callidæ tyrannidis, secretiora mysteriis Eleusinis, arcana, eruit, prodit, explicat diligentia, ac judicio prope incredibili. Neque post Actiacam victoriam, ullus apparuit historicus, qui militarem, aut forensem rationem copiosius tractarit. Floruit enim diutissime armorum gloria, urbanaque disciplina, & Proconsul Germaniam inferiorem obtinuit: Quo tempore Germanorum mores, instituta, ac ritus tanta diligentia perscripsit, ut uni Tacito suam antiquitatem Germani acceptam ferant. Est autem, ut sentit Bodinus, oratio Taciti mirum in modum arguta, & multo sale respersa; neque ullus profecto historicus magistratui, ac judici utilior videtur. Dictio quidem ejus florentior, uberiorque in historiarum est libris; pressior vero, ut par erat, sicciorque in Annalibus; gravis tamen utrobique, & diserta: Quem propterea Plinius Cæcilius eloquentissimum, atque immortalitatis datorem vocat: Orosius quamvis huic alio nomine infensus, historiæ scriptorem diligentissimum, Vopiscus inter facundissimos cooptat: Spartianus emendatissimum, & candidissimum scriptorem appellat: Sidonius nulli ori tacendum, & nunquam sine laude commemoran-

dum. Caſaubonus, magni, & acerrimi virum ingenii, novæ cujuſdam, gravis, conciſæ, & ſententioſæ eloquentiæ genere eximie prædítum: quippe, niſi fortuna temporum dignam ei tanta facultate materiam negaviſſet, quemvis è Principibus Hiſtoricorum videatur potuiſſe provocare.

IDEM.

PUBLIUS Cornelius Tacitus, optimus Hiſtoricus, quæ poſt Auguſti obitum, uſque ad ſua tempora acciderunt, optima fide, atque diligentia recenſuit. Conſilia, mores, & rerum geſtarum ordinem, uſque ad Trajani principatum egregie ſcripſit. Aulicæ vitæ rationem, in Aula Palatina Domitiani, Nervæ, atque Trajani Principum ipſe diu verſatus, eleganter explicavit. Stylus magis gravis, quam elegans; aſper enim, parumque duriuſculus eſt, atque à Latinæ linguæ candore diſcedens. Si melioris tamen reipublicæ res geſtas conſcripſiſſet, procul dubio haberet Livius æmulum, paulo Dionyſio, & Salluſtio inferiorem. Periere autem libri aliquot.

EX

GERARDO VOSSIO

DE

HISTORICIS LATINIS.

CORNELIUS TACITUS (cui perperam Publio prænomen in plerisque editionibus) ad Trajani potissimum tempora pertinet. Nec ignoro, sub Vespasiano rationes Galliæ Belgicæ procurasse: quod nos docet Plinius lib. VII. Histor. Natur. cap. XVI. Sed demum post Nervæ obitum historias orsus est: ut qui initio earum sic scribat: *Quod si vita suppeditet, principatum divi Nervæ, & imperium Trajani, uberiorem securioremque materiam, senectuti sepofui.* Nervam enim divum vocat; Trajanum non item; quia illo scriberet defuncto, hoc imperante. Atqui prius historias condidit: inde annales. Unde & XI. Annalium, nos remittit ad libros, *quibus res gestas Domitiani composuit*: eas autem tractarat in historiis. Annalibus, qui ab excessu Augusti fuere ad finem Neronis, extremum Neronis biennium deest. At ex historiarum libris pars longe maxima deperiit. Nam quinque libris, qui supersunt, unius anni, vel præter propter, res persequitur. A Galba autem usque ad Nervam, quousque extenderat se historia, anni sunt viginti, & unus. Fuere primo in universum libri XXX. ut auctor est B. Hieronimus quinto commentariorum in Zachariam prophetam, cap. XIV. ubi, cum de excidio Hierosolymitano esset locutus, addit ista: *Hæc omnia plenissime Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam; eo multo majora, quam legimus in Prophetis, eos sustinuisse*

commemorat **Cornelius** *quoque Tacitus, qui post Augustum, usque ad mortem Domitiani vitas Cæsarum XXX. voluminibus exaravit.* Præter Historias & Annales reliquit librum de situ, moribus, & populis Germaniæ. Item de vita soceri sui, Julii Agricolæ. Quem Trajano imperante, scriptum esse, hæc in præfatione verba ostendunt: *Quamquam, primo statim beatissimi seculi ortu, Nerva Cæsar res olim dissociabiles miscuerit, principatum, ac libertatem: augeatque quotidie facilitatem imperii Nerva Trajanus.* Etiam dialogum de caussis corruptæ eloquentiæ Tacito ad scriptum eunt veteres libri, & hos sequutus Pomponius Sabinus in Carmine de obitu Mæcenatis. Sed stylus abnuit: qui Fabium magis sapit. Et, si is grandior, quam ut conveniat ei, quod auctor hic ait, sexto Flaviani imperii anno, hunc habitum sermonem, eique se interfuisse admodum juvenem. Quare Lipsio accedo, qui de scriptore negat liquere. Atque in hac etiam sententia confirmat, quod auctor libri clare ait, se Romæ quæsturam, tribunatum, præturam accepisse, cum de Quinctiliano nemo aliud prodiderit, quam eum intra privatam constitisse fortunam, ac institutioni semper juventutis vacasse. Sed quisquis est, auctor est elegans, disertus, & sani omnino judicii. Quod autem Fulgentius Planciades etiam *Taciti facetias* citat, hoc inficeto adeo grammatico plane dignum est, qui etiam Plauti cuciston, & similes laudet nugas. Glandorpio id in Onomastico in *Cornelius Tacitus*, imposuit: Primi quinque Annalium libri (Lipsius comment. in v. Annal. Tac.) Corbeiæ, quod ad Visurgim monasterium est, à quæstore Pontificio fuere inventi; qui eos ad Leonem X. detulit, ac αἰνηδὼρυ loco, quingentos accepit aureos. Dictio Taciti floridior uberiorque in historiarum est libris; pressior ficciorque in Annalibus. Nimirum in historia rem prosequitur ordine, nec eam intercidit rebus aliis. In Annalibus stylum accommodat annis ac consulibus. Eaque causa est, cur in historia caussas accuratius tractet: in annalibus eas brevius proponat: cur item in historia uberior sit dictio, concisior in annalibus. Interim gra-

vis utrobique & diſerta. Id optime perſpexit Plinius Novocomenſis, qui lib. xi. epiſt. i. eloquentiſſimum fuiſſe ait, & hoc eximium habuiſſe, quod σεμνῶς diceret. Et tamen doctiſſimus vir Raimundus Lullus lib. v. de orat. cap. iv. ait, ſcriptorem eſſe magis torvum Juſtino. Imo & Alciatus, vir ſane egregius, non dubitat affirmare, dictionem ejus, præ illa Paulli Jovij, eſſe ſenticeta. Condonemus tale judicium tanto viro & cogitemus, ex amore Jovij proficiſci. Et quale illud, quod idem, & Æmilius Ferretus, ajunt, eum non Latinè ſatis ſcribere? Quam hoc inſubidum! quam inſulſum! Quis enim non videt, dictio Taciti quam ſit elegans, quam terſa, & limata? Et tamen major eſt laus iſta, quod nihil eo ſcriptore vel cogitari poſſit prudentius. Ac propterea imperator M. Claudius Tacitus tanti eum fecit, ut imaginem illius in omnibus collocaret bibliothecis: libros ejus decies quotannis deſcribi, inque archivis publicis collocari juberet, ne deperirent. Sed hoc eo factum putare aliquis poſſit, quod ex familia eadem genus duceret. Verum quid de eo dicemus, quod non alium hiſtoricum æque lectitaret Coſmus Medices, Hetruriæ Dux, vir, ſiquis alius, civilis prudentiæ intelligentiſſimus, planeque ad imperandum factus? quod de eo Muretus (*Orat. quam habuit, Tacitum enarraturus.*) alicubi teſtatur.

C. CORNELII TACITI
VITA
PER
JUSTUM LIPSIUM
CONSCRIPTA.

CAIUS CORNELIUS TACITUS, cui vulgo P. prænomen faciunt, non illa patricia Cornelia gente, sed alia minus illustri natus est, extremis, ut opinio mea fert, Ti. Claudii Imp. temporibus. Pater avusque honores gesserint, & ad remp. accesserint, nec ne, ut in re vetusta & incerta, nihil adfirmem: propius à vero abest, ipsum primum jus imaginis, & honores in familiam non nimis illustrem intulisse. initium dignitatis illi sub Vespasiano fuit, à quo, Plinio auctore, procurator datus Galliæ Belgicæ, rationes Principis administravit. quæ dignitas equestri ordini diu peculiaris fuit. Reversus, à Tito, ut opinor, Quæsturam accepit: certe dignitatem suam, quam Vespasianus inchoaverat, auctam, & adjutam esse à Tito, ipse in Historiis profitetur: nec aliud suspicari est quam Quæsturam, aut si forte Ædilitatem, quia prætura XIV. demum consulatu Domitiani auctus est. In quo erroris manifestus est eruditus vir, qui Domitiano IX. & Verginio Rufo II. Coss. Prætorem Tacitum constituit. Nam Tacitus quidem ipse in Annali XI. diserte ait se XV. virum S. F. ac tum Prætorem ludis sæcularibus Domitiani cum cura adfuisse. Atqui ludos sæculares à Domitiano editos A. V. C. DCCCXLI. id est, quin-

quinquennio ipſo poſterius, quam Vertranio placuit, ex monumentis antiquis liquidæ veritatis eſt. Exſtant nummi non pauci cum his notis, Imp. Cæs. Flav. Domitianus. Aug. Germ. Pont. Max. tr. potest. viii. Cos. xiv. Lud. sæc. fec. Ad conſulatum deinde ſatis longo intervallo, imperante Nerva pervenit. a. v. c. dcccl. ſuffectus in locum demortui T. Verginii Rufi, illius qui delatum à Germanicis legionibus imperium conſtanter ſpreverat. quem & defunctum pro Roſtris Tacitus laudavit. Exſulaſſe eum ſub Domitiano, quidam tradiderunt; magis tamen, ut opinor, pro more vulgi, qui magnis viris inſignes caſus adfingere amat, quam quod ejus rei certus auctor ſit. Ego legendo non aliud comperio, quam abfuiſſe eum aliquot annis ab urbe, idque eo ipſo tempore, quo Julius Agricola ſocer ejus mortem obierit Coss. Pompejo Conlega, & Cor. Priſco, non tam exſilii neceſſitate, ut arbitror, quam tædio temporum, & cupidine otii. Nam, quod iidem, ut omni ex parte tam anxia diligentia conſtet, decennium in exſilio egiſſe ſcribunt, ac demum exorato Domitiano reſtitutum; Latine ut loquar, inanis fabula eſt. ac credo, eos homines, cum hoc ſcriberent, indormiiſſe bello Trojano, & illinc decennia ſua ſumſiſſe. Conſtat enim apud vigilantes, & ſobrios, Domitianum à ludis ſuis ſæcularibus, quibus certe Tacitus Prætor Romæ adfuit, vii. dumtaxat annos vixiſſe; octavo, conſpiratione ſuorum occiſum. Hæc fere in Rep. In privata ejus vita iſta ſunt. Vxorem duxit a. v. c. dcccxxx. Veſpaſiano iix. & C. Iulio Agricola Coss. Agricolæ filiam; idque illi ad extremam ætatem concors, & tranquillum matrimonium fuit. Liberos haud dubie reliquit, & ex iis, niſi conjectura fallor, longo intervallo, nepotem M. Claudium Tacitum, qui poſtea Imp. appellatus eſt (ſic enim eum Imperatorem nummi appellant, non ut vulgus, P. Annium Tacitum) qui, ut Fl. Vopiſcus refert, parentem ſuum appellare hunc Tacitum ſolet. Hiſtoriæ ſcribendæ ſenex demum vacavit, cum reliquum ætatis in foro & cauſſis orandis egiſſet. Ex Plinii epiſtolis, & Tacitum in principibus oratoribus

ii

fuiſſe, & orationes aliquot edidiſſe, intelligimus. Æquales habuit Fabium Quinctilianum, utrumque Plinium, Iulium Florum, Secundum, Maternum, M. Aprum, Eprium Marcellum, Vipſanium Meſſallam. Scripſit primum omnium, uti poſt docebo, Hiſtoriarum libros ab exceſſu Neronis ad imperium Nervæ. Deinde Annales ab Auguſti exceſſu ad finem Neronis; quorum omnium quanta jactura, & quibus locis facta ſit, in tempore memorabo. Nominantur & ejus facetiarum libri à Fulgentio, cum hoc fragmento, *Cæſi itaque morum eclogio in filiis relicto.* Mortis ejus tempus non exprimo: natalem tamen annum propemodum inveni. Odoratus ſum ex Plinii Nepotis epiſtola, quæ libro VI. Nam ait diſerte propemodum ætate æqualem ſe Tacito. At Plinius incendio Veſuvini montis, quo avunculus periit, agebat, ut ipſe ait, duodeviceſimum annum. Natus ergo Plinius (nam incendium illud ſecundo anno Titi) non dubie, anno urbis conditæ DCCCXVI. Memmio Regulo, & Verginio Rufo Coſs. At Tacitus paullo major natu, quod eadem illa epiſtola teſtatum reliquit Plinius. Ergo natus extremo imperio Claudii, vel potius, initio Neronis: vixeritque, opinor, vel ad imperium Hadriani. Hiſtoriam quidem orſus eſt ſcribere poſt mortem Nervæ. clarum, quoniam principio lib. I. Hiſtor. vocat Divum Nervam, qui honos non habetur, niſi principi mortuo.

VETERVM SCRIPTORVM
DE
TACITO TESTIMONIA,
VEL EIVSDEM
FRAGMENTA.

Plin. lib. VII. Nat. hist. cap. XVI.

IPsi nos pridem vidimus eadem omnia in filio Corn. Taciti equitis Rom. Galliæ Belgicæ rationes procurantis.

Plinius Nepos lib. II. Epist. I.

Laudatus est Verginius à consule Cornelio Tacito. Nam hic felicitati ejus supremus cumulus accessit, laudator eloquentissimus.

Eodem libro, Epistol. XI.

Respondit Cornelius Tacitus eloquentissime, & quod eximium orationi ejus inest, σεμνῶς.

Libro IV. Epist. XV.

Idem Cornelium Tacitum (scis quem virum) arcta familiaritate complexus est.

Libro VI. Epist. XVI.

Petis avunculi mei exitum tibi scribam, quo verius tra-

dere posteris possis. Gratias ago. nam video, morti ejus, si celebretur à te, immortalem gloriam esse propositam.

Libro VII. ad Tacitum.

Erit rarum & insigne, duos homines, ætate propemodum æquales, non nullius in litteris nominis, alterum alterius studia fovisse. Equidem adolescentulus, cum jam tua fama gloriaque floreret, te sequi, tibi longo, sed proximus intervallo, & esse & haberi concupiscebam.

Libro IX.

Nec ipse tibi plaudis; & ego nihil magis ex fide, quam de te scribo. Posteris an aliqua cura nostri, nescio: nos certe meremur, ut sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum) sed studio, sed labore, & reverentia posterûm.

Orosius de Domitiano loquens.

Nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum regis, cum Fusco duce prælia, quantæque Rom. clades, longo contextu evolverem, nisi Corn. Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores quamplurimos sanxisse, & seipsum idem potissimum elegisse, dixisset.

Idem.

Dein, ut verbis Corn. Taciti utar, Sene Augusto, Ianus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos, novæ gentes, sæpe ex usu, & aliquando cum damno quæruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium.

Flavius Vopiscus in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Idem in Tacito.

Corn. Tacitum scriptorem historiæ Augustæ, quod parentem suum eumdem diceret, in omnibus bibliothecis collocari jussit.

Sidonius Epist. lib. IV. ad Polemium.

Cajus Tacitus è majoribus unus tuis, Ulpianorum temporum consularis, sub verbis cujusdam Germanici ducis, in historia sua retulit, &c.

Idem in Panegyrico ad Anthemium.

Quam Crispus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus;
Qua pompa Tacitus, numquam sine laude loquendus.

Idem in Epigram.

Et te, qui brevitate, Crispe, polles,
Et qui, pro ingenio fluente, nulli,
Corneli Tacite, es tacendus ore.

Illa Quinctiliani lib. x. fortasse ad Tacitum referantur.

Superest adhuc, & exornat ætatis suæ gloriam, vir sæculorum memoria dignus. qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec immerito; ut libertas, quamquam circumcisis, quæ dixisset, ei nocuerit. sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendas, etiam in iis quæ manent.

Ideo ambigitur, quia hæc vivo Domitiano Fabius scripsisse videtur. Atqui noster tunc, ut verisimile est, nil vulgaverat. Nec constat libertatem nocuisse Tacito, aut aliquid è scriptis circumcidisse.

Emendanda in Notis Tillemonij.

PAge 164. *nota* 4 *linea* 9. Orientem, *lege* Occidentem.
Pag. 171. *nota* 5 *linea* 4 Provincia integra, *lege* Provinciæ integræ.
Pag. 199. *columna* 2. *nota* 1. *linea* 5. culorum *lege* circulorum.
Pag. 210 *nota* 1. *linea* 3. Brindesi, *lege* Brindisi.
Pag. 219. *columna* 2. *linea* 7. Sanlorenzo, *lege* San Lorenzo.
Pag. 257. *columna* 2. *linea* 4. l'Esclavonie, *adde* à nonnullis vocatur, sed impropriè.
Pag. 277. *nota* 7. *linea penultima*, &, *lege* est.
Pag 290. *nota* 4. *linea penultima* Plin. de la *lege* Phil. de la.
Pag. 293. *nota* 2. *linea* 2 portio, *lege* positio.
Pag. 297. *nota* 1. *linea* 6. Massu *lege* Massu.
Pag. 307. *nota* 1. *linea* 2. ad Marmare, *lege* ad mare Marmaræ.
Pag. 309. *nota* 1. *linea* 13. suve, *lege* sive *&* *linea* 17. Vestani. *lege* in Vostani.
Pag. 313. *columna* 2. *linea* 1. Clarerii, *lege* Cluverii.
Pag. 357. *columna* 2. *linea* 3. Eustachio ponte, *lege* Eusta-chio, Ponte.
Pag 365 *columna* 1. *linea* 3. omnes Sclavoniæ, *lege* omnis Selavonia propriè dicta.
Pag. 477. *nota* 1. *linea penultima*, & in oram, *lege* & oram.
Pag. 5 6 *nota* 4. *linea* 4. Lucea, *lege* Lucca.
Pag. 577. *nota* 2. *linea* 4. Gandelfo, *lege* Gandolfo, *& linea* 5. Occidentalis, *lege* Occidentali.
Pag. 585. *nota* 2. *linea* 1. Cereina, *adde*, Insula.
Pag. 655. *nota* 3. *linea* 11. Messeniga, *lege* Mosseniga.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS par la Grace de Dieu, Roy de France & de Navarre : A nos amez & feaux Conseillers, les gens tenans nos Cours de Parlement, Grand Conseil, Requestes de nostre Hostel, & de nos Palais, Baillifs, Seneschaux, Prevosts, leurs Lieutenans, & à tous nos amez Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra. SALUT: Ne voulant rien oublier de tout ce qui peut contribuer à la bonne Education de nostre tres-cher & tres-amé Fils le Dauphin, & considerant que son avancement dans l'Etude des bonnes Lettres en fait une partie : Nous avons jugé que rien ne luy seroit plus utile pour cela, que de luy faciliter la lecture & l'intelligence des anciens Auteurs de la Langue Latine, par des moyens plus prompts & plus commodes, que ceux dont on s'est servy jusques icy, & Nous nous sommes d'autant plus portez à l'execution de ce dessein, que Nous avons compris en méme temps, que le public en recevroit beaucoup d'avantages. Ainsi nous avons jetté les yeux sur plusieurs personnes sçavantes, tant de nostre Royaume, que des païs étrangers, pour travailler sur ces anciens Auteurs de la Langue Latine, y faisant des Notes & des Explications qui puissent en donner l'intelligence, sans avoir besoin d'autres Commentaires, & dans la distribution qui a esté faite de ce travail ; Nous avons chargé le Sieur JULIEN PICHON Prestre, Bachelier en Theologie, de travailler à l'explication des Ouvrages de Corneille Tacite, dont il s'est acquitté à nostre satisfaction, de sorte que son Ouvrage estant en estat d'estre imprimé ; Nous avons permis & accordé, permettons & accordons par ces presentes à la Veuve CLAUDE THIBOUST, & à PIERRE ESCLASSAN, Imprimeurs & Libraires de nostre bonne Ville de Paris d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter ledit *Corneille Tacite* avec l'interpretation & les Notes dudit Sieur Pichon, dans tous les lieux de nostre obeïssance, en telles marges, tels volumes, & caracteres qu'ils voudront, pendant le temps de *dix années*, à compter du jour que ledit Livre sera achevé d'imprimer, pendant lequel temps, Nous faisons tres-expresses inhibitions & deffenses à tous Imprimeurs, Libraires, & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient d'imprimer, ou faire imprimer ledit *Corneille Tacite*, sous pretexte d'augmentation, correction, ou autrement, en quelque sorte & maniere que ce soit, vendre ny debiter iceluy sans la permission & consentement de ladite Veuve Thiboust, & Esclassan, ou de ceux qui auront leur droit, à peine de trois mille livres d'amende, applicable un tiers à Nous, un tiers à l'Hospital General, & l'autre tiers ausdits Exposans, confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous depens, dommages & interests au profit desdits Exposans. A condition qu'il sera mis deux Exemplaires dudit *Corneille Tacite, avec l'interpretation & les Notes dudit Sieur Pichon*, un en nostre Bibliotheque publique, un en celle du Cabinet de nos Livres en nostre Chasteau du Louvre, & un en celle de nostre tres cher & feal le sieur le Tellier, Chevalier, Chancelier de France, avant que de les exposer en vente, comme aussi faire imprimer ledit Livre sur de bon papier & en beaux Caracteres, suivant le Reglement fait touchant la Librairie & Imprimerie, à peine de nullité des presentes. Du contenu desquelles Vous mandons faire joüir & user ladite Veuve Thiboust & Esclassan, & ceux qui auront droit d'eux, pleinement & paisiblement, cessans & faisans cesser tous troubles & empeschemens à ce contraires. Voulons qu'en mettant au commencement ou à la fin desdites Oeuvres, une copie, ou Extrait des presentes, elles soient tenuës pour bien & deuëment signifiées à tous ceux qu'il appartiendra. Car tel est nostre plaisir. DONNÉ à S. Germain en Laye le 14 jour de Decembre, l'an de Grace 1681. & de nostre Regne le 39. Signé, Par le Roy en son Conseil, CLINET.

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de cette Ville de Paris, le 14 Septembre 1682. suivant l'Arrest du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conseil Privé du Roy du 27. Février 1665. Signé, ANGOT, Syndic.

Nomina interpretum qui laudantur in Commentariis.

Lipſius.
Rhenanus.
Mercerus.
Freinshemius.
Berneggerus.
Barclaius.
Pichena.
Gronovius.
Vertranius.
Grotius.
Boxhornius.
Ferrettus.
Urſinus.
Muretus.
Savilius ad Hiſtor.
Salinerius.
Harlæus.
Salmaſius.
Aurelius.
Acidalius.
Marcilius.
Gutherius.
Caſaubonus.
Lupanus.
Sigonius.
Turnebus.
Budæus.
Briſſonius.
Cüjacius.
Valeſius.
Faernus.
Gruterus.
Manutius.
Voſſius.
Forſtnerus.
Meurſius.
Heinſius.
Reineſius.
Rupertus.
Gevartius.
Alciatus.
Colerus.
Donatus.
Altamerus.
Barthius.
Tillemonius.

Verſiones quæ præcellunt.

ITALICA Davanzatij Florentini.
GALLICA Ablaucurij Accademici Francici.
HISPANICA Alami præceptoris Regis Hiſpaniarum Philippi quarti.
ANGLICA Savilij viri longè doctiſſimi.
GERMANICA celebrata ſcriptis Freinshemii. Nec immerito Tacitum extollunt Germani, ſuumque decus ipſi acceptum referunt.

C. CORN.

[1] C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

[2] ANNALIUM

LIBER PRIMUS.

BREVIARIUM.

Augustus Nolæ mortem obit. Tiberius succedit, tardè & cupidinem dißimulans. Pannonicas legiones tres gravis seditio inceßit: ea misso Druso Ti. F. ægrè componitur. Idem in Germania inferiore motus, qui consedit non sine sanguine & cæde. Germanicus Cæsar in hostem ducit: eaque expeditione Marsi, Tubantes, Bructeri, Usipetes vastati aut cæsi. Julia Augusti F. Rhegij vitam finit. Sodales in honorem Augusti, & ludi Augustales instituti. Germanicus iterum Rhenum transmittit, in Cattos ducit: agros, domos, homines vastat, urit, cædit. Segestes obsidione Arminij liberatur. Ob hæc Imperator

NOTÆ.

1. CAII CORNELII TACITI] Id verum huic Scriptori prænomen adserui. Sidonius lib. IV. ad Polemium epistola: *Caius Tacitus è majoribus tuis, Ulpianorum temporum consularis.* Et ad Leonem: *Namque & antiquitus cum Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria suasisset.* Sed & epigraphe Farnesiani libri, *C. Cornelij Taciti Romanas historias scribentis ex his qui reperiuntur liber primus.* Publium prænomen, quod in libris tritis, à casu aut à vulgo est. Mihi autem in ipso aditu testari placet, *Odi profanum vulgus & arceo.* Lipsius.

2. ANNALIUM.] Bene Rhenanus, qui hanc inscriptionem adserit, etiam contra libros. In quibus plerisque est, *Actorum diurnalium*, vel, ut in Veneto, *Actionum diurnalium.* Qui tamen titulus non acceptò referendus alicui imperito. Unde enim

consalutatus. Bellum deinde in Cheruscos gestum, reliquiae Vari & militum lectae: iisque suprema soluta. Romani in reditu, sub Cecina duce, periclitati: tamen hostes prospera eruptione fusi, fugati. Majestatis lex reducta & aspere exercita. Tiberis inundat. Theatralis tumultus est: & per eam causam decreta Patrum expressa ad coërcendos histriones. Postremo actum de subducendis Tiberi aquis, eoque nomine querela civitatum Italiae & legationes. Haec biennio fere gesta, SEX. POMPEIO ET SEX. APPULEIO COSS. NERONE CLAUDIO DRUSO CÆSARE, ET C. NORBANO COSS.

NOTÆ.

illi in mentem fuissent Acta, vel Diurna? sed cuipiam antiquioris ævi, qui Taciti Annales non ineptissime comparavit cum Actis urbis. Quem tamen refellit ipse Tacitus lib. XIII. *Nerone II. L. Pisone Coss. pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus volumina implere: cum ex dignitate Populi Romani repertum sit, res illustres Annalibus, talia diurnis urbis Actis mandare.* Alibi; *Nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit.* Itemque: *Ni destinatam mihi foret suam quaeque in annum referre.* Etiam Jornandes in rebus Gothicis, Cornelium hunc citat *Annalium scriptorem.* Idem.

ANNALIUM.] August. Mascardus in Arte sua Historica differentiam *Annalium* & *Historiarum* è Tacito discendam scribit: annales admittere, quicquid patitur historia, sed id tradere concisius ac brevius; dein habere aliquid proprium, nempe res minus graves quam frons historiae postulat. Sed postea fatetur, utroque scripto Taciti diligenter inspecto, se causam edere non posse, quamobrem alterum potius *Annalium*, alterum *Historiarum* nomen praeferat. Nec certe dissimilis hac parte sibi Tacitus. Nam quod singuli annales absolvunt complures annos, tot historiae vix unum exhauriunt, ubertas materiae facit, non index librorum. Quod si plures historiarum libri exstarent, appareret non minus in his quam in annalibus stylum annis, ut loquuntur, & Consulibus accommodasse Tacitum. At quod discrimen rejicit ac pro nullo putat Mascardus, id solum secutus est auctor noster. Sic enim tradunt Servius ad secundam Æneida & è Verrio Flacco Gellius 5.18. visum quibusdam antiquis, *annales* temporum esse illorum, quae scriptoris haud vidit ætas; *historiam* eorum, quibus interfuerit. Et ut hujus rei obscura esset ratio, quam multa sunt, quorum significationes ab origine non diversas usus secreverit, ut certa essent cuique rei vocabula? Sed & praebet rationem evidentem, si non *Annalium*, at *Historia* vox dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est noscere visendo, vel inspicere. Plutarchus, βουλόμενος ἱστορῆσαι τὴν πόλιν. Sic καθ' ἱστορίαν ἰέναι, καθ' ἱστορίας πλανηθῆναι, lustrandi vel visendi gratia. Palæphatus: καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν καὶ ἱστορήσας. id est, quae ipse adij & comperi vel contemplatus sum. Jam cùm scribit Tacitus dignitatem suam à Vespasiano inchoatam, à Tito auctam, à Domitiano longius provectam, satis demonstrat, quae tradit in annalibus, ea praecessisse suam ætatem, dumtaxat illam, quae rebus intenta esse, & maturum de illis judicium facere posset. *Gronovius.*

Gellius lib. 5. 18. *Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret. Eamque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de significatu verborum quarto, ac se quidem dubitare super ea re dicit, posse autem videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod historia Graece significat rerum cognitionem praesentium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse, quod historiae sint: historias non omnino esse id quod annales sint. Sicuti quod est homo, id necessario animal esse: quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidam esse aiunt rerum gestarum vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est: annales vero, cum res gestae plurium annorum observato cujusque anni ordine, deinceps componuntur.*

URBEM [1] Romam à principio Reges habuere. Libertatem & Consulatum L. Brutus instituit. [2] Dictaturæ ad tempus sumebantur: neque Decemviralis potestas [3] ultra biennium, 1

INTERPRETATIO.

Initio Reges imperavere Romæ. L. Brutus asseruit libertatem, & Consules imposuit. Dictator ad certum *tempus eligebatur, neque* manfit *auctoritas decemvirorum ultra duos annos.*

NOTÆ.

ROmam] Solinus, cap. 1. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina, servataque significatione impositi prius nominis Ῥώμην, Græce, Valentiam nominatam: quam Arcades, quoniam in excelsa parte montis habitassent, derivatum deinceps, ut tutissima urbium ARCES vocarentur. Heraclidi placet, Troja capta quosdam ex Achivis in ea loca ubi nunc Roma est, devenisse per Tiberim, deinde suadente Rome nobilissima captivarum, quæ his comes erat, incensis navibus posuisse sedes, struxisse mœnia, & oppidum ab ea Romen vocavisse. Agathocles scribit Romen non captivam fuisse, ut supra dictum est; sed Ascanio natam, Æneæ neptem, appellationis istius causam fuisse. Traditur etiam proprium Romæ nomen, verumtamen vetitum publicari, quandoquidem quominus enuntiaretur ceremoniarum arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam ejus aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium denique Soranum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum. Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronæ, cui sacrificatur ante diem duodecimum Calendarum Januariarum, quæ diva præsul silentij ipsius, prænexo obsignatoque ore simulacrum habet.*

Romam.] Roma urbs Italiæ in Latio, cum suburbio Vaticani in Hetruria, Tiberi fluvio interfluente, caput orbis terræ, olim sub Imperatoribus, nunc sub summo Pontificatu, cui in Italia 33. Archiepiscop. præter 90. Episcop. immediate subjecti, & 6. Archiep. Insulares, in Hispania 9. in Gallia 18. in Belgio 3. in Germania 7 in regno Polonico 3. in regno Daniæ & Sueciæ 3. in Hibernia 4. in Anglia 2. in Scotia 2. si ad unitatem redirent, in Hungaria 2. in Illyrico 4. Insulares sub Venetis 2. in orbe novo 4. in India 2. (Præter Archiepisc. seu Metropolitas Græci ritus in Europa, Asia, & Africa, ac ritus Nestoriani in Syria, & regno Persarum sub Patriarch. Constantinop. Antiochen. Alexand. & Hierosol.) parent.

2. *Dictatura ad tempus.*] Quas diuturnas primus Sulla fecit, Cæsar perpetuas. Et hic gradus ad Principatum, quo Præfatio ista ducit. *Lips.* Cur aliis Magistratibus omissis (qui omnes ad tempus) de dictaturis solum dixit, *dictaturæ ad tempus?* putem eo factum, quod postea Sulla, Cæsarque in perpetuum sese fecerint dictatores. ὁ δὲ Σύλλας βίᾳ μὲν ἐ ἀνάγκῃ (λόγῳ δὲ δ' αἱρετὸς) εἰς αἰεὶ δικτάτωρ γινόμενος, ait Appianus. Suetonius autem de Cæsare: *non enim honores modo nimios recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam.* Aut hisce verbis *ad tempus*, notatur urgentissima necessitas, qua fiebant ὡς δικτάτορες ἐγίνοντο, ἐπὶ ταῖς φοβερωτάταις χρείαις ἑξαμήνους τιθέμενοι. Eadem quæ noster, eodemque significatu, Arcadius lib. 1. D. de Offic. pr. *Cùm apud veteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur.* At vulgò (ne quid dissimulem) interpretantur sex menses, innituntурque his verbis Pomponij libro 2. de Or. jur. *Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere.* Vera sunt; ad quæ tamen non collineavit Arcadius; immo apertissime sensit cum Appiano. *Salmerius.*

Dictatura.] Dictatores raro nec fere nisi summa necessitate urgente creabantur, qua depulsa abdicabant se magistratu, aut legitimo tempore decurso abibant, nempe post sex menses.

3. *Ultra biennium.*] Ita accipio, quasi dicat, haud multo ultra biennium. Nam exacte si putas, revera ultra biennium

[1] neque Tribunorum militum Consulare jus diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio: & Pompeij Crassique potentia cito in Cæsarem; Lepidi atque Antonij arma, in Augustum cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa, [2] nomine *Principis* sub imperium accepit.

INTERPRETATIO.

Neque diu floruit potestas Consularis Tribunorum militum. Non diuturnum imperium Cinnæ, neque Sullæ; & potestas Pompeij Crassique statim translata in Cæsarem; Lepidique atque Antonij opes cito transiere ad Augustum, qui vocabulo Principis penes se vindicavit Rempublicam bellis civilibus exhaustam.

NOTÆ.

Decemviri imperium tenuere. Livium & Fastos vide. Nec tamen Verrtanio adsentior, *ultra triennium* sufficienti. Nam id includat triennium eos imperasse; quod contra est, & non nisi supra biennium aliquot menses. *Lipsius.*

Ultra biennium.] Decemviri circa annum CCCI. ab V. C. legum ferendarum causa summa cum potestate creati, quum dominationem contra leges retinerent, tertium intra annum dejecti sunt.

1. *Tribunorum.*] Tribuni militum Consulari potestate circa annum CCCX. ab V.C. primum instituti, non processerunt ultra annum CCCXC. Ita tamen ut inter-medio quoque tempore sæpius & aliquando plures per annos continua Consulum comitia haberentur.

2. *Nomine Principis.*] Non ergo tam celebre tunc *Imperatoris* nomen, ea quidem notatione. Et Augusto visum istud *Principis* minuendæ invidiæ: quia etiam olim Princeps Senatus. Quod exemplum non dubie secutus. Noster infra: *Non regno tamen neque dictatura, sed Principis nomine constitutam rempublicam.* Ovidius de Augusto ad Romulum.

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

Dio de Tiberio: Πρέσκειτός τε τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον, ὠνομάζετο. Καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν, ὅτι δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι. *Princeps autem Senatus, ritu prisco, dicebatur. Et ipse sæpe aiebat, Dominum se servorum esse, Imperatorem militum, Principem cæterorum.* Nec temere aliter Tacitus appellat. Inde Principatus, & Principium etiam pro imperio, Suetonij cap. XXXI. *Augusti Principium, clade Variana; Tiberij ruina spectaculorum memorabile factum.* Ita opt. liber, & puto sincere. Tertullianus quidem receptam eam significationem fuisse ostendit, adversus Hermogenem. *Possunt & aliter,* inquit, *principium interpretari, non abs re tamen. Nam in Græco principij vocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantum ordinativum, sed & potestativum capit principatum. Unde & ἄρχοντες dicuntur Principes. Ergo secundum hanc quoque significationem, Principium pro potestate & principatu sumetur.* Sed & Glossæ Græcæ distinctè, Ἀρχὴ, τὸ προοίμιον, *exordium.* & deinde, Ἀρχὴ, *imperium, magisterium, præsidatus, principium.* Lipsius.

Nomine Principis.] Non autem nomine Regis, quod nomen jam à Tarquiniis & Regibus ejectis invisum erat, nec nomine Dictatoris, quod detestabile post Syllam & Cæsarem fuit; post Syllam ob cædes & proscriptiones civium, & post Cæsarem etiam, de quo sic Dio lib. 44. *Consules legem etiam tulerunt, ne quis in posterum Dictator crearetur, execrationesque addiderunt, ac mortem ei qui de hoc retulisset, quive conatus aliquid esset, denunciarunt, pecuniis præterea per præcones in eos palam constitutis. Hæc tum ut secuturis temporibus consulerent, decreverunt: quasi vero in vocabulis res atrocitas, ac non in armis, animo, consilioque & factis posita esset, quæ magistratum quicumque sit, & utcumque nominetur, polluunt.* Itaque quemadmodum olim constituebatur Princeps Senatus, ita nunc constituitur Princeps Augustus absolute, id est Princeps Senatus Populique Romani & totius Reipub. Et reipsa βασιλεὺς fuit, & veram μοναρχίαν instituit Romæ, sicque non re, sed tantum mitiori nomine civium animos deliniebat Augustus.

Sed [1] veteris Populi Romani prospera vel adversa, claris scriptoribus memorata sunt: temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione [2] deterrerentur. [3] Tiberij, Caiique, & Claudij ac Neronis res, florentibus ipsis, [4] ob metum falsæ; postquam occiderant, recentibus odiis compo-

INTERPRETATIO.

Sed eximij auctores memoriæ prodiderunt res secundas, vel adversas prisci Populi Romani, nec defuere celebres ingenio viri qui res Augusti posteris traderent, donec crescente adsentatione avocarentur. Historia Tiberij, Caligulæ, & Claudij ac Neronis, dum imperarent ipsi, ob formidinem mendaciis referta fuit. Postquam interierant, ardentibus adhuc iræ animis

NOTÆ.

Nomine Principis.] Certe Augnstus *Princeps* absolutè, non *Princeps Senatus* appellatus est. Nec obstat quod Tiberius apud Dionem, πρόκριτος τῆς γερουσίας, id est, *Princeps Senatus* appellari tantum volnerit, simulata nempe ad tempus modestia. Initio quippe metuebat Germanicum, Clementem seu Psendo-Agrippam, Libonem & mnlta alia: at non ita Augustus, qui majore virtute, fortuna, gloria, discussis factionibus statim *Princeps* absolute appellari ansus est. Et ipse Tiberius postea, (ut & alij qui successuri sunt,) discet agere *Principem* etiam absolutè & simpliciter, omisso nomine *Senatus*, & spreta proculcataque auctoritate Patrum.

1. *Veteris populi Rom.*] Non absurde dicitur *vetus populus*. Lib. 11. *non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum.* Dial. de corr. eloq. *facile perferebat prior iste populus & rudis.* Pichena.

2. *Detererentur.*] Ita recte, non *deterrerentur.* Tacitus lib. 11 Histor. *Si quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comessationibus & Principis imitatione deteritur.* Horatius pari metaphora.

——*Culpa deterit ingeni.* Lipsius.

Ego tamen scripturam veterem non mutarim. Nam qui res gestas sine ira & studio scribere aggredinntur, ubi aulam adulationibus refertam, Principemque iis infectum odisse veritatem vident, à scribendo metu detetrentnr. Suet. Claud. c. 41. *Saliner. & Pichena.* Vult manifeste mansisse quidem ista ingenia, sed à scribendo metu temporum fuisse deterrita; cum non liceret amplius dicere, quæ sentires; liceret adhuc sentire quæ velles. Nam ingenia certe adulatione non deteri sensit Tacitus, cum scriberet lib. XVI. *Summa facundia, nec minore adulatione servilia fingebant.* Et vero nonne sub ævum illud gliscente jam adulatione decora ingenia? Certe Poëtarum. Velleium quoque adulationis facile convincas, decori ingenij laudem ei non detrahas. *Freinsh.*

Ingenia deterrerentur.] Vera & germana Taciti lectio. Nullus testis locupletior fuerit quam Dio, qui id in se sensit & expertus est cum ipse de his temporibus scriberet. Sic igitur habet lib. 53. *Mutata Repub. quæ postea res gestæ sunt, eodem modo, quo superiorum temporum acta, perscribi non possunt. Iis enim omnia quæ vel procul ab urbe agerentur, ad Senatum populumque referebantur, ideoque omnes ea cognoscebant, ac multi literis tradebant. Et quamvis non deerant, qui metui, aut gratiæ, inimicitiæque, vel amicitiæ, in condenda historia aliquid tribuerent, tamen apud alios eadem monumentis complexos, ac publicis in Commentariis reperiri rerum gestarum veritas aliquo modo poterat. Verum tempore immutata Reipub. quia pleraque occulte agi cœperunt, parum fides eorum narratio invenit: quin etiam si quid in publicum emanavit, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratæ, tribuitur. Est enim suspicio omnia dici, agique ad arbitrium Imperatorum, eorumque qui horum potentiæ sunt participes. atque inde fieri, ut multa conficta divulgentur, multa quæ vere acta sint, ignorentur, denique secus omnia, quam evenerint, edantur.*

3. *Tiberij, Caiique.*] Fines designat intra quos hi libri, qui attingunt quatuor dumtaxat Principes. Ut vel hinc liqueat historias seorsum scriptas, finemque Annalium fuisse in fine Neronis. *Lipsius.*

4. *Ob metum falsa.*] Et metus & odinm impedimento sunt historiam contexere vo-

ſitæ ſunt. Inde conſilium mihi, pauca de Auguſto, & extrema tradere: mox Tiberij principatum, & cætera, ſine ira & ſtudio,
2 quorum [1] cauſas procul habeo. Poſtquam Bruto & Caſſio cæſis, [2] nulla jam publica arma; Pompeius [3] apud Siciliam oppreſſus; [4] exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus niſi Cæſar dux reliquus: poſito *Triumviri* nomine, Conſu-

INTERPRETATIO.

conſcripta eſt. Itaque ſtatus apud me quadam & poſtrema memorare de Auguſto, dein imperium Tiberij; & alia ſequentium Principum, ſine odio & amore, quorum affectuum cauſa procul à me abſunt. Poſtquam Bruto & Caſſio extinctis, nulla jam Reipublica opes, aut exercitus erant: poſtquam Sex. *Pompeius in Sicilia profligatus* fuit: *ſpoliatoque Lepido, caſo Antonio, ne Caſarianis quidem partibus dux ſupereſſet niſi*

NOTÆ.

lentibus. Metu fit, nt vera dicere non audeant; odio, ut interdum falſa confingant. Metu, quæ reprehenſione digna ſunt, aut tacentur aut extenuantur, aut etiam in contrarium verſa laudantur. Odio, quæ peccata ſunt, exaggerantur & in majus attolluntur: quæ recte facta, aut ſupprimuntur, aut elevantur, aut depravantur. Itaque ubi illa ſunt, inde exulat fides. *Muretus.*

1. *Cauſas procul habeo.*] Nam Tacitus neque illos Principes viderat, nec de illo bene aut male meriti erant, nec de ipſius avis, ſeu auctoribns: ab iſtis Cæſaribus neque mediate, neque immediate ullum beficium, aut injuriam acceperat. Igitur amoris, odiive cauſam procul habuit Tacitus: familia & fortuna Taciti provecta & promota eſt poſtea à Flavianis; à Veſpaſiano nempe. Tacit. lib. 1. hiſt. 1. ſic ſcribit.

Poſtquam bellatum apud Actium, atque omnem poteſtatem ad unum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia ceſſere. Simul veritas pluribus modis infracta; primum inſcitia Reipublica ut aliena, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio adverſus dominantes. Ita neutris cura poſteritatis, inter infenſos vel obnoxios. Sed ambitionem ſcriptoris facile adverſeris: obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur. Quippe adulationi fœdum crimen ſervitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt. Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio, nec injuria cogniti. Dignitatem noſtram à Veſpaſiano inchoatam, &c. Incorruptam fidem profeſſis nec amore quiſquam & ſine odio dicendus eſt.

2. *Nulla jam publica arma.*] Senatus, populique pro Republica & à Republica. Tantum privata nunc arma, & in propriam potentiam. *Lipſius.*

Nulla jam publica arma.] Bruto & Caſſio cæſis nnllæ jam partes Reipub. ſupererant, nullæ partes quæ libertatem aſſererent. Nnllæ jam Reipub. opes, nulli jam exercitus pro Repub. militabant. Omnes opes, copiæ, arma ad Triumviros tranſlata erant.

3. *Apud Siciliam oppreſſus.*] Non mehercules apud Siciliam. In Aſia oppreſſum eum jugulatumque conſentiunt ſcriptores: de nrbe tamen ambigitur. Dio XLIX. cæſum vult, ἐν Μιδαείῳ τῆς Φρυγίας, in Phrygiæ oppido Midaio. Florus lib IV. cap. VIII. & Appianus Mileti, quæ Cariæ adſcripta. Sed noſter victum eum ſaltem intelligit, & copias ejus apud Siciliam oppreſſas. Ita & Florus de eodem: *In Siculo freto juvenis oppreſſus eſt.* Lipſius.

4. *Exutoque Lepido, &c.*] Eleganter, id eſt, exarmato, & exercitu ſpoliato. Nam viginti legiones ei ademit.

Exutoque Lepido.] Dio lib. 49. *Hac Caſari objiciebat, & miſſis ſuorum nonnullis eum ad diſceptationem provocabat. Habebat autem ſecum eas copias, quas ex Africa adduxerat, omneſque eos, qui Meſſana remanſerant. Hi enim ſimulatque Lepidus prior Meſſanam venit, & ſpem novarum rerum oſtendit, ſeſe ei adjunxerant. Caſar ad objecta nihil reſpondens; ac omne jus in ſe ponens, & in armis, quibus Lepido praſtabat, ſtatim cum paucis quibuſdam in Lepidi caſtra advenit, ſperans ſe eum repentino adventu, hominem alioquin parum ſtrenuum, perterrefacturum, ejuſque milites ſibi adjuncturum. Admiſſus autem quod propter ſuorum paucitatem videbatur paci-*

lem se ferens, & ad tuendam plebem [1] Tribunicio jure contentum; [2] ubi militem donis, [3] populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, [4] Magistratuum, legum in se trahere, nullo adversante; cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior,

INTERPRETATIO

Octavius *Cæsar: Is omisso Triumviri vocabulo Consulem se gerens, & simulans se Tribunitia potestate esse contentum, velut ad defendendam plebem, ubi legiones largitionibus demeruit, populum frumento, omnes blandimento pacis delinivit; attollere se sensim* cœpit, *& officia Patrum,* auctoritatem *Magistratuum, legumque in se transferre, nemine resistente, cum constantissimi quique prælijs, aut proscriptione periissent. cum cæteri proceres quo quisque ad serviendum paratior, divitiis & dignitatibus veherentur.*

NOTÆ.

sicum aliquid acturus, quum non ex sententia Lepidi militum esset locutus; ad iram ij concitati, impetum in eum fecerunt, Cæsarianisque aliquot cæsis, ipse Cæsar, suis properato subvenientibus, periculum evasit. Quapropter postquam universo suo exercitu adversum eos profectus, castris inclusos obsedit: Milites Lepidi, quum metuerent, ne vi caperentur; etsi, Lepidum reverentes, publice nihil movebant, tamen privatim ab eo sensim ad Cæsarem desciverunt. Lepidus igitur eorum defectione adactus est, ut ultro supplex, vestitu pullo, ad Cæsarem veniret: eique Principatus ademptus, vitaque in Italia, non sine custodia concessa est.

1. *Tribunicio jure contentum;*] Non poterat per leges eodem tempore plures magistratus gerere: & tamen omnium magistratuum vim ac potestatem in se unum transferre cupiebat Ergo qui summus in urbe erat magistratus, consulatum dico, eum, cum visum est, & quamdiu ac quoties visum est, occupavit. Cum autem tribunorum plebis maxima etiam esset auctoritas, ut qui aliis omnibus magistratibus intercedere, eorumque conatus impedire possent: (nam si unus tribunus dixerat, *veto*, irritum erat, quicquid agebatur) cum ipsos quoque consules nonnunquam obtorto collo in carcerem traherent: cum Senatusconsulta arbitratu suo rescinderent: cum, quod caput est, sacrosancti essent; ita ut eos violare aut invitos attingere, piaculum haberetur: noluit quidem Augustus tribunus plebis esse, cum jam consul esset: prætereaque jam patricius effectus, adoptione in gentem Juliam, tribunatum plebis capere non posse videretur: sed Tribunitiam potestatem à Senatu petiit, obtinuitque. Quid enim tunc petenti Augusto negari poterat? ut esset non una & consul & tribunus plebis, sed, inverso loquendi genere, *consul tribunitia potestatis.* Hoc autem se facere simulabat ut plebem tueretur: quoniam ea tribunorum creandi causa principio fuerat. Speciosa nomina: res capitales, & ad Reipublicæ exitium pertinentes. *Muretus.*

2. *Ubi militem donis.*] Augustus primus militem donavit suo primo Consulatu, cum eum Consulatum ope & favore legionum quas Romam adduxerat, adeptus esset: & hinc origo donativi, teste Dione, lib. 46. ubi de Augusto primum Consulatum adepto, qui tum milites secum Romam adduxerat. *Cæsar rebus urbanis suo arbitrio constitutis, pecunias in milites erogavit. Tantas quidem in aliquos & quantas, & unde Senatus decreverat, in reliquos vero singulos verbo sane de suo, reipsa autem de publico. Ac tum quidem sic & tali de causa milites pecuniam acceperunt. Cum autem hoc male nonnulli intellexissent, sibi persuaserunt semper omnibus absolute legionibus quotquot armata Romam venirent necessarioque bis mille quingentos denarios viritim esse numerandos. Igitur hi quoque milites qui ad evertendum Iulianum cum Severo in urbem venerunt, eam pecuniam postulantes ingentem illi, nobisque terrorem incusserunt: eosque Severus nequidem scientibus aliis quid peterent ducenis quinquagenis denariis placavit.*

3. *Populum annona.*] Id est frumento quod gratuito plebi viritim distribuebatur.

4. *Magistratuum*, Dio lib. 53.] *Omnia quæ in Respub. forma populari multum valuerant, Senatu, populoque volentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt Principes excepta dictatura. Consules enim fiunt sæpe-*

opibus & honoribus extollerentur: [1] ac novis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quam vetera & periculosa mallent. Neque [2] provinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus populique imperio ob [3] certamina potentium, & [4] avaritiam magistratuum: [5] invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur.

INTERPRETATIO.

Atque sic novo ex Imperio ornati magis cuperent securum & præsentem statum quam res priscas & ancipites. Neque Provinciæ hanc Reipublicæ formam spernebant, quippe tum suspectabant dominationem Senatus & populi ob discordias procerum, & cupiditatem Magistratuum. Cum jam nihil esset præsidii in legibus, quæ violentia, ambitione & tandem largitione subvertebantur.

NOTÆ

numero, & quoties extra Pomœrium sint, Proconsules dicuntur, nomenque Imperatorum, non modo, si qui aliquam victoriam retulerint, sed & alii omnes ad significandam plenam suam, & perfectam potentiam, semper gerunt loco nominis Regii, & dictatoris, quæ semel è Repub. sublata, ut non imponunt sibi, ita eorum vim, ac rem ipsam Imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus scribendi, pecuniæ conficiendæ, bella suscipiendi, pacem faciendi, peregrinis, atque Romanis seu legionariis militibus, semper & ubique imperandi similiter, atque etiam intra Pomœrium equites, Senatoresque necandi, aliaque omnia, quæ Consulibus, aliisque cum pleno Imperio Magistratibus facere licet, agendi jus habetur. Ex Censoria autem appellatione in vitam & mores nostros inquirendi, census agendi, in Equestrem, ac Senatorium ordinem adscribendi, aliosque ex iis removendi pro suo arbitrio licentiam consequuntur. Quod autem omnibus Sacerdotiis inaugurati sunt, ac plerosque in ea Collegia adsciscunt, semperque unus eorum (si quando duo, vel tres simul Imperatores sunt) summum Pontificatum gerit. eo fit ut omnia sacra sanctaque in sua potestate habeant. At tribunitia potestas quā florentissimi Imperatores habuere, efficit, ut intercedere iis quæ ab aliis contra ipsorum sententiam moventur, possint. Ac sic inviolabiles sint; ita si vel minimo, non dicam facto, sed verbo, se ab aliquo læsos existiment, eum indicta causa, tanquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores quum utique ipsi patricii sint, omnem vero tribunitiam potestatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt, & juxta eandem imperii quoque sui numerant annos, quasi quotannis & ipsi cum tribunis plebis eam acciperent. Hæc igitur singula, quum legibus fuerint stabilita in ea Republica forma, qua penes populum erat summa rerum, Imperatores cum ipsis nominibus assumunt, ut nihil sibi à subditis non datum habere videantur, &c.

1. *Aucti.*] Et qui supererant facile ferebant jugum, deliniti opibus, & honoribus, ad quæ nulla nisi per servitium via: eaque adepti facile anteponebant tutam & præsentibus commodis fertilem servitutem, obliteratæ jam & periculosæ libertati. Præferebant res præsentes veteri Reipub. libertative, ut quæ plena periculi esset ob certamina procerum.

2. *Provinciæ.*] Quin & Provinciæ ipsæ *in pace* Proconsulibus atque Prætoribus prædæ erant; nec legibus repetundarum, aliisque valde juvabantur; quum eas potentes isti Romani facile, aut vi subverterent, aut ambitu pecuniave Senatu aut judicibus corruptis, eluderent.

3. *Certamina potentium,*] Factiones in urbe, & tum bella, quæ miseras Provincias affligebant. *Lipsius.*

4. *Avaritiam.*] Rapinas & extortiones Præsidum, in populi imperio dissimulatas, aut invicem donatas. *Idem.*

5. *Invalido legum auxilio.*] At dicet aliquis, erant repetundarum judicia, quæ non in ipsos modo magistratus, sed in ipsorum quoque heredes, in quantum locupletiores facti essent, redderentur. Ludibria illa, non judicia erant. Turbabantur vi: cum interdum minæ intentarentur judicibus, interdum etiam sicæ. Turbabantur ambitu: qui sæpe & accusatores prævaricari ac colludere, & judices pejerare cogebat. Turbabantur ea, quæ semper plurimum

Ceterum Augustus subsidia dominationi [1] Claudium Marcellum, sororis filium admodum adolescentem, Pontificatu & curuli Ædilitate; [2] M. Agrippam [3] ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ socium [4] geminatis consulatibus extulit: mox [5] defuncto Marcello, generum sumpsit: Tiberium Neronem & Claudium Drusum privignos, 3

INTERPRETATIO.

Ceterum Augustus munimenta imperij quærens, *evexit Claudium Marcellum* Octavia *sorore genitum, juvenem admodum, ad Pontificatum, & Ædilitatem Curulem M. Agrippam, obscurum loco, bello clarum, & victoria participem* auxit *duplici Consulatu, dein extincto Marcello generum adscivit. Imperatoris nomen &* decus *concessit Tiberio Neroni,* & *Claudio Druso privignis* suis,

NOTÆ.

rimum apud plurimos, prope dixi, omnia apud omnes potuit, pecunia. His fiebat, ut omnis rerum commutatio provincialibus optabilis videretur. Quare Augusto ad se unum omnia trahenti, facile acquieverunt.

1. *Claudium Marcellum.*] de cujus laudibus Seneca ad Marciam: *Octavia Marcellum amisit, cui & avunculus & socer incumbere cœperat, in quem onus imperij reclinaret: adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed & frugalitatis innocentiaque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admiranda: patientem laboris, voluptatibus alienum, & quantumcunque imponere illi avunculus, & ut ita dicam, inædificare voluisset, laturum.*

2. *M. Agrippam.*] De quo sic Plinius lib. 7. 8. *In pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, & ægre Partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque adversa pedum valetudine, misera juventa, exercito ævo inter avara mortesque ad noxia successu.* (Alij legunt, *inter arma hostisque & ad mortem obnoxio secessu.* Quod intelligunt de discessu Agrippæ in Lesbum) *infelici terris stirpe omni, sed per utrasque Agrippinas maxime, quæ Caium & Domitium Neronem Principes genuere, totidem faces generis humani: præterea brevitate ævi, quinquagesimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum conjugis* (Juliæ,) *socerique* (Augusti) *prægravi servitio, fuisse augurium præposteri natalis existimatur.*

3. *Ignobilem loco.*] Seneca lib. 2. Controv. *Tanta autem sub divo Augusto libertas fuit, ut prapotenti tunc M. Agrippa non defuerint, qui ignobilitatem objicerent. Vipsanius Agrippa fuerat. Vipsanij nomen quasi argumentum paterna humilitatis sustulerat, & M. Agrippa dicebatur. Cùm defenderet reum, fuit accusator, qui diceret Agrippam & quod medium est, volebat Vipsanium intelligi. Fuit qui diceret: Concurrite, Agrippa malum habebis, responde diis. Ea in arte utique mihi videtur admiratione dignus divus Augustus, sub quo tantum licuit. Sed horum non possum non misereri, qui tanti putant caput potiùs, quàm digitum perdere.* Bene *digitum:* (legit *dictum* Lipsius.) Opponit enim Seneca *digitum* capiti, quia digito demonstrabant in quem tales facetiæ pronunciatæ, vel etiam scriptæ essent; digitum autem perdebant, & dicacitatem suam, nisi demonstrassent. At malebant perdere *caput*, id est vitam, quàm *digitum* seu lepidum dictum quod digito vel scribebant, vel denotabant eo modo quo diximus.

4. *Geminatis Consulatibus.*] Fuit tertium Consul Agrippa. Dio, Fasti, Velleius. Sed duo postremi Consulatus illius fuerunt conjuncti continentesque, qui honos maximus, nec fere tribuebatur, nisi Principibus. Hoc decus summum innuit eo loco Tacitus, cùm dicit Agrippam *geminatis Consulibus* evectum fuisse.

5. *Defuncto Marcello.*] Qui Baiis obiit, ut clarè testatum reliquit, Elegia huic rei propria, Poëta Umber. Nec scio cur vir doctus tanto opere pertendat mortuum

1 Imperatoriis nominibus auxit, integra etiamdum domo sua. Nam genitos Agrippa Caium ac Lucium 2 in familiam Cæsarum induxerat; necdum 3 posita puerili prætexta, 4 *Principes juventutis* appellari;

INTERPRETATIO.

incolumi etiam tum familia sua. Quippe in domum Cæsarum adsciverat Caium ac Lucium filios Agrippæ, cùm nondum togam puerilem exuissent, hosque *vocari Principes juventutis, & designare Consules*

NOTÆ.

cum potiùs in Stabiano. Quid? Propertius qui vixit id ævi, locum nescivit funestum juveni tam illustri? Scivit, sed dedit hoc, inquit, Liviæ, quæ suspicione laborabat Marcelli interempti. Nec herclè immeritò. Num ergo venenum dari Baiis minus potuit, ac in Stabiano? Scilicet soluta omni crimine illa aulica Medea, si Marcellus obiit Baiis. Ego verò, vir maxime, caussam nullam video hujus tuæ tam seriæ adsertionis: placetque cum Propertio & vulgatis Servij libris mortuum eum in Baiano. Suspicionem quidem de Livia Dio hujusmodi inseruit. *Accusata est Livia mortis Marcelli, quod is ejus filiis anteponeretur*. At Tacitus Pliniusque eâ culpâ non liberant etiam Augustum Ann. lib. 2. *Sed suberat occulta formide reputantibus, haud prosperum in Druso patre ejus favorem vulgi: avunculum ejusdem Marcellum flagrantibus plebis studiis ereptum, breves & infaustos populi Romani amores*. Plinius lib. 7. inter Augusti infortunia. *Suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio*. Quasi conceperit aliquid Marcellus contra Augustum, amore pristini status & libertatis. *Lipsius*.

1. *Imperatoriis nominibus*] Imperatores appellati privigni illi non eo more, nec ea potestate quâ ipsi Principes & rerum domini, sed ex more veteris Reipub. quo *Imperatores* dicebantur, qui Rempub. feliciter gessissent. Qui honos non ita vulgatus sub Principibus, qui rei prosperè gestæ lauream sibi vindicabant, cùm auspiciis illorum cuncta regerentur.

2. *In familiam Cæsarum induxerat.*] Emptos domi à patre per æs & libram. Ita loquebantur, non per *assem*, ut perperàm inolevit Suetonii cap. LXIV. Quamquam reverà in ea formula Æs non aliud notat, quàm Assem. Varro lib. VIII. *pro assibus nonnunquam æs dicebant antiqui, à quo dicimus, assem tenentes: Hoc ab ære æneaque libra*. Lipsius. In omni solutione pecuniæ, quæ quidem ritu Quiritum fieret, libripens adhibebatur, ac vetus formula retinebatur, quamvis re mutata: quamvis inquam, non ampliùs appenderetur, sed jam numeraretur pecunia: quam consuetudinem Boëthius ex Caij institut. His verbis exposuit: *Is qui mancipio accipiebat, æs tenens ita dicebat: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra*. Horat. *Si proprium est quod quis libra mercatur & ære*. Sic igitur teste Suet. LXIV. Augustus *Caium & Lucium adoptavit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam Reipub. admovit.*

3. *Posita puerili prætexta.*] Sic dicta prætexta, quia ei purpura prætexta erat, quia purpuram in ora habebat. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum sptimum, qui annus tyrocinij dicebatur. Neq; pueri tantùm ingenui, verum etiam puellæ ingenuæ, libertinorum filij, Magistratus omnes, non modo Romæ, sed in coloniis etiam & municipiis: Magistri vicorum & Collegiorum: Sacerdotes & Senatores, ludorum Romanorum diebus, etiam mulieres Nonis Caprotinis prætexta toga utebantur.

4. *Principes juventutis.*] Is honos ab Augusto invaluit tanquam ad summum Imperium titulus & omen. Sunt nummi cum inscriptione C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS: DES. PRINC. JUVENT. Adpositæ effigies Caij Luciique cum clypeis & hastis, quæ tirocinij die equites dederant, honoris Augusti causa. Sic & lapis Ancyranus, EQUITES AUTEM ROMANI UNIVERSI PRINCIPEM *Juventutis Caium clypeis &* HASTIS ARGENTEIS DONATUM APPELLAVERUNT. Et longè major fides lapidis quam Græci Dionis, qui has hastas aureas fuisse tradit.

¹ destinare Consules; specie recusantis flagrantissimè cupiverat. Ut Agrippa vita concessit; L. Cæsarem euntem ad Hispanienses exercitus, ² Caium

INTERPRETATIO.

vehementissimè peroptarat, licet in speciem renuere videretur. Defuncto Agrippa, immature fato, vel novercæ Liviæ fraude, rapti Lucius Cæsar cùm ad Hispanienses exercitus se

NOTÆ.

1. *Destinare Consules.*] Et verò perfecerat. Romæ marmor de Caio: QUEM POPULUS COS CREAVIT ANNOS NATUM XIV. Ait annos natum quatuordecim: & addicit Dionis ratio, qui Consulem facit designatum anno Urbis 748. Tamen Augustus in jam dicto lapide XV. illi annum circumdat, sed nempe quem ingressus erat, & jam agebat. Verba sunt: *Honoris mei causa Senatus Populusque Romanus annum quintum & decimum agentis Consulis designavit, ut eum Magistratum iniret, post quinquennium, ex eo die quo deducti in forum.*

Destinare Consules.] *Destinare* & *designare* pro eodem est, cum isto tamen discrimine, quod designari Consules, vel proximo anno, vel proximis calendis inirent Consularum. At verò isti filij Augusti destinati Consules inituri tantum erant eum Magistratum post quinquennium, ex eo die, quo virilem togam sumpserant, ut habet lapis Ancyranus: Et scripsit Tacitus *destinare* non *destinari*, nam ipsemet Princeps Augustus destinabat, seu designabat Consules, quamvis ad id incitari à Populo Romano gauderet; quamvis favore plebis adulandi libidine Cæsares isti proveherentur, quamvis ipse Augustus in speciem tales honores recusaret.

2. *Caium remeantem Armenia.*] In Lycia mortuum eum voluit Suetonius cum Velleio. Ille his verbis: *Caium & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos: Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis.* Iste his: *deinde reluctatus invitusq; revertens in Italiam, in urbe Lyciæ, Limyram vocant, morbo obiit.* Etiam Florus: *Massiliæ Lucius morbo solvitur: In Lycia, Caius ex vulnere.* Fugerit ergo rario memoriosum illum senem necesse est, qui in Syria tradidit defunctum. Dico Senecam patrem in controversiis: *Itaque cum mortuo in Syria C. Cæsare Codicillo questus esset Augustus, quod in tam magno & recenti luctu suo cœnasset.* Sed erit fortasse, qui culpam eam in Scriptorem conferet, rescribetque, *Lycia.* Lipsius.

Caium remeantem Armenia.] Non conveniunt Auctores ubi mortuus sit Caius Cæsar filius Augusti. Seneca pater & Rufus Festus volunt in Syria mortuum esse Caium, at Suetonius Velleius & Zonaras volunt, in Lycia periisse. Quis tantum dissidium componat? Certè missus fuerat Caius filius Augusti ad componendum Orientem, præsertim ut imponeret Regem Armeniis: per Syriam autem intelligunt Orientem, quia Syria præcipua & validissima pars Orientis; & unde opes, legiones, armaque educebantur adversus quoscumque rebelles hujusce orbis orientalis. Missus igitur erat Caius in Syriam, seu Orientem: sic potest dici vulneratum esse in Syria, & periisse in Syria, & contenti sunt Auctores nominasse præcipuam Provinciam; & quænam pars Orientis Lycia, an tanti fuit ut celebraretur? Igitur quamvis Caius Cæsar propriè missus fuerit in Armeniam, ut illam componeret inter Romanos Parthosque dissidentem, quamvis vulnus acceperit in Armenia, quamvis perierit ex vulnere in Lycia, Limyræ: Tamen potuit etiam dici vere periisse in Syria, ut quæ sit potissima & celeberrima pars Orientis, cùm Lycia obscura & ignota sit. Et distinguendi sunt potiùs & explicandi Auctores, quàm ad verbum capiendi. Verbi gratia, ibidem dicit Velleius, *morbo periit*, certè non præcisè periit ex morbo Caius, sed ex vulnere quod acceperat in Armenia à perfido quodam homine qui præerat Artaxatis, attamen ex vulnere morbum contraxerat, quo periit: sed assentatur Velleius Tiberio cui infensus fuit Caius. Idem dissidium reperies inter Suetonium & Tacitum; Suetonius dicit Vononem qui Parthorum Rex fuerat, Antiochiæ occisum esse; Tacitus autem interfectum es-

remeantem Armenia, & vulnere invalidum, mors fato propera, vel novercæ Liviæ dolus abstulit; [1] Drusoque pridem extincto, Nero solus è privignis erat: illuc cuncta vergere: filius, Collega Imperij, consors Tribuniciæ potestatis adsumitur, omnísque per exercitus ostentatur: non obscuris, ut antea, matris artibus, sed palam hortatu. Nam senem Augustum devinxerat adeo, uti nepotem unicum Agrippam Postumum in [2] insulam Planasiam projiceret: rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitij compertum. At hercule Germanicum Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit, adsciríque per adoptionem à Tiberio jussit. Quamquam esset in domo Tiberij filius juvenis: sed [3] quo pluribus munimentis insisteret. Bellum ea tempestate nullum, nisi adversus Germanos supererat: abolendæ magis infamiæ ob amissum cum Quinctilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperij, aut dignum ob præmium. Domi res tranquillæ. 4 Eadem magi-

INTERPRETATIO.

conferret, & Caius cùm ex Armenia accepto vulnere debilis reverteretur. Drusoque jam dudum mortuo, solus è privignis supererat Tiberius: illuc omnia tendere: filius adsciscitur, socius Imperij, particeps Tribunitiæ auctoritatis, & per omnia Castra monstratur: non occultis ut antea Liviæ dolis, sed ipsa jam palam incitante. Quippe adeo sibi obstrinxerat senem Augustum fœmina, *ut in insulam Planasiam amandaret Agrippam Postumum nepotem unicum, qui quidem à liberalibus studiis alienus, & vi corporis temere insolescens, nullius tamen sceleris manifestus erat. At certè* Augustus *præfecit Germanicum Drusi filium octo legionibus apud Rhenum*, agitantibus. *Eumque à Tiberio adoptari voluit, quamvis tum in penatibus haberet filium juvenem Tiberius. Sed* id agebat Augustus *ut se pluribus subsidiis firmaret. Nullum eo tempore bellum gerebatur, nisi contra Germanos, magis ignominiæ ob cæsas cum Quinctilio Varo legiones, delendæ gratia, quam cupiditate prolatandi Imperij, aut ob* ullum *dignum* operæ *pretium.*

NOTÆ.

se ab evocato quodam, nomine Remmio ad ripam fluminis quod trajicere Rex parabat, ut captivitatem effugeret. Certè idem dicunt, si bene intelligantur: asservabatur Vonones in Syria, & custodes ipsi appositi, & Antiochia urbs caput Syriæ, ubi sæpè versabatur: & cùm ire ad venatum finxisset, fortè non procul Antiochiâ fugiens, deprehensus est & interfectus. Conveniunt Auctores in substantia rei gestæ, differunt vel silent in circumstantiis: quid mirum? Caius periit in Oriente, in Syria, hæc est substantia rei: interiit Limyræ, in Lycia, hæc est circumstantia, quam unus accuratè scripsit Velleius.

1. *Druso pridem extincto.*] Nempe ante annos circiter XII. priusquam Caius moreretur. Quippe Drusus obiit ex lapsu equi in Germania anno urbis DCC.XLV. Sic Dio lib. 55. & Caius periit anno DCC.LVI.

2. *In insulam Planasiam*] Planasia, vulgò *Pianosa*, insula maris Tyrrheni inter Iluam & Corsicam.

3. *Quo pluribus munimentis*] Filij heredesq; passim dicuntur subsidia & firmamenta Regni. Tacitus V. Histor. *Non legiones, non classes, perinde firma Imperij munimenta quam numerum liberorum.* Euripides.

Φῦναι τυράννοις, παῖδας ἔρυμα δόμασι].

Sic *subsidia aulæ* Suetonio. *Adminicula Augusti* Senecæ, heredes Imperij dicuntur: & verè.

4. *Eadem Magistratuum vocabula.*] Eadem manebant nomina, sed re inania: omnem vim legum & magistratuum Imperij & Reipub. in se traxerat Augustus, sola obsequij gloria cæteris relicta erat.

ſtratuum vocabula. Juniores poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes plerique inter bella civium nati. Quotuſquiſque reliquus, qui Rempublicam vidiſſet? Igitur verſo civitatis ſtatu, [1] nihil uſquam priſci & integri moris: omnis exuta æqualitate juſſa Principis aſpectare. Nulla in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus, ſeque & domum & pacem ſuſtentavit. Poſtquam provecta jam ſenectus ægro & corpore fatigabatur, aderatque finis, & ſpes novæ: pauci [2] bona libertatis incaſſum diſſerere; [3] plures bellum paveſcere; [4] alij cupere; pars multo maxima imminentis dominos variis rumoribus differebant: *trucem Agrippam, &* [5] *ignominia accenſum, non ætate, neque rerum experientia tantæ moli parem. Tiberium Neronem* [6] *maturum annis, ſpectatum bello: ſed vetere atque inſita* [7] *Claudiæ familiæ ſuperbia; multaque indicia ſævitiæ, quamquam premantur,* 4

INTERPRETATIO.

Romæ res pacatæ erant. *Eadem dignitatum nomina. Juvenes poſt Actiacum triumphum geniti ut & plerique ſenes inter diſcordias civiles. Jam quotuſquiſque ſuperſtes qui Rempubl.* ſeu liberam civitatem *conſpexiſſet? Itaque mutata Reipublicæ forma, nihil uſquam veteris & incorrupti moris, omnes ſublata æqualitate* civium *ad nutum & imperia Principis intenti eſſe, nullo ad præſens motu, dum Auguſtus corpore firmus, ſeque & familiam & tranquillitatem ſuſtinuit. At poſtquam affecta jam ætas, & adverſa valetudo ingr uebat, imminebatque ipſi finis* vitæ, *& rerum novarum ſpes* affulgebat, *tum pauci fruſtra diſferre ſermonibus commoda libertatis. Multi formidare novos motus, alij exoptare. Pars longe maxima de impendentibus dominis varia fama differebant, ferocem Agrippam & dedecore exaſperatum, non annis, neque rerum uſu, tanto oneri ſufficere. Tiberium, Neronem ætate gravem, militia conſpicuum, ſed priſca, atque ingenita Claudiæ familiæ adrogantia* efferri.

NOTÆ.

1. *Nihil uſquam priſci, &c.*] Avitæ virtutis ac libertatis nemo meminerat. Qui imperare aliis ſolebant, ipſi jam ex illius unius nutu, arbitrioque pendere: atque inter ſe, quis ad imperata facienda promptiſſimus eſſet contendere. *Muretus.*

Nihil uſquam priſci] Nihil priſci moris, quod integrum & illibatum eſſet, eo nempe in ſtatu, quo æqualitas civium, quo libertas ſublata, quo priſcæ Reipub. leges abolitæ aut eluſæ, quo jam omnes ruebant certatim in adulationem & ſervitium, *Conſules, Patres, Equites, quantoquis illuſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes.* Nihil igitur priſci, nihil integri & incorrupti illius moris, qui apud veterem populum Romanum floruerat. Tum extinctus ille mos, priſcus cum extincta libertas eſt.

2. *Bona libertatis incaſſum diſſerere*] Quorſum enim ejus rei memoriam refricabant, quam nemo, niſi ſtultiſſimus recuperari poſſe confideret?

3. *Plures bellum paveſcere;*] Divites nimirum & novis ex rebus aucti; quibus, quod amitterent, erat.

Bellum paveſcere] Plures metuebant ne rurſus, ut ante, bello Princeps, ſeu dominus quærendus eſſet.

4. *Alij cupere;*] Ij videlicet, quorum res familiaris non optime conſtituta erat: ut ex omni bellico motu damni quidem nihil metuere, lucri ex præda, utcunque caderet res, ſperare aliquid poſſent.

5. *Ignominia accenſum,*] Potuiſſet dici quod de Tiberio dictum refertur apud Suetonium 59.

Et dic: Roma perit: regnabit ſanguine multo
Ad Regnum quiſquis venit ab exilio.

6. *Maturum annis*] Jam enim LV. annos natus erat.

7. *Claudiæ familiæ*] Gens illa ſuperbiſſima in utroque ſexu, teſte Suetonio Tib. 1. 2. *Duodetriginta Conſulatus, dictaturas quinque, cenſuras ſeptem, triumphos ſeptem, duas ovationes adepta eſt,* &c. *Claudius Appius Regillianus decemvir legibus ſcribendis, virginem ingenuam per vim*

erumpere. Hunc & prima ab infantia eductum in domo regnatrice; congestos juveni consulatus, triumphos: [1] *Ne iis quidem annis, quibus* [2] *Rhodi, specie secessus* [3] *exsulem egerit, aliquid quam iram, & simulationem, & secretas libidines meditatum: accedere matrem muliebri impotentia: serviendum fœminæ, duobusque insuper adolescentibus, qui Rempubl. interim* [4] *premant, quandoque distrahant.*
5 Hæc atque talia agitantibus, gravescere valetudo Augusti & quidam [5] scelus uxoris suspectabant. Quippe rumor incesserat paucos

INTERPRETATIO.

Plurimaque signa immanitatis, quamvis occultentur, emicare. Hunc & à tenera ætate in regiis penatibus enutritum, cumulatos adolescenti Consulatus, triumphosque. Ne eo quidem tempore quo Rhodi prætextu otij & solitudinis exulaverit, aliud agitasse animo præter ultionem, & dissimulationem, & arcanas voluptates. His & adjungi Liviam muliebri superbia, obsequendum mulieri, & duobus præterea juvenibus, qui interea Rempublicam opprimant, & aliquando dilacerent. Hæc & similia disserentibus, ingravescebat Augusti morbus, & nonnulli Liviæ facinus suspicabantur. Quippe vulgata erat fama paucis

NOTÆ.

libidinis gratia in servitutem asserere conatus, caussa fuit plebi secedendi rursum à Patribus. Claudius Drusus statua sibi cum diademate ad Appij forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit, &c. Gentis ejusdem utraque Claudia fuit, & quæ navem cum sacris matris deûm Idæo, obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam ut ita demum sequeretur, si sibi pudicitia constaret: & quæ novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine ægrè procedente carpento palam optaverit, ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Prætereà notissimum est Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, &c. adversus plebem adeo violentos, ac contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem, aut deprecari sustinuerit, &c.

1. *Ne iis quidem annis*] Octo annis Rhodi mansit.

2. *Rhodi*] Rhodus insula maris Carpathij, circuitu 130. mil. cum urbe cognomine Archiep. sub imperio Turcarum. Hic mira aeris salubritas. Hic Apollo præcipuè colebatur, cui Colossum unum ex septem miraculis dedicarunt.

3. *Exulem egerit,*] Sunt quibus latinitas Taciti non arridet. Videant Suetonium elegantiorem in Tib. 12. *Tunc non privatum modo sed etiam obnoxium, & trepidum egit, Mediterraneis agris abditus,* &c.

4. *Qui Rempublicam interim premant,*] Qui interim dum pater eorum vivet, Reipubl. oneri futuri sint, eo defuncto Imperium divisione, aut discordiis distracturi sint.

5. *Scelus uxoris*] Dio hæc de re apertiùs. Ficuum esu oblectabatur Augustus, easque sæpè Livia decerpta manu sua ex arbore ipsi porrigere solebat, ipseque eas ita libentiùs esitabat. Partem igitur adhuc pendentium oblevit Livia veneno, non quidem præsentaneo, sed quod paucis diebus consumeret. Jam tum enim ars illa reperta erat: ne nostrorum temporum inventum puteris. Venenatas igitur marito dedit: ipsa sibi eas quæ tuto edi poterant. Ita effecit ut vir suum in cælum, filius ad Imperium maturiùs perveniret.

Scelus uxoris suspectabant] Suspecta Livia in morte Marcelli, fortè & Drusi ut quæ in Tiberium magis propenderet, (saltem in ea morte suspectus fuit Augustus qui nihil ferè agebat insciâ Liviâ) & in morte Lucij & Caij Cæsarum, & ipsius Augusti, dein & Agrippæ Postumi, mox & Germanici, nam conscientiæ seu criminі Plancinæ innexa Livia: nec solummodo Livia afflixit virilem sexum Augusteæ gentis, sed & Julias filiam neptemque Augusti & Agrippinam Germanici, quas omnes ejecit in exilium simul & exitium, aut

ante menses, Augustum electis conscii, & comite uno Fabio [1] Maximo Planasiam vectum, ad visendum Agrippam, multas illic utrimque lacrymas, & signa caritatis, spemque ex eo, fore ut juvenis penatibus avi redderetur. Quod [2] Maximum uxori Marciæ aperuisse: illam Liviæ. Gnarum id Cæsari: neque multo post, extincto Maximo (dubium an [3] quæsita morte) auditos in funere ejus Marciæ gemitus semet incusantis, *quod causa exitij marito fuisset.* Utcunque se ea res habuit, vixdum ingressus [4] Illyricum Tiberius, properis matris litteris accitur. Neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam, an exanimem repererit. Acribus namque custodiis domum, & vias sepserat Livia: lætique interdum nuntij vulgabantur, donec provisis quæ tempus mone-

INTERPRETATIO.

abhinc mensibus Augustum adsumptis testibus, & comite uno Fabio Maximo Planasiam delatum, ut videret Agrippam: larges illic utrinque fletus, & mutui amoris indicia: atque exinde spem, futurum ut adolescens in paternam familiam revocaretur. Fabium Maximum predidisse hoc arcanum uxori sua Marcia, & Marciam Livia. Compertum id Augusto: & paulo post defuncto Fabio, (incertum an violenta morte) exceptos in exequiis illius Marcia planctus, quibus se ipsam increpabat, quod viro causa mortis fuisset. Vtcunque ea res gesta sit, vixdum attigerat Illyricum Tiberius, cum [?]leribus Livia nuntiis accersitur. Neque satis constat, an invenerit Augustum adhuc viventem in urbe Nola, an mortuum. Quippe mater acre satellitium dispoſuerat circa domum, atque itinera, faustique interdum rumores spargebantur in vulgus, donec preparatis qua

NOTÆ.

saltem ruentes feminas nobiles vel destituit, vel impulit.

1. *Comite uno Fabio*] Distingue igitur inter domesticos illos electos, qui conscij essent arcani Principis, qui fortè liberti & domestici minùs nobiles: & *comitem* illum Fabium Maximum, qui ex illustribus amicus & comes tum Augusti fuit, nec diceretur comes Augusti nisi & amicus & illustris esset.

2. *Maximum uxori*] Totam hanc historiam describit Plutarchus in libello de garrulitate. *Fabius verò Cæsaris* Augusti *amicus cùm jam senem eum sæpius querentem audiret de solitudine sua domus: quodque duobus nepotibus fato functis, Postumo qui solus reliquus, ex calumnia nescio qua exulante, cogeretur uxoris sua filium ad successionem Imperij vocare, quanquam miserans & consilium captans revocandi ab exsilio nepotis, cùm, inquam, hac audiret Fabius, nuntiavit sua uxori, illa Livia. Livia autem acerbè cum Cæsare egit, cur quoniam jam pridem id decrevisset, non arcesseret nepotem, sed se odio invidiaque successoris objiceret? Venientem igitur de more mane Fabium & solitum illud dicentem Ave, Cæsar resalutavit, Vale, inquit, Fabi. Atque ille id intelligens domum se illico subduxit, & vocata uxore; Rescivit inquit, Cæsar non siluisse me arcana. Ideo mori mihi decretum est. Vxor autem: jure, ait, quoniam tamdiu mecum habitans vinosque, nec noveris, nec caveris intemperantiam mea lingua. Sed precedam tamen ego, & accepto gladio, se ipsa viro coram interemit.*

3. *An quæsita morte*] Dubium an naturali seu miti obitu, an violenta & accersita morte perierit: &, si violenta fuit illa mors Fabij, adhuc incertum est an eam sibi ipse ultro consciverit; an verò ipsi dolo & machinatione Augusti maturata fuerit. Si tamen Plutarchum audimus sola offensione & inimicitia Augusti perculsus ad accipiendam mortem compulsus videtur.

4. *Illyricum*] Regio ampla Europæ, Pannoniæ contermina: in duas partes dividitur Liburniam & Dalmatiam, vulgò

bat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Primum facinus novi principatus fuit, Postumi Agrippæ cædes: quem ignarum inermumque, quamvis [1] firmatus animo [2] Centurio ægrè confecit. [3] Nihil de ea re Tiberius apud Senatum disseruit. Patris jussa simulabat, quibus præscripsisset Tribuno custodiæ apposito, *ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandocumque ipse supremum diem explevisset.* Multa sine du-

INTERPRETATIO.

occasio postulabat, simul vulgatum est & fato concessisse Augustum, & Tiberium principatum adeptum esse. Primum scelus novi Imperij fuit nex illata Postumo Agrippæ, quem incautum & inermem vix interfecit Centurio quantumvis animo validus paratusque. Nihil de ea cæde retulit Tiberius apud Patres. Fingebat Augusti mandata, quibus præcepisset Tribuno custodiæ præfecto, ne differret Agrippam occidere, statim atque ipse è vivis excessisset. Multa certe & atrocia Augustus

NOTÆ.

Schiavonia in universum appellatur. Gall. *l'Esclavonie.*

1. *Firmatus animo*] Quamvis animo adversus metum & reverentiam Augusti sanguini debitam præpararo. *Freinsh.* Puto Centurionem illum fuisse animo validum firmatumque in universum & indistinctè. Cur enim respiciat ad metum Augusti seu reverentiam Centurio, qui perpetrare hanc cædem jussus erat, vel ab Augusto ipso, vel ab Augusta, & successore Augusti?

2. *Centurio ægrè confecit.*] A Tribuno interfectum Suetonius voluit. *Hunc Tribunus custos appositus occidit, lectis codicillis quibus id facere jubebatur*, sed Dio pariter à Centurione occisum prodidit. *Centurio qui custodiam ejus habebat res novas molientem interfecit.* Credo verum esse, ut à Centurione occisus sit, at jussu Tribuni. *Lipsius.* Rem totam sic narrat Suetonius Tib. 22. *Excessum Augusti non prius palam fecit quam Agrippa juvene interempto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis, quibus ut id faceret jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustus-ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine Augusti Livia, & ea Conscio Tiberio an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset, neque imperasse se, & redditurum eum senatui rationem respondit: invidiam scilicet in præsentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit.* Tacitus & Suetonius conveniunt in re, nempe occisum esse Postumum sub excessum Augusti, in circumstantiis differunt. Ex Suetonio Tribunus militum custos appositus Agrippæ; idem Tribunus lectis codicillis eum occidit; idem Tribunus renuntiat Principi factum esse quod imperasset. Sed apud Tacitum Tribunus custodiæ appositus erat; ad Tribunum hunc missi erant codicilli, quibus cædes Agrippæ imperabatur, & tamen Centurio interficit Agrippam; & idem Centurio renuntiat Cæsari factum esse, quod imperasset, quod forte agebat Centurio jussu Tribuni? Nec tamen sic conciliantur isti Auctores quoad illas circumstantias, nam ex Suetonio Tribunus occidit Postumum & ipsemet cædem nuntiat Tiberio: & certe talia facinora sæpe Tribunis imperabantur. Apud Tacitum Tribunus occidit Messalinam sua manu, ut & alij stirpe & dignitate clarissimi viri occiduntur à Tribunis ipsis: sed sæpe etiam imperantur tales cædes Centurionibus cohorte militum stipatis, quibus & exactores cædis adponebantur apud eumdem Tacitum. Itaque res in medio sit.

3. *Nihil de ea re*] Ne factum excusando agnoscere, & confiteri crimen videretur. Sic male acceptæ litteræ Neronis quas ad Senatum misit post cædem Agrippinæ, nam licet formatæ & compositæ essent ingenio Senecæ; tamen parricidium confiteri palam videbatur. De iis sic Tacitus lib. 14. 11. *Ergo non jam Nero, cujus immanitas omnium questus anteibat, sed adverso rumore Seneca erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.*

bio fævaque Auguftus de moribus adolefcentis queftus, ut exfilium ejus Senatufconfulto fanciretur, perfecerat: ceterum in nullius unquam fuorum necem [1] duravit; neque mortem nepoti pro fecuritate privigni inlatam, credibile erat. Propius vero, Tiberium, ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis fufpecti & invifi juvenis cædem feftinaviffe. Nuncianti centurioni, [2] ut mos militiæ, *factum effe quod imperaffet: neque imperaffe fefe, & rationem facti reddendam apud Senatum* refpondit. Quod poftquam [3] Salluftius Crifpus particeps fecretorum (is ad Tribunum [4] miferat codicillos) comperit: metuens [5] ne reus fubderetur, juxta periculofo

INTERPRETATIO.

differuerat apud Senatum de ingenio juvenis, & expreffferat, ut ejus exfilium Senatufconfulto ftatueretur. Porrò non eò fævitia proceffit ut quemquam fuorum necaret, nec verifimile erat necem inflictam fuiffe nepoti pro falute & incolumitate privigni. Credibilius erat Tiberium, atque Liviam maturaviffe necem adolefcentis fibi *fufpecti atque infefti, nempe illum formidine, hanc impotentia & offenfione novercali* exagitatam. *Cùm renuntiaret Centurio pro more militia, id actum effe, quod juffiffet: refpondit fe neque juffiffe, & rationem rei gefta reddendam apud patres effe. Quod cum refcivit Salluftius Crifpus arcanorum confcius* is *(Tribuno miferat literas) timens ne reus fubftitueretur, re perinde an-*

NOTÆ.

1. *Duravit.*] Eò tamen acerbitatis nunquam devenit, ut quemquam fuorum occideret. Sic de Nerone lib. 14. *Credente nullo, ufque ad cadem duratura filij odia.*

2. *Vt mos militia.*] Solemnia militiæ verba: *factum quod imperafti.* Suetonius in Tib. *renunciantí tribuno factum effe quod imperaffet,* & in Claudio. *de nece confularis viri renunciante centurione factum effe quod imperaffet.*

3. *Salluftius Crifpus.*] Hic Salluftij hiftoriarum principis ex forore nepos, de quo Seneca libro 1. de Clementia; *Ignovit abavus tuus victis. Nam fi non ignoviffet Salluftium & Cocceios, & Dellios, & totam cohortem interioris admiffionis ex adverfariorum caftris confcripfiffet.* Plin. lib. 34. *Metallum quoddam Salluftianum appellatum ab amico Divi Augufti* fcribit.

4. *Miferat codicillos.*] Qui talia facinora in fe recipiebant, fic fibi cavebant, accipiebant exigebantque codicillos, quibus de mandatis fibi præfcriptis conftaret, ne qui talia imperabat auctoritatem defugere poffet. Sic Herodianus lib. 3 de Saturnino & Plauriano, *At Saturninus Codicillos, five libellum petiit, qui cadis mandata haberet. Mos enim ille regius, ut cum mittunt ad cadem alicujus, fine fententia aut judicio patrandam; tunc id per fcriptum jubeant, ne cum factum fuerit, fine tefferâ aut notâ fit.*

Codicillos.] Codicilli ifti haud dubiè fcripti, & obfignati annulo Augufti, dum adhuc fpiraret Auguftus, fed non amplius mortalibus intentus, vel etiam mortuo Augufto, fed tanquam adhuc viveret, nam tum multa fcena facinorum, *acribus namque cuftodijs domum & vias fepferat Livia, latique interdum nuntij vulgabantur, donec provifis, qua tempus monebat, fimul exceffiffe Auguftum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit,* Potuit addere Tacitus, *Simul & occifum Poftumum.* Nam tefte Suetonio, *Exceffum Augufti non priùs palàm fecit, quàm Agrippâ juvene interempto.* Et inter ea, quæ tum *provifa* funt, & quæ *tempus monebat,* præcipuum locum habuit cædes Agrippæ Poftumi. Igitur annulo Augufti, feu principis, obfignatæ illæ epiftolæ, vel codicilli, quibus illa cædes imperabatur, puto à Livia confcia & confulente, fortè & jubente Tiberio. Cur enim centurio nuntiaret cædem fucceffori Tiberio, nifi annulo principis obfignati codicilli effent?

5. *Ne reus fubderetur.*] Metuebat ne declinante principe invidiam facti, ipfe pro

ficta seu vera promeret, monuit Liviam, *ne arcana domûs, ne consilia amicorum, ministeria militum vulgarentur : neve Tiberius vim principatûs resolveret, cuncta ad senatum vocando. eam conditionem esse imperandi*, [1] *ut non aliter ratio constet, quàm si uni reddatur.* At Romæ ruere in servitium Consules, Patres, Eques, quantò quis inlustrior, tantò magis falsi ac festinantes, [2] vultuque composito, ne læti excessu Principis, neu tristiores primordio lacrymas, gaudium, questus, adulatione miscebant. Sex. Pompejus & Sex. Appulejus Coss. primi [3] in verba

INT RPRETATIO.

cipis, seu falsa, seu vera proferret, auctor fuit Livia, ne. in vulgus efferrentur secreta penatum, monita familiarium & officia virorum militarium. Et ne Tiberius vim dominationis infringeret, omnia ad patres referendo, eam sortem esse dominandi ut aliter *mandatorum* ratio constare nequeat, nisi uni *dominanti* referantur. *At Romæ ire præcipites in servitutem Consules, Senatus, Equester ordo, & quo quisque clarior, eo magis simulantes ac properi. Facieque temperata, ne læti morte imperatoris* Augusti *& ne mœstiores initiis* Tiberii viderentur, *fletus, lætitiam, questus adsentationi jungebant. Sex. Pompeius & Sex. Appuleius Consules primi in nomen Tiberii Cæsaris adacti. Et apud illos juravere*

NOTÆ.

auctore cædis haberetur : quod juxta periculosum sive confiteretur, sive negaret. Si enim reum se finxisset, periculum damnationis ab Senatu imminebat, si quod verum erat, Liviæ se & Tiberii mandatis paruisse ostendisset; Imperator & mater ejus ultores metuendi erant. Si *ficta* promeret, à Senatu periculum, si vera, à Principe exitium metuebat Sallustius.

1. *Ut non aliter ratio constet.*] Plin. lib. 1. epist. *Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet, aut constare videatur, junctisque non constet.* Sic Nerone principe Pallas libertus velut alter Cæsar *pepigerat ne cujus facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum Republica haberet*, teste Tac. lib. 13. Id est ut esset ipsi pro ratione voluntas, tanquam regi, & ne Reipub. gestæ rationem nisi sibi uni redderet. Neque enim haud dubiè, gestæ Reip. aliter ratio constare potuisset, nisi Pallas Rex Regis sibi uni rationem illam reddidisset.

2. *Vultuque composito.*] Ita se exercuerant ut vultum inducerent, qui nec nimiam lætitiam præ se ferret; nec nimiam mœstitiam : illud enim ita accipi poterat, quasi gauderent morte Augusti, hoc ita, quasi Tiberij successione contristarentur. Igitur interdum lacrimas & querelas fundebant, velut dolentes ereptum esse Augustum, interdum gaudium præ se ferebant, velut novo principe læti; simul utrumque variis adulationibus extollebant.

3. *In verba Tiberii Cæsaris juravere.*] Puto distinguendum esse inter Sacramentum Patrum, quo jurabant in verba, seu nomen principis, & Sacramentum, quo jurabant in acta principis. Nam sæpè jurabant in nomen principis, & tamen in acta illius non jurabant. Nero apud Tac. Lib. 13. 11. Collegam seu Consulem alterum jurare in acta sua prohibet, qui Collega tamen in ejus nomen seu verba juraverat, ut cæteri patres saltem initio principatûs. Quod dico quia renovari Sacramentum *in nomen* principis prohibet, aut saltem prohibere videtur Tib. apud Tac. Lib. 1. 8. Distingue etiam inter Sacramentum, seu *jusjurandum quo se juncti* Patres *pro salute unius* Cæsaris Dictatoris *adstrinxerant* teste Suet. Jul. 84. Juraverant teste Appiano *se custodes Cæsari, simul & ultores futuros, si quid ei accideret.* Iterum *juraverant omnes se custodituros Cæsarem, & Cæsaris corpus pro viribus, &*

Tiberii Cæſaris juravere : apudque eos Sejus Strabo, & [1] C. Turranius, ille prætoriarum cohortium præfectus, hic annonæ. Mox Senatus, mileſque & populus. nam Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Rep. & ambiguus imperandi [2] ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, niſi Tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ : verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto : *de honoribus parentes conſulturum :* [3] *neque abſcedere*

INTERPRETATIO.

Sejus Strabo & C. Turranius, ille prætoriano militi præpoſitus, ille annonæ. Dein patres, milites, plebſque. Quippe Tiberius omnia incipiebat per Conſules, quaſi ſtante adhuc *priſca Republica. Et incertus dominandi, ne propoſuit quidem edictum, quo patres in curiam accibat, niſi præpoſito titulo ſeu jure Tribunitiæ poteſtatis, quam obtinuerat ſub Auguſto. Paucis verbis formatum edictum. & eo ſenſu qui nullum faſtum argueret : ſe* de honoribus patris *Auguſti* deliberaturum,

NOTÆ.

ſi quis inſidiaretur, non protegentes prorſus exterminandos eſſe. Ut vides diverſa ſunt illa tria Sacramenta Patrum; diſtingue etiam inter Sacramenta Patrum & militum, nam aliud eſt obſequium Senatoris, aliud obſequium militis.

In verba Tiberii juravere.] Obſervabis hunc ritum ſeu Sacramenti genus hoc eſſe æquè antiquum ac ipſam urbem. Nam & olim Romulus conditor urbis id inſtituerat & ante omnia caviſſe videbatur, ne quis unquam ſuas leges, aut ſua facta poſſet infirmare & legem illam quam *Regiam* Ulpianus vocat, tuliſſe, cum populus ab eo rogatus omne ſuum ei jus, & in eum imperium, omnemque poteſtatem contulit. Sic & egit Auguſtus velut alter Romulus, vel alter novæ Reipub. conditor, & Regiæ poteſtatis inſtaurator. & certè alioqui non eſſet ἀνυπεύθυνος ἀρχὴ, non eſſet vera monarchia, quæ debet eaſdem rationes habere cum Repub. Nam ita ſe habet principatus, ut non conſtet ratio, niſi uni principi reddatur. At contra vetere Repub. ſub Coſſ. nulla fuit poteſtas, quæ poſito magiſtratu ἀνυπεύθυνος eſſet, ſtatim enim deferri, & accuſari potuit, qui magiſtratum geſſiſſet, niſi fortè ſe armis tueretur, ut Cæſar & alii.

1. *C. Turranius.*] Et quidem primus in eo munere, ab Auguſto. Nam Auguſtus acceptam à populo præfecturam, niſi fallor, tenuit, dum vixit : aut certè paulò ante mortem ſubſtituit ſibi Turranium iſtum. Adſero id ex Cornelii noſtri verbis Ann. II. *Tum potiſſimum amicorum vocat, primumque rei frumentariæ præfectum Turranium :* Niſi tamen aliter accipis.

2. *Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, niſi Tribunitiæ poteſtatis.*] Olim Tribuni in Senatum non veniebant. Sed ante valuas curiæ poſitis ſubſelliis ſedebant, ſed poſteà, ipſi Senatum convocarunt, quod cæpit primum anno urbis 297. Teſte Dionyſio Lib. 10. Imò & dimittebant Senatum ab alio convocatum; advocabant etiam concionem populi. Sic ſemper illa potentia crevit, donec ferè aboleretur à Sylla, poſteà tamen revixit ſub Pompeio.

3. *Neque abſcedere à corpore.*] Non Reipub. corpore, ſed Auguſti. Datum enim honori defuncti Auguſti à Tiberio, quod ab eo olim Druſo. Lib. III. *Ipſum quippe Auguſtum aſperrimo hiemis Ticinum uſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore urbem ſimul intraviſſe.* Sed cur, id è publicis muneribus ? Viſum ita Tiberio loqui, ad honorem Auguſti. Quaſi magiſtratuum præcipuè eſſet, & eorum qui Reip. primi, curare fu-

à corpore : idque unum ex publicis muneribus usurpare. Sed defuncto Augusto, signum prætoriis cohortibus, ut Imperator dederat. excubiæ, arma, [1] cetera aulæ. miles in forum, miles in curiam comitabatur. litteras ad exercitus, tanquam adepto principatu misit : [2] nusquam cunctabundus, nisi cum in Senatu loqueretur. Causa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cujus manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium, quam exspectare mallet. Dabat & famæ, ut vocatus electusque potius à Rep. videretur, quàm per uxorium ambitum, & [3] senili adoptione inrepsisse. Posteà cognitum est, ad introspiciendas etiam procerum vo-

INTERPRETATIO.

neque recedere à corpore *illius :* idque unum *solum* ex Reipub. muniis sibi vindicare. *Attamen extincto Augusto signum dederat prætorio militi, ut princeps.* Apud eum *in statione miles cum armis, & reliquus summæ fortunæ paratus. Stipatus armatis in forum, in Curiam ititabat. Misit epistolas ad legiones tanquam imperii potitus, nusquam cogitabundus, nisi cum in Curia sermonem haberet. Causa* oriebatur *inprimis ex metu, ne Germanicus in cujus potestate tot Legiones, innumera sociorum copia, maximus apud Cives amor, mallet obtinere* statim *imperium, quàm opperiri. Tribuebat etiam famæ, ut potius videretur adscitus assumptusque à Republica, quàm adrepsisse* imperio *per ambitionem fæminæ* Liviæ, *aut senis* Augusti *adrogatione. Post ea intellectum est se se ambiguum imperandi finxisse, ad rimanda speculandaque consilia primorum, nam voces*

NOTÆ.

nus Semonis illius, & viri supra viros. *Lipsius.*

Neque abscedere à corpore.] Quidquid dicat *Freinshemius*, unum fuit ex muneribus publicis, non modo proponere edictum ; & referre de honoribus parentis ; sed etiam curare funus principis, *neque abscedere à corpore* Augusti parentis principisque, idque unum munus usurpabat Tiberius, aut usurpare fingebat, & ad illum spectabat præcipuè tale munus, ut qui filius Augusti & Tribunitiæ potestatis esset. Et tale munus publicum fuit, cum de honoribus & funere principis ageretur.

1. *Cætera aulæ.*] Quæ hæc cætera ? Puto, lictores, fasces laureati, & si quid prætereà tunc receptum principi distinguendo. Neque enim adhuc illa principatûs insignia, ignis, diadema, purpura : quæ reperta sequenti ævo, & ad exemplum regum externorum.

2. *Nusquam cunctabundus.*] Denique nusquam cunctabatur principem se profiteri, nisi quum in Senatu loqueretur. Idque tribus præcipuè de causis fecit. Ante omnia, metu Germanici, qui octo legiones ad Rhenum cum ingentibus sociorum auxiliis habebat. Deinde faciebat melioris famæ causâ ; laudabilius enim ei futurum erat, *si vocatus electusque potius à Repub. videretur* quàm artibus fœminæ. Tertia causa posteà demum exemplis pereuntium intellecta fuit ; nimirum cum præ se tulisse dubitationem istam, ut cujusque ex primoribus animum erga se cognosceret. Nam deinceps exitio multorum patuit, cum tum temporis diligenter observasse verba & vultus Senatorum, quæ ipse malignè interpretatus, pro indiciis adversarum à se mentium habebat, & in occasionem usque vindictæ pertinaci memoria custodiebat.

3. *Senili adoptione.*] Voce *Senili* innuitur, dici potuisse, quod de Jugurthæ adoptione apud Sallustium : *Oportere quinquennii consulta & decreta omnia rescindi ; nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse.*

luntates, [a] inductam dubitationem, nam verba, vultus, in crimen detorquens recondebat. Nihil primo senatûs die agi passus, nisi de supremis Augusti. cujus testamentum inlatum per [2] virgines Vestæ, [3] Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Augustæ adsumebatur. [4] In spem secundam, nepotes pronepotesque: tertio gradu primores civitatis scripserat: plerosque invisos sibi, [5] sed jactantiâ gloriâque ad posteros. Legata non ultra [6] civilem modum, nisi quod [6] populo 8

INTERPRETATIO.

& vultus ipsos patrum *crimini vertens altum reponebat.*
Primo die Senatûs referri apud patres *seu deliberari tantùm permisit de honoribus Augusti. cujus suprema tabula allata* in Curiam *à Vestalibus.* Iis *Tiberius & Livia hæredes inscripti; Livia adsciscebatur in domum Iuliam, & cognomentum Augustæ. Gradu secundo nepotes & pronepotes: tertio ordine* hæredes *reliquerat proceres urbis, maxima ex parte sibi infensos, sed ostentatione & fama in posteros. Legata* Augusti *non excessere civium* morem *modestiamque. Nisi quod dedit populo*

NOTÆ.

Tum idem Hiemsal placere sibi respondit: Nam ipsum illum tribus proximis annis adoptione in regnum pervenisse.

1. *Inductam dubitationem.*] Inducit nempe dubitationem Tiberius, ut voluntates procerum introspiciat, ut exploret an verè velint illum imperare, & ita experitur exploratque animos, ut etiam verba ipsa, & ipsorum vultus in crimen vertat, & in longum odia recondat, neque *induit* tantum dubitationem Tiberius, sed illam profert, & inducit apud Senatum, seu inter Patres, proceresque, ut mentes illorum rimetur & introspectetur, igitur malè *indutam* substituit vir doctus.

2. *Virgines Vestæ.*] More scilicet Romano, qui pactiones, fœdera, testamenta, pecunias etiam deponebant in templis: & sæpissime in isto Vestæ, quod religione primum agebant. Dio XLVIII. de pace inter Triumviros & Sextum inita. *Hac ita pacti, & scriptis consignantes, tabellas apud Vestales deposuerunt.* Eadem in re Appianus. *Hæc pacta scripserunt, obsignarunt & virginibus Vestæ custodienda miserunt.* Sed & Julianum testamentum Virgini Maximæ traditum, Suetonius ait: M. Antonii, depositum apud Vestales, Plutarchus. & generatim de templis, Ulpian l. 1. 11. de tabb. exhib. *Si custodiam testamenti aditum suscepit.*

3. *Tiberium & Liviam*] Non æquis partibus: didicimus enim è Suetonio ex besse institutum Tiberium, ex triente Liviam. Atque hujus rei ipsius veniam à Senatu petierat, quod adversus legem Voconiam factus esset, qua non licebat homini censo instituere mulierem ultra quadrantem.

4. *In spem secundam Nepotes.*] Id est, substituerat vulgariter nepotes, Drusum Tib. filium ex triente, ex partibus reliquis, Germanicum Drusi, qui frater Tiberii fuerat, libertosque ejus tres sexus virilis. sic *Suetonius.*

5. *Sed jactantia gloriaque.*] Quare *jactantia*? Quasi sine affectu scilicet, optimos utilissimosque patriæ legisset. *Lipsius.* Primores civitatis scripserat, non affectu, sed ambitu, jactantiaque

6. *Civilem modum.* Hoc ita intelligo. Legata fuisse modica & modesta, neque excedentia usitatum locupletibus & copiosis civibus in condendis testamentis modum. Certè enim *Civile* etiam in libris juris sæpe dicitur, quod moderatum est & usitatum & ordinarium.

7. *Populo & plebi* CCCCXXXV.] Video placere viro docto, emendari è Suetonio 1 *populo & plebi* CCCC. *tribubus* XXXV. ut intelligamus, ait, prætet quadringenties legatum populo, etiam in singulas tribus centena millia relicta esse. Hæreo: & è vulgatis Ta-

& plebi [1] cccc [2] xxxv. prætoriarum cohortium militibus fingula nummûm millia; legionariis autem cohortibus civium Romanorum, [3] trecentos nummos viritim dedit. Tum confultatum de honoribus: ex quîs maxime infignes vifi: *ut* [4] *porta triumphali* [5] *duceretur funus*,

INTERPRETATIO.

lo quadringenties, & plebi tricies quinquies, cuilibet *militi prætoriano fingula millia nummorum, legionario autem & merenti in cohortibus civium Rom. militi cuilibet trecentos nummos largitus eft. Tum deliberatum eft de* fupremis *honoribus* Augufti, *ex quibus illuftres ifti in primis habiti*, ut funebris pompa deduceretur

NOTÆ.

citi verbis eruo bonum fanè fenfum. Conjunctim fcilicet extulit nofter, quod magis diftinctè Tranquillus. Ea tamen ejus mens, ut populo Legatum fit quadringenties, Tribubus five plebi xxxv. Ni effet; non junxiffet duas eas voces, *populo & plebs.* Sed populus ergo alius à tribubus? Alius, hac quidem in parte. Populo legavit *quadringenties* viritim diftribuendum, & καθ' ἕνα; tribubus *tricies quinquies*. Id eft, corpori tribuum univerfo. veluti fi collegio legem, & collegis fingulis feorfum. *Lipfius.*

Populo & plebi.] Immo legavit Auguftus *populo* quidem, hoc eft, ad publicos ufus *quadringenties*, *plebi* autem *tricies quinquies*, quæ ei per tribus divideretur. Sic Cæfar apud Suetonium cap. 83. *Populo hortos circa Tiberim publicè, & viritim trecenos feftertios legavit.* Quamvis enim ibi *plebis* vocabulum adjectum non fit; illa tamen diftributio pecuniæ de nulla alia populi parte capi poteft: nam honeftiores eam non accipiebant; ficut nec alias largitiones, quas tamen ut plurimùm *populo* datas legimus; nimirum ufu obtinente, ut harum vocum fignificatio confunderetur. Ergo in teftamento Tiberii id expreffit idem auctor: *dedit legata plebi Romanæ viritim* Populo autem legata pecunia deferebatur in ærarium, & fiebat publica: quæ ipfa intelligitur apud noftrum, 1. 15. 4. 15.

1. cccc. *Quadringenties.*] Fuerint noftro more decies centena millia coronatorum.

2. xxxv. *Tricies quinquies.*] Fuerint octoginta feptem millia coronatorum, & infuper quingenti.

3. *Trecenos nummos.*] Sunt feptem coronati, & infuper dimidius, feu viginti duæ libræ, & prætereà decem affes noftro more Gallico.

4. *Porta triumphali.*] Erat trans Tiberim, in ea parte mœnium, quæ producebatur à Mole Hadriana, ufque ad portam, quæ hodie S. Spiritûs dicitur. Per eam femper ducebantur triumphi. Hodie nulla eft. Afinius igitur honoris causâ portâ triumphali efferendum Augufti corpus in campum Martium cenfuit, præcedente victoria, quæ in curia erat, canentibus næniam principum liberis utriufque fexûs.

5. *Duceretur funus.*] Ordo totius pompæ fic fe habuit primùm ex Suet. Aug. 100. Obiit Auguftus in cubiculo eodem quo pater apud Nolam urbem: *Quadraginta milites prætoriani extulerunt eum in publicum.* Dein *corpus decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bovillas ufque deportarunt: noctibus propter anni tempus, cum interdiu in bafilica cujufque oppidi, vel in ædium facrarum maxima reponeretur. A Bovillis equefter ordo fufcepit, urbique intulit, atque in veftibulo domûs collocavit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda, eo ftudio certatim progreffus eft, ut inter alia complura cenfuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente victoria, quæ eft in curia, canentibus Næniam principum liberis utriufque Sexus.* Poftea juxta Dionem. Quum lectus pro Roftris publicè pofitus fuiffet in tribunali, Drufus ex eodem fuggeftu aliquid de fcripto recitavit, Tiberius autem pro aliis illis Roftris Juliis etiam cum de fcripto

Gallus Asinius; *ut* [1] *legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur*, L. Arruntius censuere. addebat Messala Valerius [2] *renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii.* interrogatusque à Tiberio, *num se mandante eam sententiam promisisset? sponte dixisse*, respondit: *neque in iis quæ ad Remp. pertinerent, consilio nisi suo usurum, vel cum periculo offensionis.* [3] ea sola species adulandi supererat. Conclamant [4] patres, *corpus ad rogum humeris senatorum ferendum.* [5] Remisit Cæsar

INTERPRETATIO.

porta triumphali *censuit Asinius Gallus L. Arruntius censebat* ut tituli legum conditarum, & debellatarum ab eo gentium nomina præferrentur. Adjiciebat Messala Valerius iurandum singulis annis sacramentum in verba Tiberii; *& percunctante Tiberio*, an se jubente id censuisset, ultrò se protulisse *affirmavit*, neque enim ea quæ esse è Republica censeret, non alio, quam suo instinctu prompturum, etiam cum discrimine offensæ. *Id unum adsentandi genus reliquum erat. Simul exclamant patres universi* Corpus *Augusti* ad pyram

NOTÆ.

laudat. Quo facto lectum sublatum triumphali porta ex decreto patrum extulerunt iidem qui ante, non *equites*, ut vult *Casaubonus*, sed *senatores* qui eum jam à vestibulo domûs usque ad Rostra extulerant. Neque reperias equites eum extulisse à vestibulo domûs Palatinæ ad Rostra, imò extulisse eum Senatores, ut patet ex ipso Dione; qui dicit eosdem extulisse, qui antea extulerant, κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα· *Ut decreverat Senatus.* Igitur delatus est patrum humeris à vestibulo domus ad Rostra; & simili modo à Rostris porta triumphali defertur in campum Martium. *Suetonius.* Aug. 100. *Bifariàm laudatus est: pro æde divi Iulii à Tiberio, & pro Rostris, sub veteribus à Druso Tiberii filio, ac senatorum humeris delatus in campum, crematusque. Nec defuit vir prætorius qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse jurasset. Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati & discincti pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt.* Nec aliud voluit Dio qui hæc ex Suetonio hausit invertitque.

1. *Legum latarum tituli.*] Ut majestatis, de adulteriis, repetundarum, de peculatu, de judiciis, de sacerdotiis, & aliarum.

2. *Renovandum per annos.*] De eo ritu dico ad lib. XVI. Valuit autem hæc sententia, & voluit Tiberium jam principem esse: neque enim alii jurarut. eoque velut offensus rogat, quo auctore dixisset? *Lipsius.*

3. *Ea sola species adulandi.*] Nempe, quia libertate ad evertendam libertatem abutebatur Messalla; & hoc referendum ad illud quod præcedit, non autem ad id quod sequitur; nempe *corpus* Augusti *humeris senatorum ferendum* esse; neque enim illa adulatio patrum nova & ultima, imò antiquissima: Sic enim elatus fuerat Numa, sic & dictator Sylla, & ipse Cæsar humeris magistratuum elatus est.

4. *Corpus ad rogum humeris.*] Sic Plutarchus de Numa: *Etiam sepulchro vitam ejus honoravere ut cum maxime socii, & amici populi, qui ad supremos illius honores undique confluxerant cum donis publicis, & corollis: simul & patricii lectum extulere, etiam & sacerdotes deorum interfuere funeri.* Sic & Appianus bel. civil. 1. de Sylla dictatore. *Et lectum subeuntes viri è senatu robusti, detulerunt in Campum Martium, ubi soli reges sepeliuntur, & circa rogum equites & cæteri milites decurrerunt.*

5. *Remisit Cæsar adroganti moderatione.*] Sic accipio, *remisit* adversando, &

adroganti moderatione: populumque edicto monuit: *ne, ut quondam nimiis studiis* [1] *funus divi Iulii turbassent; ita Augustum in foro potius, quàm* [2] *in campo Martis sede destinata cremari vellent.* Die funeris, milites velut præsidi stetere, multum irridentibus, qui ipsi viderant, quique à parentibus acceperant diem illum, [3] crudi adhuc servitii, & libertatis improsperè repetitæ, cum occisus dictator Cæsar, aliis pessimum aliis pulcerrimum facinus videretur. *nunc senem principem, longa potentia, provisis etiam heredum in Remp. opibus, auxilio scilicet militari tuendum, ut sepultura ejus quieta foret.*

INTERPRETATIO.

efferendum in humeris patrum. *Cessit indulsitque Cæsar* patribus quasi tenuens, *modestiâ qua tamen ad superbiam accederet, populoque per edictum denuntiavit*, ne ut olim nimio favore exequias divi Julii interpellassent, ita mallent Augustum uri potiùs in foro, quàm in Campo Martio, qui locus, sepulturæ ejus destinatus erat. *Die exequiarum miles velut in statione dispositus fuit, plurimùm illudentibus, qui ipsi conspexerant, & qui à patribus* suis *audiverant diem illum immatura adhuc & acerbæ servitutis, & libertatis parùm feliciter instaurata, cum inter fecto dictatore Cæsare, alii deterrimum, alii præclarissimum facinus existimarent*, ridebant *nunc grandævum imperatorem, diuturna dominatione* fultum, *comparatis etiam successorum viribus adversus Rempub., militum præsidio defendendum* esse, *quasi verò! ne funus ejus turbaretur.*

NOTÆ

cessit instantibus patribus, superbus specie pudoris & modestiæ, facto eodem verecundus simul, & arrogans. De Cujacii observatione, quam laudat ὁ πάνυ, vide quæ diximus 4. observat. *Gronovius.*

Remisit Cæsar adroganti moderatione.] Hic nullam moderationem; neque veram neque fictam agnoscit interpres Gallicus. At certè quamvis res quam permittit patribus, in se ipsa sit adrogantiæ plena, tamen modus concedendi, seu permittendi modestus aliquatenus esse potuit in Tiberio, quasi diceret: *Ego unus civium impar sum consensui universi senatus, & præcipue cum agitur de honoribus principis. & parentis mei. igitur quando quidem id vultis, patres, agite, resistere nequeo.* Et certè sunt, qui sic modesto vultu nutuque recusant, aut recusare simulant, id quod vehementer appetunt, & etiam invitati adroganter occupant. Igitur in modo permittendi modestia, in re ipsa superbia esse potuit.

Remisit, non est præcisè & propriè *permisit*, ut volunt: *remisit*, id est relaxavit indulsit, & velut invitus concessit flexitque non ut fateretur se id permittere, sed *ut rogari & negare desineret*, sic infra Tacitus cunctantem, & ambiguum impetandi Tiberium describit. *Fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum flexit paulatim, ut non fateretur suscipi à se imperium, sed ut negare, & rogari desineret.* Ubi *flexit* idem est ac remisit, id est se flecti & exorari tandem permisit non ultro, sed veluti jubentibus Patribus cessit.

1. *Funus D. Iulii turbassent.*] Cum rogus cremando Cæsari in campo Martio extructus esset, populus eum summo tumultu, direptis subselliis, cancellis, mensis argentariorum, in foro crematvit, ut ex Suetonio, Plutarcho & aliis notum est. Imperatorum & nobiliorum civium corpora in Campo Martio, qui tunc extra urbem erat, cremabantur, cum alioqui in suis quisque prædiis post mortem uri ac condi soleret.

2. *In campo Martis.*] Primum Sullam in campo Martio, per honorem sepultum tradit Appianus. Nam alii etiam illustres viri extra urbem. At postea Juliæ ibi tumulus, & mox ipsius Julii: nunc Augusti, *sede destinata*: id est, in Mausoleo, quod sibi struxit.

3. *Crudi adhuc servitii.*] Tum enim putabant facilius aliquem tumultum nasci potuisse, quum recens adhuc servitutis dolor esset, multique, licet in-

felici

Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo, vana pleriſque mirantibus: [4] *quod idem dies accepti quondam imperii princeps, & vitæ ſupremus. quod* [1] *Nolæ in domo & cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finiviſſet.* [2] *numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvinum & C. Marium* [3] *ſimul æquaverat: continuata per ſeptem & triginta annos Tribunitia poteſtas,* [4] *nomen Imperatoris ſemel atque vicies partum,* [5] *aliaque honorum multiplicata, aut nova.* At apud prudentes vita ejus variè extollebatur arguebaturve. Hi [6] *pietate erga parentem, & neceſſitudine Reipub. in qua* [7] *nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quæ neque parari*

INTERPRETATIO.

Plurima hinc de ipſo Auguſto Colloquia, multis inania ſuſpicientibus: quod idem dies fuerit primus aſſumpti olim principatûs, & vitæ poſtremus. Quod Nolæ vitâ conceſſiſſet in iiſdem ædibus & cubiculo, quo genitor ejus Octavius. Multitudo etiam *conſulatuum* extollebatur, quâ adæquaverat Valerium Corvinum, *ſimul* & C. Marium, perpetuo poſſeſſa per ſeptem & triginta annos Tribunitia dignitas: vocabulum Imperatoris ſemel & vicies habitum. Cæteraque dignitatum congeſta, aut nuper adinventa. At prudentes res geſtas variè celebrabant, aut incuſabant. Hi *dicebant* ad bella civilia compulſum charitate erga patrem & neceſſitate Reipub. in quâ nullæ tum leges vigebant; *quæ bella* neque

NOTÆ.

felici exitu, eccis(?) Cæſare dictatore libertatem reducere niterentur: eaque ipſa cædes diverſis animorum motibus æſtimaretur, aliis eam pro peſſimo facinore, aliis pro pulcherrimo habentibus. Iam autem longè aliam rerum faciem eſſe Auguſto mortuo. Poſtquam 56. annis imperaſſet, opeſque multas previdiſſet adverſus Remp. & quamcumque factionem.

1. *Nola urbs.*] Adhuc floret ſub eodem nomine, urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopatu Neapolitano, & antiqua Rom. Colonia in Campania.

2. *Simul æquaverat.*] Nam Valerius Sextum, Marius ſeptimum Conſul. At.

> *Ter latio deciesque tulit labentibus annis*
> *Auguſtus faſces.*

Ut ait Statius in Silvis.

3. *Nomen imperatoris.*] Duces exercituum antiquitus re bene geſta, gaudio & impetu victoris exercitus *imperatores* conclamabantur, ut eſt apud noſtrum tertio horum librorum, & hanc appellationem confirmare ſenatus ſolebat. At qui poſtea rerum potiti ſunt, alio ſenſu imperatores vocati fuerunt, cum eo nomine ſumma omnium rerum poteſtas indicaretur. Præponebant autem *Imperatoris* nomen nominibus ſuis; non, ut olim, poſtponebant. Exempli cauſa, non hoc modo, *C. Iulius Divi F. Auguſtus imperator*, ſed hoc, *Imperator C. Iulius Divi F. Cæſar Octavianus Auguſtus.* Sed tum quoque jam imperium adepti, quoties aut per ſe, aut per legatos inſignem aliquam victoriam adepti erant, *Imperatorum* nomen adſumebant. & ſic Auguſtus nomen imperatoris ſemel ac vicies pepererat, ut quo anno mortuus eſt, vocaretur, *Imp. Cæſar Divi F. Auguſtus Coſ.* XIII. *trib. poſt.* XXXVII. *imp.* XXI. *PP.*

4. *Aliaque honorum multiplicata aut nova.*] *Multiplicata.* ut conſulatus, ut nomen imperatoris: *Nova*, ut Tribunitia poteſtas, ut regimem morum, quod ſine cenſura habebat. *Alia honorum*, ut Lucretius *tenuia rerum*, Horatius *abdita rerum*, Propertius, *omnia rerum.* Muretus.

5. *Neceſſitudine Reip.*] Id eſt, neceſſitate. quia, ut mox loquitur, *tempora Reip.* id poſcebant, quia perpetuæ in Repub. diſcordiæ, niſi unus imperaret.

6. *Quæ neque parari.*] Itaque ſi quid

possent, neque haberi per bonas artes. Multa Antonio, dum interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse. Postquam hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, non aliud discordantis patriae remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. [1] *Non regno tamen, neque dictatura, sed Principis nomine constitutam Rempub.* [2] *mari Oceano; aut amnibus longinquis septum imperium, legiones, provincias, Classes,* [3] *cuncta inter se connexa: jus apud Cives; modestiam apud socios: urbem ipsam magnifico ornatu: pauca admodum vi tractata, quo caeteris quies esset.* Dicebatur contra, *pietatem erga parentem, & tempora Reipub.* [4] *obtentui sumpta. ceterum cupidine dominandi* [5] *concitos per largitiones veteranos, paratum ab adolescente priva-*

INTERPRETATIO.

instrui poterant neque geri per bonas artes. Indulsisse multa Antonio; ut vindictam sumeret de percussoribus patris, plurima Lepido donasse. Postquam hic segnitiâ intabuerit, ille per voluptatum flagitia profligatus sit, non aliter subveniri potuisse Civium seditionibus, & discordiis quam ut unus rerum potiretur. Non Regis tamen aut Dictatoris, sed vocabulo Principis ordinatam Rempub. Oceano vel fluminibus procul amotis cinctum & vallatum Imperium: exercitus, classes, omnia invicem devincta: Justitiam apud cives, aequitatem apud socios, Romam ipsam splendide exornatam; pauca admodum per vim transacta, quò caeteris pax foret. Contra ferebatur charitatem erga patrem, & necessitatem Reipub. praetextui accepta fuisse. Caeterum cupiditate imperandi, evocatos donis veteranos, exercitum instructum à privato juvene, solicitatas *Antonii* Consulis le-

NOTÆ.

secus, quam oporteret, actum esse, necessitati condonandum; non Augustum propterea accusandum videri. *Muretus.*

1 *Non regno neque dictatura.*] Poterat sibi per vim regnum vindicare; poterat dictaturam perpetuam, quam sibi ultro à senatu oblatam constantissimè recusavit: neutrum voluit: sciebat enim nomen regium expulso Tarquinio nomen dictatoris interfecto Caesare in perpetuum è Repub. sublatum esse. *Principis* igitur nomine, in quo nihil superbum, nihil tyrannicum esset, contentus fuit.

2. *Mari oceano.*] Hoc verum, & docui in Admirandis. Tamen addendum hic ex Herodiano, de Augusto. *Fluminum magnitudine, & fossarum, vel montium superciliis, terra item deserta & aegre pervia, munivit imperium.* Illic distinctè pleraque: noster universè, & praecipua dixit. Sed fuere alibi *fossa, & castra stipitesque*: talia limites appellat Spartianus in Hadriano. *In plurimis*, inquit, *locis, in quibus barbari non fluminibus, sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis; in modum muralis sepis, funditus jactis atque connexit, barbaros separavit.* Fuit instar valli castrensis, aut potius sudeti. Hic passim *limitanei milites*, quos Zozimus narrat à Constantino sublatos, magno rei Romanae malo. Sic *Lipsius.*

3. *Cuncta inter se connexa.*] Id explicat. Tac. lib. 4. 5. *Italiam utroque mari, duae classes Misenum apud & Ravennam, proximumque Galliae littus Rostratae naves praesidebant.*

Obtentui sumpta] Ut ea praetenderet ac praetexeret cupiditati imperandi, quâ flagrabat. Idque eò verisimilius est, quod Augustus principio adjunxit se ad causam Senatûs, & (ne dum ageret de ulciscenda paterna caede) arma sumpsit adversus Antonium, qui Caesaris mortem ulcisci studebat, obsessumque ab eo Mutinae P. Brutum unum ex interfectoribus patris, liberavit. Non igitur de ulciscenda morte patris cogitabat.

4. *Concitos Veteranos*] Aditâ Caesaris haereditate, cum se ab Antonio con-

to exercitum, corruptas [1] *Consulis legiones, simulatam* [2] *Pompeianarum gratiam partium. Mox ubi decreto patrum,* [3] *fasces, & jus Prætoris invaserit,* [4] *cæsis Hircio & Pansa (sive hostis illos; seu Pansam venenum vulneri adfusum, sui milites Hircium & machinator doli Cæsar abstulerant) utriusque copias occupavisse. extortum invito Senatu consulatum, armaque* [5] *quæ in Antonium acceperit, contra Rempub. versa, proscriptionem civium, divisiones agrorum, ne ipsis quidem qui fecere laudatas. Sane Cassii, & Brutorum exitus paternis inimicitiis datos (quamquam fas sit privata odia publicis utilitatibus remittere)* [5] *sed Pompeium* [6] *imagine pacis, sed Lepidum specie*

INTERPRETATIO.

giones fictam benevolentiam erga Pompeianos; statim atque habuit auctoritatem Prætoris & fasces, occisis Hircio & Pansâ (sive hostis illos interfecerit; seu Pansam virus vulneri ejus adspersum sustulerit, suus miles Hircio & sceleris artifex Cæsar exitium attulerint,) utriusque exercitum invasisse. Renuenti Senatui raptum Consulatum, & adversus Rempublicam conversa arma, quæ in Antonium *ab ipsâ* acceperat, proscriptionem civium, partitiones agrorum ne ipsis quidem probatas fuisse, qui peregerant. Certè Cassii & Brutorum exitia paternæ ultioni donata (quamvis æquum sit privatas inimicitias Reipub. condonare) sed Pompeium specie fœderis, sed Lepidum prætextu benevolentiæ illectos atque delusos. Mox

NOTÆ.

temni videret, quem sibi præcipuum adjutorem forè speraverat, Veteranos, quos Cæsar Capuæ collocarat, & sibi & Reipub. auxilio futuros evocavit, multa pollicitus, datis etiam in singula capita duobus millibus. H S.

1. *Consulis Legiones*] Nempe Antonii *Quartam & Martiam*, quæ donis promissisque corruptæ M. Antonium Consulem deseruerunt, seque cum Octavio conjunxerunt.

2. *Pompeianarum gratiam partium*] Pompeianus enim erat Senatus, & ipse Augustus ostendebât in potestate Senatus & esse & fore.

3. *Fasces & ejus Prætoris*,] Senatus enim, suadente maximè Cicerone, eum exercitui, quem comparaverat, pro-Prætore præesse, ac Senatorem esse jussit; & jus ei dicendæ in Senatu Sententiæ Prætorio loco dedit, aliaque multa in eum honorificè decrevit.

4. *Cæsis Hirsio & Pansa*] quidam enim eos ab hostibus occisos esse dicunt, alii autem Pansam quidem in pugna vulneratum fuisse, sed Augustum corrupto ejus medico curasse, ut vulnus veneno inficeretur: Hircium autem ejusdem Augusti instinctu, non ab hoste, sed à propriis militibus cæsum fuisse.

5. *Quæ in Antonium acceperit*] *accepe-rat* melius puto. Causatus quosdam sibi in Senatu invidere, & se puerum vocari & quod Cicero ambiguè dixisset *hunc puerum ornandum & tollendum esse*, professus se daturus operam, ne à quoquam tolli posset, discivit à Senatu, & se cum Antonio Lepidoque conjunxit. hæc *Muretus*.

6. *Imagine pacis*] Augustus Muciam matrem ad Sex. Pompeium miserat. Sororem L. Scribonii Libonis, qui Pompei socer erat, uxorem duxerat, ut Pompeium sibi, quem mari plurimum posse intellgebat, adjungeret. Postea in Sexti navibus cœnaverat. & ipse eum convivio exceperat. M. Marcello sororis filio Pompeiam Sexti filiam despondetat. Sed tamen eum postea è medio tollendum curavit.

Imagine pacis] Sextus Pompeius bello contra Octavium tenebat Siciliam & Sardiniam, tuebatur se locis firmis. & famem inopiamque Italiæ importabat; vinci non potuit, nisi brevi pace. Igitur ea pacta est cum illo; sicque exules recepti, vires illius abductæ, corru-

[1] *amicitia deceptos. Post Antonium* [2] *Tarentino Brundusinoque fœdere , &* [3] *nuptiis sororis inlectum , subdolæ adfinitatis pœnas morte exsolvisse. Pacem sine dubio post hæc , verum cruentam.* [4] *Lollianas , Varianasque clades: interfectos Romæ* [1] *Varrones ,* [2] *Egnatios ,* [3] *Iulos.* Nec domesticis ob-

INTERPRETATIO.

Antonium pace Tarentinâ & Brundusinâ , & matrimonio Octaviæ deceptum , insidiosæ affinitatis pœnam exitio suo luisse. Tranquillitatem certè postea , sed cruore contaminatam. Memorabant clades Lollii & Vari , occisos in urbe Varrones,

NOTÆ.

ptus miles ejus , & tandem terribilis ille , & paulò ante Neptunus vix navi effugit, cervicem gladio præbuit , & intra annum , totum bellum extinctum est, & sic pax inita sæpè fuit in exitium hostium. Sic pax falsa numerari potest inter insidias & stratagemata.

5. *Sed Lepidum*] Huic enim ex Africa evocato , ut sibi adversus Pompeium auxilio esset, postea viginti legiones & imperium ademit.

6. *Tarentino Brundusinoque fœdere*] Ὑστερολογία est. Nam Brundusinum fœdus aliquot annis prius Tarentino utrumque sic appellatum à loco , ubi ictum est *Brundusinum* , quod Cæsar cum Antonio coïit , perusia capta: cum morte opportuna fulviæ sublatum esset non dubium bellum , anno urbis DCCXIV. Octavia tunc Antonio data , & Provinciæ Orientis. At *Tarentinum* triennio posterius est,cum iterum simultate exorta (verba Appiani sunt Civilium quinto) Antonius *ex urbe Athenarum navigavit Tarentum cum trecentis navibus.* Sed prudentia Octaviæ , adnitente item Agrippa & Mæcenate , iterum compositæ res. Antonius Cæsari centum naves ad bellum Siculum, ipse illi duas legiones ad bellum Parthicum attribuit.

1. *Varrones*] Fuit Lucinius Varro Murena de cujus insidiis in Augustum præter alios. Strab. lib. 14.

2. *Egnatios*] de his conjurationibus sic Sueton. August. cap. 19. *Rerum novarum initia conjurationesque complures compressit: Lepidi juvenis , deinde , deinde Varronis Murenæ , & Fannii Cæpionis, mox M. Egnatii.*

3. *Iulos*] Filius hic M. Antonii Triumviri ex Fulvia fuit: pueri etiam magni & excelsi animi , & ad multa largienda propensi Philotæ medico Antissensi , ob Sophisma quoddam super cœnam allatum , dono dedit abacum multis ingentibus argenteis poculis onustum , quem cum ille accipere recusaret , veritus , ne puero injussu patris tam multa dandi potestas non esset, subiratus puer , *accipe* , inquit , *nihil cunctatus; an nescis eum , qui hæc tibi do , filium esse M. Antonij illius , qui totidem vasa aurea donare nullo suo incommodo potest?* victo Antonio, ita se in eum clementiæ gessit Augustus, ut Octaviæ sorori suæ optimæ mulieri educandum dederit ; quæ singularis exempli noverca privignos (suos , Antonij , à quo ipsa tam multas contumelias acceperat) liberos, non secus educavit, ac suos, itaque procedente ætate , cum principem amoris ac dignitatis locum obtineret Agrippa , proximum privigni Tiberius & Drusus , tertius ab eis numerabatur Antonius. Quin etiam eam Octaviæ filiam , quam Agrippa, Juliæ ducendæ causa,mortuo Marcello demiserat,huic Antonio in matrimonium collocavit Augustus. Fuisse ei opinor à principio idem prænomen quod patri: sed cum in odium M. Antonij Triumviri S. C. factum esset, ne quis Antoniorum amplius *Marci* prænomine alleretur , novo prænomine *Iulum* Antonium vocatum esse. Exstat ad eum pulcherrima Ode Horatij de laudibus Pindari. Hic & sacerdotio & prætura & affinitate & consulatu , quem cum Q. Fabio Africano gesserat , & Provinciis ornatus ab Augusto, ausus temerare filiam ejus mulierem impudicissimam , cum id non tam libidinis, quam capiendi nefarii alicujus adversus Augustum consilii

stinebatur *Abducta Neroni uxor : & consulti per ludibrium pontifices, an*

INTERPRETATIO.

Egnatios, Julos, nec mala domestica silebantur ablata Neroni conjux, & interrogati per irrisionem Pontifices, an concepto, necdum genito infante ritè du-

NOTÆ.

causa fecisse crederetur, aut morte affectus est, ut Dio ait, aut ut Vellius, Facinoris conscientia mortem sibi ipse conscivit. sic *Muretus*.

1. *Interfectos Iulos*] Dicere videtur jussu Augusti occisum Iulum: idque & Dio prodidit, lib LV. At Velleius sua manu cecidisse eum dat intelligi: *Iulius Antonius*, inquit, *singulare exemplum clementiæ Cæsaris, violator ejus domus; ipse sceleris à se commissi ultor fuit.* Quid tum? nihil hæc pugnant, præcessit scilicet jussus Augusti: quem ille executus sua manu Julum autem Antonium intelligit Triumviri filium, ad quem Horatii Oda. Cognomen ei Africanus: De eo Julo Seneca in lib. de brevitate vitæ: *Filia & tot nobiles juvenes, adulterio veluti Sacramento adacti, infractam ætatem territabant. Postquam* (melius *postque*) *iterum timenda cum Antonio mulier.* Hæc Lipsius.

2. *Iulos*] In Oda Horatii prima lib 4. verba quibus Paullum Fabium describit *centum puer artium*, quomodo de Consule intelligi possunt? quod laudat, uti formosum, quod cupidinem ad eum remittit, tanquam militiæ isti aptiorem, & in jocos amoresque promptiorem solutioremque, quo modo in virum maturâ& consulari ætate competat? tempus autem quo ad Fabium ista oda scripta est, inde colligi posse videtur, quod *circa decimum lustrum* ætate se consistere Poeta scribit. Cum autem natus sit anno V. DCLXXXVIII. Cotta & Torquato Coss. quinquagesimus ejus annus incidit in annum urbis DCC. XXXVIII. At Fabius Consul fuit anno V. DCCXLIV. *Rinesius.*

Iulos] Errant etiam Viri docti, cum Africani cognomen assignant Julo Antonio. Nam Suet. Claud. 2. Claudius natus est Julo Antonio Fabio Africano Coss. & Dio Xilandri habet Φάβιον Ἀφρικανόν. Eusebius apud Scaligerum & numerus aureus Goltzii idem referunt, ceteri Auctores & Fasti qui contrarii videntur, sunt mutili aut depravati.

3. *Consulti per ludibrium*] Consulti Pontifices per ludibrium, vel quia quicquid responderent, frustrà foret & nihilominus matrimonium contracturi erant, vel quia sciebant non aliud responsuros Pontifices, quam quod ipsi imperitantes cuperent. Id elucidabat Dio lib. 48. *Ambigenti autem Cæsari, ac sciscitanti à Pontificibus, fasne sibi esset Liviam prægnantem ducere: responsum est, si quidem ex quo mulier concepisset, dubitaretur, opus esse ut nuptiæ differrentur. Quia vero de eo constaret, nihil impedire, quin statim fierent. Id quidem ut in jure à majoribus tradito invenerint, fortè fieri potuit: sed profecto sic responsuri fuere, etsi non ita invenissent.* Hunc mimum egere imperitantes, ne obtrectaretur, tali matrimonio: ne tales nuptiæ deriderentur: illudunt Pontificibus. ne ipsis illuderetur. Quod tamen non planè assecuti sunt, quippe talia matrimonia Populus Rom. vel contemnebat, vel aversabatur; ut quibus prælusisse stupra & adulteria existimarent.

4. *Concepto necdum edito.*] Nam ne mortuo quidem marito licebat olim mulieri ad secundas nuptias transire, nisi post decimum mensem, ne familiæ turbarentur; & quæ secùs fecisset, infamiâ notabatur. Et inde illa in instituendis exheredandisve postumis formula: *Si quis mihi filius filiave in decem proximis mensibus nascetur*: & inspici ac custodiri non nunquam ab agnatis prioris viri solebant. *Ovidius.*

Per totidem menses à funere conjugis uxor.
Sustinet in vidua tristia signa domo.

[1] *concepto, needum edito partu rite nuberet. qui Atedii & Vedii Pollionis luxus: postremo Livia gravis in Rempub. mater, gravior domui Cæsarum noverca. nihil deorum honoribus relictum, cum se templis & effigie numinum per flamines & sacerdotes coli vellet, ne Tiberium quidem caritate,*

INTERPRETATIO.

ceretur uxor. Objectabatur ipsi luxuria Q. Atedii & Vedii Pollionis. Demum Livia impotens in Rempub. parens & magis infesta familiæ Cæsarum noverca Nihil immortalium cultui reliquum esse, cum se Augustus delubris & imagine deorum cuperet adorari per flamines & sacerdotes. Ne Tiberium quidem adopta-

NOTÆ.

Ergo idem servandum erat in divortio: Ratio enim utrobique eadem. Consulenti autem Augusto respondère Pontifices, si ambiguum esset, concepisset Livia, an minus, non posse eam à Tiberio relictam statim alteri nubere: sin, concepisse constaret, liberè posse.

1. *Qui Atedij*] legit Lipsius, *qui Vedij pollsones luxus*; *mallem Q. Vedy pollionis luxus.*

2. *Vedij Pollionis luxus*] Cur vergit in crimen Augusti? opinor eo quòd Augustus magister morum, luxuriam illius coercere debuisset potiùs quàm ita favere, ut familiaritate & amicitia Vediana magnam partem hæreditatis meruisse videretur. *Vertranius.*

Vedii Pollion.] De quo sic Dio lib. 54. *Vedius Pollio cum Murænis suis servos vorandos objiceret, si quod vas pretiosum inter ministrandum rumperent, Augustus omnia ejus vasa confringi jussit. Hic Pollio moriturus multa multis legavit; Augusto magnam hæreditatis partem & Pausilypum villam inter Neapolim & puteolos sitam, jussitque ut populo pulchrum aliquod opus extrueretur. Ejus operis faciendi prætextu, at revera ne quod monumentum Vedij in urbe extaret, domum Pollionis solo æquavit Augustus, & porticu ibi ædificata, non Pollionis, sed Liviæ nomen inscripsit.*

3. *Templis & effigie numinum.*] Magna & insana ambitio quam exemplo Herculis & Liberi patris, excusare tamen videtur lib. 4. noster. Sed Augustus adhuc vivus & hominem fungens, in Provinciis esse colique voluit pro Deo in Provintiis, non in Italia, aut Romæ. Suetonius: *Templa quamvis sciret etiam pro Consulibus decerni solere: nulla tamen in Provintia recepit, nisi communi suo Romæque nomine. Nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore.* De Urbe ait; Dio etiam de Italia lib. LIV. Quod Tacitus scribit effigie numinum: valet in eam mentem, ut signa adposita Augusti statuis sint, quæ solent deorum imaginibus, pura, radius, hasta, fulmen. Lucianus.

Fulminibus manes, radiisque ornabit & astris.

Itaque nummi etiam hodie exstant, in quibus Augusti caput radiatum videtur.

4. *Per flamines & sacerdotes*] In tale Sacerdotium non solum adscripti viri, sed etiam fœminæ. Et ipsa Livia ejus uxor ex decreto Senatûs, teste Dione l. 56. *Tunc verò consecrantes Augustum sacerdotes ejus sacra instituerunt, & sacerdotem Liviam.* Unde Ovidius l. 4. de Ponto:

Stant pariter natusque pius Conjuxque Sacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

Ubi *Natus pius* Tiberius est *Conjux sacerdos* Livia. Fuerunt & aliæ fœminæ Sacerdotis divi Augusti, Ut patet ex marmore sic inscripto.

P. POSTVMIÆ P. F. PAVLLÆ. SACERD. D. IVLII AVGVST. Item in HISPANIJS LUCR. L. F. CAMPANA. FLAM. PERPETUA DOMUS AUG.

Id ex *Lucretia L. filia, flaminica domûs Aug. perpetua.*

5. *Comparatione deterrima*] Suet Tib. 21. *Augustum palam, nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse &c. Sed expugnatam precibus uxoris adoptio-*

aut Reip. cura successorem adscitum ; sed quoniam adrogantiam sævitiamque ejus introspexerit , comparatione deterrima sibi gloriam quæsivisse. Etenim Augustus paucis ante annis , cum Tiberio Tribunitiam potestatem à patribus rursum postularet, quamquam honora oratione quædam [1] de habitu cultuque & institutis ejus jecerat, quæ velut excusando exprobraret. 11.
Ceterum sepultura more perfecta , [2] templum & cœlestes religiones decernuntur. Versæ inde ad Tiberium preces , & ille [3] varie disse-

INTERPRETATIO.

tum amore aut sollicitudine Reipub. : sed quod superbiam immanitatemque ejus præviderit , pessima comparatione sibi decus paraſſe. Quippe Augustus non multis ab hinc annis , cum iterum Tiberio peteret Tribunitiam dignitatem à Senatu, quamvis multo cum honore verborum, nonnulla *tamen* prompserat de habitu cultuque & moribus illius , quæ veluti defendendo objectaret. *Ceterum exequiis de more absolutis , fanum et & divini honores statuuntur. Hinc flexa ad Tiberium preces ,*

NOTÆ

tum non abnuisse , vel etiam ambitione tantum , at tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Sic & Tiberius gavisus dicitur succedere sibi Caligulam eodem animo & consilio. Suet. Calig. XI. *Vt aliquoties prædicaret exitio suo omniumque Caium vivere , & se natricem , serpentis id genus, populo Romano , Phaëtontem orbi terrarum educare.*

1. *De habitu cultuque ejus*] Ad habitum spectant hæc Suetonii. Tib. LXVIII. *Incedebat cervice rigida & obstipa, adducto fere vultu , plerumque tacitus : nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone , eoque tardissimo , nec sine molli quadam digitorum gesticulatione.* Addit pro Tacito etiam : *Quæ omnia ingrata & arrogantia plena , animadvertit Augustus , & excusare tentavit sæpe apud Senatum & populum.*

2. *Templum & cœlestes*] Templum in palatio ipso , ex decreto Senatus. Dio *Ipsi Augusto templum Romæ decretum quidem à Senatu , sed à Livia & Tiberio structum est , idque alibi & pluribus locis.* Liviæ tamen soli id opus attribuit (præter Dionis & Suetonii mentem cap. XLVII. Plinius lib. 12. *Radicem ejus magni ponderis vidimus in Palatij Templo , quod fecerat divo Augusto conjux Augusta , aurea patera impositam.* Huc respicientem credo Senecam scribere , consolatione ad Polybium : *fortuna ibit violentior per omnia , sicut & solita , eas quoque domos ausa injuriæ causa intrare , in quas non nisi per templa aditur , & atram laureatis foribus inducere vestem.* Puto enim id templum in Palatii vestibulo fuisse, etsi referre fortè possis ad templum Apollinis Palatini.

3. *Variè disserebat.*] Varia disserere apud Tac. non est ambiguè , imo est clarè disserere ut patet ex multis Taciti locis. Supra c. 5. *pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus disserebant : trucem Agrippam & ignominia accensum &c, Tiberium , Neronem , maturum annis spectatum bello , sed vetere atque insita Claudiæ familiæ superbiâ . multaque indicia sævitiæ , quamquam premantur , erumpere.* Quid clarius illis variis sermonibus ? Et mox c. 9. *Multus hinc ipso de Augusto sermo.* &c. an quia multus & varius sermo, ideo ambiguus est ? imo eo clarior, qui variis multisque & verbis & sententiis agitatus. Itaque ille sermo Tiberii & in re, & in se ipso clarus & perspicuus , quamvis forte mens loquentis fuerit incerta & ambigua , quamvis finis quo tenderet sermo Tiberii possit existimari ambiguus , quamvis ipsa mens audientium etiam incerta & ambigua colligere & inferre ex illo sermone potuerit , nam si ficta mens & cogitatio Tiberii quo ad finem sermonis istius spectat , non minus & ficta mens audientium patrum ,

rebat, de Magnitudine imperii, [1] sua modestia. *solam divi Augusti mentem tanta molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo*

INTERPRETATIO.

ut accipere imperium dignaretur. *At ille variè* censebat *de mole* & amplitudine imperij; & de sua mediocritate. Unam divi Augusti mentem tanto oneri parem

NOTÆ.

non minus fictum illorum obsequium. Paucissimi enim Tiberium imperare voluissent, & potius Germanicum & quempiam alium elegissent. Jam enim superbiam hominis, & *lentas maxillas* metuebant horrebantque. sed sermo ille praeisse in se & etiam in mente Taciti hoc loco fuit tantum varius & multus & sic clarus, non autem ambiguus praeisse. Certe *plus in oratione tali dignitatis quàm fidei.* Sed quamvis vera & aperta esset dissimulatio loquentis, quamvis Tiberio fidem non habuerint patres, hoc tamen non impedit, quin sermo Tiberii, quamvis falsa & ficta mente dictus, clarus & verus in se esset. Itaque distinguendū puto. Sermo ille in re & in se verus & clarus fuit. Et si mentem & finem loquentis spectes, fictus & ambiguus fuerat. Quis enim dubitet de magnitudine seu mole imperii? & sermo de tali magnitudine habitus, num precisè in se verus & apertus est? quamvis alioqui mens loquentis fallax fuerit & subdola.

1. *Sua modestiâ.*] Alii per modestiam hoc loco intelligunt tenuitatem virium, seu mediocritatem, ita ut agnoscat Tiberius modicas & exiguas vires suas tum animi quum ingenii præ magnitudine imperii, vel per *modestiam* intelligunt etiam affectu animi ab omni ambitu & dominatione alienum, seu virtutem qua nihil nisi moderatum de se sentiat Tiberius, sed distinguendum puto; certe si spectes occasionem & tempora, si spectes initia Tiberii imperantis, si modum quo adscitus est ab Augusto, & adrepsit imperio privignus & qui Cæsarem nulla affinitate contingeret, si spectes metum ex Senatu, ex Germanico, ex legionibus auxiliisque Germanicianis, si spectes modestiam qua imperavit Tiberius florente Germanico & vivente Livia, potest certe dici verâ modestia tum se gessisse aut saltem modeste disseruisse in Senatu, quamvis in re, & in mente, & ex naturâ aut ingenio suo nequaquam modestus imò superbus admodum esset., attamen initiis imperii vera & sincera modestia fuit. Quia eum retinebatur superbia, tum silebat sævitia illius; igitur ex natura & ingenio suo superbus Tiberius, at spe, metu, & ambitione retinendæ dominationis vere modestus fuit, & veram modestiam exhibuit. *Modestia* igitur si sumatur pro tenuitate & mediocritate virium comparata cum magnitudine imperii, si spectentur etiam metus & tempora, fuit haud dubiè vera & sincera in Tiberio modestia, eo sensu. At si per *modestiam* veram virtutem intelligas, qua se vere imparem dominationi fateatur & existimet Tiberius, jam certè nulla fuit talis virtus in illo, aut fuit falsa & fictitia. Quasi vero se ab omni ambitu & imperandi cupidine alienum veiè & ex animo approbet & judicet, qui jam ab exilio Rhodiano fatis se destinatum imperio auctore Thrasyllo putavit, qui Liviæ Augustæ filius, qui in domo principali perpetuò educatus, qui filiam Augusti duxerat uxorem, qui se Lucio & Cajo Cæsaribus æquabat, aut præferebat, qui tot bella difficilia confecerat novies in Germaniam missus ab Augusto, qui tot triumphis totque honoribus cumulatus, qui per tot annos totam imperij molem sustinuerat, qui tribunitiam potestatem jam per decennium exercuerat, qui jam Cæsar ab Augusto adrogatus erat, his adde insitam à natura superbiam, & summæ dissimulationis artem, quam ut sedem & arcem præcipuam virtutum suarum colebat observabatque Tiberius etiam notare possis discrimen inter *modestiam* illam qua alienus esset ab imperandi cupidine, quam non habuit Tiberius, aut ficta certè fuit, &

didicisse

didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunæ regendi cuncta onus. proinde in civitate tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent; plures facilius munia Reipub. sociatis laboribus executuros. Plus in oratione tali dignitatis, quam fidei erat: Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura, sive assuetudine, suspensa semper & obscura verba: tunc vero, nitenti ut sensus suos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur. At patres quibus unus metus, [1] si intelligere viderentur, in questus, lacrymas, vota effundi: [2] ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere, [3] cum proferri libellum recitarique jussit Opes publicæ continebantur. quantum civium, sociorumque in armis: quot classes, regna, provinciæ, tributa, aut ve- 12

INTERPRETATIO.

se in partem laborum ab illo adsceitum, ipso usu percepisse, quam difficile, quam obnoxium casibus sit cuncta gubernandi pondus. Igitur in urbe tot nobilibus viris suffulta, non ad unum cuncta rejicerent; plures muneta publica faciliùs obituros, si curas miscerent. *Sed magis in speciem talia, quam ex vero promebat, & Tiberio etiam in iis rebus, quas non occultaret, varius semper & ambiguus sermo. sive innata indole, sive habitu & consuetudine. Tunc verò incumbenti ultrò contendentique, ut sensa sua penitùs occultaret in dubium & obscurum magis involvebantur. At Senatores quibus unus pavor, si* dissimulationem *illius deprehendere putarentur*, cœperunt *miscere questus, fletus, preces: ad numina, ad imaginem Augusti, ad genua Tiberii palmas tendere, cum afferri volumen legique præcepit.* Eo libro *inscripta erant opes Reipub., quot cives, quot auxiliares in exercitibus, quot classes, regna, provinciæ, tributa*

NOTÆ.

modestiam, qua se gessit in imperio, postquam obtinuit, & hanc modestiam certè habuit & exhibuit Tiberius præsertim initio imperii. Tac. l. 4. *Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia.* Idem diù liberalis & à pecunia aliena abstinuit.

1. *Si intelligere viderentur.*] Sic etiam Dio de Tiberio l. 56. *Nunc verò irascebatur, si quis ipsum intelligere videretur, & multos interfecit quibus nihil objicere poterat, quàm quod ipsius mentem intellexissent; ita ut difficile esset nulla ipsius sensa intelligere, difficilius verò & periculosius esset ingenium ipsius perscrutari atque perrumpere.* Sic Tac. l. 4. de Agrippina matre Neronis. *Solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur.* & Hist. 4. de Domitiano. *Intelligebantur artes, sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur.*

2. *Ad effigiem Augusti.*] Quæ effigies erat in ipsa curia. Aparet enim ex illis quæ infrà de Hortensio. *Modo Hortensii inter oratores sitam imaginem, modo Augusti intuens,*

3. *Cum proferri libellum.*] Libellum eum scilicet, quem Suetonius *Rationarium Imperij* appellat, quia nempè illo rationes publicæ continebantur. Videbatur autem prolatione libelli flexus paulùm Tiberius, & Imperium accepturus, cum curas susciperet; vocat idem Auctor etiam *Breviarium Imperii* cap. ult. Aug. *De tribus voluminibus, uno mandata de funere suo complexus est: altero indicem rerum à se gestarum. quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio Breviarium totius Imperij, quantùm militum sub signis ubique esset, quantùm pecuniæ in ærario & fiscis & vectigalium residuis.* Ubi nota hunc indicem rerum Augusti illum eundem esse cujus exemplar Ancyræ positum. Nam titulus in ea tabula iste: *Rerum gestarum divi Augusti, quibus orbem terrarum im-*

E

ctigalia, & [1] necessitates ac largitiones, quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus: addideratque consilium coërcendi intra terminos imperii, incertum [2] metu an [3] per invidiam. Inter quæ senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit forte Tiberius, *se, ut non toti Reipub. parem, ita quæcunque pars sibi mandaretur, ejus tutelam suscepturum.* Tum
12 Asinius Gallus, *interrogo*, inquit, *Cæsar*, [4] *quam partem Reipub. mandari tibi velis?* Perculsus improvisa interrogatione, paullùm reticuit: dein collecto animo respondit: *Nequaquam decorum pudori suo legere aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet.* Rursus Gallus (etenim vultu offensionem conjectaverat) *non idcirco interrogatum* ait, *ut divideret quæ separari nequirent: sed ut suâ confessione argueretur, unum esse Reip corpus, atque unius animo regendum.* Addidit laudem de Augusto, Tiberiumque ipsum victoriarum suarum, quæque in toga per tot annos egregie fecisset admonuit Nec ideo iram ejus lenivit, pridem invisus, tanquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor

INTERPRETATIO.

aut vectigalia, quot & quanta ex necessitate vel liberalitate impensa fierent. Quæ omnia sua manu scripserat Augustus, quibus adjecerat consilium continendi intra limites imperii, dubium an formidine, an per æmulationem Interea patribus sese ad vilissimas preces abjicientibus forte quadam *dixit Tiberius se ut non totius imperii capacem, ita quævis pars sibi traderetur, ejus curam capessiturum. Tum Asinius Gallus,* peto àte *inquit*, Cæsar, quam partem imperii tradi tibi cupias? *Subitâ percunctatione turbatus paululùm siluit; mox cum ad se redisset respondit:* nullatenus honestum modestiæ suæ *fore* eligere aliquam partem, aut renuere ejus rei à quâ omninò se exemtum cuperet. *Iterum Gallus (quippe ex facie iram ejus conjecerat) non ideò petiisse* illud, *inquit*, ut separaret quæ dividi non poterant, sed ut suis ipse verbis convinceretur *fatereturque* unum esse corpus imperij, atque unius mente gubernandum. *Adjecit decus & commendationem de Augusto, atque ipsi Tiberio victorias suas, quæque in pace per tot annos eximiè gessisset, proposuit memoravitque. nec sic placavit ejus iracundiam jam dudum infestus, tamquam nuptiis Vipsania, Marco Agrippâ genita, & quæ olim Tiberii conjux*

NOTÆ.

perie Populi Rom. subjecit, & impensarum, quas in Rempub. Populumque Romanum fecit, incisarum in duabus aheneis pilis, quæ sunt Romæ posita, exemplar subjectum.

1. *Necessitates & largitiones.*] Necessitates vocat onera publica, quæ necessariò in milites, in populum, aliasque Imperij res eroganda Sic & Livius l. 24. *Prodeundum in concionem Fulvio esse, indicandasque populo publicas necessitates.* Lampridius Alexandro: *Quartarios jam formatos in moneta detinet, expectans ut si vectigal contrahere potuisset, eosdem ederet, sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit.*

2. *Metu.*] Metu quem pro ipsis habebat, *ne studio plura quærendi, ante parta amitterent.* Hanc rationem ab ipso Augusto datam in eo libello scripsit Dio.

3. *Per invidiam.*] Nempè ne quis successorum suorum latiùs imperaret; quod decus Trajano contigit, teste ipso Tacito infrà.

4. *Quam partem Reipub.*] Teste Dione Tiberius fecerat tres Reipub. partes, prima Romam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia Provincias: & uni ex istis parem se aiebat, non omnibus. sed valde suspecta mihi fides Græci scriptoris aut Tiberii, quasi verò

fuerat, [1] plusquam civilia agitaret, [2] Pollionisque Asinii patris ferociam
retineret. Post quæ L. Arruntius haud multum discrepans à Galli ora- 13
tione, perinde offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in [3] Arruntium
ira: sed divitem, promptum, artibus egregiis, & pari fama publicè
suspectabat. Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret,
[4] quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut impares vel-
lent vel iidem possent cuperentque: [5] *M. Lepidum* dixerat *capacem*, *sed*

INTERPRETATIO.

fuerat, civilem modum egrederetur, & Pollionis Asinii parentis sui pervicaciam conservaret. Postea L. Arruntius haud longè dissentiens à Galli sermone, pariter iram commovit, quamvis Tiberio nulla prisca esset in Arruntium inimicitia, sed suspectum eum habebat, ut qui opulentus, strenuus, eximiis animi dotibus & pari existimatione in vulgus floreret. Nam Augustus postremis colloquiis cum differeret, quinam nollent obtinere principatum pares futuri, aut quinam incapaces cuperent, vel pares essent vellentque. dixerat Marcum Lepidum parem, sed spernentem; Gallum Asinium cupidum & imparem: L. Arruntium non inferiorem,

NOTÆ.

dividendum Imperium censeret summæ gravitatis Princeps, omnium arcanorum dominationis pridem particeps & in domo regnatrice semper educatus, nisi forte id egerit ea mente ut Senatui illudens, sic consilia procerum introspiceret. Nec certè vel per somnium dividi Respub. potuit, nisi iterum in arma, cædes & bella civilia iretur. *Unum corpus imperij unius animo* necessariò *regendum* fuit, *& pacis interfuit unum imperare.*

1. *Plus quam civilia agitaret.*] Id est modum & æqualitatem civium, velut infra se sperneret. ita ut se efferret supra cæteros cives ambitu, fastu, opibus, & imperandi libidine. Calpurn. Flaccus declamat. 6. *Sceleratis ingeniis & plusquam civilia capientibus non dominari instar servitutis est.* Æqualitas esse debet inter cives & æquo jure frui omnes debent, at qui supra illam æqualitatem & supra illud jus commune superbiam suam attollit, is dicitur *plusquam civilia agitare*, quod summum crimen fuit. Hoc de privato. nam princeps etiam non *civilis ingenii*, tamen reprehendebatur.

2. *Pollionisque patris ferociam.*] Sic vocabatur in aula; quod submittentibus sese inservientibusque aliis, paullò plus libertatis & juris sui retineret, qui puero etiam tum privato que Octavio, magnis legionibus imperitarat, dein adjutor partium se judicaret commeruisse, ut regni, cujus condendi non leve momentum fuerat, particeps magis, quàm *famul ultimus esset*: ut canit Ennius. Nec dubito quin ferociam interpretati sint aulæ interioris ministri quod Timagenem, cum Augustus desiisset, amare cœpit; & contubernalem habuit, postquam ei domo sua ille interdixerat, ut tradit Seneca de ira 3. 23. Quod Æsernini nepotis sui casum, qui in ludo Troiæ crus fregerat, in curia graviter invidioseque questus est, teste Suetonio cap. 43. Omnis enim ea invidia in principem qui ludum edideret, redundabat; quod bello Actiaco, cum tota Italia conjuraret pro Cæsare, unus quievit, & se discrimini substraxit, & se prædam victoris fore præfatus, ut est apud Velleium 2. 86.

3. *Arruntium divitem,*] Est is qui consul anno urbis DCCXXII. Artes in eo doctrinamque suspicit. Non vanè, quoniam ex Plinii indice lib. 3. & 5. inter Scriptores censitus illustres fuit, & scripsit, ni fallor, Geographica.

4. *Quinam adipisci Principem locum.*] Simile quid refert Dio in Adriani vita. *Hunc verò Severianum imperio dignum censuerat Trajanus, cum enim aliquando inter epulas dixisset amicis; ut ipsi nominarent decem viros regendi imperij capaces, statim brevi mora interjecta, novem tantum, inquit, discere volo, jam enim unum, id est Severianum habeo.*

5. *M. Lepidum dixerat.*] Hunc Ma-

aspernantem: Gallum Asinium avidum & minorem: L. Arruntium non indignum, & si casus daretur, ausurum. De prioribus consentitur. Pro Arruntio quidem Cn. Pisonem tradidere: omnesque præter Lepidum, variis mox criminibus, [1] struente Tiberio, circumventi sunt. Etiam Q. Haterius & [2] Mamercus Scaurus, suspicacem animum perstrinxere. Haterius cum dixisset, *Quousque patieris Cæsar* [3] *non adesse caput Reipub.?* Scaurus quia dixerat, *spem esse ex eo non irritas fore Senatus preces,*

INTERPRETATIO.

& si se offerret occasio, susceptorum. De primis conveniunt auctores: nonnulli pro Aruntio Cneium Pisonem memoravere: cunctique excepto Lepido variis mox calumniis, adornante Tiberio oppressi sunt. Perinde Quintus Haterius & Marcus Scaurus suspectabundum hominem offendêre. Haterius cum ait, Quousque tandem feres, ô Cæsar, non esse Principem in Republicâ? *Scaurus quod dixisset spem inde esse, non inutiles*

NOTÆ.

nium edidere Lipsius & Pichena. Duo enim Lepidi reperiuntur in historia Tiberij, de quibus anquirit Lipsius ad lib. 3. cap. 35. parum feliciter. M. Æmilius Lepidus, Æmilij Paulli Censoris cum Planco, anno V. C. 731. Et Triumviro fratris filius, L. Æmilij Paulli cum C. Claudio Marcello Consulis, anno 703. nepos Consul cum L. Arruntio anno 758. monumentum avi Basilicam) quod & pater fecerat anno 740. teste Dione & confirmat nummus apud Goltzium) recoluit anno 774. Tacit. 3. Annal. 72. Legatus Tiberij in Dalmatia anno 761. & ornamenta triumphalia adeptus. Dio l. 56. vir sapiens Tacit. l. 3. 20. Proconsul Africæ nominatus eodem lib. cap. 35. mitiora censens in causa Lutorij 3. 50. Velleio 2. 114. proximus nomini & fortunæ Cæsarum. Nam mater ejus Cornelia, quam luget Propertius libro. 4. Elegia 12. Cornelii Scipionis, qui Pompei socer fuit, & Scriboniæ, quæ postea Augusto nupta, filia. Et hic est, quem Augustus imperij capacem dixerat. Mors ejus traditur lib. 6. 27. At M. Æmilius Lepidus Quinti, qui Corneliam Fausti Sullæ & Pompeiæ, filiam uxorem habuit & Consul fuit anno 732. filius Marci, an Manii nepos consulatum gessit cum T. Statilio Tauro anno V. C. 763. Sororis Æmiliæ Lepidæ defensor 3. Annal. 22. Asiæ Proconsul eodem lib. c. 32. & 4. 56. *Hæc Rupertus.*

1. *Struente*] subornante iis accusatores Tiberio, diversorum criminum prætextu damnati, atque è medio sublati sunt.

2. *Mamercus Scaurus.*] Hic ut eloquentia clarus, ita turpis vita & probrosus fuit, ut meritissimò eum Tacitus lib. 3. *opprobrium majorum* vocet. De ejus turpitudine qui cognoscere aliquid volet, legat Senecam l. 4. de benef. c. 31. Damnatus tandem quod famosos versus scripsisset in Tiberium, pœnam imminentem voluntaria morte prævenit. Tac. l. 5.

3. *Non adesse caput Reipub.*] Sententia percommoda est: offensum Tiberium pro reliqua sua modestia, quod *caput Reipub.* nominaretur, qui tanquam veteri libertate unus vellet esse è multis. Nec absurdè legeris è vulgatis *non esse caput eo Republicæ?* Lip.

Non adesse caput.] Alij aliter explicant, cur adeò excanduerit, quod vocaretur caput Reipub. alij offensum dicunt, quod sic videret detegi suas artes, quasi diceret Haterius: *Quamdiu rogari te patieris ut imperes, jam diutius nos ludificaris tuis ambagibus.* Alij iratum dicunt, quod sic videretur abolere potestatem Senatus, (quod tum maximè cavere debuit) qui unum & verum *caput imperij* ut habet Tac. lib. 1. hist. 84. Alij quia nolebat notescere Cæsarem caput esse Reipub. quippe *ignota etiam tum Cæsa-*

quod relationi consulum jure Tribunicia potestatis non intercessisset In Haterium statim invectus est; Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio transmisit. fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum, flexit paulatim, ut non fateretur suscipi à se impetium, sed ut negare & rogari desineret. [2]Constat Hatetium, cum deprecandi causa palatium introisset, ambulantisque Tiberii [3] genua advolveretur, propè à militibus interfectum, quia Tiberius casu, an manibus ejus impeditus prociderat. neque tamen periculo talis viri mitigatus est, donec Haterius

INTERPRETATIO.

fere patrum obtestationes, quod non se opposuisset relationi consulum jure suo tanquam Tribunus plebis. Haterium statim acriter objurgavit, & silentio prateriit Scaurum, in quem acriùs exardebat, & fatigatus clamore universorum, questu & efflagitatione singulorum, vertit sensim, non ut aperte diceret, capessere se principatum, sed ut cessaret recusare & flagitari. Certum est Haterium, cum excusandi se gratia Palatium ingressus esset, & ad pedes Tiberii incedentis procumberet, fere à custodibus occisum, quod Tiberius vel forte, vel amplexu ejus implicitus cecidisset. neque tamen tanti viri dis-

NOTÆ.

rum petestate, & quia diceret ipse *principem Senatui servire oportere.* Et illud *quousque*, impatientiam, aliquam iram & contemptum præfert, quod nimiæ libertatis est. Ego pnto forte invectum esse palàm in Haterium, cni minus succeusebat, ut sic faciliùs omitteret & dissimularet in alind tempus Seaurum cni implacabilins irascebatnr, sed præcipua causa, ne odium patrum in se concitaret, qnippe initio metuebat multa.

1. *Quod relationi consulum jure tribunitia potestatis non intercessisset.*] Illa dicacitas, seu cavillatio acriùs penetravit tale ingenium principis injurias altum recondentis. Aperte irridet illum Scaurus, quod jure Tribunitiæ potestatis non intercesserit rei quam vehementissimè appetebat, nempe invadere dominationem, occupare Rempub. certè potuit intercedere Tribnnus jure sui Magistratus, seu opponere se relationi consulum, & impedire ne quid decerneretur in Senatu; præter hunc locum patet etiam ex lib. 14. 48. *Tum primum revocata ea lex (nempe Majestatis) credebatur, qua haud perinde exitium Antistio quam Imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus à Senatu intercessione Tribunitia morti eximeretur.* Nempe Principe intercedente Senatus consulto pro jure Tribunitiæ suæ potestatis. Et lib. 16. 28. nbi de Thraseæ morte. *Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans juvenis & cupidine laudis offerebat se intercessurum Senatus-consulto. Nam plebis Tribunus erat.* Idem poterant & consules, indirectè tamen, cum referre abnuerent. Itaque potuit Tiberius, si voluisset sincerè non dominari, intercedere jure suo Tribunitio, ne consules referrent de Imperio ipsi tribuendo. Igitur cum non intercederet Senatusconsulto verè ludificabatur patres. quippe, legiones, arma, excubias, opes, ipsam tribunitiam potestatem, qui summus gradus ad principatum fuit, denique omnem vim Imperii retinebat dum de nomine & de modo cavillaretur in Senatu.

2. *Constat Haterium*] Intempestivè ferè deprecantur subditi tales culpas. Qui locus comparandus cum alio libri. 13. 25. Ubi de nocturna lascivia Neronis. *Julius quidam Montanus Senatorii Ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus fortè per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobrasset mori adactus est.*

3. *Genua advolveretur.*] Certè de Haterio intelligendum est quod habet Suet. Tib. 27. *Adulationes adeò aversatus est, ut neminem Senatorum aut officii,*

Augustam oraret, ejusque curatissimis precibus protegeretur. Multa pa-
14 trum & in Augustam adulatio. alii *parentem*, alii *matrem patriæ* appellandam; plerique ut nomini Cæsaris adscriberetur, *Iuliæ filius*, censebant. ille *moderandos feminarum honores* dictitans, [1] *eademque se temperantia usurum in his quæ sibi tribuerentur*; ceterum anxius invidia, & muliebre fastigium in deminutionem sui accipiens, [2] ne lictorem quidem ei decerni passus est, [3] aramque adoptionis, & alia hujuscemodi prohibuit. At Germanico

INTERPRETATIO.

crimine placatus est, donec Haterius Liviam rogaret, ejusque impensissimis obtestationibus defenderetur. Plurima Senatus & in Liviam ipsam adsentatio. Alij parentem, *alij* matrem patriæ *cognominandam decernebant: maxima pars ut vocabulo Cæsaris adjiceretur,* Juliæ filius. *Ille dictitans modum adhibendum mulierum honoribus, & pari se modestia gesturum in his quæ sibi deferrentur, cæterum animi æger præ livore, sic invidebat femineum decus, quasi suæ gloriæ detraheretur; & ne lictorem quidem ei tribui Senatus-consulto permisit & aram adoptionis, aliaque similia vetuit. At proconsularem potestatem Ger-*

NOTÆ.

aut negotij causa ad lecticam suam admiserit: consularem verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugerit ut caderet supinus, &c. Nec puto, propterea miræ offensus Tiberius, quod fugiendo ipse cecidisset, sed quod Haterius ipsi in Senatu reluctatus esset. Nec tamen periculo tanti viri mitigatus est Tiberius, ut qui odia in longum recon-derer.

1. *Eadem se temperantia usurum.*] Suet. Tib. 26. *Ex plurimis maximisque honoribus, præter paucos & modicos non recepit. Natalem suum plebeiis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Templa, flamines, Sacerdotes decerni sibi prohibuit; etiam statuas, atque imagines, nisi permittente se, poni, permisitque, ea sola conditione, ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta ædium ponerentur.*

2. *Ne lictorem quidem.*] Quo tamen vulgo feminæ principes usæ, vestalium exemplo. Claudii quidem Agrippina, etiam duobus. Tacitus, *Decreti & à Senatu lictores duo, flaminium Claudiale.* Lipsius.

Lictorem.] Qui Liviæ præiret, cum iret in publicum, & etiam turbam summoveret. atque intra domum etiam vocaret amicos ad salutandum & ad alia officia principum is destinabatur. Id privilegio speciali principibus feminis concessum, nam lictores propriè magistratuum tantum. Senec. 49. *Non est quod feliciorem eum judices cui submovetur, quam quem lictor semita dejicit.* Plin. de Margaritis. *Affectant jam & pauperes, lictorem feminæ in publico unionem esse dictitantes.*

3. *Aramque adoptionis.*] Notus mihi mos Romanus, quo receptum ut propagandæ memoriæ causa, ara aut templum statueretur virtuti reique quam cuperent laudatam. Noster lib. 3. *Præceperant animis orationem patres, quo quæsitior adulatio fuit, nec tamen repertum, nisi ut effigies principum, aras deûm, templa & arcus, aliaque solita censerent.* Ita apud eundem, cum Tiberius publico judicio ultus esset Germanici mortem: *Cæcina severus censuit aram ultioni.* Et ob amicitiam cum Seiano lib. 4. *Patres aram clementiæ, aram amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris, & Seiani censuêre.* Et lib. 15. post natam ex Poppæa prolem, *Supplicationes à Senatu decreta & templum Fæcunditati.* Eodem traho Suetonij illud in Caligula, cap. 8. Præter interpretis mentem: *Addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas, ob Agrippinæ puerperium.* Errat idem ille dum censet, de Tiberij adoptione hic agi: cum Ta-

Cæsari [1] proconsulare imperium petivit, missique legati qui deferrent, simul mœstitiam ejus ob excessum Augusti solarentur. quo minus idem [2] pro Druso postularetur, ea causâ, quod designatus consul Drusus, præ-[3]sensque erat. Candidatos præturæ duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum: & hortante senatu ut augeret, jurejurando obstrinxit

INTERPRETATIO.

manico Cæsari postulavit, missique Oratores qui id ei renuntiarent, simulque mœrorem ejus ob mortem Augusti consolarentur. Cur non peteretur eadem potestas pro Druso in causa fuit, *quod destinatus consul Drusus & præsens* in urbe *esset. Duodecim Præturæ candidatos elegit, qui numerus ab Augusto usurpatus* fuerat, *& cum suaderent Patres ut*

NOTÆ.

citus intelligat de Livia. Nam Livia testamento adoptata in familiam Juliam nomenque Augustæ: & novo exemplo, conjux facta filia mariti. Ideo dum Liviæ adulantur, decreta ara *Adoptioni* Passim in lapidibus & nummis *Divi filia*, lego.

Aramque adoptionis &c. prohibuit.] Vix puto id debere intelligi tantum de adoptione Liviæ, pridem enim is honor obsoleverat; & longè recentior majorisque momenti adoptio Tiberij. Forte indistinctè de utraque adoptione intelligi possit ista hæc ara, vix enim separari potuit adulatio matris ab adulatione in filium. Nec potuit augeri decus unius, quin simul & augeretur alterius. Et utriusque adoptionis aram quæ unica sen utriusque monumentum unum fuisset, prohibuit Tiberius variis de causis: adoptionis Liviæ, ut sic impotentiam muliebrem frangeret, & adoptionis propriæ, ne simul insculperetur adoptio Germanici, ne illius decus augeret, cui infensissimus erat, & cujus exitium jam tum meditabatur. De adoptione propria maximè vitavit Tiberius Tac. c. 7. Nam *dabat & fama ut vocatus electusque potius à Repub. videretur, quàm per uxorium ambitum, & senili adoptione irrepsisse*; At agitur tantum ibi de honoribus Liviæ. Sed certè summum decus Liviæ fuit adoptio Tiberij, & ipse ingenio tristis & honorum pridem plenus aut fessus, talia decora facilè aspernabatur. Is speciem & inania contemnens vim imperij retinebat.

1. *Proconsulare imperium.*] Num ante habebat? nam Dio disertè proconsulare imperium illi tribuit anno DCCLXIV. id est triennio, ante l. LX. *Tiberius & Germanicus proconsul, in Celticam invasiones fecerunt.* Sed intelligit, credo, proconsulare imperium perpetuum: quod inter titulos principatus. In oratione Alexandri apud Lampridium. *Gratias vobis P. C. de Cæsareo nomine, de Pontificatu max. de Trib. potestate, & proconsulari imperio, quæ omnia novo exemplo, uno die in me contulistis.* Ab eadem mente Nero l. XII. curante Agrippina, *Proconsulare imperium extra urbem habet, & princeps juventutis appellatur.* Exemplum ab Augusto cui decretum perpetuum proconsulare imperium Dio tradit lib 53.

Proconsulare imperium.] Perpetuum scilicet quod primum Augusto datum est, post recitatum in Senatu testamentum Cæsaris, decretumque ne urbis introitu deponeret, neque renovatione indigeret, majorque ei data potestas in Provinciis, quàm cæteris Proconsulibus. Dio 54. At Nero sub Claudio adeptus est proconsulatum, sed ita ut ingressu urbis illum deponeret (quemadmodum & Drusus Tiberij filius & haud dubiè Germanicus) at Augustus in urbe & extra urbem hanc (Sic ferè Dio 55.) potestatem habuit.

2. *Pro Druso.*] Pro Druso filio suo nec *proconsulare Imperium* petivit, quia Drusus Cos. designatus, atque ita mox ordinariam potestatem habiturus erat, nec *legatos*, quia præsens erat. *Freinsh.*

3. *Præsensque erat.*] Fallitur *Freins-*

ſe non exceſſurum. Tum primum è campo comitia ad patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis Tribuum fiebant. neque populus ademptum jus queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus largitionibus ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, ſine repulſa & [1] ambitu deſignandos. Inter quæ Tribuni plebei petivere, ut proprio ſumptu ederent [2] ludos, qui de nomine Auguſti faſtis additi [3] *Auguſtales* vocarentur. ſed decreta pecunia ex ærario, [4] utque per Circum triumphali veſte uterentur. curru

INTERPRETATIO.

numerum *amplificaret*, interpoſito *jurejurando affirmavit ſe non egreſſurum. Tum primum comitia tranſlata ſunt e campo Martis inCuriam. Quippe ad id tempus quamvis præcipua res voluntate Imperatoris, nonnulla tamen favore & ſuffragiis Tribuum agebantur. Neque Populus ablatum ſibi jus doluit, niſi vano murmure, & Patres donis atque indecoro ambitu exempti, ſponte id accepere; temperante Tiberio, ne plures commendaret Senatui: quàm quatuor candidatos, ita eligendos, ut neque repulſam paterentur, neque ſuffragia ambirent. Interea Tribuni Plebis poſtulavere, ut propriâ pecuniâ celebrarent ludos, qui de vocabulo Auguſti faſtis adſcripti Auguſtales appellarentur. Sed ſumptus conſtitutus ex pecunia publica, decretumque ut per Circum triumphali toga*

NOTÆ.

bemius cum dicit non ideò miſſos legatos Druſo, quia præſens Romæ erat: non ſic nugatur Tacitus. Ideo dicit non eadem decora decreta eſſe Druſo, *Proconſulatum* nempe, duabus de cauſis, & quia *deſignatus conſul Druſus*, & quia præſens aderat, non enim Conſuli deſignato datur proconſulatus, quod eſt imperium extraordinarium, quia jam jam initurus & habiturus eſt poteſtatem ordinariam. Nec datur etiam proconſulatus præſenti in, urbe ſed tantum abſenti; ideoque Germanico datur, non Druſo.

1. *Ambitu deſignandos.*] Id eſt, ut nec opus quidem haberent in Senatu ambire: ſufficeretque ſola Principis commendatio,

2. *Ludos qui de nomine Auguſti,*] Verum eſt. Nam & in Kalend. veteri hodieque legimus, IV. id. Octob. Auguſt. id eſt *Auguſtalia.* Eorum ludorum originem reperio, anno DCCXXXV. Cum ex Græcienſi & Sicula peregrinatione redux Auguſtus, paſſus eſt inter alios honores, *Fortunæ reduci aram ſacrari, & diem qua redierat in faſtis ſcribi & Auguſtalia dici.* Dio. Ludique eo die ex decreto Senatûs inſtituti, octennio poſterius, Ælio Tuberone, Paullo Fabio Coſſ. idem Scriptor: *Auguſtalia, quæ & nunc celebrantur, tunc primum ex Senatusconſulto acta ſunt.* Scies tamen & alios ludos fuiſſe, die natali Auguſti, qui pariter celebrabantur in Circo, notatos Faſtis IX. Kalend. Octob. H. D. AVGVSTI NATALIS LVD. C RC. Quorum mentio eſt Dioni in actis anni DCCXLIII. Et Suetonio, niſi fallor, cap. LVII. *Equites Romani natalem ejus ſponte atque conſenſu biduo ſemper celebrarunt.* Sed eos cave cum Auguſtalibus confundas. *Lipſius.*

3. *Auguſtales vocarentur.*] Hoc non habet hanc ſignificationem, ut ex eo demum tempore faſtis adderentur, & nomen id acciperent; Sicuti perperàm exponunt omnes, ſed pro *vocantur* eſt poſitum Sic igitur Tribunorum fuit petitio: *rogamus ut liceat nobis edere ludos, qui faſtis additi,* (jampridem, quartum nempe atque vigeſimum annum: Dionem lib. 54. vide) *Auguſtales vocantur.*

4. *Utque per Circum.*] Tribuni mortuo Auguſto, præfecti his ludis, ait Dio, quaſi ſacri: ut id quoque cederet honori Auguſti. Ludi autem ipſi Circenſes, id eſt

'curru vehi haud permissum. Mox [2]celebratio annua ad prætorem translata, cui inter cives & peregrinos jurisdictio evenisset. Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones seditio incessit: nullis novis causis, nisi quod mutatus princeps licentiam turbarum, & ex [3]civili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstivis [4] tres simul legiones habebantur, præsidente Junio Blæso, qui fine Augusti, & ini- 16

INTERPRETATIO.

induerentur; curru deferri prohibitum est. Dein editio ludorum *annua collata in prætorem est, cui inter cives & inquilinos judicandi potestas obtigisset. Sic in urbe se res habebant, cum Pannonicos exercitus intravit discordia: nullis novis incitamentis, nisi quod novus Imperator facultatem turbandi, & ex armis civilibus præda spem ostentaret. Erant simul in castris æstivis tres legiones, quibus præerat Junius Blæsus,*

NOTÆ.

est Curules, si forte venatio. Quod vestem triumphalem petunt Tribuni: faciunt ad exemplum Consulum & Prætorum, quibus in Circo ludos præbentibus jus togæ pictæ. Juvenalis.

——— *Similisque triumpho*
Præda caballorum Prætor sedet.

Quo versu hæsi aliquando, num legerem, præda: quia magna scilicet pecuniæ vis effundenda Prætori in aurigas & equos, iisque ipse quasi præda. Idem alibi

— *Et medio sublimem in pulvere Circi*
In tunica Jovis, & picta Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Nec alius Sententiæ illud Cornelii nostri lib. XII. *Ludicro Circensium Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veste transvecti sunt.* Ut dicam in loco. Sic Lipsius.

1. *Curru vehi.*] Petebant Tribuni ut ludos *Augustales* suo sumptu celebrarent, & consequenter fruerentur honoribus, qui debentur talia celebrantibus. Permissum est ipsis celebrare hos ludos *Augustales*, sed non suo sumptu, permissum ipsis *veste triumphali uti*; sed non *curru vehi*; Sic res media quadam via decisa est. Certè vehebantur curru per Circum consules & Prætores: Sed ne idem liceret Tribunis Plebis, vetuit Senatus, vetuit Princeps, ne summæ potestati æquarentur. Nec olim ipsi Prætores curru per Circum vehebantur. *Veste uterentur.* Hæc locutio usitata bonis Auctoribus Latinis. Sic & Dio ipse qui id sumpsit atque invertit ex Tacito de iisdem his Tribunis loquens τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπινικίῳ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο, οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβησαν. *Tribuni veste triumphali per Circum usi, non tamen curru vecti sunt.*

2. *Celebratio annua ad Prætorem.*] Puto, vetere Repub. celebratio ludorum pertinuit ad Magistratus tantùm, ad *Consules*, ad *Prætorem*, ad *Ædiles Curules*, ad *Ædiles plebis*, ad *Tribunos Plebis*, sed sub Principibus, ut sub Augusto *quatuor Collegia Sacerdotum* celebravere ludos. *Actiacos* Dio lib. 55. sub Nerone 13. an. *Cura ludorum Arruntio Stellæ.* Etiam libertinis mandata ea cura Plin. 37. 3. *Ut Iulianus curator Gladiatorij ludi Neronis.* Etiam Vatinii & talia aulæ flagitia id ausi postea. *Aurelius.*

3. *Ex civili bello spem præmiorum.*] Iisdem incitamentis ad arma ibant, miles spe majoris prædæ, quia bello civili plus licebat militi quam duci. Ipsi duces spe majorum præmiorum seu honorum alliciebantur. Et tunc *præda & præmia* pro eodem sunt. duces tamen occultiùs, quàm caligæ.

4 *Tres simul legiones.*] Octava, nona & quinta decima.

5. *Justitium aut gaudium.*] Justitium ob mortem Augusti indictum, & publicus dolor & cessatio: gaudium ob initia Tiberii, & tunc quoque feriæ in natali imperii.

F

tiis Tiberii auditis, ob justitium[1] aut gaudium, intermiserat solita munia. Eo principio lascivire miles, discordare, pessimi cujusque sermonibus præbere aures, denique luxum & otium cupere, disciplinam & laborem aspernari. Erat in castris Percennius quidam, [2] dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, & miscere cœtus [3] histrionali studio doctus [4] Is imperitos animos, & quænam post Augustum militiæ conditio ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die, & delapsis melioribus, deterri-

INTERPRETATIO.

qui nuntiato exitu Augusti & novo principatu Tiberii, ob mœrorem aut lætitiam, interruperat consuetas belli curas. Ex initio licenter agere miles, seditionem agitare, deterrimi cujusque verbis aures accommodare, postremò luxuriam & quietem optare, severitatem & belli munia sperneret. Versabatur in castris Percennius quidam, princeps olim & signifer fautorum plausorumque histrionicorum; dein plebeius miles, petulans verbis, & turbare plebem mimico favore peritus. Ille rudes animos, & dubitantes quænam post Augustum sors militantium foret, cœpit concitare sensim nocturnis sermonibus, aut inclinato jam die, & pessimum quemque convocare; cum meliores se in contubernia*

NOTÆ.

1. *Aut gaudium.*] Rem ita habere puto, ob mortem Principis *justitium* indici solitum erat. C. Cæsar indixit etiam in morte sororis. Sueton. cap. 24 Ibi igitur publicæ functiones intermittebantur per mœrorem. Rursus ob novum Principem feriæ celebrabantur, tanquam ex publica lœtitia: quod hic signatur per vocem *gaudium*, quam qui Blæso accommodant, ut propriam, falluntur. Utraque hæc causa, alia succedens alii, effecit, ut Blæsus intermitteret *solita munia* Hoc est ut ab exercitu ea non exigeret, sed ferias otiumque concederet.

2. *Dux olim theatralium operarum.*] In Theatro, sicut in Circo, suæ partes & factiones: distracto videlicet favore plebis in hunc histrionem, & in illum. Ex non raro in tumultum exibant, imo pugnam, imo & cædem. Dux his factionibus & signifer levissimus quisque è plebe: cui lingua manusque ad injurias & contumelias promptæ. Ab uno exemplo disce rem totam, apud Suetonium Nerone, cap. XXVI. *Interdiu quoque clàm gestatoria sella delatus in Theatrum, seditionibus Pantomimorum ex parte Proscenij superiore, signifer simul ac spectator aderat. & cum ad manus ventum esset, lapidibusque & subselliorum fragminibus decerneretur, multa & ipse jecit in populum, atque etiam Prætoris caput consauciavit.* *Opera* autem *theatrales* Tacito: ut Ciceroni, *operæ Clodianæ*: & in lapide prisco. OPERÆ VETERES A SCENA.

Operæ theatrales.] sunt in spectationibus, qui plaudebant ipsi primi, & fautores plausoresque histrionibus comparabant Hi sunt, quos Plautus egregiè describit in prologo Amphitruonis:

Conquisitores singuli subsellia
Eant per totam caveam, spectatoribus,
Si cui fautores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiantur toga.
Sive qui ambissent palmam histrionibus,
Seu cuiquam artifici, seu per scriptas literas,
Seu qui ipsi ambissent, sive per internuntium.

Habes omnem operam, quam præstabant hæ operæ. Eodem pertinet infra:

Conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent;
Quive, quo placeret alter, fecissent minus.

Nimirum *operæ theatrales* sunt *fautores delegati.*

3. *Histrionali studio.* Studio quod solitus erat præstare histrionibus in comparandis, augendis, & incitandis factionibus plausorum.

4. *Is imperitos animos.*] Agric. cap. 9.

mum quemque congregare. Postremo promtis jam aliis seditionis ministris concionabundus interrogabat. *Cur paucis centurionibus paucioribus tribunis in modum servorum obedirent? quando ausuros exposcere remedia, nisi novum & nutantem adhuc principem precibus, vel armis adirent? satis per tot annos ignavia peccatum, quod* [1] *tricena aut quadragena stipendia senes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent. ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed* [2] *apud vexillum retentos,* [3] *alio vocabulo, eosdem labores perferre. ac si quis tot casus vitâ superaverit; trahi adhuc diversas in* 17

INTERPRETATIO.

sua recepisset. Demum paratis jam & aliis discordiæ fautoribus, tanquam pro concione percunctabatur. Quærebat cur obsequerentur veluti mancipia paucis centurionibus & paucioribus Tribunis? quando ausuros efflagitare solatia, nisi recentem & trepidantem adhuc Imperatorem supplices convenirent, vel armati aggrederentur? satis se tanto tempore per socordiam deliquisse, quod per triginta aut quadraginta annos mereant senes, & plerique mulcato ex plagis corpore. ne exauctoratis quidem exitum esse belli, sed sub vexillo haberi, & alio nomine eadem subire munia; ac si quis diu vivendo evaserit tot discrimina, transferri etiam tum in regiones longinquas,

NOTÆ.

Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia Castrensis jurisdictio secura & obtusior, &c. Sunt imperiti isti non modo quia *milites*, sed quia gregarii illi, è vulgo orti isti caligæ & è fæce plebis.

1. *Tricena aut quadragena.*] Atqui vicena ex lege debebant tantum: & tunc *veterani* dicebantur. Suidas: *Veteranus Romanis dicitur, qui solutus est militia. in vigesimum autem annum solent merere.* Quod verum est: sed sub principibus, ut hic dicitur, parum servatum.

2. *Apud vexillum retentes.*] Apud antiquos simplex & una honesta missio: ab Augusti ævo facta duplex: exauctoratio & missio. Tacitus auctor sic distinguendi, infra: *Placitum ut epistola nomine principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.* Exauctorationis ea vis, ut (exempli causa) legio aliqua sacramento solveretur, signis aquilaque ademptis, non tamen dimitteretur protinus, sed seorsum in exercitu ageret sub uno aliquo vexillo, donec præmia solverentur & agri. Interea immunis à labore, excubiis, vigiliis, & munere omni castrensi esset: exceptâ pugnâ in hostem. At plenæ missionis effectus, ut statim ab exercitu castrisque domum aut in colonias irent prœmiis acceptis. Cui bono hoc inventum? inquies. Bono fisci. Suetonius in Tiberio, cap. XLVIII. *Atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem ex morte compendium captans.* Prœmia enim, de quibus mox dicam, mortuis non debebantur: sicut nec cum causa missis ante stipendia completa. Ideo Caligula (Suetonio narrante, cap. XLIV.) *in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis jam, & nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, caussatus senium cujusque & imbecillitatem.* Capis ergo nunc cur hic de tricenis quadragenisque stipendiis querela: & infra totiens mentio retentionis apud vexillum, fons Pannonicæ & Germanicæ seditionis.

3. *Alio vocabulo.*] Quomodo? *veterani* enim propriè dicebantur. non legionarii. Ita lib. 3. *Vexillum veteranorum, non plus quingenti.* Histor lib. 3. *Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris prætoriis cohortibus veterani è prætorio, classicorum ingens numerus.* Nam & prætoriani post XVI. annum habebantur sub vexillo, dicti etiam Emeriti. Glossæ priscæ, *emeritus ἀπολιτευ-*

terras, ubi per nomen agrorum, [1] *uligines paludum, vel inculta montium accipiant. Enimvero militiam ipsam gravem, infructuosam:* [2] *denis in diem assibus animam & corpus æstimari:* [3] *hinc vestem, arma, tentoria, hinc sævitiam centurionum, &* [4] *vacationes munerum redimi, at herculè verbera, & vulnera, duram hiemem, exercitas æstates, bellum atrox, aut sterilem pacem, sempiterna. nec aliud levamentum, quam si certis sub legibus militia iniretur. ut*

INTERPRETATIO.

ubi prædiorum vocabulo, assumant eluviem stagnorum, vel aspera montium. Certè bellum ipsum molestum, sterile, & pro denis in singulos dies assibus spiritum vitamque impendi, Hinc comparari tegmen, arma, tabernacula, hinc centurionum immanitatem & vacationes munerum persolvi. at certè plagas, vulnera, atrocem hiemem, laboriosas æstates, gravem militiam, aut infructuosam pacem æterna esse. Nec aliud remedium, nisi certis conditionibus stipendia facerent, nem-

NOTÆ.

γόντας ἢ ἀποστρατευσάμενοι, vel ἄνεμος κατὰ τὰς στρατιωτικὰς χρήματα. Significat *immunes* eos fuisse, & operum vacuos. falsum quod addit hoc loco Lipsius *veteranos* seu *emeritos* illos dictos fuisse *vexillarios.* Nam *vexillarij* neque *emeriti* neque *immunes* operum, veterani sub *vexillo* habiti, nec tamen *vexillarij* erant propriè. Alia militia fuit ut mox videbimus. Et certè quomodo veterani illi forent vexillarii talis legionis, qui jam à legione omni separari in perpetuum erant?

1 *Vligines paludum vel inculta.*] Id quidem contra leges militares. Nam in Flacco Siculo lego, *silvas & loca aspera in assignationem non venisse, si quid amari vel incerti soli esset, id assignatione non datum: sed militi veteranoque culturam assignatam.* Querela autem consimilis apud Salustianum Lepidum: *Egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes, ac silvas, contumeliam atque invidiam suam, præmia penes alios intelligent.* Illudit enim atque imminuit Sullanas agrorum divisiones, quod pleraque palustria adsignata militibus aut inculta.

2. *Decem assibus animam & corpus æstimari.*] Et forte fuerunt aliqui primo fervore tumultus, qui clamarent æquari omnes oportere; plures ad spem profici putarunt, si dimidio contenti essent, & sic omnium nomine in postulatis ad principem editum. Hoc secutus est Tacitus curatiùs rem narrans; illud Suetonius verbo periculum ex insolentia militum perstringens. Rectè vero Ponzani comes: cum decem asses æreos haberent, exposcebant denarium argenteum, qui tunc sedecim assibus permutabatur. Decem illi asses nostræ pecuniæ sunt *quatuor oboli* aut *stuferi*, minùs *duobus chalcis* aut *dentis*: sive malis, *tres stuferi* & *albus* vel *blanca.* Hæc Julii Cæsaris largitio. Antea & quidem à bello punico secundo quinque asses merebant diurnos, id est, nostros quindecim chalcos sive æreolos; nisi ipsos sedecim, hoc est, duos stuferos aut obolos, quos tribuit eis Polybius, & deni asses rotundè dicuntur pro denis assibus duobus trientibus. Sed de his vide, quæ diximus pecuniæ veteris. lib. 3. *Gronovius.*

3. *Hinc vestem, arma.*] Vides ergo, aucto à Julio vel ab Augusto stipendio abrogatam illam Gracchi legem, qua militi è publico vestem dari jussit, sine ulla stipendij detractione. Ambigas tamen an secuti principes iterum non reduxerint Gracchi hac parte legem. Lampridius certè in Alexandro: *donavit*, inquit, *& ocreas & braccas, & calciamenta inter vestimenta militaria.* Et post in persona principis: *Qui acceptam à provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit.*

4. *Vacationes munerum.*] De quibus Tac. lib. 1. hist. 46. *flagitatum, ut va-*

ſingulos denarios mererent; ſextusdecimus ſtipendii annus finem adferret; ne ultra ſub vexillis tenerentur, [1]ſed iiſdem in caſtris [2]præmium pecuniâ ſolveretur.

INTERPRETATIO.

pe ut quolibet die denarium acciperent, ſextus decimus militiæ annus belli finis eſſet, & ne ultra ſub ſignis retinerentur, ſed in iiſdem caſtris pecunia *emerita mili-*

NOTÆ.

cationes præſtari centurionibus ſolita remitterentur. namque gregarius miles, ut tributum annuum pendebat. quarta pars manipuli ſparſa per commeatus aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exſolveret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſi habebat. per latrocinia & raptus, aut ſervilibus miniſteriis militare otium redimebant. &c. *Sed Otho ne vulgi largitione centurionum animos averteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturum promiſit: rem haud dubiè utilem, & à bonis poſt ea principibus perpetuitate diſciplina firmatam.* Huc ſpectat etiam quod habet Vegetius lib. 2. 19 *Quotidianas etiam in pace vigilias; item excubitum, ſive angarias de omnibus centuriis & contuberniis, ut viciſſim milites faciunt, ne quis contra juſtitiam prægravetur, aut alicui præſtetur immunitas: nomina eorum qui vices ſuas fecerunt, brevibus inſeruntur.* (Nam ſic lego) *Quando quis commeatum acceperit, vel quot dierum, annotatur in brevibus. Tunc enim difficile commeatus dabatur, niſi cauſis juſtiſſimis approbatis. Nec aliquibus milites instituti deputabantur obſequiis, nec privata iiſdem negotia mandabantur.* (Hoc, puto, reprehendit Tacitus, cum dicit *ſervilibus miniſteriis militare otium* redemiſſe, cum nempe talia miniſteria Tribunis, Centurionibus, aut etiam aliis exhiberent, ſic *vacationes munerum* caſtrenſium obtinebant vel emebant.) *Si quidem incongruum videbatur imperatoris militem, qui veſte & annona publica paſcebatur, utilitatibus vacare privatis. Ad obſequia tamen judicum vel Tribunorum, nec non etiam principalium deputabantur milites, qui vocantur Accenſi, hoc eſt poſtea additi, quam fuiſſet legio completa, quos nunc ſupernumerarios vocant.* (*Accenſi* ſunt qui ſequebantur exercitum, ut in locum ſauciorum & mortuorum ſupplerentur ſubſtituerenturque) *Faſcicularia tamen, id eſt lignum, fænum, aquam, ſtramen etiam legitimi milites in caſtra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quod hæc munia faciant.* Ex quo loco patet vices munerum militarium, ex æquo diviſas inter militem, præſertim ex quo *vacationes* centurionibus ex fiſco principis perſolutæ ſunt. Ipſas etiam *vacationes munerum* fuiſſe etiam æqualiter diſtributas, *ne quis prægravaretur.* Proptereaque *brevibus* etiam inſcriptas & vices & vacationes illas. cur enim potiùs iſti concedatur vacatio munerum, niſi fortè aliquando, & raro urgente neceſſitate, & graviſſimis cauſis adprobatis? ſic enim vacans & vagus miles iſte, ſocors & ignavus redibit in manipulum, alter verò feſſus & exhauſtus labore ſævitiaque nimiâ fatigabitur. Patet etiam fuiſſe aliquod diſcrimen inter *vacationes* iſtas & *commeatum*; nam qui vacationem habuit miles in *caſtris ipſis vagus*, aut certè non procul, at verò qui *commeatum* obtinuerat, potuit abeſſe procul à caſtris & ſignis, & ad certum numerum dierum. at vacabat miles tantum, ut puto, ad hunc diem, aut fortè ad aliquot horas diei, & quamvis *vacatio* illa vocetur etiam Tacito *commeatus*, tamen aliquod in re diſcrimen fuit. Patet etiam verum & legionarium militem *nulla miniſteria privata* ulli, neque vel ſibimet exhibuiſſe, neque etiam *ſervilia*, niſi in uſum publicum & caſtrorum verterent.

1. *Iiſdem in caſtris.*] Nec præmij loco agros, ſed numeratam pecuniam conſequamur, quæ ſolvatur nobis antequam è caſtris ubi meruerimus, excedamus.

2. *Præmium pecunia ſolveretur.*] Suetonius idquoque ab Auguſto eſſe oſtendit, ſed obſcurius, cap. 49. *Quicquid ubique militum eſſet, ad certam ſtipendio-*

[1] *An prætorias cohortes,* [2] *quæ binos denarios acceperint, quæ post sexdecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? Non obtrectari à se urbanas excubias, sibi tamen apud horridas gentes è contuberniis hostem aspici.* Adstrepebat [3] vulgus diversis incitamentis: hi verberum notas,

18

INTERPRETATIO.

tiæ præmium numeraretur. An plura adire discrimina prætorianum militem, cui duo denarij persolvuntur, cui post sexdecim stipendia se recipere ad lares suos liceat? non invidere se cohortibus præsidia in urbe agitantibus, *id tamen discriminis esse*, quod ipsi inter feroces populos è tentoriis hostem contueantur. *Adsentiebat plebeius miles variis de causis. Hi objectantes plagarum, quas centuriones inflixerant,*

NOTÆ.

rum præmiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cujusque, & temporibus militiæ & commodis missionum, ne aut ætate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas posset. Nam commoda missionum hanc pecuniam accipit, sed clarissimè Dio lib. 4. *Summa etiam præmii expressa: cum milites præmiorum tenuitatem, ob bella tunc exorta, ægrè ferrent, nec facile quisquam extra definitum militiæ tempus arma sumere vellet: decretum est, ut prætorianis quinque millia drachmarum; postquam sedecim annos, reliquis tria millia darentur, postquam viginti militassent.*

1. *An prætorias cohortes.*] Teste Dione 54. Primum prætoriani habuere missionem à XII. annis, cæteri milites à XVI. postea prætoriani missi post XVI. annos, cæteri post XX. Dio LV. decreta sunt prætorianis postquam annos XVI. meruissent, viritim vicena millia nummorum, reliquis post militiam XX. annorum duodena. *Aurelius.* prætoriani delecti eximii statura, robore & militia conspicui, ex maxima parte *evocatis* erant, ita ut illa militia urbana esset veluti præmium emeritæ militiæ, nisi forte aliquando gratia seu favor præfectorum in delectu prævaleret.

2. *Quæ binos denarios*] Bini denarii decreti à Senatu prætorianis, in honorem Augusti · ut scilicet fidelem gererent ejus curam, in salute cujus salus publica nixa. Id accidit in VII. ejus consulatu. Si tamen Dionis verba vera, non binos denarios meriti prætoriani: Sed tantum XX. asses. Nam ait, *effecerunt ut statuerentur custodibus* (Augusti nempe) *stipendium duplum illius, quod aliis militibus persolvebatur.* Si, inquam, duplum quod cæteris militibus, datum prætorianis: constat invidiosam orationem esse nebulonis Percennii de duobus denariis, & augendæ rei. Quantum enim intersit, docui ante. At exemplum hoc stipendij prætorianis augendi, sumptum à militia veteri: apud quos prætoria cohors sesquiplum accipiebat, honoris causa. Vide Festum in *prætoria cohors.*

Vir doctus, in re nummaria nuper emendari censuit, *quæ bis denos acciperent.* nam constat ex Dione, inquit, accepisse eos saltem duplum quam alij milites; nec id plus fecerit, quam vicenos asses. Denariûm autem duorum æstimatio amplior. Intellige, vellem & ipse ea quæ in hanc rem satis scripsi. Quis nostrum exigit ista rigidè ad veri lancem? *Binos denarios?* sic definitus, sed solutus nunquam, nisi æstimatione infima & prisca. eâdem igitur fide & pretio dûos denarios cepêre prætoriani. Quos quod disertè tamen exprimit Percennius: quis miretur? in seditione id facit, & ad animos scilicet verò an falsò inflammandos. *Lipsius.*

Quæ binos denarios.] Potest defendi binos denarios obtinuisse prætorias cohortes, ut quibus nempe Augusti constitutio binos denarios dederit: Quibus Senatus in honorem Augusti binos denarios stipendium statuerit. fuisse autem hoc prætorianorum stipendium, nec per invidiam, ultra quàm erat, augeri, probabili conjectura ex testamentis Augusti & Tiberii eruimus primi dicto cap. 2. lib. 3. pecuniæ veteris *Gronovius.*

3. *Vulgus diversis incitamentis.*] Sive

illi canitiem, plurimi detrita tegmina & nudum corpus exprobrantes. Postremo eò furoris venêre, ut tres legiones miscere in unam agitaverint depulsi æmulatione, quia suæ quisque legioni eum honorem quærebant. aliò vertunt, atque unà tres aquilas: & signa cohortium locant, [1] simul congerunt cespites, exstruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret. Properantibus [2] Blæsus advenit, increpabatque, ac retinebat singulos [3] clamitans, *Mea potius cæde imbuite manus. leviore flagitio legatum interficietis, quàm ab imperatore desciscitis, aut incolumis fidem legionum*

INTERPRETATIO.

stigmata, illi canos suos, multi discissas vestes & intectum corpus. Demum eò vesania processerunt, ut tres legiones confundere in unam cogitaverint. At absterriti sunt invidia; quia id decus sua quisque legioni vindicabant, aliò flectunt, & simul collocant tres aquilas & vexilla cohortium: eodemque tempore cumulant cespites, ædificant tribunal, quo magis conspicuus suggestus esset. Accelerantibus opus *intervenit Blæsus, objurgabatque, ac coercebat singulos, sæpius inclamans:* meo potius cruore fœdate dextras, minori scelere præfectum occidetis, quàm à principe deficitis; aut salvus in obsequio

NOTÆ.

causis, quibus quisque intra suum animum stimulabatur, non quibus alios incendebat. *Adstrepebant* plus est quam strepebant. Continet assensum, quem strepitu vocibusque suis Percennij verbis præbuerunt.

1. *Simul congerunt cespites.* Nota morem antiquum. Tribunal imperatorium ecce in castris, etiam illa ætate cespititium. Plinius in laudatione Trajani: *decora facies consulis: multa post sæcula tribunal viridi cespite exstructum, nec fascium tantum, sed pilorum signorumque honore circumdatum.* Xiphilinus de Boudicea Regina Britanniæ: Et *ascendit*, inquit, *tribunal è terra palustri more Romano confectum.* Lucanus l. 5. de Cæsare,

——— *stetit aggere fultè*
Cespitis, intrepidus vultu. &c.

Plutarchus in Pompeio. Βήματος δὲ οὐκ ὄντος, οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ γενέσθαι φθάσαντος, ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες καὶ κατάλληλον συντιθέντες. *Cum non esset tribunal, neque statim pro more militari exstruere possent, quod faciunt è cespite ad certam mensuram præciso & simul composito.*

2. *Blæsus.*] De quo sic Velleius ubi hanc seditionem attingit. *In illo negotio usus Iunio Blæso viro, nescias utiliore in castris, an meliore in toga, qui post paucos annos Proconsul in Africa ornamenta triumphalia, cum appellatione imperatoria meruit, ac Hispanias exercitumque virtutibus, celeberrimaque in Illyrico militia, ut prædiximus, cum imperio obtineret, in summa pace & quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi, & auctoritas quæ sentiebat, obtinendi superesset.* Sed palpat Velleius Seianum cujus avunculus erat Blæsus.

3. *Clamitans mea potius cæde.*] Mirum videri possit, & quid causæ, cur ob tribunal cespititium adeò inclamet Blæsus? nam subjungit: *leviore flagitio legatum interficietis, quam ab imperatore desciscitis.* Capitale ergo adeò facinus illud? capitale prorsus. nam tribunalis exstructio ascensioque signum proprium imperatoris, quod allocuturus miles conscenderet. Simile apud Vopiscum in probo. *Undique ab omnibus adclamatum est. probe Auguste dij te servent. Deinde concursus, & cespititium tribunal, appellatusque imperator.* Sed & allocutio ipsa soli imperatori servata postea, Ammianus de Juliano nondum principe, lib. XVI. *Et cum alloqui pariter omnes, nec longitudo spatiorum extenta, nec in unum coacta multitudinis permitteret crebritas, (& alioqui vitabat*

retinebo, *aut* [1] *jugulatus pœnitentiam adcelerabo.* Aggregabatur nihilominus cespes, jamque pectori usque adcreverat, cum tandem [2] pervicacia
19 victi inceptum omisere. Blæsus multa dicendi arte, [3] *Non per seditionem & turbas* [4] *desideria militum ad Cæsarem ferenda*, ait, *neque veteres ab imperatoribus priscis*, *neque ipsos à divo Augusto tam nova petivisse*, *& parum in tempore*, *incipientes principis curas onerari. Si tamen tenderent in pace tentare*, *quæ ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint: cur contra morem obsequii*, *contra fas disciplinæ*, *vim meditentur?* [5] *decernerent legatos*, [6] *seque coram mandata darent.* Adclamavere, *ut filius Blæsi tribunus legatione ea fungeretur*, *peteretque militibus missionem ab sexdecim annis. cætera mandaturos*, *ubi prima provenissent.* Profecto juvene, modicum otium:

INTERPRETATIO.

continebo legiones, aut interemptus pœnitentiam adproperabo. *Nihilominus accumulabatur cespes, Iamque pectore tenus erectus erat*, *cum tandem* Blæsi *constantiâ superati à proposito destitere. Blæsus plurimâ facundiâ monebat*, non per discordiam aut tumultus postulata legionum principi offerenda esse, neque veteres à ducibus antiquis, neque ipsos à divo Augusto tam insolita & inaudita postulasse: & parum tempestivè augeri primas sollicitudines Imperatoris. Si tamen vellent florente pace efflagitare, quæ ne civilium quidem armorum victores expetierint; cur præter institutum disciplinæ, cur præter jus militiæ, violentiam agitent? eligerent oratores, & se præsente jussa darent. Conclamavere universi, ut filius Blæsi tribunus eam legationem obiret, postularetque exauctorari militem post sexdecim stipendia. cætera præscripturos, postquam prima impetrata essent. *Postquam discessit juvenis*

NOTÆ.

gravieris invidiæ pondus, ne videretur id affectasse quod sibi deberi Augustus existimabat) *cautior sui*, &c.

1. *Jugulatus pœnitentiam adcelerabo.*] Accipiunt quidam, quasi minitabundus hæc diceret Blæsus. sed cogitare non poterat, mortem legati aliud momentum habituram, quam miserationis, quod nempe virum bene de se meritum occidissent, & exinde pudoris, qui denique pœnitentiam produceret. Neque ratio patitur ut existimemus imperatorem tanto citiùs, eos fuisse castigaturum, (nam de celeritate pœnæ agi putant) si legatum occidissent, alias verò languidius & tardius in vindictam suæ majestatis assurrecturum. *Freinsh*,

2. *Pervicacia victi.*] Ipsius Blæsi, & si qui alij fortiter obsisterent.

3. *Non per seditionem.*] Livius l. 30. *Consul causam postulandæ missionis probabilem, si modestè peteretur, videri dixit.* Salust. Catil. Ad hæc *Quintus Martius respondit, si quid ab Senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur, ea misericordia atque mansuetudine Senatum Populumque Romanum semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit.* Infra Tac. *Drusus negat se terrore ac minis moveri, si flexos ad modestiam videat, si supplices audiat, scripturum patri.*

4. *Desideria militum.*] Sic infra, *desideria legionum frustrari solitum.* Sueton. Aug. c. 17. *Donec desideria militum ordinarentur.* Et cap. 53. *tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quemdam joco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.* *Desideria* ergo aliquando *supplices libelli*, præsertim apud juris-consultos. Tacitus alibi *preces, postulata* vocat.

5. *Decernerent legatos.*] Livius lib. 30. *Seditionis nec eam, nec ullam aliam satis justam causam esse, itaque si manere ad signa & edicto parere velint, se de missione eorum ad Senatum scripturum. Modestiâ faciliùs, quam pertinaciâ, id quod velint impetraturos.*

6. *Seque coram mandata darent.*] Le-

sed

sed superbire miles quod filius legati orator publicæ causæ, satis ostenderet, necessitate expressa, quæ per modestiam non obtinuissent. Interea manipuli ante cœptam seditionem [1] Nauportum missi ob itinera & pontes, & alios usus, postquam turbatum in castris accepere, [2] vexilla convellunt: direptisque proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod mu-
nicipii instar erat, retinentis centuriones irrisu & contumeliis, postre- 20
mo verberibus insectantur: præcipua in Aufidienum Rufum præfe-

INTERPRETATIO.

pax aliqua fuit, sed cœpit adreganter se ferre miles, quod filius præfecti legatus communis causæ, satis demonstraret per vim ea extorta, quæ modestè agentes nequaquam impetrassent. Interea vexillarij harumce legionum *qui antequam inciperet discordia, Nauportum missi fuerant ob vias pontesque, & alia belli ministeria, ubi seditionem motam in castris audivere, signa abripiunt; raptatisque vicinis pagis, ipsoque Nauporte quod instar erat oppidi, in coercentes centuriones ludibrio & conviciis, demum plagis in-*

NOTÆ.

gati non mittebantur ab exteris seu sociis vel etiam seditiosis pro ipsorum nutu. Dio lib. 52. in consilio Mœcenatis Augusto. *Neque ad te legationem nisi res cognitionem tuam & discutionem requirat, ullam mittant, sed quæ voluerint præfecto suo indicent, ac per eum tibi postulata sua, quæ quidem ipse probaverit, offerant. Sic enim & sumptus & turpis rei conficiendæ ratio vitabitur, & sincera responsa sine sumptu & difficultate ulla recipient. Reliqua etiam omnia videberis sic optime confecturus, si legatos ab hostibus, aut à confœderatis Regibus populisque missos, primùm in Senatum introduxeris, (alioquin enim è dignitate reipub est, videri omnia esse in potestate Senatus, ac multos esse eorum adversarios, qui se contumaces gerant erga illum) deinde per Senatum fac omnia quæ decernuntur, nec omnino quidquam, adeo ad omnes æquè pertineat ac Senatus consulta; sic enim & majestas imperij magis fulcietur.* Itaque ab hostibus vel ab aliis non mittebantur legati in urbem etiam ævo principum, nisi jussu præfecti seu rectoris provinciæ, ad quem nempe postulata legatorum spectabant.

1. *Naupertum,*] Nauportus urbs Norici ad fluvium cognominem Episcopalis Carniolæ regionis caput.

2. *Vexilla convellunt.*] Mihi placet vexilla ab hastis, quibus affixa erant, decepta esse. Omnino enim rupisse, affixisse & fregisse videntur signa sua, tanquam non amplius illo sacramento teneri volentes. sic *Freinshemius.* qui videtur abreptus ab eo, qui exponit, *fixa solo evellunt & detrahunt, abdantque non visenda militibus:* quasi vexillorum reverentia militi turbato esset pro conscientiæ flagello. At hi soli detrahere vexilla & solo affligere solebant, qui prorsus aut ab imperio aut ab imperatore desciscerent, nec sibi receptum ad pœnitentiam reliquum facerent. Hi verò nec deficiebant, nec sacramenti religione solvi volebant: sed conditionem suam meliorem facere conabantur. Cogitandum eos Nauporti, quo missi erant, aliquandiu tranquillos & in officio operique intentos fuisse stantibus & fixis vexillis; quum tumultu castrorum comperto abjecerunt opus, injussuque & ingratijs ducum sustulerunt vexilla & festinarunt, ne communi causæ deessent.

Vexilla convellunt.] Id est revellunt è locis quibus defixa erant, nec alia fere vi aut ratione quam si pacem agitarent, si forte festinationem excipias. Sic Suetonius Claud. 13. *Casu quodam an divinitus, neque aquila ornari, neque signa convelli potuerunt.* Hic indicare videtur Tacitus aliquam festinationem & præcipitem militis profectionem, & qui properat primopilus seu signifer avellere debuisse videtur vexillum majore aliqua vi quam si pacificè & quietè abiret. Et ipse Suetonius hoc loco etiam indicat vim

ctum castrorum ira: quem direptum vehiculo, sarcinis gravant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogantes, *an tam immensa onera, tam longa itinera, libenter ferret?* Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus, antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis & laboris, & eo immitior quia toleraverat.

INTERPRETATIO.

vehuntur: summa in Aufidienum præfectum castrorum rabies, quem abreptum curru, sarcinis onerant, ducuntque in primis ordinibus, per contumeliam interrogantes: an ultro toleraret tam gravia pondera, tamque immensa viarum spatia, *Nam* Aufidienus *Rufus diu gregarius* miles, *postea centurio, dein castrorum præfectus, veterem asperamque disciplinam instaurabat, pridem expertus operis ac laboris. & eo severior quia*

NOTÆ.

aliquā adhibitā quā convellerentur signa, postquam tamen miraculo quodam, seu casu avelli humo non potuerant At hoc loco Taciti miles non deripit vexilla ab hastis, sederecta pro more signa sequitur. Postquā & ea etiam pro more avulserant Signiferi, & solita vi.

1. *Præfectum castrorum.*] Describit Vegetius lib 2. cap. 10. *Erat etiam castrorum Præfectus licet inferior dignitate, tamen occupatus non mediocribus causis. Ad quem castrorum positio, valli & fossæ destinatio* (nescio an *designatio*) *pertinebat. Tabernacula vel casæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur: præterea ægri contubernales, & medici à quibus curabantur. Vehicula, sagmarij, nec non conferramenta, quibus materia secatur, vel cæditur, item ligna vel stramina, arietes. onagri, balista, cateraque genera tormentorum procurabat aliquando, ne deessent. Is post longam probatamque militiam legebatur, ut certè* (potius *recte*) *doceret alios quod ipse cum laude fecisset.* Cuique autem legioni suus castrorum præfectus fuit, si tamen tenderet seorsum. Colligo ex Tacito lib. 14. *Pœnius posthumus, præfectus castrorum secundæ legionis.* & ex Velleio lib. 2. *At è præfectis castrorum duobus, quàm clarum exemplum Lucius Eggius, tam turpe Ceionius prodidit:* suprà Tribunos militum collocare eos visus noster lib. histor. 2. in pompa Vitelliana: *Ante aquilam præfecti castrorum, Tribunique & primi centurionum candida veste.* Lipsius.

Præfectum castrorum.] Fuit Præfectus castrorum in qualibet legione, etiamsi non tenderet seorsum legio. Fuit enim officium illud & munus perpetuum; & reperio defuncto vel absente legato legionis, præfectum castrorum imperasse legioni, patet ex Tac. lib. 14. Nam tum Pœnius Posthumus præfectus castrorum retinuit secundam legionem cui imperabat, noluitque pugnare & vincere cum Suetonio Paullino. cujus facti pœnitentia sibi mortem conscivit; an si Pœnius suam legionem alijs Paullini legionibus conjunxisset, statim desiisset esse præfectus castrorum secundæ suæ legionis? Id certè absurdum videtur, sed de his alibi fusius. Ducebat etiam præfectus castrorum *vexillarios* seu *electos* legionum, quoties procul ad ministeria belli mitterentur, ut patet ex hoc loco, illi quippe manipuli Nauportum missi *vexillarij* erant legionum Pannonicarum, ut & infra 38. *In chaucis Captavere seditionem præsidium agitantes vexillarij discordium legionum &c. jusserat id Mennius castrorum præfectus,* qui *vexillarijs* istis imperabat ut clare patet. Legionem ipsam repræsentabant *vexillarii*, & pro legione erant. Inde est quod ipsis imperet, qui præcipua post legatum legionis dignitate erat, nempe *Præfectus castrorum.* Sicque Tribunos militum præcellebat auctoritateque & dignitate.

2. *Vehiculo.*] Honorati viri militares curru vecti, & ipsi speculatores qui è militibus dilecti, ut litteras principis perferrent. Tac. 1. hist. *Vehicula cohortis incipiente nocte, onerari aperto armamenta-*

Horum adventu redintegratur seditio, & vagi circumjecta populabantur. Blæsus paucos maxime præda onustos, [1] ad terrorem cæterorum,
adfici verberibus, [2] claudi carcere jubet. nam etiam tum legato à centu- 21
rionibus, & optimo quoque manipularium parebatur. Illi obniti trahentibus, prensare circumstantium genua, ciere modò nomina singulorum, modo [3] centuriam quisque, cujus manipularis erat, cohortem, legionem, *eadem omnibus imminere* clamitantes: simul probra in legatum cumulant, cœlum ac deos obtestantur. nihil reliqui faciunt, quo minus invidiam, misericordiam, metum, & iras permoverent. Adcurritur ab universis, & carcere effracto, solvunt vincula: desertoresque ac rerum capitalium damnatos sibi immiscent. Flagrantior inde vis, plures seditioni duces; & Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blæsi
adlevatus circumstantium humeris, apud turbatos, & quid pararet in- 22

INTERPRETATIO.

eadem ipse *tulerat. His advenientibus renovatur discordia, & palantes proxima loca diripiebant. Blæsus ut alijs metum incuteret, paucos præcipuè prædâ oneratos cædi multarique verberibus & in vincula conjici jubet: quippe adhuc centuriones, & modestissimus quisque caligarum obsequebatur præfecto. Illi resistere* cœperunt *ducentibus; ad pedes circumstantium procumbere, & amplecti, modo invocare nomina singulorum, modo centuriam quisque, cujus miles erat, cohortem & legionem, succlamantes*, idem discrimen cunctis impendere; *simul convitia in præfectum congerunt, sidera deosque contestantur, nihilque omittunt, ut concitarent odium, miserationem, formidinem & iracundiam. Advolant omnes & perrupta custodia* castrensi *catenas eximunt, desertoresque & capitalis pœna reos sibi adjungunt. Violentior hinc seditio, plura discordia capita, & Vibulenus quidam manipularis miles, ante suggestum Blæsi scapulis circumstantium erectus, sic adloquitur tumultuantes & quid agitaret at-*

NOTÆ.

rio. Sueton. in calig. de Britanniâ. *Quasi universâ traditâ insulâ magnificas Romam litteras misit, monitis speculatoribus, vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent.* Et lege unica de honorator. Vehic. *Omnes honorati, seu civilium seu militarium dignitatum, vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur.* Vehic. cohortis etiã destinata ferendis impedimentis & utensilibus, *speculatores* verò sic honorati, quod victoriam Cæsaris nuntiarent. At tamen Plinius panegyr. de Trajano sic habet. *Per hoc omne spatium quum legiones duceres, seu potius (tantâ velocitas erat) raperes: non vehiculum umquam, non equum respexisti. Levis enim hic, non subsidium itineris, sed decus, & cum cæteris subsequebatur, ut cujus nullus tibi usus, nisi quum die stativorum, proximum campum alacritate, discursu, pulvere attolleres.* Quod mirum in tanto principe, qui vulgo caligarum præire exemplo, & admiratione præesse voluit.

1. *Vetus operis ac laboris.*] Taciti mens Rufum illum, ut qui diu manipularis militaverit, adsuetum & expertum fuisse operis ac laboris, quod egregiè exprimit vox *vetus* frequens auctori nostro 6. *Scientiæ ceremoniarumque vetus.* Lib. eodem *vetus regnandi.* Histor lib. 4. *Veterem expertumque belli*: cujus contrarium lib. 11. *Legiones operum ac laboris ignaras.*

2. *Claudi carcere.*] In castris stativis ergo carcer, & cum exercitus moveret, eosdem catena trahebant, more militari ut alibi dicam. Juvenalis Sat. vi. de Mathematicis futura prædicentibus.

Inde fides arti, sonuit si dextera ferro,
Lævaque, si longo castrorum in carcere mansit.

3. *Centuriam quisque.*] In qualibet

tentos: *Vos quidem*, inquit, *his innocentibus & miserrimis lucem & spiritum reddidistis:* [1] *sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem missum ad vos à Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima jugulavit* [2] *per gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque armat. Responde Blæse, ubi cadaver abjeceris? ne hostes quidem sepulturam invident. cum osculis, cum lacrymis dolorem meum implevero, me quoque trucidari jube; dum interfectos nullum ob scelus, sed quia utilitati legionum consulebamus,* [3] *hi sepeliant.* Incendebat hæc fletu, & pectus atque os
23 manibus verberans: mox disjectis quorum per humeros sustinebatur, præceps & singulorum pedibus advolutus, tantum consternationis invidiæque concivit, ut pars militum, gladiatores, qui è servitio Blæsi erant, pars cæteram ejusdem familiam vincirent, alii ad quærendum cor-

INTERPRETATIO.

tendentes; Vos quidem, *ait*, his insontibus & infelicissimis lucem & vitam restituistis: sed quis restituet spiritum fratri meo? quis mihi restituet fratrem, quem interfecit superiori nocte Blæsus? eum cum misissent ad vos Germanicæ legiones publica de causa, quem confecit per gladiatores suos, quos in perniciem militum alit, armatque. Dic age Blæse, ubi corpus projeceris? ne hostes quidem tumulum invident. Cum mœrorem meum satiavero basiis fletibusque, me etiam tum interfici præcipe. Dummodo isti hi terræ mandent eos qui nullum ob crimen interempti sunt, sed quia communibus militum commodis inserviebamus. *Incitabat hæc lacrymis & sinum faciemque palmis percutiens: dein dimotis iis, quorum humeris attollebatur, pronus ruensque & ad singulorum genua procidens, tantum doloris iræque & odij concitavit, ut alij manipularium, in vincula raperent gladiatores, qui è familia Blæsi erant: alij cæteros ejusdem servos vinculis coercerent, alij ad investigandum ca-*

NOTÆ.

legione erant decem cohortes, manipuli triginta, centuriæ sexginta. Itaque non modo nomina singulorum commanipularium; sed etiam centuriam & legionem suam invocabant, ut sibi succurrerent.

1. *Quis fratri meo vitam.*] Habes similis *perfidiæ* exemplum apud Dionysium l. 10. *Sic apud populum Concionator Volcius ipse: Vos quam immani & atroci affectus sim injuria cognoscite: frater mihi fuit Lucius, olim mortalium dilectissimus, is mecum apud amicum cœnabat. Post cœnam quum noctu reverteremur domum, emensi forum incidimus in hunc Cæsonē, cum aliorum ferocium adolescentum turba comissantē &c Cæso hic &c. in eū incurrit pugnis & calcibus impetit, & indignis modis pro libidine tractatum interficit*, quod tamen falsum.

2. *Per gladiatores suos.*] Præsides præfecti provinciarum, familias gladiatorum alebant, ad spectacula exhibenda. Non enim inter milites lecti his stipabantur illi proceres, & his aliquando uti etiam potuerunt ad coercendos & puniendos caligas obsequii parum memores, præsertim inter seditiones. Inter bella civilia his usi sunt, etiam veluti justo milite.

Per gladiatores.] A quibus stipabantur in itinere & forte etiam in castris, quos & alebant exercebantque in spectacula. Florus 3. 12. *Vnde gladiatorij adversus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio cum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit.* Puto & in castris spectacula exhibebantur interdum. Non nisi gladiatoribus in bello, nisi in summa necessitate, & inter bella civilia.

3. *Hi sepeliant.*] Quasi diceret; nos etiam interfici jube, dummodo hi commilitones nos sepeliant.

pus effunderentur, ac ni propere, neque corpus ullum repetiri, & servos adhibitis cruciatibus abnuere cædem, neque illi fuisse unquam fratrem pernotuisset, haud multum ab exitio Legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectum castrorum extrusere. sarcinæ fugientium direptæ, & centurio Lucillus interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, *Cedo alteram*, indiderant: quia [1] fracta vite in tergo militis, *alteram* clara voce, ac rursus *aliam* poscebat. cæteros latebræ texere, uno retento Clemente Julio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus ob promptum ingenium. Quin ipsæ inter se legiones Octava & Quintadecima ferrum parabant: dum centurionem cognomento Sirpicum, illa morti deposcit, Quintadecumani tuentur: ni miles Nonanus preces, &
adversum aspernantis, minas interjecisset. Hæc audita, quamquam ab- 24
strusum, & tristissima quæque maxime occultantem Tiberium perpulere, ut Drusum filium cum primoribus civitatis, duabusque prætoriis cohortibus mitteret, nullis satis certis mandatis, ex re consulturum. & cohortes delecto milite supra solitum firmatæ, additur magna pars prætoriani equitis, & [2] robora Germanorum, [3] qui tum custodes imperatori aderant: simul prætorij præfectus Ælius Sejanus, collega Straboni patri suo

INTERPRETATIO.

daver excurrerent, ac ni protinus compertum esset; neque ullum corpus inveniri, & famulos adhibitis tormentis negare cædem, neque Vibuleno ullum *unquam fratrem extitisse, haud longè à cæde legati aberant. Attamen ejecere Tribunos & præfectum castrorum, impedimenta fugientium rapta; & Centurio Lucilius occiditur, cui castrensibus jocis nomen* cedo alteram *imposuerant, quia rupta virgâ in dorso militis, alteram voce conspicua, ac rursus aliam postulabat; alij latendo saluti consuluere, unum retinuerunt Clementem Julium, qui militum jussa renuntiandi capax existimabatur; quippe qui acer ingenio esset: quin ipsæ legiones octava & quintadecima ferro congredi parabant, dum octava ad exitium flagitat Centurionem cognomine Sirpicum, quem quintadecima defendebat, nisi nona legio preces, & abnuentibus minas interposuisset. Hæc in urbem perlata impulere Tiberium quamvis abditum & mœstissima quæque maximè recondentem, ut mitteret Drusum filium cum proceribus urbis & duabus cohortibus prætorianis, nullis præceptis satis fixis, ex tempore consilia capturum; & cohortes militari robore supra consuetum auctæ. Adjicitur magna pars equitum prætorianorum, lectissima corpora Germanorum, qui tum excubias agebant apud principem, additus etiam Ælius Sejanus prætorij præfectus, collega datus Straboni parenti suo, flagranti apud Tiberium*

NOTÆ.

1. *Fracta vite.*] Teste Livio Epit. 57. de Scipione ad Numantiam: *quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus: si extraneus fustibus cecidit.* Plin. l. 14. c. 1. *Vitis in delictis pœnam ipsam honorat.* Erat vero militari lege cautum, ut si miles qui à duce cæderetur ob crimen, vitem frangeret, aut centurionis vel Tribuni manum teneret, de gradu dejectus militia amoveretur: si autem violentas manus inferret, capite lueret. Intellige hoc loco Taciti fractam esse vitem à Centurione, cum in tergum militis sæviret, non ab ipso milite, qui vim repelleret.

2. *Robora Germanorum.*] Ex Germanis validissimos. sic hist. 4. *cum robore Batavorum*, hoc est cum optimis & selectis.

3. *Qui tum custodes.*] Igitur receperat iterum Germanos custodes Tiberius, nam illos reliquerat Augustus post cladem Va-

darus, magna apud Tiberium autoritate, [1] rector juveni, [2] & cæteris periculorum præmiorumque ostentator. Druso propinquanti, quasi per officium obviæ fuere legiones: non lætæ, ut adsolet, [3] neque insignibus fulgentes, sed inluvie deformi, & vultu, quamquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores. Postquam vallum introiit; portas stationibus firmant, globos armatorum certis castrorum locis operiri jubent; cæteri tribunal ingenti agmine circumveniunt. Stabat Drusus silentium manu poscens. [4] Illi quoties oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis strepere; rursum viso Cæsare, trepidare. murmur incertum, atrox clamor, & repentè quies. Diversis animorum motibus, pavebant, terrebantque. Tandem interrupto tumultu litteras patris recitat in quîs perscriptum erat, *præcipuam ipsi fortissimarum legionum curam,*

INTERPRETATIO.

gratia, qui regeret adolescentem, & cæteris discrimina præmiaque ostentaret. Druso advenienti obviam venere legiones, quasi per honorem, non alacres, ut fieri consuevit, neque vexillis splendentes, sed squallore fado & facie tetra, quamvis tristitiam praeferrent, in pervicaciam proniores. Postquam Drusus castra ingressus est, militem in portis dispenunt: manipules armaterum certis munimentorum locis stare jubent; reliqui magno numero circumstant Tribunal. Stabat Drusus silentium sublata dextra postulans. illi quoties oculos converterant ad militum numerum horrides clamores emittere: iterum conspecto Cæsare formidare, rumor ambiguus, truculenta vociferatio, & subitò silentium. Variis animorum affectibus, metuebant, metuebanturque. Demum intermisso murmure legit epistolas parentis, quarum ea fuit sententia, maximum ipsi studium strenuissima-

NOTÆ.

rianam, teste Suet. Ang. 49. *Lipsius.*

1. *Rector juvens.*] Sic lib. 3. de Quirinio: *Datusque Rector C. Cæsari Armeniam obtinenti.* Plin. l. 3. Epist. *Cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, sed custos etiam rectorque quærendus.* Suet. Aug. 48. *Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis.*

2. *Et cæteris periculorum.*] Nempe ut cæteros omnes pœnis & præmiis quæ à principe quisque exspectaret, propositis, officii admoneret, quod intelligi potest de omnibus; nempe & de iis quos secum ducebat, & de seditiosis legionibus, quas adibat.

3. *Neque insignibus fulgentes.*] Rebus lętis & militia prospera, ornari signa mos fuit, lauru, floribus, unguentis Claudianus.

Lætaturque tamen: mavortia signa rubescunt
Floribus, & subitis animantur frondibus hastæ.

Suetonius Claud. cap. 13. *Verum intra quintum diem oppressus est, legionibus in pœnitentiam religione conversis. post quam denuntiato ad novum Imperatorem itinere, casu quodam, an divinitus, neque aquila ornari, neque signa convelli potuerunt.* Signa ergo in ejusmodi lætitiis obviamque itionibus ornabantur, cui rei adhibita etiam unguenta. Plin. lib. 13. cap. 14. *Aquila certè ac signa pulverulenta illa, ac custodiis horrida inunguntur etiam festis diebus. Utinamque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est hac mercede corrupta terrarum orbem devicere aquila.* Nec aliud est, quod noster hic appellat insignium fulgorem. ita lib. 15. *Hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis signisque & simulacris in medium templi.*

4. *Illi quoties oculos.*] Is quidem mos & affectus vulgi, in turba sua audacis, Lucanus pariter in seditione.

quippe ipsa metus exsolverat audax
Turba suos, quidquid multis peccatur inultum.

quibuscum plurima bella toleravisset, ubi primum à luctu requiesset animus, acturum apud patres de postulatis eorum, misisse interim filium, ut sine cuncta-
tione concederet quæ statim tribui possent: cætera Senatui servanda, quem ne- 26
que gratiæ, neque severitatis expertem haberi par esset. Responsum est à concione, *mandata Clementi Centurioni quæ perferret.* Is orditur *de missione à sexdecim annis: de præmiis finita militia: ut* [1] *denarius diurnum stipendium foret: ne veterani sub vexillo haberentur.* Ad ea Drusus, cum arbitrium Senatus & patris obtenderet, clamore turbatur. *Cur venisset, neque augendis militum stipendiis, neque adlevandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia? at hercule verbera & necem cunctis permitti. Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum: easdem artes Drusum retulisse. numquamne ad se nisi filios familiarum venturos? novum id plane, quod imperator sola militis commoda ad senatum rejiciat, eundem ergo senatum con-*

INTERPRETATIO.

legionum, quibuscum multa bella sustinuisset; statim atque mœrorem animi sedasset, relaturum ad patres de desideriis illorum, interea præmisisse filium, ut sine mora indulgeret, quæ confestim concedi possint: reliqua ad Senatum deferenda, quem justum esset consuli, cum de prœmiis aut pœnis agitur, *Respondit miles pro concione*, præscripta *esse* Clementi Centurioni quæ renuntiaret. *Ille incipit*, de exauctoratione post sexdecim stipendia. de commodis emeritæ militiæ, ut denarius singulis diebus persolveretur: ne veterani apud vexillum retinerentur. *Ad ea Drusus cum judicium patrum & principis prætexeret, vociferatione interrumpitur.* Cur missus esset, neque majus militi stipendium daturus, neque labores levaturus, demum nulla benemerendi facultate, at certè plagas, mortemque *militum* omnium arbitrio concedi. Tiberium quondam verbis Augusti vota legionum eludere consuevisse, eademque consilia Drusum renovasse: nunquamne ad ipsos mittendos esse, nisi filios familiarum? mirum id certè & inauditum, quod princeps sola legionum præmia remittat ad patres, ad eosdem ergo patres referendum esse, quoties pœnæ aut

NOTÆ.

Et Velleius: *Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam à disciplina desciscit.* Spiritus effert miles seditiosus conspecto numero suo, simul & aufert ducibus; at contra spiritus attolluntReges seu Imperatores visis eximiis & in obsequium promtis copiis. *Livius* de Syphace. lib. 28. *Ita viris equisque abundabat, ut subjecta oculis regni per multos florentis annos vires, etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere.*

1. *Denarius diurnum stipendium foret.*] Primo denarius valebat, seu æquabat pretio decem asses. Sed postea auctus est ad duodecim asses sub Augusto, & etiam usque ad sexdecim, forte ob bella civilia, dein tamen reductus est ad duodecim, & eo pretio fixus stetit etiam sub sequentibus principibus. Assis autem valebat seu æquabat septem denarios nostræ monetæ paulò plus, ita ut denarius Rom. duodecim assium æquaret *Septem asses* & duos aut tres denarios nostræ monetæ Gallicæ, plus, minùs; at in diem accipiebat miles tantùm denos asses qui sunt nostræ monetæ *sex asses.* Nam licet augeretur denarius, non tamen augebatur stipendium militis. Id lucrifaciebat ærarium, seu Respub. ut sœpè nunc etiam fit apud nos. Igitur *aureus* fuit stipendium menstruum militis, duodecim aurei stipendium annuum. *aureus* par erat quinque & viginti denariis, *denarius* duodecim assibus Romanis, itaque *aureus*, seu *viginti quinque denarii* erant trecenti asses, quos si

fulendum, quoties supplicia aut prælia indicantur. an præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse? Postremo deserunt tribunal, ut quis prætorianorum
27 militum, amicorumve Cæsaris occurreret, [1] manus intentantes, causam discordiæ, & initium armorum. maxime infensi [2] Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate & gloria belli, firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari. Nec multo post [3] digredientem cum Cæsare, ac provisu periculi hiberna castra repetentem, circumsistunt, rogitantes, *quo pergeret? ad imperatorem, an ad patres, ut illic quoque commodis legionum adversaretur?* simul ingruunt, saxa jaciunt, jamque lapidis ictu cruentus & exitii certus, adcursu multitudinis, quæ cum Druso ad-
28 venerat, protectus est. Noctem minacem, & in scelus erupturam fors

INTERPRETATIO.

pugnæ denuntientur, an commoda militum penes dominos, supplicia sine judice & in potestate omnium esse? *Tandem relinquunt tribunal, manus intendentes, ut prætoriani milites, aut amici Drusi* ipsis *occurrebant; occasionem* inde *seditionis & principium cædis captantes. Præcipuè infesti* erant *Cn. Lentulo, quod ille ætate & fama belli alios præcellens, putaretur hortari Drusum, & illa militia probra primus contemnere. Et paullò post illum circumdant, cum discederet unà cum Druso, ac præviso discrimine in hiberna munimenta se reciperet, & interrogant* quo se conferret? an ad principem, an ad Senatum, ut ibi etiam prœmiis militum obsisteret? *Simul incurrunt & lapidibus impetunt; jamque ictu saxi saucius, & haud dubie periturus, defensus est, adcurrente milite, qui Druso adjunctus fuerat. Noctem truculentam & in facinus* aliquod *pronam*

NOTÆ.

distribuas triginta diebus, quibus durat mensis, reperies accepisse militem in diem denos asses tantum, qui sunt nostræ monetæ *sex asses*; nunc igitur petunt denarium solidum, nempe duodecim assium, ut tum valebat, qui sunt nostræ monetæ *septem asses*, & paullò plus, sicque lucrati fuissent in diem duos asses Roman. in mensem quinque denarios Rom. Sed hæc malè consulta & per seditionem expressa cito in irritum abiere *sub lentis maxillis* Tiberij.

1. *Manus intentantes.*] Certè si cui intentantur manus, is strenuè repellit, aut ultrò quod ira dictat, occupat. Eam enim, qui rixam quærunt, ut suam occasionem rapiunt, & quasi essent provocati, nil non sibi licere in auctores injuriæ interpretantur. Dein tumultu cœpto advolant & aggregantur utrimque socij, & à manibus ad ferrum & ad cædes transitur.

2. *Cneo Lentulo.*] De quo lib. 4. *Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus, & L. Domitius, Lentulo super consulatum, & triumphalia de Getulis, gloria fuerat bene tolerata paupertas, dein magna opes innocenter parta & modeste habita.* Et Juven. *Agnosco procerem, salve Gentulice, seu tu Silanus*, &c.

3. *Digredientem cum Cæsare.*] Nonnulli legunt & intelligunt *à Cæsare*, quia constat ex hoc loco Taciti, non digressum esse Cæsarem in alia castra, sed in iisdem castris æstivis pernoctasse, & occasione hujusce noctis defectûque lunæ, & hac superstitione militum fœliciter prudenterque usum. Itaque non discedebat Cæsar, & cum digrediebatur Lentulus in hiberna castra, ut vim seditiosorum effugeret, non digrediebatur cum Cæsare, imo à Cæsare, qui permansit in illis æstivis castris, ut clarè patet. Certe non digressus est Cæsar, sed quantum conjicere licet, ipse provisu periculi in castra hiberna digredi parabat, & illud periculum spectabat etiam ad Cæsarem, licet illum ipsum nondum lacesserent, sed tantum ipsius comites (ut fieri solet) & id videtur innuere Tacitus hîc, quemad-

lenivit.

lenivit. Nam Luna claro repente cœlo [1] visa languescere. Id miles rationis ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans, *prosperèque cessura quæ pergerent, si fulgor, & claritudo deæ redderetur.* [2] Igitur æris sono tubarum cornuumque concentu stre-

INTERPRETATIO.

casus mitigavit. Quippe Luna illustri cœlo repente visa hebescere, causam defectionis *ignorans miles, tanquam omen præsentium* turbatum *interpretatus est; & deliquium Luna suis laboribus comparans credebat* feliciter eventura, quæ continuarent, si splendor & claritas deæ restitueretur. *Igitur æris crepitu tubarumque & buccinarum*

NOTÆ.

modum & infra de Germanico cap. 40. *Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia, & contra rebelles auxilium.* Sic igitur Drusus abire destinabat in hiberna castra, nisi eum retinuisset occasio, metûs nempe & superstitionis seditiosorum, quâ prudenter usus est, & cum dicit Tacitus lacessitum à seditiosis Lentulum *Digredientem cum Cæsare ac provisu periculi hiberna castra repetentem* satis innuit etiam discedere simul paratum ipsum Drusum fuisse, neque enim à se dissociasset virum tantæ auctoritatis, qui *ante alios ætate & gloria belli firmare Drusum credebatur.* Dio etiam tradit nocte custodias appositas, ne aufugere Drusus posset. l. 57 *Druso ad eos cum prætorianis militibus profecto, quia nihil ipsis confirmaret, rursus tumultu concitato, quosdam qui cum eo erant consauciaverunt & ipsum ea nocte, ne effugere posset, armati circumsederunt.* Sic cum Germanicus etiam in seditione *præceps tribunali desiluit, opposuerunt abeunti arma minitantes, ni regrederetur.* Unde conjicere licet sub vesperam, vi seditiosorum retentum esse Drusum, nempe tum cum in Lentulum invecti sunt, dein procedente nocte, cum luna defecisset, metueretque miles, etiam occasione retentum, in his castris æstivis pernoctasse, cum tamen altoquin abire pararet in hiberna castra *provisu periculi*, ni retentus fuisset partim vi, partim occasione. Igitur simul *cum Cæsare* digrediebatur Lentulus, non à *Cæsare*. Et certe *æstiva* illa castra in quibus tum seditiosus miles agitabat. nam mense Augusto extinctus Augustus, & quieta erant hiberna castra, ubi in obsequio miles. Haud dubiè Drusus vel in castra hiberna ipse simul cum Lentulo digredi parabat, vel saltem comitabatur Lentulum extra castra, forte ad aliquot milliaria, cum amicis, & simul cum cohortibus prætorianis: ut præsidio esset Lentulo in tanto discrimine, sicq; ille tutus in hiberna castra abscedere posset. Et certe post ea non comparet Lentulus in tota illa scena, seu seditione, licet multa consilia habita atque agitata sint apud Drusum, etiam severissima adversus illa militiæ flagitia, quæ præcipuè Lentulus aspernabatur. Unde inferre licet abiisse è castris seditiosis Lentulum, vel simul abeunte, vel stipante illum Cæsare & Cæsaris amicorum cohorte.

1. *Visa languescere.*] Ne intelligas speciem tantummodo languescentis habuisse lunam: verè namque languescens & deficiens cernebatur à militibus, non tantum apparebat luna deficiens, non fallebant oculi, sed verè conspiciebatur sidus carens lumine solito.

2. *Igitur æris sono*] Clarum exemplum vanæ religionis, ad levandos Lunæ labores. Ita enim opinio erat. Juvenalis, nimis facete de sexu tinniente.

Una laboranti poterit succurrere Lunæ.

Livius lib. xxvi. *Disposita in muris Campanorum imbellis multitudo, cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte cieri solet.*

Sono.] Plin. 2. 12. *Viri ingentes supraque mortalium naturam tantorum numinum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta, in defectibus stellarum scelera, aut mortem aliquam siderum pavente: quo in metu fuisse Stesichori, & Pindari*

pere: prout splendidior, obscuriorve, lætari, aut mœrere. & [1] postquam ortæ nubes offecêre visui, creditumque conditam tenebris: [2] ut sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes, *sibi æternum laborem portendi, sua facinora aversari deos* lamentantur. Vtendum inclinatione eâ Cæsar, & quæ casus obtulerat, in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet. Accitur centurio Clemens, [3] & si qui alij bonis artibus grati in vulgus: [4] ii vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inserunt, spem offerunt, metum intendunt. *Quousque filium imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennione & Vibuleno sacramentum dictu-*

INTERPRETATIO.

cantu sonorem edere: gaudere, aut lamentari prout clarior aut pallidior esset, & cum exorta nubila obstitere aspectui, & putarunt caligine immersam, ut sunt faciles pronique ad superstitionem attoniti semel mortalium *animi, sibi* perpetuos labores ostendi, suaque flagitia numen abhorrere *queruntur. Captandam jam occasionem Cæsar ratus, & quæ fors exhibuerat, in prudentiam flectenda, circum contubernia iri præcipit. Accersitur Centurio Clemens, & si qui alij præclaris animi dotibus in vulgus accepti probatique: excubiis, globis & cohortibus ad portas stantibus se immiscent, spem ostentant, formidinem augent.* Quousque filium principis *armati* circumsidebimus? quis discordiarum exitus? an in Percennii & Vibuleni verba juraturi sumus? an Percennius & Vibu-

NOTÆ.

vatum sublimia ora palam est deliquio Solis, & in Luna veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu dissono auxiliante. Quo pavore ignarus causæ Nicias Atheniensium Imperator, veritus classem portu educere, opes eorum afflixit.

1. *Postquam orta nubes,*] Præter defectum ipsius sideris. cum ortæ eodem tempore nubes novam caliginem invexissent, visuique obstarent, tum perpetuis mersam tenebris Lunam, sicque sibi æternum laborem portendi existimarunt.

2. *Vt sunt mobiles ad superstitionem.*] Curt. l. 4. *Nulla res multitudinem efficacius regit, quàm superstitio: alioquin impotens, sæva, mutabilis, ubi semel religione capta est melius vatibus, quam ducibus paret,* Lactantius lib. 1. Divin. Institut. *Hoc Philtro (superstitionis) dementarunt subjectos sibi populos Numa Pompilius, Scipio Africanus, L. Sulla, Q. Sertorius, Minos, Pisistratus, Lycurgus, qui cum diis deabusque colloquium, consortiumque fingebant.* & Polybius lib. 10. *Non putandum est Lycurgum adeò fuisse religiosum, ut in omnibus Apollinis consilio uteretur, neq; Scipionem somniis, & deorum colloquiis instructum fuisse, sed hæc illi finxerunt quod sine deorum auspiciis populum periculosa ausurum, & paradoxis fidem adhibiturum, non credebant.*

3. *Et si qui alii bonis artibus.*] Utrumque spectabatur, ut vulgo grati essent, & *bonis artibus*, neque per flagitia, sicut seditiosi isti, sed quacumque ex causâ, modo honestâ & tolerabili. Neque enim hoc loco *bonas artes* interpretari possumus, nempe de severo virtutis studio, fide, constantia, gestis egregiis: hæc enim atque talia præcipuis odiis insectatur motum vulgus: sed de aliis minoribus; ut si forte ideo grati fuissent manipularibus, quod vacationes gratuitas concessissent, aut ipsis aliis in rebus adfuissent, opisque aut consilij egenos prompte atque amice juvissent. *Freinsh.*

Et si qui alij.] Indistinctè quascunque bonas artes intelligit, per quas poterant esse grati in vulgus, & hosce contradistinguit ab illis qui etiam grati in vulgus essent, scelere, audacia, lascivia, turbido, seditiosoque ingenio, & cæteris malis artibus quæ castra sequuntur.

4. *Ii vigiliis, stationibus, custodiis.*] Scies *vigilias*, semper esse nocturnas; *stationes* sive *excubias*, & nocturnas &

ri ſumus? Percennius & Vibulenus ſtipendia militibus, agros emeritis largientur? denique [1] *pro Neronibus & Druſis, imperium populi Romani capeſſent? quin potius* [2] *ut noviſſimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam ſumus?* [3] *Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur: privatam gratiam ſtatim mereare, ſtatim recipias.* Commotis per hæc mentibus, & inter ſe ſuſpectis, [4] tironem à veterano 29

INTERPRETATIO.

lenus pecuniam legionibus, terras finitæ militiæ præmia donabunt? an tandem pro Tiberiis & Druſis populi Romani principatum accipient? quin potius ut poſtremi in flagitium, ita & primi ad meliorem frugem nos recipimus? ſero proveniunt quæ in publicum efflagitantur: privatum beneficium ſtatim occupes, ſtatim obtineas *Concitis per hæc animis & ſe invicem ſuſpectantibus, novum militem à vetuſto, legionem*

NOTÆ.

diurnas. Tac. lib. 11. *ſtationes, vigiliæ, nocturna diurnaque munia in armis agitabantur.* Iſidorus lib. 9. *Excubiæ diurnæ ſunt, vigiliæ nocturnæ.*

1. *Pro Neronibus & Druſis.*] Intelligit Tiberium, & filium Tiberij Druſum, & etiam Druſum patrem Germanici & Germanicum ipſum, & vel cæteros qui ejuſdem familiæ Claudiæ ſuccedere, & habere imperium poterant. Hic oratorem agit centurio ille.

2. *Vt noviſſimi in culpam.* Hoc accipiendum, quaſi ad meliores militum dictum. Etſi enim omnes rebellaverant; non tamen æque promptè, & quidam ſecuti magis, quam ducentes. Hos nunc excitat.

Vt noviſſimi in culpam.] Trium legionum milites, & omnes ad ſeditionem promptiſſimos, nec ullam eorum partem cunctatam conſtat. Qui igitur noviſſimi in culpam? an originem ab univerſis amovent, & in paucos auctores conferunt? Potius cenſeo Clementem cæteroſque arte quadam, ut quoſque alloquebantur, dicere poſtremos eos ac fere coactos deſcendiſſe in culpam, atque id credere ſimulaviſſe; quo faciliùs in pœnitentiam & ſpem veniæ perducerent. *Pichena.*

Vt noviſſimi] Dicit vir doctus præcipuè turbaſſe veteranos, ut qui cōmoda militiæ propius exſpectarent, tirones tantum ſecutos, quos ideò aggreditur Clemens ut faciliores ad pœnitentiam. dicit etiam Veteranos non fuiſſe in ſtationibus & cuſtodiis quibus ſe inſerit Clemens, ſed tantū tirones, quos ſic diſſociavit à Veteranis. Sed certè Veterani illi etiam in præſidiis, ſtationibus, & cuſtodiis non modo tum aſſidere, ſed etiam præſidere debuerunt, quia de ipſorum commodis præcipuè agebatur in ea ſeditione. Nam etiam ſi miſſi ſub vexillo agerent illi Veterani, attamen præſidia agitare debuerunt in caſtris turbidis, & aliis locis. Igitur à quibuſcumque cœperit illa ſeditio, vel à veteranis vel à tironibus, vel ab utriſque, (nam tirones etiam majus ſtipendium flagitabant) certum tamen eſt, non omnes legionarios ſimul erupiſſe aut exarſiſſe, quemadmodum nec ignis totus repente in immenſum incendium erumpit, ſed per partes ſenſim exardeſcit; ita certe milites, alii aliis citius erupere in flagitia & ſcelus. Itaque hoc loco, vel verè & seriò adloquitur Clemens, alijque *qui grati in vulgus*, eos qui de facto ultimi exarſerant, vel fictè & ſimulatè quoſcumque adeunt, ut ſic eos concilient & faciliùs ad meliorem frugem reducant. Et cum dicit infra Tacitus 32. ubi de ſeditione Germanicarum legionum, quod *pariter ardeſcerent, pariter ſilerent.* Id intelligendum de ſeditione jam penitus excita & adulta.

3. *Tarda ſunt.*] Nam ita fieri conſuevit, ut quæ pro communi cauſſa expoſtulantur, quia magni momenti eſſe ſolent, dificile perſolvantur, & tarde proveniant, privata autem merita facile & proinde citò compenſentur.

4. *Tironem.*] *Tirones* dicuntur qui nondum militiam incœpere, qui nondum centuriæ, cohorti aut legioni adſcripti, ſed tantum delecti, ſeu conſcripti ſunt. Alij *tirones* ſunt, qui jam aliquot ſtipen-

legione dissociant. Tum redire paulatim amor obsequij: ommittunt portas, signa unum in locum principio seditionis congregata, suas in sedes referunt. Drusus orto die, & vocata concione, quamquam rudis dicendi, [1] nobilitate ingenita, incusat priora, probat præsentia, negat *se terrore & minis vinci: flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri, ut placatus legionum preces exciperet.* orantibus, rursum idem Blæsus & [2] L. Apronius eques Romanus[3] è cohorte Drusi, [4] Iustusque Catonius primi[5] ordinis centurio, ad Tiberium mittuntur. [6] Certatum inde

INTERPRETATIO.

à legione dividunt. Tum redire sensim officij & disciplinæ cupido: deserunt portas, vexilla simul collocata initio discordiæ propria in loca reportant. Drusus cœpta luce & congregato milite, quamvis dicendi imperitus, nobilitate innata, increpat, quæ ante acta essent, laudat præsentia, adfirmat se neque pavore neque minis flecti: si pronos ad obsequium cernat milites, si supplices animadvertat, renuntiaturum parenti, ut lenitus & ad clementiam flexus desideria legionum audiret, *rogantibus legionibus*, ut Tiberio scriberet, *iterum Blæsus & L. Apronius eques Romanus è cohorte Cæsaris, & Iustus Catonius primipili Centurio mittuntur ad principem. Postea varia sententia fuerunt*

NOTÆ.

dia confecerunt, sed nondum sunt exauctorati aut emeriti, quo sensu hic intelligi debent, in quo distinguuntur à veteranis, qui jam sua stipendia expleverunt, & tamen adhuc sub vexillo retinentur, *cæterorũ immunes, nisi propulsandi hostis.* ut ait Tacitus.

1. *Drusus nobilitate ingenita.*] Alij alijs animi vel corporis dotibus commendabiles, audent pro concione multitudinem adloqui. Alij eximia specie corporis insignes, quemadmodum Corbulo apud Tacitum. Alii dignitate oris, ut Pompeius apud Plutarchum. Alij ingenitâ nobilitate elati quemadmodum hîc Drusus. Alij virtute, seu constantia militari, quemadmodum Vespasianus in lib. hist. dicitur *militariter locutus.* Alij nativa facundia, quemadmodum Germanicus, & alij Imperatores qui eloquentiâ floruêre. Qui virtute vel nobilitate pollent, offusum oculis ex ingenti multitudine splendorem facilius discutiunt. Et sunt nonnulli admodum fœlices, quorum vultus aut facies prius ipsis, & pro ipsis ultro concionetur, quemadmodum habet Plutarchus de Pompeio Magno. At hoc loco Drusus non specie, non facundia, attamen *ingenita nobilitate* fretus, adloqui pro concione militem quamvis turbidum ausus est.

2. *L. Apronius.*] Velleius ait fuisse participem operum Q. Julij Posthumi viri consularis, & Dalmatiæ præpositi: & in illa militia eos quos mox consequutus est honores excellenti virtute meruisse.

3. *E cohorte Drusi*] Habebant proceres illi cohortem amicorum, sed isti amici in plures classes distributi. Qui mos distinguendi cœpit à M. Livio falintore olim. Suet. de Tiberio 46. *Pecuniæ parcus ac tenax comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, cibariis tantum sustentavit, unâ modo liberalitate, ex indulgentia vitrici, prosecutus, cum tribus classibus factis, pro dignitate cujusque, primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum sed Græcorum appellabat.*

4. *Iustusque Catonius primi ordinis centurio.*] Credo eum esse, qui postea Prætorij præfectus imperante Claudio, & Messalinæ fraude interfectus. Suadeo legas Dionem lib. LX.

5. *Primi ordinis centurio.*] Vocabatur etiam *Centurio primipili*, & *primipilus* & *primopilus.* Erat caput & ductor omnium centurionum, etiam in collegam suum sinistrum primopilum jus aliquod habuit. Imperabat quidem tantum suæ

ſententiis, cum alij *opperiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem* cenſerent: alii *fortioribus remediis agendum nihil in vulgo modicum: terrere, ni paveant, ubi pertimuerint, impune contemni. dum ſuperſtitio urgeat, adjiciendos ex duce metus, ſublatis ſeditionis auctoribus.* Promptum ad aſperiora ingenium Druſo erat, vocatos Vibulenum & Percennium interfici jubet. Tradunt [1]plerique intra tabernaculum ducis obrutos; alij [2]corpora extra vallum abjecta oſtentui. Tum ut quiſque præcipuus turbator, conquiſiti, & pars extra caſtra palantes à centurionibus, aut prætoriarum cohortium militibus cæſi: quoſdam ipſi manipuli, documentum fidei, tradidere. Auxerat militum curas præmatura hiems, imbribus continuis: adeoque ſævis, ut non egredi tentoria, congregari inter ſe, [3]vix tutari ſigna poſſent, quæ turbidine atque unda raptabantur. durabat & formido cœleſtis iræ, *nec fruſtra adverſus impios hebeſcere ſidera,* 30

INTERPRETATIO.

amicorum Druſi, cum alij putarent expectandos Oratores, atque interea blanditiis illiciendum militem, alij vehementioribus remediis utendum, nihil moderatum apud plebem, metum inferre, niſi metuant: ubi formidaverint, facile ſperni. dum ſuperſtitio & metus ingruit animis, addendum ex Cæſare terrorem, oppreſſis diſcordiæ ducibus. *Pronus ad acerbiora Druſo animus erat; accitos Vibulenum & Percennium interimi jubet. Scribunt plerique ſepultos eſſe intra tentorium Druſi, alij cadavera projecta* eſſe *extra caſtra* exemplo *& ſpectaculo. Tum ut quiſque maxime ſeditioſus investigati & alij extra vallum palabundi interfecti ſunt à Centurionibus, aut à prætorianis militibus, nonnullos ipſa centuria in argumentum ſui obſequii dedidere Legionum anxietatem ſollicitudinemque intenderat hiems præpropera, pluviis aſſiduis, adeoque violentis, ut è contuberniis efferre pedem non poſſent, neque convenire invicem, nec niſi ægrè retinere ſigna poſſent, quæ procellis & aquis rapiebantur, manebat & metus ultionis deo-*

NOTÆ.

centuriæ, ſed quia mandata imperatoris, aut Tribunorum, ſæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aſpectabant; & ad ejus nutum ſiſtebant, aut procedebant; quia Aquilam ipſe regebat, & ſub iter ipſe illam refixam evellebat, & ſignifero ſuo in manum dabat, & in ipſa acie aſſiſtebat ad Aquilam, & ipſam tuebatur. Pro equitibus erant, ſeu dignitate equeſtri, qui primopilatu functi fuerant, & tantus ille honor fuit, ut tribuni poſtquam defuncti eſſent, illud munus ambirent.

1. *Intra tabernaculum ducis obrutos.*] Plerique tradunt *intra tabernaculum ducis obrutos.* At ſi fuerunt hîc obruti, ſeu ſepulti, igitur & hîc interfecti ſunt, in ea ſententia, nam metu augendæ & exaſperandæ ſeditionis id ſic tranſactum fuerit. Itaq; *obrutos* utrumq; importat, nempe hic interfectos eſſe & ſepultos. At ne putes ſepultos intra tabernaculum Cæſaris, in quo ipſe reſideret, daretve ſe ſomno, ſed intra ambitum, ſeu ſpatium illius tabernaculi. ingens enim ſpatium agri ſuo tabernaculo complectebantur imperatores, & vocabatur per excellentiam *prætorium*, quo nempe amicos, comites, ſeu contubernales nobiles exciperent, quo clientes diverterent, quo miniſtri, liberti, ſervi, equi, ſarcinæ & extera ejuſmodi reciperentur.

2. *Corpora extra vallum.*] Ut in oppipidis animadverſiones extra muros; ſic & in caſtris extra vallum. Ideo corpora hic abjecta in eum locum, qui fuit extra portam decumanam, à caſtrorum tergo, uti ex Vegetio diſcas lib. 1. cap. xxiii. Seneca 1. de ira cap. xvi. *Damnatus extra vallum deductus eſt, & jam cervicem porrigebat, cum ſubito apparuit commilito ille.* Hirtius de bello Africano: *Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti.*

3. *Vix tutari ſigna.*] Id eſt, recta habere & ſervare in principiis, ubi defixa,

ruere tempestates, non aliud malorum levamentum, quam si linquerent[1] *castra infausta temerataque, &* [2]*soluti piaculo suis quisque hibernis redderentur.* primum octava, dein quintadecima legio rediête. Nonanus *opperiendas Tiberij epistolas* clamitaverat, mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem sponte prævenit. & Drusus non expectato legatorum regressu, quia præsentia satis consederant, in urbem rediit. Iisdem ferme diebus, iisdem causis Germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tanto violentius: & magna spe fore ut Germanicus Cæsar imperium alterius pati nequiret, daretque se legionibus, vi suâ cuncta tracturus. Duo apud ripam Rheni exercitus erant, cui nomen superiori, sub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat. Regimen summæ rei penes Germanicum, [3]agendo Galliarum censui tum intentum. Sed qui-

INTERPRETATIO.

rum, nec sine causa pallescere astra, ingruere procellas, non aliud ærumnarum remedium, quam si desererent castra infelicia pollutaque: & nisi se piaculo facinoris absolventes in sua quisque hiberna reverterentur. *Primum octava legio, mox quintadecima remeavere. Nona legio exclamarat expectandas Tiberij litteras, sed destituta aliarum* legionum *discessu, instantem necessitatem occupavit ultro, & Drusus haud expectato oratorum reditu, quia tum satis quieta res erant, Romam reversus est. Eodem fere tempore & iisdem incitamentis Germanicæ legiones discordiis agitatæ sunt, quo plures, eo vehementius* exarsere, *& maxima spe, futurum ut Germanicus Cæsar dominationem alterius ferre non posset, permitteretque se legionibus, opibus suis cuncta rapturus. Duo exercitus excubabant apud Rhenum, qui vocabatur superior C. Silio legato parebat, inferiori A. Cæcinna præerat. Imperium utriusque exercitus penes Germanicum, qui tum agen-*

NOTÆ.

1. *Linquerent castra infausta.*] Virg. Æneid.

Linquere pollutum hospitium, dare classibus austros.

Plaut. Mostell. *Hospes me necavit, isque me defodit insepultum, clàm ibidem in hisce ædibus scelestus auri causa nunc tu hinc emigra. Scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio.*

2. *Et soluti piaculo,*] *Piaculum* hic capio non pro ipsa modo culpa, sed pro omni eo, quod culpæ quoquo modo cohæret. Ita hi non rebantur se satis purgari posse, nisi etiam locum, in quo peccavissent, tanquam infaustum pollutumque relinquerent, *Freinsh.*

3. *Agendo Galliarum censui.*] Julius Cæsar omnem Galliam in Provinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendij nomen imposuit, quod ex forma censuali juxta professionem tot capitum, liberorum & servorum, tot animalium, tot jugerum &c. Romani, quibus jus erat, singulis mensibus, teste Dione, exigebant à vicis, municipiis, coloniis, civitatibus, & provinciis, præter eas quæ aut sociæ, aut benemeritæ, aut juris Italici factæ fuissent. Neque enim jus civitatis Romanæ habere necesse fuit, in quo mirum, ut eruditissimus Alciatus prævaricatus sit. Ad rem. Germanicus *agendo censui Galliarum* intentus erat, id est, tributo exigendo, & accipiendo: quâ de re Claudij ejus filij legenda oratio est, quam ex ære exscripsi lib. XI. *Vertranius.*

Agendo Galliarum censui.] Res initium habuit non à Julio Cæsare, sed ab Augusto. Nam Cæsar quidem tributi nomine H, S. quadringenties imposuit Galliæ victæ, teste Suetonio: at censendi provincialem rationem, non ipse, non priores, instituerunt ante Augustum. Hujus autem census duplex modus. Videntur enim tributum & in capita contulisse: &

bus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam seditionis alienæ speculabantur: inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab unetvicesimanis quintanisque initio, & tractis primâ quoque, ac vicesima legionibus. nam iisdem æstivis in finibus Vbiorum habebantur, per otium aut levia munia. Igitur audito fine Augusti, [1] vernacula multitudo, nuper acto in urbe delectu, lasciviæ sueta, laborum intolerans, implere cæterorum rudes animos: *Venisse tempus, quo veterani maturam missionem, juvenes* [2] *largiora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcerent,*

INTERPRETATIO.

do censui Galliarum, seu tributis exigendis operam dabat. Sed legiones, quas Silius regebat: animis incerta, discordia aliena eventum respiciebant, inferioris Germaniæ legiones in vesaniam prorupere, cœpta primum discordia à legionibus una & vicesima & quinta, eodem abreptis prima atque vicesima. Quippe illa versabantur in iisdem castris *æstivis apud fines Vbiorum.* seu Agrippinensium, ibi agitabant *per quietem aut modicos* militiæ *labores. Itaque nuntiata morte Augusti, servorum seu libertinorum turba ingens, nuper conscripta Romæ milite, licentia* urbanæ *adsueta, laborum impatiens, imbuere cæterorum imperitas mentes,* Adesse tempus quo vetustus miles festinatam missionem efflagitaret, tirones majora stipendia, omnes ærumnarum modum peterent,

NOTÆ.

in agros, lacus, pecudes, aliasque facultates. Prius illud eleganter ab Ammiano suggestum, lib. XVI. ubi de Juliano Cæsare verba: *Quam primum profuerit anhelantibus extrema penuria Galliis, hinc maximè claret, quod primitus partes eas ingressus, pro capitibus singulis, tributi nomine vicenos quinos aureos repperit flagitari, discedens verò septenos tantum munera universa complentes.* Panegyricus scriptor in laudibus Constantini. *Septem millia capitum remisisti quartam amplius partem nostrorum censuum.* Et statim: *remissione ista septem millium capitum, viginti quinque millibus dedisti vires, dedisti opes, dedisti salutem.* Iterumque: *certe & tum liberi parentes suos carteres habent, & mariti conjuges non gravatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur.* Etiam tributum quod pro modo agrorum penderent, capitatio dicta à jurisconsultis, & Salviano Massill. 5. *Plerique pauperculorum atque miserorum spoliati resculis suis & exterminati agellis suis, cum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur: cum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit.* Scilicet à numero jugorum & capitum quibus agri coluntur. Sed persevero, ut Galli in capita contulerint etiam humana. De *agris* autem, *lacubus*, aliisque, quæ obnoxia tributo: habes apud jurisconsultos de censibus. *Lipsius.*

1. *Vernacula multitudo.*] Ante quinque circiter annos, nuntiata in urbe clade Variana, cum quidem Romæ subitum militem Augustus conscripsit ad tutelam ripæ Rheni; & plerosque è libertinis. Suetonius. cap. XXV. & Dio lib. LVI.

2. *Largiora stipendia.*] Quæ tamen non concessa sunt militi, nam solummodo *placitum est missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari, qui sedena stipendia fecissent, ac teneri sub vexillo cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis: legata* (nempe Augusti) *quæ petiverant, exsolvi duplicarique.* Attamen docti viri existimant auctum esse stipendium militi, sed quando & à quo principe dissentiunt inter se, alij auctum putant à Caligula, alij ab Othone, vel à Vitellio, alij etiam à Vespasiano; sed non probant. Certe profusi & prodigi Caligula, Otho & alij similes, non in stipendium tamen, sed in donativum, quâ largitione emebant, aut corrumpebant militem, & quidem facile est uti donativo, quia semel transigitur.

sævitiamque centurionum ulciscerentur. Non unus hæc, ut pannonicas inter legiones, Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores

INTERPRETATIO.

immanitatemque centurionum vindicarent. *Non unus hæc ut in Pannonico exercitu. Percennius* dictitabat, *nec apud pavidas incertasque militum aures, alios potentiores*

NOTÆ.

sed stipendium, quod singulis diebus, mensibus & annis recurrit, augere non perinde facile est. Otho solvit vacationes militum Centurionibus è fisco suo. Id usurparunt etiam sequentes principes, quia id utile Reipub. sed non auxit stipendium militare Otho, neque enim id præteriisset Tacitus, aut Suetonius, qui id prodidit de Domitiano & verè. Et certè inter bella civilia Othonis & Vitellij multa reperias de præda, de prœmiis belli & spoliis civium, & de donativo seu largitione in militem: at de stipendio aucto altum silentium. Quantum autem pecuniæ parcus fuerit Vespasianus, etiam post victoriam compertum est. Suet. 8. *Participibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima præmia, non nisi sero, persolverit.* Adverte Suetonium dicere *præmia*, non *stipendia*. Adverte etiam denarium Romanum valuisse 12 asses, & tamen recipiebat miles tantum decem asses in diem, sicque in mensem 25. denarios tantum, non triginta, quod nunc petunt. Afferunt locum ex Suet. Domit. 8. quem tamen nemo hactenus intellexit. Sic habet Suetonius de Domitiano. *Addidit quartum stipendium militi, ternos aureos.* Ibi legunt *ad ternos aureos* vel *in ternos aureos*, eodem sensu utrumque. Unde inferunt militem jam ante Domitianum habuisse *ternos aureos* in mensem, quibus ille *quartum* addidit. Sicque inde colligunt auctum fuisse stipendium militi à prioribus principibus, sed falluntur, & imponunt Suetonio, quem male corrigunt, nec intelligunt. Auctorem unum afferunt, quo maximè nituntur, Zonaram, qui tradit militem jam ante Domitiani tempora accepisse in mensem *quinque & septuaginta drachmas*, seu *denarios* Roman. quod idem est, ac *ternos aureos*. Et addidisse Domitianum *quinque & viginti drachmas* seu *denarios*, ita ut miles jam haberet in mensem centum drachmas, seu *centum denarios* Roman. id est *quatuor aureos*. Nam quilibet *aureus* pro viginti quinque denariis est, sicque ex Zonara intelligunt Suetonij locum hoc sensu. Iam accipiebat miles in mensem *ternos aureos, quibus addidit quartum stipendium*, seu *quartum aureum* Domitianus, & sic recipiebat miles eo tempore & ex liberalitate Domitiani *quatuor aureos*, seu *centum denarios*. Itaque antea recipiebant *ternos aureos*, unde infertur necessario jam antea fuisse auctum militi stipendium à prioribus principibus. Sed falluntur cum Zonara, nam fallit & fallitur Græculus ille in rebus Romanis, nec intellexit latinitatem Suetonij (quemadmodum nec Critici recentiores) ex quo hausit illud, aut non satis attendit, sic & sæpe fallitur Dio, cum aliquid invertit ex Tacito aut Suetonio, ut notavimus multis locis, itaque Zonaras hunc locum Suetonij cepit eo sensu, quasi scriptum esset, *ternos aureos*, seu *ad ternos aureos* (utraque lectio eundem sensum faceret,) sed parum peritus Latini sermonis nobis suum commentum pro vero Suetonij sensu intrudit.

Vera mens Suetonij fuit, stetisse fixum & immotum stipendium militare hactenus usque ad Domitianum, eo statu & modo, quo reliquerat Augustus; quo nempe miles habuit *unum aureum in mensem*, seu *quinque & viginti denarios*, sicque *duodecim aureos in annum*. Quibus aureis duodecim addidit Domitianus *quartum stipendium*, nempe *ternos aureos*, seu *quartum stipendij*, (ut etiam legere volebat *Salmasius*) nimirum auxit Domit. stipendiũ annuum & eum proportione *menstruum diurnumque*, nempe quarta parte fecit amplius illud stipendium. Jam habebat

exercitus

exercitus respicientium, sed multa seditionis ora vocesque: *sua in manu*

INTERPRETATIO.

exercitus speculantium, sed plurima discordiarum voces, multa ora: sua in potestate

NOTÆ.

miles *duodecim aureos* in annum, *ternos* addit Domitianus, qui sunt quarta pars duodecim aureorum, itaque lege Suetonij locum ut habemus, nulla mutatione factâ, & sic intellige: *Addidit quartum stipendium militi*, nempe *ternos aureos*.

Possit etiam intelligi Suetonius isto sensu, *primum* nempe *stipendium* fuisse veteris Reipub. nimirum *tres asses*, quos duplicavit Dictator Cæsar, & dati *sex asses*, quod fuerit *secundum stipendium*, dein Augustus auxit ad *decem asses*, quod fuerit *tertium stipendium*. At *quartum stipendium* nunc addit Domitianus. Antea recipiebat miles *duodecim aureos* in annum, nunc *ternis* additis, *quindecim* habent; in mensem antea habebant *viginti quinque denarios*, nunc habent *unum & triginta*, & insuper quartam partem denarij seu tres asses Rom. sic in mensem ipsis addebat Domitianus sex denarios & paullò plus, quod magni momenti gregario militi fuit, & majoris, principi, si stipendium tot legionum in universum æstimes, quo & superavit vesana desideria legionum seditiosarum. Sic igitur anteà recipiebat miles in mensem *novem libras* nostro more, ab ævo nempe Augusti, at nunc ex Domitiano recipit *undecim libras* plus minus; itaque recipiebat miles ab Augusto *denos asses* in diem, unde illud supra, cap. 17. *denis in diem assibus animam & corpus æstimari*. At nunc à Domitiano recipit in diem duodenos asses, qui fuit vetus valor denarij Romani; fuerint nostro more *septem asses* & insuper tres aut quatuor denarij: nam hactenus licet *denarius* Rom. valeret 12 asses, tamen teste Plinio lib. 33. 3. in necessitatibus Reipublicæ *Placuit denarium 16. assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis, ita Resp. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus.*

Nunc igitur miles à Domitiano 12. asses, qui fuit denarius Romanus solidus, & amplius etiam accipit, & hoc *stipendium* majus est, quam quod tanto molimine efflagitarant in istis seditionibus, *ut singulos denarios mererent* nempe, ut *denarius diurnum stipendium foret*. Hoc nunc obtinent absque ulla vi & ex mera liberalitate Domitiani, in quo auctu nihil mirum aut extremum. Et quis putet Domitianum quamvis insanum auxisse stipendium uno impetu & una eademque largitione 25. denariis in mensem? potius est & verisimilius, solummodo id auxisse in annum *ternis aureis*. At certè mira & extrema prodigentia foret, si augeretur stipendium usque ad 100. *denarios*, seu 4. aureos in mensem, usque ad 48. aureos seu 1200 denariosin annum. Quis non miretur inertes principes dedisse stipendium quater amplius, quam Augustum? quis non exhorrescat summam illam & extremam prodigentiam, quæ non modo imp. Romanum, sed etiam majora & opulentiora regna intra ânum subvertere funditus potuit? Supputa tot Caligas, reputa tot legatos & præpositos quibus & adaugeri debuit stipendium cum proportione, reputa igitur legatos legionum, præfectos castrorum, præfectos fabrorum, præfectos equitum, qui duplum, quam centuriones habuere, decem Tribunos, 60. centuriones in qualibet legione, totidemque optiones qui duplum recipiebant, præter *vacationes* ex fisco principis iis exsolutas, his adde, tesserarios vocatos, sesquiplares primipilos, aquiliferos, signiferos, imaginiferos, adde & equites 300. cujuslibet legionis, qui triplum gregarij militis recipiebant. Adde medicos ægris vel sauciis curandis destinatos, his adde duces regendis vehiculis, onagris & ballistis cujusque cohortis aut legionis impositos, & sexcenta alia ministeria. Jam supputa centum denarios in mensem tot caligis distributos, & cum proportione tribunis, quorum *immensa salaria* in proverbium abierant, & cæteris præfectis,

suam rem Romanam, suis victoriis augeri Rempub. [1] *in suum cognomentum*

INTERPRETATIO.

positum imperium Romanum, suis victoriis crescere Rempub. in suum cognomen

NOTÆ.

jam ipse videbis an possibile fuerit, vel per somnium, quod afferunt affirmantque Zonaræ Græculi auctoritate nixi.

Stipendia.] Denos asses recipiebat legionarius miles, seu denarium æstimationis antiquæ. Pari modo prætorianus miles, qui duplum quam alij stipendium recipiebat, habuit in diem bis denos, seu 20. asses, sive duos denarios, quos denarios binos recepit, vel pro valore prisco, quo decem asses valebat: vel pro more novo, quo valebat denarius 12. asses, sicque recepisset prætorianus 24. asses in diem. Probant autem recepisse prætorianos, duos denarios novi valoris, nempe 24. assium, comparatione facta largitionum Augusti & Tiberij supremis tabulis in prætorianos & legionarios; sed hoc adhuc incertum, quia talibus donativis semel transfigitur, non item in stipendio militari, quod singulis horis & diebus recurrit.

Interea disertè affirmat Dio patres effecisse *ut statuerentur custodibus* Augusti, prætorianis, nempe, *stipendium duplum illius, quod alijs militibus persolveretur.* At alijs militibus persolvebatur, tantùm denarius unus valoris prisci, seu deni asses. Itaque & prætorianus recipiebat etiam eodem modo duos denarios valoris prisci, seu vicenos asses. Etiam vides prætorianis post sedena stipendia missis decreta vicena millia nummum, aliis verò militibus post 20. stipendia missis duodena millia nummorum. Sicque præmia, seu commoda emeritæ militiæ prætorianorum non fuerunt dupla, quam legionariorum. unde colligere seu conjicere possimus prætorianos non habuisse stipendium duplo majus, quam legionarios. Attamen propter adsentationes continuas in principem semper crescentes, forte nulla satis certa regula fuit. Itaque res in medio sit.

Ut rem intelligas comparatè ad nostrum morem. Apud Roman. denarius, seu decem asses valebant quatuor nummos seu quatuor sestertios, quod idem est, qui 4. nummi faciunt sex asses nostræ monetæ. Itaque denarius Rom. prisci valoris, seu decem assium valebat idem quod apud nos *sex asses*, & bini denarii prætorianorum seu 20 asses valerent id quod apud nos 12. *asses*. At nunc petunt legionarij denarium duodecim assium ut valebat sub Augusto, qui foret idem quod apud nos septem asses & dimidius, paullò minus. & si prætoriani habuerunt duos denarios duodecim assium, valerent idem quod apud nos quindecim asses, paullò minus. Itaque legionarij cum pro solito more reciperent in diem 10. asses, & nostro more 6. asses, recipiebant diebus decem coronatum nostrum, seu 60. asses nostri moris, & in mensem tres coronatos, seu 9. libras nostræ monetæ. Prætoriani decem diebus duos coronatos, seu sex libras, & in mensem 30. dierum, sex coronatos, seu libras octodecim.

1. *In suum cognomentum.*] Si ad sua tempora Tacitus respexit, clara res: omnes enim post Tiberium ferè imperatores cognomen sumpserunt à pugnacissima gente. At quid est, quod hic milites in eo glorientur, nisi si divini & præscij futurorum? nam ad hoc ævi solus Drusus & Germanicus cognomine illo usi, ex decreto, quod apud Dionem habes lib. LV. Et si quisquam ex imperatoribus, solus certe Tiberius. Sed correctione explico me, & omnino scribendum censeo, *adsciscì imperaturos*. Idque verum, cognomento illo insignitos eos, qui in spe principatus. Præter dictos, ecce Vitellius imperator: *filium suum retinens Germanicum appellavit, cinxitque cunctis fortunæ principalis insignibus.* Lipsius.

In suum cognomentum adsciscì.] Forte adludunt ad id quod habet Dio lib 44 de Julio Cæsare: *Imperatoris quoque nomen, non antiquo tantum pro consuetudine &c. sed eo modo, quo nunc iis qui summum imperiū obtinent, tum primo Cæsari primum imposuerunt, tamquam ipsi proprium. Eo etiam*

adsciscі imperatores. Nec legatus obviam ibat. quippe plurium vecordia constantiam exemerat. Repente lymphati, districtis gladiis in centurio- 32
nes invadunt ea vetustissima militaribus odiis materies, & sæviendi

INTERPRETATIO.

adsumi principes. *Neque legatus obnitebatur. quippe multorum insania fortitudinem abstulerat. Repente vesani nudatis ensibus in centuriones irruunt. Ea veterrima mili-*

NOTÆ.

adulationis progressi sunt, ut filios quoque ejus, nepotesque ita nominari juberent, quum neque filium ipse ullum haberet, & jam senex esset. Forte etiam quia Caligæ dicti, & ipse Cajus Germanici filius jam Caligula appellabatur.

Dio lib. 55. adserit cognomentum Germanici datum Druso & filiis ipsius, nempe Germanico, Claudio & Caligulæ, qui postea princeps. Sic jure dicebant Germaniciani illi milites adsciscі imperatores *in suum cognomentum*. Nondum tamen principes in id nomen tum temporis adsciti. Itaque hic *Imperatores* intellige solummodo, qui sic appellarentur pro more veteris Reipub. Nam primo soli filij seu nepotes Drusi Germanici dicti, sic Britannicus Claudij filius antea dictus *Germanicus*, nec quia filius principis esset, sic dictus; sed quia filius Claudij & nepos Drusi, qui primus hoc vocabulum habuit. & cui etiam mortuo delatum est illud decus, qui tamen Cæsar non fuit. Sed postea filius Vitellij principis dictus *Germanicus*, nec tamen præcise, ut puto, quia filius principis & Cæsar, sed per decus, aut potius per adulationem, quia in Germania imperator appellatus Vitellius, & filio ipsius obviam factus est victor ille Germanicianus exercitus non sine magno honore. Post ea principes ipsi *Germanici* cognominati, non tamen ante Domitianum. Itaque vel pro more prisco locutus Tacitus, vel pro more sui ævi, quo nempe omnes principes *Germanici* appellabantur. Certe filij Drusi Germanicus & Claudius & nepotes ipsius *Germanici* dicti ob patrem, & filij ipsius Germanici, ut & ipse Germanicus, qui adoptatus à Tiberio fuerat, *Cæsares* fuerunt, non tamen præcise dicti *Germanici*, quia *Cæsares*, sed quia orti erant ex Druso, cui delatum erat tale vocabulum à Senatu: Attamen quia *Cæsares* illi præcipuè imperabant legionibus Germanicis, possit τὸ *Imperatores* hic intelligi indistinctè & de ducibus & de principibus, quia ipsi duces *Cæsares* erant origine, & ita nati erant, ut ad Rempub. pertinerent, & imperium adipisci possent, ita ut miles hic per *imperatores* intelligeret indistinctè & Cæsares qui jam legionibus imperabant, & eos qui toti Reip. præerant, aut etiam præesse poterant, in id nati, nempe ex *domo regnatrice*. Neque satis distinguit rudis miles inter *Imperatores* actu, & Cæsares seu duces, qui *Imperatores* fieri poterant. Adverte etiam concionatorio more hic loqui milites, quo nempe res in majus augentur.

In cognomentum suum adsciscі Imperatores.] Filij Imperatorum *Cæsares* eodem modo dici potuerunt, eodemque sensu *Imperatores*, quo filij Regum *Reges* appellabantur. Eo sensu *exacti Reges* Pomponio sunt *exactus Tarquinius & liberi illius.* nam *Regum liberi* & ipsi *Reges*. Sic interpres Virg. ad Eclog. 1. & Æneid. 2. Tullius Cæsariana 3. *propone tibi duos Reges*, nempe *Dejotarum & filium.* Sic Pacorus Regis Regum filius & dux Parthorum qui à Ventidio cæsus est in oriente, passim ab auctoribus *Rex* appellatur, quamvis etiam tum floreret, imperaretque *Orodes* ipsius pater, cum bellum gessit, atque interfectus est *Pacorus* ille à Romanis. *Cæsar* tum nomen, mox dignitas filiorum principis. Itaque vel Cæsares illi sic dicti *Imperatores*, ut filij Regum *Reges*, vel intellige τὸ *Imperatores* indistinctè, ut dixi supra. nec audienda *Critica* Lipsij hoc loco.

principium. [1] prostratos verberibus mulcant [2] sexageni singulos, ut numerum centutionum adequatent. Tum convulsos laniatosque & partim exanimos, ante, vallum aut in amnem Rhenum projiciunt. Septimius cum perfugisset ad tribunal, pedibusque Cæcinæ advolveretur, eo usque flagitatus est, donec ad exitium dederetur. Cassius [3] Chærea mox cæde C. Cæsaris memoriam apud posteros adeptus, tum adolescens, & animi ferox, inter obstantes & armatos ferro viam patefecit. Non tribunus ultra, non castrorum præfectus jus obtinuit: vigilias, stationes, & si quæ alia præsens usus indixerat, ipsi partiebantur. Id militares animos altius conjectantibus præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disjecti, nec paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent; tantâ æqualitate & constantia, ut regi crederes.

33 Interea Germanico per Gallias, ut diximus, census accipienti, *excessisse Augustum* affertur. Neptem ejus Agrippinam in matrimonio, pluresque ex eâ liberos habebat. Ipse Druso fratre Tiberij genitus Augustæ nepos: sed anxius occultis in se patrui aviæque odiis, quorum causæ

INTERPRETATIO.

taris ira causa & furendi initium. humi afflictos plagis mutilant, sexageni milites quemque centurionem invadunt, ut sic numero centurionum pares essent. Tum direptos laceratosque & partim exangues extra castra aut in fluvium Rhenum præcipitant. Septimius cum fuga perrupisset ad tribunal, & ad genua Cæcinæ procumberet, tamdiu expostulatus est, donec ad necem traderetur. Cassius Chærea, qui postea interfecto C. Cæsare famam in posteros meruit, tum juvenis & mente impavidus inter adversantes & armatos stricto gladio, iter sibi aperuit. Non jam Tribunus, non castrorum præfectus auctoritatem aut vim imperij habuit: excubias, custodias, & si qua alia munia præsens necessitas admonuerat, ipsi vicissim obibant. Id militaria ingenia penitus introspicientibus, maximum argumentum erat magnæ atque indomitæ seditionis, quod neque inordinati aut inconditi, nihil paucis instigantibus, sed simul quiescerent, tanto consensu & æqualitate, ut ducibus parere ipsos existimares. Interea nunciatur Germanico apud Gallias, ut memoravimus, census agenti, Augustum fato concessisse. Duxerat uxorem Agrippinam neptem illius, pluresque ex ea filios susceperat. Ipse filius Drusi, qui frater Tiberii, Liviæ Augustæ nepos: sed animi æger ob secretas inimicitias patrui atque aviæ, qua-

NOTÆ.

1. *Prostratos verberibus mulcant.*] Hic notandus mos prosternendi verberibus afficiendos. Suet. in Tib. cap. xi. *Stratum humi penè ad necem verberavit.*

2. *Sexageni singulos.*] In legione 60. centuriones erant, duo in quolibet manipulo, & 30. manipuli erant. *Manipuli* ex centum & viginti militibus constabant. Dividebatur *manipulus* in duas partes, quas *ordines* vocabant. Cuilibet *ordini*, id est sexaginta militibus unus præerat centurio.

3. *Chærea.*] De quo Seneca cap. 18. *Huic Cajus signum petenti, modo Veneris modo Priapi dabat: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. coegit itaque uti ferro, ne sæpius signum peteret. Ille primus inter conjuratos manum sustulit, illæ cervicē mediam uno ictu decidit; plurimū deinde undique publicas, ac privatas injurias ulciscentium gladiorum ingestum est. sed primus vir fuit, qui minimè visus est.*

4. *Causæ acriores quia iniquæ.*] Principes nunquam videri volunt erraſſe. Itaque quos ſemel injuſtè odiſſe cœperunt,

acriores quia iniquæ, quippe Drusi magna apud populum Rom. memoria, [1] credebaturque si rerum potitus foret, libertatem redditurus, unde in Germanicum favor & spes eadem. Nam juveni civile ingenium, mira comitas, & diversa à [2] Tiberij sermone, vultu, adrogantibus & obscuris. Accedebant muliebres offensiones, novercalibus Liviæ in Agrippinam stimulis: atque ipsa Agrippina paulò commotior, nisi quod castitate, & mariti amore, quamvis indomitum animum in bonum vertebat. Sed Germanicus quanto summæ spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. [3] Sequanos proximos, & Belgarum civitates in verba ejus adigit. De hinc audito legionum tumultu, raptim profectus, obvias extra castra habuit, dejectis in terram oculis velut pœ- 34

INTERPRETATIO.

rum caussa eo violentiores, quia injustæ erant. Nam Drusi ingens apud cives Romanos gloria, existimabaturque, si principatum adeptus foret, libertatem populo Romano restituturus; unde in Germanicum amor & expectatio eadem. Quippe adolescenti populare ingenium, maxima humanitas & longè dissentiebas à moribus Tiberij, qui vultu adrogans & verbis obscurus atque ambiguus erat. His addebantur muliebres iræ, propter inimicitias novercæ Liviæ adversus Agrippinam: & ipsa Agrippina paulò violentior, nisi quod pudicitia & viri charitate quamquam ferocem animum in laudem flectebat. At Germanicus, quo summo fastigio propius admovebatur, eo acrius pro Tiberio tendere. In nomen ejus jurare compellit vicinos Sequanos & Belgarum civitates. Post hæc nuntiata legionum seditione, properè advenienti, occurrerunt ipsa extra vallum, demisso in terram vultu, quasi

NOTÆ.

urgent ad extremum, ne principio injustum in eos odium suscepisse videantur. Facilius cum principibus in gratiam redeunt, qui jure eorum iram in se provocarunt, quam si quos ipsi principes sine ulla justa caussa odisse cœperunt. Nam si illis ignoscant, vident se mansuetos, ac misericordes visum iri. Hos si omittant, verentur ne hoc ipso præteriti temporis injustitiam & iniquitatem agnoscere videantur. *Muretus.*

Caussa acriores, quia iniqua.] Odium quo injustius, eo acerbius, ut fieri solet. Nam ubi justis de caussis irascimur, iis sublatis cessat odium, quod implacabile est, præsertim apud potentes, quoties virtutibus alicujus gloriæque infensi sunt, sibique sua vitia velut exprobari atque apud vulgum traduci credunt. *Freinshem.* Qui justè irascuntur, conscientia recti bonique sæpe contenti injuriam sibi illatam levius vindicant, nec alieno sceleri admodum invident. At qui iniquas iras concipiunt, cum adversus virtutem irascantur, acrius insurgunt, & conscientiâ invidiæ, & flagitiorum impotentius sæviunt, altius & vehementius virtuti invident, præsertim cum invidia illa non solum virtutis, sed & imperij æmulationem accendit, tùm illi acrius irascuntur in virtutem, quam boni justique viri adversus scelera & flagitia.

1. *Credebaturque si rerum.*] Imo prodita à Tiberio ejus epistola est, quâ de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat. Quæ una caussa necis pio in patriam juveni, sed infelici. Suet. in Tib. cap. 1.

2. *A Tiberij sermone, vultu adrogantibus*] Intelligendum quasi Tacitus scripsisset: *à Tiberij sermone vultuque adrogantibus & obscuris.* Nam spernit & & omittit conjunctiones. Unde gravitas orationis, & simul obscuritas.

3. *Sequanos.*] Sequani populi Galliæ Belgicæ ab ÆduisArate fluvio divisi, vulgò: *la Franche Comté.*

nitentia. Postquàm vallum iniit dissoni quæstus audiri cœpere, & quidam [1] prehensâ manu ejus, per speciem osculandi, inseruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret: alij curvata senio membra ostendebant. Adsistentem concionem, quia permixta videbatur, *discedere in manipulos* jubet, *sic melius audituros responsum*: [2] *vexilla præferri*, [3] *ut id saltem discerneret cohortes*, [4] tardè obtemperavere. Tunc [5] *à veneratione Augusti* orsus flexit ad *victorias triumphosque Tiberij*, præcipuis laudibus cele-

INTERPRETATIO.

anteactorum *dolorem seu mœstitiam præferrent. Ubi castra ingressus est, diversos questus effundere miles cœpit: & nonnulli prensantes manum illius, osculandi prætextu, intulerunt digitos labellis, ut inania dentibus ora contrectaret: Alij fatiscentes senio artus ostentabant. Circumstantem multitudinem, quia confusa videbatur*, abscedere in manipulos jubet, sic facilius responsum excepturos: & signa præferri, ut sic saltem cohortes distinguerentur, *ægrè & lentè obedivere tunc cum ab adoratione &* supplicatione Augusti orationem incœpisset, *vertit* ad victorias & triumphos Tiberij, *summis*

NOTÆ.

1. *Prensa manu.*] Ad instar venerantium, gratantiumque. Sic Tacit. 14. de Nerone. *Adulatio ad spem firmavit: prensantes manus.* Ibidem *Centurionum Tribunorumque prehensantium gratantiumque.*

2. *Vexilla præferri.*] Quia disjecti, inordinati & permixti inter se manipuli, quia confusæ inter se Centuriæ & cohortes erant, quia nullâ disciplinâ, nec pro more militiæ ordinabatur in concione miles, tamquam turbidus adhuc & tumultu plenus. Idcirco Germanicus discedere quemque in manipulos jubet, ut que id facilius fieret, vexilla præferri imperat, ut cohærerent invicem manipuli, sicque distinguerentur cohortes. Tum aquilæ non prælatæ in majora illa principia, quibus alloquebatur militem Cæsar, quia seditione pulsi aut interfecti, primipili qui regebant aquilam. Attamen jubet Germanicus, ut pro concione quælibet cohors vexillum suum præferat ordine & loco solito, ut si non distinguerentur legiones suis aquilis, saltem cohortes suis quæque vexillis discernerentur. Et cum illa vexilla seu cohortes suo loco starent pro more belli: Sic idem ordo fuit, ac si aquilæ legionum adstarent (si splendorem ac pompam excipias) quod magis decuit in tanto animorum motu, & præsente præsidenteque Cæsare.

3. *Ut id saltem discerneret cohortes.*] Id ne intelligas de solis veteranis, qui post exauctorationem adhuc habebantur sub vexillo, aut de cohortibus auxiliarium; sed de exercitu Romano, seu legionariis. Debuerunt vexilla præferri à signiferis, ut sub signis suis miles aggregaretur, & sic cohortes saltem distinguerentur; si nondum manipuli & centuriæ discerni poterant, quia nempe tum nulli centuriones militem regebant, qui occisi aut ejecti erant.

4. *Tardè obtemperavere.*] Vel contumaciæ retinentes, vel quia aberant centuriones, qui ducerent manipulos, aut ordinarent sub signis.

5. *A veneratione Augusti orsus.*] Ita capio hæc verba, ut Germanicus initio orationis oculos conjecerit in imaginem Augusti signis affixam, quam sit veneratus genu flexo, & manu ori admota, mox orsus sit proloqui. *Aurelius.* Sic possunt accipere, qui nesciunt, quid Tacito & alijs sit *veneratio*: & certè id non omnes sciunt. Usurpant autem eam vocem pro ea, quam voluerunt dicere *venerabilitatem*: ut *veneratio Augusti* non sit actio aliorum circa eum, sed ipsi insita dignitas vel majestas Sic lib. 12. *Qui mos sacerdotibus & sacris antiquitus concessus, augebat venerationem fœmina.* De Agrippina loquitur. Seneca ad Polybium c. 21.

brans, *quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset. Italiæ* inde *consensum*, *Galliarum fidem* extollit, *nil usquam turbidum aut discors.* Silentio hæc, vel murmure modico audita sunt. Ut seditionem attigit, 35
ubi modestia militaris? ubi veteris disciplinæ decus? quonam tribunos? quo centuriones exegissent? rogitans: nudant universi corpora, cicatrices ex vulneribus, *verberum notas* exprobrant: mox indiscretis vocibus *pretia vacationum*, *angustias stipendii*, *duritiam operum*, ac propriis nominibus in-

INTERPRETATIO.

laudibus extollens, quæ in utraque Germania præclarissima gessisset *cum istis legionibus*: *Dein celebrat universæ Italiæ favorem & Galliarum obsequium, nullam usquam seditionem aut discordiam. Per quietem hæc, vel levi rumore excepta sunt, postquam ad discordiam flexit, interrogans ubi obsequium militum? ubi prisca militiæ gloria, quonam abegissent tribunos? quo centuriones ejecissent? exuunt universi membra, objectant cicatrices ex plagis, & verberum stigmata, dein promiscuo clamore pretia vacationum, modicum stipendium, asperitatem laborum, ac propriis vocabulis increpans munimenta, aggeres,*

NOTÆ.

Qui munere fortunæ tantam venerationem receperat, ut felicitas ejus effugeret invidiam. Justinus de cohorte Alexandri lib. 13, *Ejus virtutis ac venerationis erant, ut Reges putares.* Ergo *a veneratione Augusti orsus.* id est orsus est dicere de magnitudine ac majestate illius principis. *Gronovius.*

A veneratione Augusti orsus.] Puto, non amplius veneratur humanam Augusti Majestatem, sed potius divinitatem ipsius colit. Nam tum inter divos adscriptus erat Augustus, hinc incipit Germanicus ab ipsius veneratione, seu precatione, quod idem est. Illum veluti Deum in principio orationis precatur & adorat. Sic infra lib. 2. 8 *Fossam cui Drusianæ nomen ingressus, precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum juvaret.* Statim initio precatur Drusum patrem, à fortiori, divum Augustum avum suum. Sic enim & infra 43 idem Germanicus precatur. *Tua dive Auguste cœlo recepta mens, tua pater Druse imago, tui memoria &c. eluant hanc maculam*, Sic & apud Curtium Alexander invocat patrem Philippum. etiam Tac. l. 14. 61. *Læti capitolium scandunt, deosque tandem venerantur*, id est precantur.

A veneratione Augusti orsus.] Turnebus ad hunc locum Virgilij:

Præfatus divos solio Rex infit ab alto.

Sic habet. Morem antiquorum expressit, qui antequam verba in Senatu vel concione facerent, deos precari solebant, ut & qui apud Christianos religiosissimi sunt, facere solent. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum censeo, quibus orationem auspicari solebant veteres oratores. *Deos immortales, judices, precor, deasque omnes.* Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in Senatu loquerentur, solebant. Id ex ea concione intelligi potest, in qua Gracchus occisus est, de qua sic Cornificius scribit, *cum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt.* Id est, cum, antequam populum alloqueretur & concionaretur, deos præcaretur. hæc *Turnebus.* Sic apud Curtium lib. 3. *Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater invocabatur. Domitaque nuper Bœotia, & urbis in ea nobilissimæ ad solum dirutæ species repræsentabatur. Sic & pinxere Græci artifices Periclem Olympium.* Pausania teste *Forma Periclis fuit è suggestu populum alloquentis, manibus junctis, quoniam concionaturus semper deos precabatur.* Sic & Livius lib. 39. *Cum post solemne carmen precationis quod præfari prius quam populum alloquantur, magistratus solent.* Puto tamen illam precationem deorum fuisse primam partem exordij, nec preces illas præcessisse orationem, nisi tamquam initium orationis. Sic quippe deos bis precarentur, primò nempe, antequam al-

cusant, *vallum*, *fossas*; *pabuli*, [1] *materiæ lignorum adgestus*, *&* si qua alia ex necessitate, aut [2] adversus otium castrorum quæruntur. Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut supra stipendia numerantes, [3] *mederetur fessis*, *neu mortem in iisdem laboribus*, *sed finem* [4] *tam exercitæ militiæ*, *neque inopem requiem*, orabant. Fuere etiam qui

INTERPRETATIO.

cibaria jumentorum, *sylvæ & lignorum acervos*: *& si qua alia* opera, *vel ex necessitudine*, *vel contra desidiam castrorum parantur. Truculentissimus veteranorum clamor audiebatur*, *qui triginta annos militiæ aut ultra reputantes*, *rogabant ut succurreret lassis & ne vitæ finem in iisdem ærumnis invenirent.* invenirent. *Sed exitum tamen laboriosæ militiæ*, *neque egenam quietem* postulabant *Extitere etiam qui relictam supremis tabulis divi Au-*

NOTÆ.

loqueretur, dein principio adlocutionis & hoc loco innuere apertè videtur Tacitus Germanicum incepisse orationem, seu allocutionem *à veneratione Augusti*, dein flexisse *ad victorias Triumphosque Tiberij.* Puto, simul precabantur deos & simul alloquebantur plebem, seu militem. Pericles è *suggestu populum alloquitur manibus junctis*, quia simul & precationem ad deos, & vocem ad populum dirigebat initio suæ orationis, sic Demosthenes & alij prisci Oratores precationem deorum ab oratione sua non discurrunt, & Gracchus cum *inciperet deos precari* simul incipiebat concionari, idque exordium fuit.

1. *Materiæ lignorum adgestus.*] Putant nonnulli vocem *lignorum* superfluam, & esse glossema, seu interpretationem vocis *materia*, sed certe longè differunt *materia & ligna*, materia paratur ad naves, turres, machinas, & alia hujusmodi extruenda; at *ligna* longè ad alios usus, ad vallum, ad fossam implendam, ad limites struendos, ad ignem & alios castrorum usus.

2. *Adversus otium castrorum*] Hic intelligit longioris moræ, æstiva videlicet, aut hiberna, hic enim otio locus est, non in expeditionibus aut frequenti mutatione castrorum. Ita Corbulo. ii. 20. In castra consueta reducere exercitum jussus, *ne miles otium exueret*, *inter Mosam Rhenumque fossam produxit.* Sic 15. 53. *Ne segnem militem attinerent*, Pompeius Vetusque nonnulla opera moliri loquuntur. Seneca epist. 18. *Miles in media pace decurrit sine ullo hoste*, *vallum jacit*, *& supervacuo labore lassatur*, *ut sufficere necessariis possit.* Livius lib. 39. *Et quia à bello quieta ut esset provincia*, *effecerat*, *ne in otio militem haberet*, *viam à Bononia perduxit Arretium.*

3. *Mederetur fessis.*] Similia milites Julij Cæsaris in seditione apud Lucanum

———— ——— —*jam respice canos*,
Invalidasque manus, *& inanes cerne lacertos*
Usus abit vitæ, *bellis consumptibus ævum*
Ad mortem dimitte senes.

Sic apud Livium l. 4. 58. *Prensantesque veteranos stipendia cujusque & vulnera ac cicatrices numerabant quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda*, *quid superesse sanguinis*, *qui dari pro Reipub. posset?* cogitantes.

4. *Tam exercitæ militiæ.*] Præter pondus armorum, & valli, præter labores, prælia, plagas & verbera centurionum, præter vulnera hostium, præter spatia longa itinerum, etiam grave pondus perpetuo ferebat miles. Veget lib. 1. 9. *militari ergo gradu viginti millia passuum*, *horis quinque duntaxat æstivis*, *conficienda sunt. Pleno autem gradu*, *qui citatior est*, *totidem horis viginti quatuor millia peragenda sunt.* & ibidem cap. 19. *pondus quoque bajulare usque ad 60. libras & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt juniores*, *quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter & arma portandi.* Et cum sero advenerant, castra munienda fuerunt, pabula, cibaria, agger quærendus, excubiæ per vices agendæ in ipsis castris. Exercitijs etiã perpe-

legatam

legatam à divo Augusto pecuniam reposcetent, [1] faustis in Germanicum ominibus: &, si vellet imperium, promptos ostentavere. Tum uero quasi scelere contaminaretur, præceps tribunali desiluit. opposuerunt abeunti arma, minitantes, ni regrederetur. At ille *moriturum potius quàm fidem exueret* clamitans, ferrum à latere deripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prehensam dextram vi attinuissent. extrema & conglobata inter se pars concionis, ac vix credibile dictu, [2] quidam singuli, [3] propius incedentes, *feriret*, hortabantur: & miles nomine Calusidius strictum obtulit gladium, addito *acutiorem esse*. Sævum id mali- 36
que moris etiam furentibus visum: ac spatium fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur. Consultatum ibi de remedio. etenim nun-

INTERPRETATIO.

Augusti liberalitate repeterent, lætis in Germanicum ominibus, et, si caperet principatum, sese paratos, ultrò monstravere. Tum verò Germanicus, *quasi crimine pollueretur, è suggestu se confestim proripuit. Discedenti opposuere tela, minas intentantes, ni reverteretur. At ille exclamans se periturum potius, quàm sacramentum detrectaret, ensem à latere abripuit, sublatumque pectori infigebat, nisi prope adstantes manum occupassent, & vi cohibuissent. Remotior & conferta inter se pars multitudinis, & quod vix fidem inveniat, nonnulli singuli, propius* tribunal *accedentes, incitabant ut feriret, & manipularis vocabulo Calusidius nudum ensem ei porrexit, subdens acutiorem esse* mucronem. *Violentum id, malique exempli etiam insanientibus visum est, atque* interim *tempus datum, quo Cæsar ab amicis in tentorium deferretur. Agitatum ibi de modo sedandæ discordiæ,*

NOTÆ.

tuis fatigati in hibernis & stativis castris Livius lib. 26. 51 de Scipione. *Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt: secundo die arma curare & tergere ante tentoria jussit: tertiò die rudibus inter se, in modum justæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus jaculati sunt: quarto die quies data: quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris quietisque, quoad Carthagine morati sunt, servarunt.* Intelligit Livius *Charthaginem novam* in Hispaniâ. *Præpilata missilia* sunt, quorum mucro pila obtectus est, ne noceat. Sic etiam boni principes militem exercebant. Plinius paneg. *Hæc tibi apud hostes veneratio. quid apud milites? quam admirationem quemadmodum comparasti, quum tecum inediam, tecum ferent sitim: quum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres? nihil à cæteris, nisi robore ac præstantia differens, quum libero marte nunc cominus tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum, & lætus, quoties aut cassidi tuæ, aut clypeo gravior ictus incideret?* Multa etiam alia quæsita advetsus otium castrorum, metalla investigata, & fossæ factæ, quibus flumina derivarentur, viæ stratæ lapidibus, pontes structi, &c.

1 *Faustis in Germanicum ominibus.*] Omina hoc loco sunt acclamationes propria significatione. *Omen* enim dictum quasi *osmen* aut *oremen*, quod ore & verbis fiat. Sic infra 5. 4. *Festis in Cæsarem ominibus.* Plinius 28. 2. *Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.* Alter Plinius *Optamus tibi & ominamur proximum in annum consulatum.* Ita hic milites Germanico imperium.

2. *Quidam singuli.*] Sic supra Tacit. *Singulæ quædam cohortes.* Non simul, non confertus miles accedebat ad tribunal Cæsaris, sed unus, dein alter succedebat propius, & ut feriret hortabantur.

3. *Propius incedentes.*] Legunt *accedentes*, sed sic intellige, non tamen lege.

tiabatur *parari legatos, qui superiorem exercitum ad caussam eandem traherent: destinatum excidio Ubiorum oppidum:* [4] *imbutasque præda manus in direptionem Galliarum erupturas.* Augebat metum gnarus Romanæ seditionis, & si omitteretur ripa, invasurus hostis. at si auxilia & socii adversum abscedentis legiones armarentur, civile bellum suscipi: periculosa severitas, flagitiosa largitio, seu nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti Respub. igitur volutatis inter se rationibus, placitum ut epistolæ nomine principis scriberentur: *missionem dari vicena stipendia meritis,* [1] *exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, cate-*

INTERPRETATIO.

quippe afferebatur destinari oratores, qui illicerent legiones superioris Germaniæ in easdem partes: delectam prædæ & exitio civitatem Ubiorum: illectas avidasque prædæ legiones in populationem Galliarum irrupturas. Intendebat paverem conscius discordiæ Romanæ hostis, etsi ripa desereretur irrupturus: at si auxiliares socijque adversum deficientes legiones immitterentur, ad arma civilia iri, anceps asperitas & plena probri largitio, seu nihil legionibus, seu cuncta tribuerentur, in discrimine esse rempublicam. Itaque ponderatis inter se momentis censuere, ut litteræ nomine Imperatoris componerentur: missionem concedi militibus, qui viginti annis meruissent, solvi sacramento qui sexdecim stipendia fecissent, & illos retineri apud vexillum, cæterorum exemptos nisi re-

NOTÆ.

4. *Imbutasque præda manus.*] *Imbutæ* hic sunt condocefactæ & quasi initiatæ. Sic lib. 3. hist. *ut civili præda miles imbueretur.* Id est, ut sensim paullatimque assuesceret atque erudiretur.

1. *Exauctorari.*] Exautorationis ea vis, ut legio aliqua sacramento solveretur, signis aquilaque ademptis, non tamen dimitteretur protinus, sed seorsum in exercitu ageret, sub uno aliquo vexillo, donec præmia solverentur & agri. Interea immunis à labore, excubiis & muniis, excepta pugna. Hæc *Lipsius.* Ex instituto Augusti, & nova fuit illa *exauctoratio* post 16. stipendia. Nec, puto, tota legio umquam exauctorata simul, nec id fieri potuit, quia semper in legione plures tirones, seu novi milites, qui exauctorati simul cum veteranis non poterant, & haud dubiè numero plures, quam veterani, nec umquam aquila, aut signa adempta legioni universæ, nisi cum plenè dimitteretur. Et tamen tum etiam sub vexillo & signis cohortium in colonias ducebantur, totæ legiones, nec etiam universa legio sub uno aliquo vexillo agebat. Quis putet unum vexillum sufficisse toti legioni exauctoratæ? Potius exauctorati veterani & à sua legione, quæ nomen & aquilam conservabat, separati, pro numero suo, vel sub uno vexillo merebant, vel sub pluribus, si multitudo ita postularet. Saltem omnes veterani cujuslibet legionis sub uno vexillo merebant.

Attamen *veterani* qui exauctorati ex pluribus legionibus in seditione Germaniciana, repetant *vexillum* in domo Germanici situm. Sicque veterani illi multarum legionum, videntur locati & meruisse sub uno & eodem vexillo, forte ut sic corpus militare validius & fere instar legionis constituerent. Posset tamen intelligi sensum Taciti esse, ut *veterani* illi nuper exauctorati suum quisque vexillum è domo Germanici repeterent, & forte hactenus satis fuerit, divisos illos veteranos turbidos sub suo quemque vexillo agitasse, quam simul permixtos. Nihil tamen audeo affirmare: sufficit mihi nunc legionem totam non esse simul sacramento solutam, nec ipsi aquilam & signa simul toti adempta esse, sed tantum veteranos delectos ex ætate & stipendiis exauctoratos esse, cæteros nomine legionis & sub aquila relictos. An au-

cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis: legata quæ petiverant exsolvi [2] *duplicarique.* Sensit miles in tempus conficta, statimque flagitavit. 37
missio per tribunos maturatur: largitio differebatur [3] in hiberna cujus-

INTERPRETATIO.

hostis, legatam ab Augusto pecuniam quam poposcerant, persolvi & duplicari. Cognovit miles simulata hæc ad tempus, statimque hæc *postulavit, exauctoratio festinatur per tribunos: pecunia differebatur,* solvenda *in hibernis cujuslibet* legionis: *Noluere proficisci legiones*

NOTÆ.

tem illi veterani, sic missi, essent immunes ab excubiis, valde ambiguum, puto, id locum habuit tantum, cum essent in iisdem castris cum novo milite, sed cum in castellis, limite, aut præsidiis dispositi essent. certe tum ipsi excubias & cætera munia belli exsequi debuerunt, sed uno loco tantum, nullis viarum aut exercitationum laboribus fatigari.

1. *Cæterorum immunes.*] Immunes cæterorum onerum atque laborum, nisi, ut in hostem pugnarent. *Freinshem.* quod falsum. Nam & præsidia agitabant in castellis & limitibus imperij, unde propellebant hostem, si lacesseret. Igitur custodias & excubias agebant, quamvis nec ad longinqua bella præliaque, nec forte in diversas provincias traherentur, nec cætera belli munia obirent, veluti tirones, utpote qui senes jam & fessi laboribus erant; quamvis forte, cum in iisdem castris erant, una cum cætero exercitu tum custodias & vigilias & cætera belli, non obibant, sed tantum propellebant hostem, & pugnabant.

2. *Duplicarique,*] Sicque recipiebat miles veteranus emeritæ militiæ præmium; qui ritus ut plenè intelligatur. Primo pretorianus miles (quia nobilior illa militia) exauctoratus post sedecim annos recipiebat vicena millia nummorum sestertiorum (ejusdem valoris sestertius & nummus) Itaque suppono ut verum, sestertium valere unum assem & dimidium nostri moris. Itaque 100. nummi valent nostro more duos coronatos & dimidium 1000. nummi 25 coronatos. seu 75. libras nostras. Sic viginti millia nummûm seu sestertiorum sunt, nostro more 500. coronati, seu 1500. libræ, & hoc præmium emeritæ militiæ, seu commodum recipiebat miles prætorianus missus post 16. annos. At legionarius miles post 20. stipendia missus præmium militiæ recipiebat duodecim millia nummorum, qui valent nostro more 300. coronatos, seu 900. libras: & tamen retinebantur adhuc sub vexillo, *veteranorum* nomine, *cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis.*

Nihil dico de missione, seu exauctoratione militis legionarij post 16. annos. quippe ea expressa per seditionem non duravit, tum præmium idem fuisset, nempe 12. millia nummûm. An vero prætoriani exauctorati retinerentur adhuc sub vexillo quemadmodum legionarij, non perinde liquet. quasi verisimile sit post 16. stipendia non plene dimissos esse cum tantis commodis, neque illi ultro abesse à militia tam quæstuosa voluissent, duplum enim stipendium recipiebant, præter donativa Cæsarum & delitias urbanas. Video fuisse *veteranos*, fuisse *vexillarios* legionum, fuisse etiam *vexillarios* cohortium, & haud dubiè *veteranos*, quia cohortes civium Rom. (has tantum intelligo, non sociorum) ejusdem conditionis, ac legiones. At de prætorianis nihil tale reperio. Sed de his alibi fusius,

2. *In hiberna cujusquam.*] Æstiva castra plures legiones habuerunt intra idem vallum, paratas hosti: ubi hiems ingruebat, abibant in hiberna, quæ sæpius intra urbes, aut proxime eas: & abibant discretæ ac separatæ legiones, ut sæpius tot civitates hibernis tenerent, quot legiones essent, aut si quando duæ tenerentur iisdem hibernis, castra tamen separatim metarentur. Exempla ubique apud Cæsarem, Tacitum, alios; & nostra militia idem tenet, quæ singulas catervas hibernatum mittit, præsidio singulis civitatibus

que [1] non abſceſſere quintani unetviceſimanique, donec iiſdem in æſtivis contracta ex viatico amicorum ipſiuſque Cæſaris pecunia perſolveretur. [2] Primam ac viceſimam legiones Cæcina legatus in civitatem V-

INTERPRETATIO.

quinta atque una & viceſima, donec ipſis numeraretur pecunia in his ipſis caſtris collecta ex fiſco amicorum ipſiuſque Germanici. Cæcina præfectus reduxit primanos ac viceſima-

NOTÆ.

in exercitu Pannonico ſupra cap. 30. ubi vides iiſdem æſtivis arctatas ſimul tres legiones; ſeparatas, quum itum in hiberna. Itaque *nonani* illi manendum ſimul in æſtivis clamabant, dum pollicitorum fides appareret, ne ſeparati ſpernerentur. Idem prorſus, in hoc exercitu Germanico fuit. Quatuor legiones in iiſdem æſtivis erant: *prima, quinta, viceſima, unetviceſima.* Earum ſeditionem periculoſiſſimam ſummæ rerum veritus Germanicus, literas Tiberij fingit, quîs promiſſa miſſio & pecunia: ſpe fore, ut pollicitis deliniti placarentur, quæ deinde ſeparatis in hiberna repreſentarentur, uti è re & commodo reipub. viſum eſſet. Senſit miles & promiſſorum fidem præſentem flagitavit. Itaque miſſio feſtinatur & pecunia differtur, donec in hiberna diſcretis legionibus ſolveretur. Itaque leviſſima mutatione ſcribendum: *Largitio differebatur in hiberna cujuſque. Non abſceſſere Quintani.* Rurſus ut in illo ſuperiori loco: *& ſoluti viaculo ſuiſ quiſque hibernis redderentur.* Nam mox vides *quintam & unetviceſimam* legiones hiemare in veteribus; *primam & viceſimam* apud Aram *Vbiorum*, & ibi diſcreta primæ legionis caſtra. Hæc *Mercerus.*

1. *Non abſceſſere quintani unetviceſimanique.*] Cum acquieſcerent primani & viceſimani, tardum fuit quintanis viceſimaniſque expectare, donec in hiberna veniretur; ideoque acclamitaverunt minitabundi, non ſe veſtigium moturos, non in officio futuros, niſi & nummi repreſentarentur: nec deſtiterunt tumultuari, donec concederet Germanicus. Hoc cum extorſiſſent duæ legiones improbæ; ſi non neceſſario; at prudenter placuit, ut modeſtioribus & moram paſſis ultrò par honor haberetur; ne illi videntes, contumaciam furoris ſociis profuiſſe, rurſus exaſperarentur, & male obrutum incendium reſurgeret.

Non abſceſſere.] Senſus hujus loci eſt. cum *largitio* differeretur *in hiberna*, cæteri quidem acquieſcebant, at *nonani & unetviceſimani* diſſidentes, proficiſci noluerunt, quin prius perſolveretur ipſis pecunia promiſſa. Quorum exemplo aliæ legiones adhuc motum ſeu exitum diſcordiæ ſpeculantes, pecuniam ſuam etiam recepere, hinc dicit Tacitus ipſas reductas *turpi agmine*, cum pecuniam Imperatoris inter ipſa ſigna miles aveheret. Sicque ſe geſſit Germanicus, ne diligere & potius præmiis afficere ſeditioſas ac turbidas legiones, quam quietas & pacem agitantes; & etiam ne vi ad id compelli putaretur. Par decus & par prœmium modeſto militi tribuit, etiam ne præferendo legiones alias aliis, exaſperaret, quaſi illas contemneret.

2. *Primam ac viceſimam.*] *Largitio differebatur in hiberna cujuſque.* Sed nolunt abſcedere quintani unetviceſimani, donec in iiſdem æſtivis contracta undecunque pecunia ſibi ſolveretur. Sicque cauſam communem legionum ipſi ſuſtinent. Itaque quatuor iſtis legionibus ſoluta eſt pecunia eodem loco, contracta ex viatico ipſius Cæſaris & amicorum. Et cum dicit Tacitus primam ac viceſimam legiones *turpi agmine* reductas cum *fiſci ex imperatore rapti eſſent:* &c id intelligendum pariter & à fortiori de aliis duabus legionibus, nempe de *quinta & unetviceſima*, quæ & ipſæ pervicaces fuerant, idque efflagitarant expreſſerantque à Cæſare.

biorum reduxit turpi agmine, cum [1] fisci de imperatore rapti inter signa
interque aquilas veherentur. Germanicus superiorem ad exercitum pro-
fectus, secundam & tertiam decumam, & sextam decumam legiones
nihil cunctatas sacramento adigit. Quartadecumani paulum dubitaverant.
pecunia & missio, quamvis non flagitantibus oblata est. At in Chaucis 38
cœptavere seditionem, [2] præsidium agitantes vexillarij discordium le-

INTERPRETATIO.

nos in oppidum Vbiorum fœdo agmine, cum pecunia ex duce rapta traheretur inter vexilla & aquilas. Germanicus ad superioris Germaniæ exercitum se conferens, legiones secundam, tertiam decimam & sextam decimam nihil moratas in verba Tiberij adegit. Quartadecimani paulisper cunctati erant, largitio & exauctoratio ipsis quamquam non postulantibus repræsentata est. Sed apud Chaucos initium discordiæ fecerunt seditiosarum legionum vexillarii, qui ibi præsidium agebant, & hi præsenti duorum mi-

NOTÆ.

1. *Fisci.*] Adverte ex donativo quod milites consequebantur, dimidiam partem sequestrari debuisse apud signa, ne nempe per luxum pecunia illa absumeretur. Addit Vegetius: *Sepositio autem ista pecuniæ primum ipsis contubernalibus docetur accommoda (Nam cum publicâ sustententur annonâ, ex omnibus donativis augetur eorum pro medietate castrense peculium) miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam. Denique decem folles, hoc est decem sacci per cohortes singulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus in quem tota legio particulam aliquam conferebat sepulturæ scilicet causa, ut si quis ex contubernalibus defecisset de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa &c.* Igitur præter vestem & annonam publicam, seu stipendium suum miles recipiebat donativa, & ex illis donativis tantum, non ex stipendiis medietas sequestrabatur in castrense peculium, & apud signa deponebatur. & ut erant in qualibet legione decem cohortes, & quælibet cohors habebat suum signum seu vexillum, ita apud quodlibet signum, cujusque cohortis deponebatur unus follis, seu saccus, in quo pecunia illa militum asservabatur.

Fisci.] Duo fiscorum genera erant apud signa, ut duo genera pecuniarum, *principis* Rom. & *privatorum*, signa apud Romanos sacra, quemadmodum templa Tac. 16 *Fulgentibus aquilis in modum templi:* & quemadmodum Romæ pecunia reponebatur apud templa & ædes deorum, sic & apud signa Suet. Domit. 7. *Geminare legionum castra prohibuit, nec plusquam mille nummos à quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res novas moliens, fiduciam recepisse, etiam ex depositorum summa videbatur.*

2. *Præsidium agitantes vexillarij discordium legionum.*] Frequens auctori nostro vexillariorum mentio. At quod militum genus esset, haud satis liquet. Lipsius de militia Romana l. 1. Dial. 8. & lib. 5. Dial. 19. fuisse tradit, exauctoratos milites, & nondum plenè missos, qui dum prœmia & agros expectant, velut veterani & evocati quidam à legionibus discreti, ad vexillum retinebantur, ideoque *vexillarij* dicti: ac de his capienda esse verba Taciti, de exauctoratis, paullò supra: *missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis.* Ipsum & alij sequuntur. Tamen multa sunt, quæ me dissentire cogant Nunquam enim eos Tacitus *veteranos* appellavit, aut aliquid dixit, unde id suspicari possis.

Immo contrarium arguitur lib. 2. hist. *Nec tres prætorias cohortes, & mille vexillarios, cum paucis equitibus, veterano exercitui objicere,* & inferius: *quippe Bo-*

gionum, & præsenti duorum militum supplicio paulùm repressi sunt.

INTERPRETATIO.

litum nece tantisper coerciti sunt. Præceperat id Mennius castrorum præfectus laudabili

NOTÆ.

driacensi acie, vexillariis tantùm pulsis, vires legionis non affuisse. Secundo, cum aliquando maximus *Vexillariorum* numerus esset in exercitibus, sicuti eodem lib. secundo hist Muciano tribuuntur *tredecim vexillariorum millia*; si veterani omnes, quæ vires illis resistere potuissent? ac tot simul sub vexillo retenti, dum agros & præmia expectarent, quas turbas & seditiones suscitavissent, ea efflagitando; corruptissima præsertim disciplina? eum de legionariis ipsis, qui nondum veterani, id sæpius audiatur. Tertiò, quod hic Tac. loquitur de agitantibus præsidium in Chaucis verisimile est, eos aliquandiu ibi mansisse, at missio & exauctoratio à Germanico paulo antea, ac forsan illis ipsis diebus data fuit, ut supra patet: ergo *vexillarij* isti ex eodem numero exauctoratorum esse non poterant. Quartò, exauctorati tunc apud aram Ubiorum sub vexillo hiemabant, ut paulò infra Tacitus ait: ergo non iidem qui in Chaucis.

Quintò & ultimo, veterani ab sexdecim annis cæterorum erant immunes, nisi propulsandi hostis: ergo & præsidij agitandi & tamen id præcipuè muneris ab istis curabatur. Censeo igitur eos fuisse partem legionariorum militum, qui à sua legione abessent. ac *vexillarios* appellatos, quia sub aquilis legionum separati, sub vexillis propriis militarent. Observabis enim eos plerumque alicujus *legionis vexillarios* dici, & tamen eam ipsam legionem, non esse inter præsentes. Firmatur hæc opinio lib. 2. histor. *Præcipua quartadecimanorum ferocia, qui se victos abnuebant: quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.* At superius eodem lib. dixit, è Dalmatia præmissa Othoni bina millia militum è quatuor legionibus, quarum præcipua quartadecima; ergo inter præmissos illi, quos postea, suos *vexillarios* legio vocat.

Clarius eodem lib. in ipsa pugna: *circumventi plurium accursu Quartadecimani.* Nempe iidem, quos deinde dixit, *vexillarios pulsos.* Nam legio ipsa prælio non adfuit, ut patet. Juvat etiam locus Annal. lib. 14. *Iam Suetonio quartadecima legio, cum vexillariis, vicesimariis, & è proximis auxiliares, decem ferme millia armatorum erant.* Paulò post dum eosdem in aciem componit, ait *legionarius frequens ordinibus, levi circum armatura conglobatus, pro cornibus eques astitit.* ubi *legionariorum* appellatione videtur simul comprehendere quartamdecimam legionem, ac *vexillarios* vicesimæ. Nam pro levi armatura capiendi sunt *auxiliares*, ut docet Lipsius de militia Romana lib. 2. Dial. 2.

Item *vexillarios* non fuisse equites, alibi Tacitus probat qui separatim, *vexillarios & equites* appellat. Aliquando Tacitus pro *vexillariis*, dicere solet, *vexillum.* Annal. lib. xv. *vexilla delectorum ex Illyrico & Ægypto* Hist. lib. 2: *Tertiadecimæ legionis vexillum.* lib. 3. *Cum vexillis nona, secundaque & vicesima Britannicarum legionum.* Nam de his ipsis in fine libri 2. dixit: *cum vexillariis trium Britannicarum legionum.* Habemus etiam *vexillarios cohortium* histor. lib. 3. *Antonio vexillaries è cohortibus & partem equitum, ad invadendam Italiam rapienti.* Quos eadem ratione interpretor milites à cohortibus suis, nempe auxiliariis separatos *Pichena*.

Præsidium agitantes vexillarij.] Rectè & verè differit Florentinus interpres adversus Lipsium, Unum tantum adnotabo, in quo videtur errasse, nempè cum dicit, hoc fuisse discrimen, inter veteranos & vexillarios, quod veterani *cæterorum immunes essent, nisi propulsandi hostis.* Sicque & præsidium agitandi fuisse immunes, non autem *vexillarios*, qui præcipuè ad id destinabantur. Certè *veterani* etiam præsidia agitabant sub vexillo suo, tenebantur enim propulsare hostem, at quomodo propulsarent hostem, nisi in stativis castris & per castella & colonias dispositi mere-

Jusserat id Mennius castrorum præfectus, bono magis consilio,

NOTÆ

rent: an in præliis tantum? quasi verò singulis diebus acie ordinata prælia committantur? & *rò propulsandi hostis* magis & sæpius intelligendum de præsidiis in quibus disponebantur, & à quibus arcebant hostem, quam de præliis; & haud dubiè potius stabant aliquo certo loco illi veterani senio fessi, quam in diversas terras ad prælia traherentur.

Præsidium agitasse *veteranos* illos patet ex Tacito infra hoc lib 44. *Secuti exemplum veterani haud multò post in Rhætiam mittuntur specie defendendæ provinciæ ob imminentes Suevos*. At quomodo defendunt Rhætiam veterani, nisi præsidium ibi agitarent? Certè separati in perpetuum à sua legione militant, quemadmodum & vexillarij ad tempus tantum. Igitur potiùs limitem tuebantur in castellis & præsidiis, quam prælia committerent, erant enim soli & desolati, ut ita dicam, & procul à robore legionum amoti. Et eo consilio veterani deducebantur in colonias, etiam inter Barbaros nuper victos, ut custodirent, præsidiumque agitarent. audi Tacitum l. 14. 31. Ubi de Britannis rebellantibus. *Acerrimo in veteranos odio. quippe in coloniam Camalodunum recens deducti pellebant domibus, exturbant agris &c Nec arduum videbatur exscindere Coloniam, nullis munimentis septam, &c.* Igitur Camaloduni præsidium agitabant veterani, certè ibi impetu Barbarorum circumventi sunt, & de illis ea intelligenda: *Templum quo se miles conglobaverat, biduo obsessum, expugnatumque.*

Fallitur etiam *Pichens*, cum dicit ex cohortibus *auxiliarium*, selectos & missos fuisse *vexillarios*. Nam tantum è legionario, seu subsignano milite vexillarij mittebantur, ut ipsum nomen *vexillariorum* indicat. Mittebantur igitur *vexillarij* è legionibus tantum & ex cohortibus civium Romanorum, quæ separatæ ab omni legione militabant, & quæ ejusdem conditionis erant ac legiones, ut & alæ equitum, quæ etiam separatæ merebant tum temporis. Et cohortes auxiliarium contradistinctæ ab istis cohortibus, quæ è civibus Romanis delectæ, legionariæ, aut quasi legionariæ erant.

Auxiliares in locum *sociorum*, seu levium successerant, sicque haberi non debent inter *subsignanos* neque *vexillarios* dare potuerunt, qui legionarij, subsignani, gravis armaturæ milites, & cives Romani erant. Quemadmodum olim in vetere militia socij, licet eadem cum Romanis disciplinâ instituti militarent, tamen non constituebant legionem, sed ad latera legionum Romanarum, quæ mediam aciem firmabant, disponebantur, neque propriè subsignani seu legionarij erant, licet etiam sua signa haberent, ita neque auxiliares isti, novâ militiâ sub Cæsaribus, in subsignano milite censebantur, licet etiam forte sui moris vexilla præferrent, & sic illi subsignanum militem, seu *vexillarios* mittere non poterant.

Præterea *vexillarij* nostri soli & seorsim ad diversa ministeria belli procul mittebantur. At quis sanæ mentis, dicat auxiliares solos, & seorsim agmen constituisse, & sic incessisse ad præsidia præliaque: quis. Romanus sanæ mentis provincias & bella externæ fidei committat? Nullum discrimen inter subsignanum & legionarium militem, nisi quod legionarius sub aquila mereret, subsignanus sub vexillo & sub signis, cætera paria. Subsignani illi sunt *vexillarij* propriè qui separati ab aquila & legione sua ad tempus erant.

Vexillarij.] Prolixè de *vexillariis* agit *Salmasius* in lib de re militari Roman. sed in eo errat, quod *vexillarios* legionum comparet cum velitibus, seu levibus & antesignanis veteris militiæ Romanæ, erant enim vexillarij verè legionarij, verè subsignani & gravis armaturæ milites, erant robusti, *electi* & expediti: ideoque seligebantur ex cohortibus & legionibus, mittebanturque procul à sua legione ad diversa ministeria belli, quo ire tota legio non potuit utpote machinis, impedimentis & sarcinis gravis & minus expedita, auxiliares vero cohortes & alæ loco velitum & levium erant in nostra hac militia sub Cæsaribus.

Erravit etiam Salmasius in eo quod certum numerum *vexillariorum* præfiniat in qualibet legione, nempe sexcentos

quam concesso jure. Deinde intumescente motu profugus repertusque, postquam intutæ latebræ, præsidium ab audacia mutuatur: *Non præfectum ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium imperatorem violari*, simul exterritis qui obstiterant, raptum uexillum ad ripam vertit, *& si quis agmine decessisset, pro desertore fore* clamitans, reduxit in hiberna turbidos

INTERPRETATIO.

magis instituto, quam pro legitima potestate. Mox ingravescente seditione fugit, inventusque est, & postquam sibi male tutum effugium esse cognovit, auxilium ex constantia petit, non præfectum ab illis, sed Germanicum imperatorem, sed Tiberium principem lædi minuique: simulque perterrefactis, qui adversati fuerant, rapit vexillum, & ad Rheni *ripam iter flectit, & si quis ordine abcessisset, quasi desertorem habitum iri clamitans, reduxit in castra turbulentos, sed nullum scelus ausos. In ea m ssi à patribus le-*

NOTÆ.

vexillarios vult semper fuisse eo nomine, & officio perpetuo ad id destinatos. Sed Mucianus ex Syria secum trahit tredecim millia *vexillariorum*. At in toto Oriente erant forte sex legiones ad summum; unde igitur exorti tot vexillarij Muciani? certe vacua nomina legionum reliquerat Mucianus in Oriente, sub vexillis robur omne legionum Syriacarum ducebat, hos autem expeditos & electos vocabant vexillarios. At juxta sententiam Salmasij, Mucianus adduxisset tantum ex Oriente 3600. vexillarios? & quid hoc ad tantam belli molem, qua nempe de fortuna imperij & orbis decidi debuit.

Errat igitur etiam Salmasius in eo quod vexillariis istis affingat officium illud nomenque perpetuum & cum essent in legione, & extra legionem. Nam certè *vexillarij* à legione sua separati nomen habuerunt, & *vexillarij* talis legionis vocabantur, at revocati semel & restituti suæ legioni nomen illud & officium statim amittebant; nihilque distinctum habuere à legionariis, qui sub aquila & in corpore legionis merebant, nisi quod separati ab aquila & corpore suæ legionis militabant, ferè veluti cohortes Romanæ, aut alæ quæ separatæ & seorsim merebant, & maxime fallor, nisi sæpe ex qualibet legione duo, tria, vel quatuor millia hominum sæpe seligerent, ita ut desolatam ferè aquilam relinquerent & vacuum nomen legionis, ut ex Tacito multis locis colligere est. Præsertim ubi agit de Vitellio Britannicas & Germanicas legiones, seu vexilla illarum secum in Italiam rapiente.

1. *Quam concesso jure.*] Soli enim illi jus plectendi militis, qui exercitus rector. Et Augusti quidem instituto (quod apud Dionem lib. LIII.) solis proprætoribus, sive legatis Augusti, quos gladio succinxerat, id jus fuit: postea enim proconsulibus, universisque provinciarum rectoribus, ex lege VI. deoff. præsid. Saltem ut punirent milites gregarios leg. IX. de custod. reorum. qui exercitum accipit, jus animadvertendi in milites caligatos habet.

Bono magis exemplo, quam concesso jure] Ego accipio: magis opportunè atque utiliter, quam legitimè & ex disciplinâ. Nam imitationem, si cogites, *exemplum malum* erat, præsertim militiæ, gladio quemquam uti, cui jus utendi non est, vel in usum publicum. Unde illud Galbæ: *Commilito quis jussit.* Et inde ausus L. Otho Imperatoris pater: *Milites quosdam, quod metu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire, & quidem ante principia se coram, quamvis ob idipsum promotos in ampliorem gradum à Claudio sciret*, quo facto gloriam cum auxisse testis. *Suetonius.*

&

& nihil ausos. Interea [1] legati ab senatu regressum, jam apud [2] aram Ubiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones prima atque vicesima, 39
[3] veteranique nuper missi sub vexillo hiemabant. Pavidos & conscientia vecordes intrat metus, venisse matrum jussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant. Vtque mos vulgo, quamvis falsis reum

INTERPRETATIO.

gati conveniunt Germanicum, jam ad aram seu oppidum *Vbiorum reversum. Ibi in hibernis erant duæ legiones, prima atque vicesima, simul & veterani nuper exauctorati apud vexillum habebantur. Trepidos* veteranos *& scelere vesanos incessit formido, venisse legatos decreto patrum, qui abolerent ea, quæ per vim & discordiam extorserant, & ut vulgus solet, quamquam fictis* criminationibus *reum aliquem supponere, increpant*

NOTÆ.

Eodem pertinet Velleij, cum Clodium à Milone jugulatum ait, *exemplo inutili, sed facto salutari Reipublicæ.* Hic respexit ad imitationem. At Tacitus *bono exemplo* non dixit pro re imitanda, sed simpliciter pro *bene*; quemadmodum Juvenalis, *exemplo quodcumque malo committitur.* Hoc est, male aut perperam. Bene autem factum interpretatur ob utilitatem præsentem.

Bonum & utile factum pro re & occasione, & ex quo etiam forte utile sumi exemplum posset in simili casu: at absolutæ & simpliciter inconcessum, & præter disciplinam, præterque leges Imperij commissum, ut puto L. Otho apud Suetonium animadvertit in milites, non tantum quia inconcesso jure occiderant præpositos suos, quasi defectionis auctores, sed etiam quia ipsi milites ejusdem criminis rei occiderant præpositos, jam ad meliorem mentem reversos, & quia vindicabant ipsi crimen quod commiserant, & quia fraude id agebant, nempe ut sic se absolverent, cædeque, sic ducum prœmia à principe obtinerent.

1. *Legati ab senatu.*] Deligebantur legati à senatu & è senatu. Cic. in Vatinium *Ne hæc quidem senatui relinquebat, quæ nemo umquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legerentur. Adeone tibi sordidum consilium publicum visum est, adeo afflictus senatus, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilij auctores, non ministros muneris provincialis, senatus, more majorum deligere possit.*

2. *Ara Vbiorum.*] Fuit forte exstructa in honorem Augusti, quemadmodum Ara Lugduni structa erat, de qua Suet. Claud. 2. *Claudius natus est Iulio Antonio, Fabio Africano Coss. Cal. Augustis, Lugduni. eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est. &c* De qua ara Strabo lib. 4. ubi de Lugdunensi oppido. *Ibi templum ab universis Gallis communi impensa in honorem Augusti Cæsaris extructum fuit. Aderat & ara dignitatis eximiæ cum titulo gentium sexaginta, quæ singulæ singulas statuas ibidem erexerant.* Eo exemplo puto & Nationes Germanicæ, præcipuè Cisrhenanæ aram illam Ubiorum exstruxerant. Et ejusdem dei sacerdotes erant primores istius gentis.

Id genus aræ multas partes habuerunt & magnificè, summoque splendore exornatæ erant, qualem describit, ut puto, Pausanias in Atticis. *Apud Oropios templum Amphiarao, & eidem è candido lapide signum. Ara quidem ejus in partes distributa est quinque, earum una Herculi, Iovi, Apollini Pæonio: altera heroibus eorumque uxoribus; Vesta tertia, Mercurio, Amphiarao & Amphilochi filiis, &c. Quarta ara pars Veneri Panaceæ, Iasoni, Hygiæ, Minervæ Pæoniæ: quinta Nymphis, Pani, Acheloo & Cephiso omnibus sacra est.*

3 *Veteranique nuper missi sub vexillo hiemabant.*] Erant illi *veterani* missi nuper ex quatuor legionibus, nempe ex *una & vicesima, quinta, prima, & vicesima.* & omnes simul *veterani* illi quamvis è multis & diversis legionibus selecti *sub uno vex-*

ſubdere, Munatium plançum [1] conſulatu functum, principem legationis, auctorem ſenatuſconſulti incuſant: & nocte concubiâ [2] vexillum in domo Germaici ſitum, flagitare occipiunt: concurſuque ad januam facto, moliuntur fores, extractum cubili Cæſarem, tradere vexillum, intento mortis metu, ſubigunt. Mox vagi per vias, obvios habuere le-

INTERPRETATIO.

Munatium Plancum virum conſularem, legationis ducem, tamquam decreti auctor eſſet, & nocte intempeſta, poſtulare incipiunt vexillum ſuum, in ædibus Germanici collocatum, & agmine facta ad fores, valvas effringunt, seguntque abreptum è ſtrato Cæſarem, necem intentantes, ſibi vexillum præbere. Dein per vias palantes, inciderunt in legatos, qui au-

NOTÆ.

illo hiemabant. in quo diſtingui debent à veris & propriè dictis *vexillariis*, nam iſti ex una certa legione ſelecti, ſub ſuo quiſque vexillo merebant; & dicebantur *vexillarij* talis legionis: ita ut, cum ſimul eſſent vexillarij plurium legionum in iiſdem caſtris, plura etiam habuerint vexilla. *Veterani* verò ſemel miſſi jam nullius legionis erant, & ex pluribus legionibus exauctorati & ſegregati in unum corpus componebantur, ordinabanturque ſub uno eodemque vexillo, vel forte ſub pluribus, pro numero ſuo. *Veterani* quippe potuerunt ſub pluribus vexillis ordinari; nam verbi gratia *veterani* inferioris Germaniæ legionum, non erant ordinati ſub eodem vexillo, quo *veterani* legionum *ſuperioris Germaniæ*, attamen non ordinabantur ſub vexillo, quod nomen ferret legionis ex qua extracti erant, quemadmodum *vexillarij*, quod notavi, ne *veteranos* confundas cum *vexillariis*. Forte & veterani ejuſdem legionis, ex qua miſſi erant ſub uno vexillo compoſiti, ſi numerus ſufficeret, quod melius utiliuſque & ipſis & Reipublicæ foret, quam ſi ex pluribus legionibus mixti eſſent.

1. *Conſulatu functum.*] Et quidem nuper. Conſul enim fuit anno ante, cum C. Silio. Munatium illum eſſe, qui cenſor fuit anno DCCXXXII. fuge credere. Non facile ætas fert; non Taciti verba. Dixiſſet enim potius à præcipuo honore, *cenſura functum.* filius, credo ejus. *Lipſius.*

2. *Vexillum in domo.*] Signum futuræ pugnæ vexillum purpureum fuit; quod adſervabatur meritò in tabernaculo ducis, quia illi ſoli jus & arbitrium proponendi: hoc illud vexillum eſt quod lymphati milites poſtulant, & cum eo jus ſcilicet cædis & armorum. *Lipſius.*

Vexillum in domo Germanici.] Non poſſum ſubſcribere viris doctiſſimis, quibus libenter aſſurgo. Quorſum enim ſignum pugnæ, ubi nemo hoſtis? Poſtquam in hiberna jam conceſſerant? ſed jus cædis, inquit, poſtulant & armorum. Itane armorum, adverſus quos? legatos? At hi inermes. Cædis tamen, quorum? eorumdem. At etiam ſacroſancti. An Germanicus, cum tandem, invitus licet, vexillum tradidit, ſimul jus dedit cædendi legatos? Dij meliora. Ego vero, *vexillum* intelligo, de quo legis hoc ipſo capite: *veteranique nuper miſſi ſub vexillo hiemabant*: quod nacti erant, cùm exauctorarentur. Hoc ſuſpicabantur veniſſe, qui ſibi ereptum atque ſuppreſſum irent ab ſenatu, legatos: ideo illud in ſua poteſtate eſſe optimum rebantur. Etſi enim tot erant caligæ, tot millia clavorum, ut, quamvis hoc ſuppreſſum eſſet, quod acceperant, aliud renovato tumultu extorquere poſſent, tamen ipſum omen verebantur, ſi, modo, quod accepiſſent, fieret irritum. Et facile ſubſerviebant veteranis, qui ſub ſignis manebant, quippe metuentes, ne, ſi veteranis aufferretur vexillum, ab ſeſe repeterentur nummi, eadem vi expreſſi.

Vexillum in domo.] Petebant nempe vexillum, quod ipſis nuper conceſſum erat, velut auctoramentum miſſionis ſuæ, & quia per vim illud expreſſerant, metuebant etiam, ne illud ſeveritate legatorum à ſenatu advenientium ipſis auferretur *Ve-*

gatos, audita consternatione ad Germanicum tendentes. ingerunt contumelias; cædem parant. Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat. neque aliud periclitanti subsidium, [1] quàm castra primæ legionis, illic signa & aquilam amplexus, religione sese tutabatur: ac ni

INTERPRETATIO.

dita seditione ad Cæsarem contendebant. Hos probris & conviciis incessunt, his necem destinant, præcipuè Planco, quem dignitas sua fugere prohibuerat. Neque aliud in tali discrimine suffugium fuit, quam stativa primæ legionis. Illic vexilla & aquilam com-

NOTÆ.

cordes intrat metus, venisse patrum jussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant. Et quia noctu in domo Germanici collocatum vexillum erat, non sine aliquo consilio & prudentia ducis, id sibi raptum senatusconsulto existimant, & cum eo missionem ablatam sibi fingunt. Hinc exardent veterani, quorum audaciæ legiones favebant, spe quondam paris licentiæ, & pariter in seditionem prorumpebant.

Vexillum in domo Germanici situm flagitare ocipiunt.] Sensus est, veterani nuper missi sub vexillo hiemabant: qui statim atque viderunt legatos à senatu missos, subit metus, illos legatos fuisse, ut irrita facerent, *quæ per seditionem expresserant.* Itaque nocte concubia, quo tempore major offunditur animis pavor, repetunt vexillum quod perlatum fuerat in prætorium Germanici. Cur autem repetunt suum vexillum? ne nempe senatusconsulto ipsis adimatur missio seu exauctoratio, quæ antea ipsis concessa fuerat à Germanico, cujus missionis, velut auctoramentum fuit, seu signum publicum tale vexillum, sub quo jam merere & hiemare cœperant. Cur autem perlatum fuerat tale vexillum in domum Germanici? Puto id factum ratione temporis, præter ordinem, ne nocte congregarentur sub vexillo suo veterani, & ne rursus exarderent seditiosi illi, & ne cæteros milites in eadem traherent. Quod vexillum ipsis reddebatur interdiu, cum nempe magis compositi in modestiam animi & cum rabies eorum, seu mala consilia explorari & prohiberi facilius poterant. & præcipuè metui hosce veteranos, hinc patet, quod statim separantur, & procul ablegantur à castris illis. Tacitus lib. 1 44. *Veterani haud multo post in Rhætiam mittuntur, specie defendendæ provinciæ ob imminentes Suevos. Cæterum ut avellerentur castris,* &c. Veteranis cæteri caligæ favebant spe paris licentiæ, spe ejusdem præmij aliquando & missionis, etiam post sedena stipendia.

Vexillum in domo Germanici.] Id explicui de veteranis, qui repetebant vexillum illud per seditionem expressum, sub quo merebant *immunes omnium nisi propulsandi hostis.* Idque firmat sententiam illam, quia metuebantur illi veterani, veluti capita discordiæ, & in illis causa omnium agebatur; nempe an emeriti forent post 16. stipendia. Itaque cæteros caligas facile trahebant. metuebatur igitur ne nocte cum suo vexillo sævirent, ideo que per noctem situm erat illorum vexillum in domo Germanici. At vix congregari & coalescere poterant, nisi sub tali vexillo; ut simul exardescerent, erumperentque, quod vexillum haud dubiè ipsis reddebatur de die, cum magis compositi in modestiam animi & cum facilius eorum consilia explorari & prohiberi poterant. Et certe re compositâ, non sine cruore tamen, statim ablegantur è castris teste Tacito lib. 1. 44. *cæterum ut avellerétur castris, trucibus adhuc non minus asperitate remedij, quam sceleris memoria.*

1. *Quam castra primæ legionis*] Si fuerunt in iisdem castris duæ legiones per castra hic intellige principia, in quibus erant aquilæ & signa primæ legionis, ut quælibet legio seorsim habuit sua principia ita

aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, (rarum etium inter hostes,) legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo [1]altaria deûm commaculavisset. Luce demum, postquam dux, & miles, & facta noscebantur, ingressus in castra Germanicus, perduci ad se Plancum imperat, recipitque in tribunal. Tum *fatalem* increpans *rabiem*, *neque militum*, *sed deûm irâ resurgere*, cur venerint legati, aperit: *jus legationis atque ipsius Planci gravem, at immeritum casum*, *simul quantum dedecoris adierit legio*, facundè miseratur, attonitaque magis, quam quieta concione, legatos præsidio auxiliarium equitum dimittit. Eo in metu arguêre Germanicum omnes, [2] *quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia & contra rebellis auxilium. Satis superque missione & pecuniâ, & mollibus consultis peccatum: vel si vilis ipsi salus, cur filium parvulum, cur gravidam conjugem, inter furentes, & omnis humani juris violatores haberet? illos saltem avo & Reipublica redderet.* Diu cunctatus, aspernantem uxorem, cum *se divo Augusto ortam*, *neque degenerem ad pericula* testaretur. postremo uterum ejus, & communem filium, multò cum fletu

INTERPRETATIO.

plexus sanctitate loci *sese tuebatur; ac nisi aquilifer Calpurnius vim ultimam prohibuisset, quod raro contingit etiam inter hostes, orator populi Romani, Romanas inter legiones, deorum aras cruore suo contaminavisset. Orta die tandem cum dux milesque & ea qua agebantur dignosci possent, vallum intrat Germanicus, & deduci ad se Munatium jubet, assumitque in tribunal. Tum fatalem incusans vecordiam, neque sponte legionum, sed cœlestium ira, malum recrudescere; exponit, cur missi sint oratores, & mira facundia deplorat jus legationis, quod sacrosanctum & inviolatum esse debuit; atque ipsius Planci discrimen ingens, & absque ulla sua culpa, simul quanta ignominia quantoque flagitio sese exposuerit legio prima, & stupente magis quam sedata multitudine. legatos abscedere jubet, alarium equitum præsidio stipatos. Ea consternatione increpabant Cæsarem, quod non se conferret ad superiores Germaniæ legiones ubi obedientia & adversus rebellantes præsidium. Satis superque exauctoratione & largitione & mitibus consiliis peccatum esse, vel si salutem suam ipse aspernaretur, cur retineret apud se tenellum filium? cur prægnantem uxorem haberet inter vesanos, & qui omne jus humanum polluissent? illos saltem principi & Reipublicæ servaret, cum diu dubitasset, tandem proficisci jussit uxorem, licet renuentem, ut quæ se divi Augusti sanguinem, neque in periculis pavidam aut degenerem profiteretur. cum sinum ejus & communem prolem multis cum lacrimis osculatus esset, eam dimisit, ingrediebatur*

NOTÆ.

&c. partem castrorum separatam, quæ castra talis legionis, seu principia dici potuerunt, quia separata, licet intra eumdem valli ambitum continerentur.

1. *Altaria deûm.*] Sunt aræ, ut opinor, quæ in principiis honori aquilarum & castrensium deorum statutæ erant: itemque principum, quorum effigies in signis. *Lipsius.* Puto, non fuerunt imagines deorum, aut principum in ipsis signis, sed inter signa ferebantur, distinguit enim Vegetius *imaginiferos & signiferos.*

2. *Quod non ad superiorem exercitum pergeret,*] Sic enim seditiosi, vel, metu, vel invidia mutati essent, metu, ne ab aliis in obsequio manentibus oppugnarentur, invidia, si alios ipsis antepotuisset Germanicus. Sic cum Treveros uxorem & filium amoveret, flexit animos militum. Tacitus, *nihil æque flexit, quam invidia in Treveros.*

complexus, ut abiret perpulit. Incedebat muliebre & [1]miserabile agmen,
profuga ducis uxor parvulum sinu filium gerens ; lamentantantes circum
amicorum conjuges, quæ simul trahebantur : [2]nec minus tristes qui ma-
nebant. Non florentis Cæsaris, neque suis in castris, sed [3]velut in urbe
victa facies, gemitusque ac planctus, etiam militum aures oraque ad- 41
vertêre. Progediuntur contubernijs : *quis ille flebilis sonus?* [4]*quod tam
triste? feminas illustres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil im-
peratoriæ uxoris, aut comitatus soliti, pergere ad Treveros, &* [5]*externæ fidei!*
Pudor inde & miseratio, & patris Agrippæ, Augusti avi memoria,
socer Drusus ; ipsa insigni fecunditate, præclara pudicitia : jam

INTERPRETATIO

fœmineum & flebile agmen, fugiens imperatoris conjux, & tenerum gremio puerum gestans ; ejulantes circum amicorum uxores quæ simul rapiebantur, nec minus mœsti qui remanebant. Non imperantis Cæsaris, neque tanquam suas inter legiones, sed velut in capta civitate species, fletusque, & ejulatus, convertêre etiam militum aures atque oculos. Prodeunt è tentoriis, rogitant, quis ille miserabilis planctus? quid tam mœstum? nobiles feminas, non centurionem ad præsidium, non militem, nihil imperatoriæ conjugis, aut consueti apparatus, ire ad Treveros & barbaræ fidei gentes. Hinc verecundia, & commiseratio, hinc & subit memoria parentis Agrippæ, & avi Augusti, Drusus socer, ipsa Agrippina *eximia fœcunditate & castitate insigni : tum puer in castris*

NOTÆ.

1. *Flebile agmen.*] Cum Agrippina Germanici se reciperet ad Treveros, ne putes adeo desolatam. Haud dubiè stipabat illam cohors fidorum militum, & sociorum & amicorum illustrium, sic olim data *pretoria* cohors Octaviæ Augusti sorori ad Antonium proficiscenti, insignibus suis armisque fulgens. Si concessa est matri & uxori principis statio & custodia prætorianorum & Germanorum, quid ni & uxori Cæsaris aliquantum decus concedatur? quid ni & Agrippinam prætoria cohors comitetur? præcipuè quum tunc ad se redierint seditiosi, seque ei ministerio haud dubiè obtulerint. dicit Tacitus *Flebile agmen*, quia mulieres in fletum effusæ abibant, quia in metu, pavore, & in extremis angustiis versabantur, quorsum insania & rabies seditiosorum evaderet, incerti.

2. *Nec minus tristes.*] Germanicus nimirum ejusque amici, quorum conjuges abscedebant. Nec enim *qua* legendum esse arbitror, nec referendum ad conjuges amicorum, cum verisimile sit in re tam trepida, & abeunte ducis uxore, earum paucas in castris mansuras fuisse.

3. *Velut in urbe victa facies gemitusque.* Hoc est, discessus hic muliebris agminis trepidus atque inhonorus, gemitusque ac planctus, etiam militum animos visu audituque percussit.

4. *Quod tam triste.*] Virgilius :
Triste lupus stabulis.

Ovidius :
Qui cum triste aliquid statuit, sic tristis &
& ipse.

Sic intelligo *quod* genus hominum aut rerum *tam triste?*

5. *Externæ fidei.*] Non ergo Colonia tunc *Treviri* fuisse videntur : etsi in hist. IV. bis sic appellat, putemque sub Claudio hoc jure demum donatos. *Lipsius*. Fortè sufficiebat esse Coloniam Germanicam ut externæ fidei vocaretur : saltem in ea occasione & præ castris legionum, & infestis jam iratisque animis vulgi id sic fortè dictum.

[1] infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem

INTERPRETATIO.

natus, in tentoriis legionum educatus, quem militari nomine Caligulam vocitabant, quia

NOTÆ.

1. *Iam infans in castris.*] Cajum Caligulam in castris natum versiculi prisci adfirmabant:

In castris genitus, patrijs nutritus in armis.

Iam designati principis omen erat.

Etiam Plinius in Germanica historia, apud Treveros, vico Ambiatino, id est apud hiberna legionum.

Suetonius non spernit solum sententiam hanc, sed longa, & acri disputatione evertit. Cui manus ego nondum do: Quid enim? an vulgus ejus ævj (nam versiculi illi, Caligula principe, statim divulgati sunt) nesciiis imperatoris sui solum genitale? tam impudenti mendacio ludere jus fuit? Non Plinius & Tacitus, ea quæ Suetonius, perviderunt? scilicet iis cura non fuit inspiciundi acta? *legi.* Non copia? *nugæ* At enim, inquit, natus est Cajus patre suo & C. Fonteio Coss. Pater autem consulatum eum anno toto gessit, & quidem in vrbe. Non igitur nasci potuit in, castris: quoniam pater demum exacto consulatu in Germaniam est missus. Primum Suetonij, quod tu sumis, ut datum, fieri potest ut quis illorum jubeat te reponere. Ambigo, inquam, utrum illæ meæ partes consentiant, consciscantque natum eo anno Cajum esse. Video enim dissentire alios in numero annorum, quos dicitur vixisse. Et quid si paulò ante natus sit, cum pater in Germania esset? quid si paulò post? deinde mi homo, quæritur quando natus Caligula sit, non quando satus. Nonne ipso patre consule, ut tu vis, nasci potuit in castris? Nec enim opus credo eam ad rem præsentiâ patris. Nam Germanicum constat ex Dione statim à clade Variana continenter in Germaniâ mansisse, adhuc usque consulatum. Suspicari autem probabiliter possum, uxorem, quæ tumida, & vicina partûs, relictam ab eo in Germaniâ, donec uterum posuisset. Nam circumduci in longo itinere feminas, ut prisci dicebant, *incientes*, non ex more, non ex usu. Potuit ergo nasci in castris, & tamen in consulatu patris. Sed *in Actis* reperio, ais, natum eum *Antij*. Quid si nomen tibi imponit, & Acta de alio quopiam Cajo, filio pariter Germanici, senserunt? Non enim Caligulæ cognomen discriminis causa, opinor, apponi potuit in Actis. Quoniam professio apud Acta, nato statim puero, fieri solita: cognomen autem illud postea in castris illi datum a veste. Denique contra tabulas Actorum, Plinij pagina est, & hic noster fidelissimus senex: mihi quidem testis ἐκ τῶν Διὸς δέλτων. Addis amplius, ex Augusti epistolis liquere bimulum demum perductum in castra: non ergo ibi natum. Batuis tu, non pugnas: rude, non gladio feris. Quid enim obstat Agrippinam peperisse in Germaniâ, rediisse in urbem mariti sui consulatu: deinde ipsam & infantem in Germaniam revertisse? Quod Antium prætulerit omnibus secessibus Cajus: quin tu hoc argumento, Tiberium Capreis genitum dicis, Tibure, aut Lanuvij Augustum? *Lipsius.*

In castris genitus.] Neque etiam do manus Lipsio. Puto natum Caligulam Antij, & pugno pro Suetonio. Nam si natus in castris; quare perductus in castra bimulus? At, inquit Lipsius, *quid si Acta de alio quopiam Cajo, filio pariter Germanici senserint? Nam tum nomine Caligulà distingui non potuit.* At certè Actis debuit adscribi tempus, diesque & locus, non nomen tantum, & sic Cajus qui mox imperator, debuit distingui anno, die & loco, non tantum nomine; & alter Cajus ante annum genitus ex Germanico, natus Tiburi, ut patet, ex Plinio apud Suetonium. Igitur alio loco natus ille infans, & alio tempore, quod cum *Actis* sit annotatum, *Acta* non potuerunt fallere, præsertim in nomine & persona tam insigni, qualis Cæsar iste filius Germanici. in id expressè fiebat professio apud *Acta*, ut

memoria personæ, temporis & loci exactè servaretur, & id maximi momenti ad successiones familiarum, ne partus supponerentur & ad alia multa, ne extranei alienas hæreditates invaderent, quod & hodieque apud nos edicto regio constitutum est.

Sed *quid obstat*, inquit Lipsius, *Agrippinam & infantem bimulum in Germaniam revertisse?* Igitur Cajus in castris natus, ut supponit, dein infans unius anni Cajus Romam advehitur, dein prope bimulus in castra reducitur cum matre Aggrippina. Quis hoc credat? Certe natus Antii, & postea prope bimulus in Germaniam avehitur, ut legionum amor jam tum ipsi conciliaretur, quod evênit, ideo putarunt multi editum in castris, quia nutritus inter milites, unde & nomen Caligulæ sumpsit. Nec potuit confundi cum alio Cajo, qui antea natus Germanico, & de quo mentio in Actis, nam mense & loco, dieque distincta ea nomina in Actis, & si in nomine errari posset apud Acta, aut adscriberetur tantum nomen pueri, sequeretur multos, qui essent ejusdem nominis, in eadem familia, vel diversis familiis non posse distingui, quod absurdum & falsum. Et idem ferè observabant, quod nos hodie; erat enim, qui nomen daret, ut patet de Nerone, quem Claudio nominandum rejecit per risum Caligula, & ipsamet Aggrippina etiam irridebat, quia tum Claudius inter aulæ ludibria, igitur, puto, addebatur nomini, vel cognomen, vel prænomen; & etiam illius, qui daret nomen inscriptum Actis fuit, igitur in Actis erant notæ, quibus alter ab altero ejusdem nominis distingueretur, annus, mensis, dies, locus, prænomen, & ejus qui daret vocabulum, & sic errari non potuit in nomine apud Acta.

Et observatum quidpiam ad distinctionem nominum in maribus, ut servabantur in feminis discernendis, nam puellæ distinctæ, pro ordine, quo nascebantur, quæ secunda nata, *secundilla* vocabatur, quæ tertia *Tertulla*, quæ quarta, *quartilla*, quinta, *Quintilla*, & sic deinceps. Nec rem tractat hoc loco Tacitus ex professo, & tanquam auctor & historicus, sed ex opinione vulgi, affertque tantum causas, quibus lenitus miles Germanicianus, quæ causæ perinde subsistunt, etiam si in castris non natus, sed tantum educatus sit Caligula. Natus etiam Antij Nero, qui alter Caligula Suet Ner 6 *Nero natus est Antij post novem menses, quam Tiberius excessit.* Haud dubie in eadem villa Antiate, quæ Germanici fuerat, & quæ Agrippinæ, Germanici filiæ matris Neronis mox fuit. Certe, *Lipsi*, consentient tuæ partes natum Cajum in consulatu patris, huc enim fama communis: at non potuit nasci illo anno in castris, & ut ait. Suetonius, *Plinium arguit ratio temporum.* Nam exacto consulatu, ivit in Galliam Germanicus jam nato Cajo, *ratio temporum* arguit, nempe ratio non solum anni, sed etiam mensis diei que, quæ ratio Actis inscripta, & supputato tempore absentiæ patris, & mense, quo natus est nempè patre consule. Et tamen natus est patre consule, sed alibi quam in castris. Quoad versiculos, vel vulgo id ita creditum, sed falsò, vel eadem adulatione facti illi versus, qua Gætulicus Tiburi genitum Cajum principem scripsit.

Sueton. Calig. 8. *C. Cæsar natus est pridie Calend. Septembris patre suo & C. Fonteio Capitone Coss. ubi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum scribit: Plinius secundus in Treveris* &c *Ego in actis Antij invenio editum. Gætulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem*, &c. *Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriæ mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum consentiunt, jam nato Cajo.* Arguit Plinium *ratio temporum*, quia nempe Cajus natus est *patre consule*, & statim post Consulatum patris ducitur idem Cajus nondum *bimulus* in castra Germaniæ. Sueton. Calig. 8. *Puerum Cajum XV. Cal. Iuny, si dii volent, ut ducerent Talarius, & Asellius heri cum his constitui.* Sic Augustus epistola sua ad Agrippinam neptem suam & matrem Caji, quæ ibat ad Germanicum, & ipsi Talarius & Asellius ducebant puerum ad matrem, ut simul cum

NOTÆ.

ipsa in castra Germanica deferretur, nondum bimulus. Sic pergit Sueton. ibidem. *Abunde arbitror parere, non potuisse ibi nasci Cajum, quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit.* Et certè debuisset nasci Cajus, ut tu supponis in castris Germaniæ, nempe anno quo pater consulatum obtinuit, eodemque anno deferri in urbem, eodemque fere anno revehi in castra illa Germaniciana, quia certe nondum bimulus, in ea delatus est; itaque eodem anno nascitur Cajus in castris Germanicis, eodem anno defertur in urbem, & in urbe manet, & eodem fere anno revehitur in illa eadem castra, quis hoc credat?

Quod spectat adversus illos, imperante Cajo divulgatos:

In castris natus, patriis nutritus in armis.

Sic refellit Sueton *Versiculorum quoq; fidem eadem hac elevant: & eo facilius, quod hi sine auctore sint. Sequenda igitur est quæ sola actorum restat & publici instrumenti auctoritas: præsertim cum Cajus Antium omnibus semper locis atque secessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexerit.* &c.

At potuit, ait Lipsius, jam conceptus, nasci absente patre in castris Germaniæ. Certè potuit nasci Cajus absente patre, hoc concedimus in castris Germanicis, hoc negamus. debuisset enim nasci in illis castris, simul & in urbem advehi, nam certe fuit in urbe Cajus, aut in suburbano, patre consule, & simul revehi. in castra, (certe post consulatum elapsum statim Cajus defertur) in castra quod absurdum.

At Plinius, inquit Lipsius, vidit *Acta*, quibus tamen vel fidem derogavit, vel de alio Cajo etiam Germanici filio intelligenda putavit. Quicquid sit de Plinio circa *Acta*, quæ non vidit aut non attendit, certe si vidit *Acta* Plinius, debuit illa refellere, qui adulatorem Gætulium multa cura refellit. Hoc ipsi habemus quod a nobis stet auctoritas Actorum, quod instrumentum publicum debuit esse fidei certissimæ in re tanti momenti, quales sunt familiæ & successiones, stet & auctoritas scriptorum Suetonij & Dionis, stet & ratio, contra quam non evinces puerum tantæ nobilitatis & spei fuisse ætate tenerrima vectum advectum & revectum tam brevi temporis spatio longe verisimilius est simul venisse in urbem cum Germanico suo Agrippinam & anno consulatus Germanici peperisse Antij puerum illum, Cajum nempe, quem postea ætate firmatum duxit secum in castra, ut in ipsis crescens & eductus, animos legionum jam tum sibi conciliaret, & certè villam amœnissimam habuit Antij Germanicus, quam obtinuit mox filia Germanici Agrippina, Neronis mater, & ex illa villa veniebat Baias Agrippina, ad ultimas epulas, cum eam redeuntem Baulos submergere mari voluit Nero. In hac villa Antiate amora rebus & gratia principis Agrippina otium lacessebat, cum ad ultimum funestumque convivium illud vocata est. Hic Neronem pepererat ipsa etiam, ubi & mox Poppæa filiam. Tac. 15. 23. *Locus puerperio (Poppææ) colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat.* Nero nempe.

At non consentiunt auctores natum esse Cajum *patre consule.* Huc tamen fert fama communis, sicque præpollet nostra sententia, præterea recurrit semper auctoritas Actorum populi Romani, quibus adscriptum erat, quo anno, & quibus consulibus puer natus esset, & cum illa auctoritas publica sit & firmissima, neque de tempore, neque de loco, quo Cajus natus sit, dubitare possumus.

Dicit Lipsius non convenire auctores quanto tempore vixerit, sed certe quoad id conveniunt Tacitus & Suetonius, qui testes omni exceptione majores, & hoc nobis sufficit.

Addit Lipsius, *quid obstat Agrippinam peperisse in Germania, rediisse in urbem mariti sui consulatu: deinde ipsam & infantem in Germaniam reversisse?* Sed recurrit semper quid absurdum, ac rationi dissonum est, nempe relictam fuisse Agrippinam in Germania, quia prægnans & uterum gestaret, profecto marito ad obtinendum consulatum, peperisse ipsam in castris, dein venisse ipsam relicto filio,

[1]militari vocabulo *Caligulam* appellabant, qui plerumque [2]ad concilianda vulgi studia, eo tegmine pedum induebatur. Sed nihil æque flexit, quam invidia, in Treveros: orant, obsistunt, *rediret*, *maneret*: pars Agrippinæ occursantes, plurimi ad Germanicum regressi. isque ut erat re-

INTERPRETATIO.

ut plurimum, eo genere calceamenti utebatur; ad illiciendos militum animos, sed nihil eos perinde affecit, ac amulatio adversus Treveros, regant, resistunt, reverteretur, remaneret; alij Agrippina occurrentes, multi ad Germanicum reversi. isque ut nondum satis

NOTÆ.

in urbem, durante consulatu viri, dein mox advectum filium tenerrimum, eodem anno & consulatu, dein vix dum, transacto consulatu patris, statim reversum in eadem castra cum matre puerum, quis hoc sibi fingat? An tu batuis Lipsi, an pugnas? Certe venit Agrippina in urbem cum viro suo, ut etiam parte honoris & præsentia Augusti senis frueretur ipsa, & in suburbano Antiatino enixa est, durante consulatu viri. Nec statim tamen in Galliam reversa est cum marito, sed paulo post, & tardiori gradu, ut decuit fœminam. festinabat Germanicus ob cladem Varianam. At prætulit etiam Tiberius Capreas omni secessui. sed non ut *natale solum* dilexit, nec eò *transferre imperium* voluit, quemadmodum Cajus Antium. Dilexit Tiberius Capreas suas, ut latibulum magis, quam ut secessum. Augustus amavit urbem & ornavit præ omnibus locis. sed audiendus interpres Suetonij, a Lipsio etiam dissentiens.

In castris.] Dio in castris non natum, sed eductum ait: verum si ex fide eidem traditum, Germanicum primum suum consulatum in otio urbano consumpsisse, causa non est meo judicio, cur Plinio potius quam Suetonio in hac controversia assentiamur. Et si non clàm me est virum doctum (*Lipsium*) multis probabilium argumentorum machinis hujus opinionem propè afflixisse. Sed mihi pervidetur mirum, si post cladem Varianam, Tiberium ad Germanos exercitus summa celeritate festinantem, Germanicus cum uxore sua sit comitatus. Nonnihil etiam impellit me, ut Suetonio potius assentiar, exquisita hæc diligentia, qua usum eum patet, in pervestiganda hujus rei veritate: quam quidem ille solus seriò, certè post Plinium & Tacitum quæsivit. Sic *Casaubonus.*

1. *Militari vocabulo.*] Hoc est, à militibus, & ipsorum ex more ingenioque indito. Ji enim homines, ut rudes & simplices, plerumque crassa & aliis ridenda nomina imponebant, ita supra 1. 23. *Lucillio militaribus facetiis vocabulum, cedo alteram, indiderant.* Apud Marcellin. 17. *quem habitum, caput perei simplicitas militaris appellat.* Ejus farinæ fermè erant, quæ triumphantibus accinebant.

2. *Ad concilianda vulgi studia.*] Ait, studia vulgi: militaris scilicet Nam Tribuni & Centuriones digniores que militum, veste & habitu erant à gregariis distincti, ut alibi dicam accuratè. At Caliga, tegmen vulgi. Infra 1. *Tanquam parum ambitiosè filium gregali habitu circumferat, Caligulamque appellari velit.* Non ita plene dio expressit, qui vertit, *quia in castris ut plurimum nutritus, militaribus calceamentis, pro urbanis utebatur.* Melius Suetonius, *Caligula cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.* Caligatus igitur, manipularis, gregarius, eadem sunt: pro militum plebe, id est, qui honorem aut gradum in castris nondum ceperunt. Suet. in Augusto, cap. 25. *dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, quidquid auro argentoque constaret, quam vallares, ac murales coronas, qua honore praecellerent, dabat: has quam parcissimè & sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit.* Lipsius. Nota rursus hoc loco Dionem dicere, Caligulam *nutritum in castris, non natum,* ut Suetonius dixerat *educatum.*

M

cens dolore & ira, apud circumfusos ita cœpit. [1] *Non mihi uxor, aut filius, patre & Repub. cariores sunt: sed illum quidem sua majestas, imperium Romanum cæteri exercitus defendent: conjugem, & liberos meos, quos pro gloria vestra libens ad exitium offerrem. nunc procul à furentibus summoveo, ut quidquid istuc sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur, neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberij nurus, nocentiores vos faciat. quid enim per hos dies inausum, intemeratumve vobis?* [2] *Quod nomen huic cœtui dabo?* militesne *appellem? qui filium imperatoris vestri,* [3] *vallo & armis circumsedistis.* *An* cives? *quibus tam projecta senatus auctoritas. hostium quoque jus, & sacra legationis,* & *fas gentium rupistis. Divus Iulius seditionem exercitus* [4] *verbo uno compescuit,* [5] Quirites *vocando, qui sacramentum detrectabant. Divus*

INTERPRETATIO.

à mœrore & ira quieverat, apud circumstantes sic ersus est. Non conjugem aut filium parenti & Reipub antepono, at illum certè tuebitur sua majestas, aliæ legiones imperium Romanum servabunr. nunc longe ab insanientibus amoveo uxorem meam & filios, quos pro vestro decore & dignitate ultro ad mortem dederem, ut quidquid istic flagitii impendet, meo tantummodo cruore eluatur, & ne interfectus Augusti pronepos, ne interempta uurus principis, atrociori facinore vos polluat. Quid enim hisce diebus inviolatum vobis, aut impollutum? Quo nomine hanc concionem appellem? militesne dicam, qui filium principis vestri, armati in castris obsedistis? An dicam cives? quibus adeo spreta dignitas patrum? violastis etiam fas hostium & sacrosanctum jus legationis, & jura gentium temerastis. Divus Julius olim voce una, discordiam exercitus compressit, Quirites appellando, qui fidem exuebant.

NOTÆ.

1. *Non mihi uxor aut filius.*] Supra objecerant Germanicô, quod non saltem Agrippinam & filium redderet, conservaretque patri & Reipub. nunc his respondet Germanicus, *non mihi uxor aut filius patre & Republica cariores sunt*: licet hi sint possintque esse summa subsidia & patris & Reipub. sed vobis non admodum laborandum est de patre meo & Repub nam *illum majestas sua* tuebitur, & Rempub. *cæteri exercitus defendent.*

2. *Quod nomen huic cœtui dabo?*] Imitatum videtur ex oratione Scipionis apud Livium, pariter in seditione militari. lib. XXVIII. *Quos, nec quo nomine quidem appellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra descistis. an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes? corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video.*

3. *Vallo & armis circumsedistis.*] Res ita habet: vallo rectè se obsessum dixit Germanicus. Quamquam enim, neque tum demum, neque eo fine jactum erat vallum, tamen ad detinendum eum asservandumque milites eo ipso, quod longe alium in finem extructum fuerat, abusi sunt: aut certe abusos ille videri voluit.

4. *Verbo uno compescuit.*] Plutarchus, Dio, Suetonius & Lucanus.

——— ——— ——— *discedito castris.*
Tradite nostra viris, ignavi signa Quirites.

5. *Quirites.*] Suet. Jul. 70. *Decumanos Romæ cum ingentibus minis, summoque etiam urbis periculo missionem & præmia flagitantes, ardente jam tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, ac flexit, ut ei milites se esse responderint.*

Quirites.] Lamprid. in Alex. *Cum nihilominus post ista fremerent, exclamavit: Quirites discedite, atque arma depo-*

Augustus vultu & aspectu Actiacas legiones exterruit. [1] *nos ut nondum eosdem ita ex illis ortos, si Hispania* [2] *Syriave miles aspernaretur, tamen mirum & indignum erat: primane, & vicesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum socia, tot præmiis aucta,* [3] *egregiam duci vestro gratiam refertis? hunc ego nuntium patri, læta omnia aliis è provinciis audienti, feram? ipsius tirones, ipsius veteranos, non missione, non pecunia satiatos: hîc tantum interfici centuriones, ejici tribunos,* [4]*includi legatos: infecta sanguine castra, flumina: meque precariam animam inter offensos trahere? Cur enim primo concionis die, ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis? O improvidi amici! melius & amantius ille, qui gladium offerebat: cecidissem certe, nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius: legissetis ducem, qui* 43

INTERPRETATIO.

Divus Augustus nutu, & intuitu Actiacas legiones perterrefecit. nos etsi nondum pares, attamen ex illis procreatos, si legiones Hispaniæ aut Syriæ contemnerent, tamen id insolens, & flagitiosum esset, at nouue prima, & vicesima legiones, illa à Tiberio delecta primum & conscripta, tu tot pugnarum particeps, tot donis ornata, eximiam imperatori vestro vicem rependitis? hanc seditionem parenti nuntiabo, dum fausta omnia cæteris è provinciis accipit? *Scribam* ipsius tirones, ipsius veteranos, non exauctoratione, non largitione ulla contentos esse: hîc solummodo obtruncari centuriones, pelli tribunos, obsideri legatos: polluta cruore munimenta, fœdatos amnes, meque imperatorem ex arbitrio & libidine caligarum ducere vitam inter infestos? Cur enim, quo primum die vocavi legiones, eas adlocuturus, ensem illum mihi abstulistis, quo ferire præcordia mea destinabam, O inconsulti amici? melius & favorabilius ille miles, qui mucronem exhibebat: periissem sane, sed nondum tot scelerum militis mei testis: constituissetis vobis imperatorem, qui

INTERPRETATIO

nite. mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed diversoria varia discesserunt: Appellando eos *Quirites*, sic significabant tantum eos cives Romanos esse, seu *paganos*, non *milites*.

1. *Nos ut nondum eosdem.*] Id dicere videtur Germanicus per modestiam, ut qui nondum ejusdem dignitatis esse cum Julio & Augusto fateatur, & revera licet filius Cæsaris, nempe Tiberij esset, per adoptionem, essetque ipse dignitate Cæsar, attamen nondum Imperatoriæ dignitatis erat, igitur nondum *eosdem*, idem est, ac nondum *æquales*, seu nondum pares dignitate ac decore. Attamen Frontino *Germanicus* vocatur imperator Cæsar Augustus. Strateg. lib. 2. 21. *Imperator Cæsar Augustus Germanicus eo bello, quo victis hostibus cognomen Germanici meruit*, sed forte id amori & honori Germanici tribuit Frontinus, vel quia filius imperatoris, sic appellatur, eo sensu, quem attulimus ex Dione, vel quia filij principum principes seu imperatores dici potuerunt, eo modo quo filij Regum Reges dicebantur.

2. *Syria.*] *Seria* Italis, *Suristan* Turcis teste Postello, inter Ciliciam & mare Syrium, & Mesopotamiam, Euphrate fluvio hanc dividente, illam monte Amano, ad meridiem Arabia deserta & Palestina.

3. *Egregiam duci vestro.*] Tiberio nempe, *à quo tot præmiis aucta fuerant.* Tiberius nempe dux illorum fuerat sub Augusto. Et statim addit Germanicus *hunc ego nuntium patri* &c. Tiberio nimirum.

4. *Includi legatos.*] Intelligunt de legatis seu oratoribus, qui missi ad Germanicum fuerant. Et explicatur infra, *si legatos senatus* &c. *redditis.*

meam quidem mortem impunitam sineret, Vari tamen & trium legionum ulcisceretur. Neque enim dii sinant, ut [1] *Belgarum, quamquam offerentium, decus istud & claritudo sit, subvenisse Romano nomini, compressisse Germaniæ populos. Tua, dive Auguste, cælo recepta mens,* [2] *tua, pater Druse, imago, tui memoria, iisdem istis cum militibus, quos jam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, irasque civiles in exitium hostibus vertant. Vos quoque,* [3] *quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos senatui, obsequium impe-*

INTERPRETATIO.

meam quidem necem inultam pateretur, Vari tamen cladem & trium legionum vindicaret. Neque enim dij velint, ut Gallorum, quamvis ultro exhibentium operam, honos iste & gloria sit, succurrisse Romano imperio, coercuisse Germanicas gentes. Tuus, dive Auguste, diis adscriptus animus, tua, genitor Druse, species, tui memoria, hanc labem facinoris aboleant, cum his istis legionibus, quas jam incessit decus & verecundia, & rabiem civilem in perniciem hostium amoveant. Vos etiam, quorum nunc alios vultus, alias mentes intueor, si oratores senatui, fidem principi, si

NOTÆ.

1. *Belgarum.*] Belgæ & cæteri auxiliares Galli in officio mansere, per ea seditionum tempora, qui haud dubiè viros, equos, arma offerebant Cæsari, ad vindicandum decus Romanum, adversus Germanos, & forte adversus ipsos seditiosos. utrumque recusat Cæsar, ne exasperaret legiones, ne bellum civile accenderetur, & longe præstabat iras civiles in exitium hostibus vertere.

2. *Tua pater Druse imago.*] Intelligit Lipsius de imagine Drusi, quæ inter signa coleretur, quemadmodum & imagines Sejani à plerisque legionibus colebantur, ut innuit Suetonius Tib. *Quadam munera Syriacis legionibus dedit, quod sola nullam Sejani imaginem inter signa coluissent.*

Tua pater Druse imago. Quænam? illane, quæ forte inter signa culta? dubito. Nec sat scio. si mortuorum imagines ibi fixæ, nisi dicatorum inter numina. Potius videatur, revocare militibus in animum ipsius Drusi imaginem, mentibus eorum adhuc impressam, quem nuper ducem viderant; atque magis se explicet, vocem *memoria* adjicit. Talem imaginem proponit Tacitus fin. Agricolæ sui: & notum est, quid inter varios militum motus, recordatio ducis sæpe profecerit. *Freinshemius.*

Tua pater Druse imago. Non, ut vult Lipsius, imago Drusi, quæ inter signa coleretur. Longe potius ibi fuisset imago Augusti, de qua tamen silet Tacitus. *Imago* id est *species seu memoria Drusi*, quia imperaverat hisce legionibus, in iisdem locis. Certè positæ imagines Sejani inter aquilas, quia ipsum Tiberius veluti collegam imperij cooptaverat & sibi æquaverat, at nullius alius hominis, legimus imagines cultas inter signa, nisi vel principis viventis, aut qui inter divos esset adscriptus, nec postea contigit ulli principi eo usque ministrum suum attollere, & Drusus neque adoptatus à principe, neque Cæsar fuit, neque ullus administer tantum decus sibi adrogavit postea, quippe clade & exitio Sejani sapientiores facti amici principum, teste Dione, ubi de Macrone, & Lacone, qui substituti Sejano erant, & fere eumdem in amicitia Tiberij locum obtinuere. Precatur hic Germanicus & Augustum & Drusum patrem, quemadmodum & infra lib. 2. 8. *Fossam cui Drusianæ nomen ingressus, precatusque Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque, exemplo ac memoria consiliorum, atque operum juvaret.* At ibi nulla mentio imaginis, nec ullo loco reperies imaginem Cæsarum, id est, filiorum principis, inter signa positas, aut adoratas fuisse.

3. *Quorum alia nunc ora.*] Eximium in his artificium est. Nam & ita compo-

ratori, ſi mihi conjugem, ac filium redditis, diſcedite à contactu, ac dividite turbidos. id ſtabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit. Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes, orabant, *puniret noxios,* 44 [1] *ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem, revocaretur conjux, rediret legionum alumnus, neve obſes Gallis traderetur.* [2] Reditum Agrippinæ excuſavit, ob imminentem partum, & hiemem: *venturum filium:* [3] *cætera ipſi exſequerentur.* Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ, C. Cetronium, qui judicium & pœnas de ſingulis, in hunc modum exercuit. [4] ſtabant pro concione legiones, diſtrictis gladiis, reus in ſuggeſtu, per tribunum oſtendebatur. ſi *nocentem* adclamaverant, præceps datus trucidabatur. & gaudebat cædibus miles, [5] tanquam ſemet

INTERPRETATIO.

mihi uxorem & filium reſtituitis, removete vos à contagione, & ſeparate ſeditioſos; id firmum documentum pœnitentiæ, id obſequij veſtri ſacramentum erit. *Supplices ad hæc & vera ſibi objectari confitentes, rogabant,* caſtigaret ſontes, parceret errantibus & duceret in barbaros; accerſeretur uxor, remearet filius inter legiones eductus, & ne obſes Belgis daretur. *Diſtulit Agrippinæ reditum, cauſſatus inſtare partum, & hiemem:* rediturum Caligulam: cætera ipſi agerent. *Irruunt mutatis animis, & turbulentiſſimum quemque vinctos rapiunt ad C. Cetronium legatum legionis primæ, qui quæſtionem exercuit, & ſupplicium de ſingulis, hac ratione ſumpſit. Aderant legiones ſimul congregatæ, nudis mucronibus: noxius apud tribunal, per tribunum monſtrabatur: ſi facinoroſum clamitaverant, præcipitatus occidebatur, & geſtiebat cruo-*

NOTÆ.

ſita eſt ſententia, ut univerſos, ſi ipſi velint, complecti poſſit; & ſi qui iras retineant, adverſus eos, cæteros, ſive pœnitentia, ſive metu pœnæ & diffidentiâ cœptorum, correctos armet.

1. *Ignoſceret lapſis.*] Diſtingueret nempe inter ἀτυχήματα, ἁμαρτήματα, & ἀδικήματα, inter *infortunium, errorem, & ſcelus.*

2. *Reditum Agrippinæ excuſavit.*] Sed an excuſat reditum conjugis, quem tamen petierat antea. *Aurelius.* Certe reddit ei miles & conjugem & filium, attamen feminam ſtatim revocare non potuit, ob *imminentem partum,* & propter inſtantem hiemem, filium tamen ſtatim revocat. Sic militi placiturus.

3. *Cætera ipſi exſequerentur.*]. Quæ ſupereſſent, pœnam nempe turbidorum innuens, ipſos exſequi juſſit.

4. *Stabant pro concione.*] Exemplum, ni fallor, primum animadverſionis à milite ipſo uſurpatæ, quod hodie in noſtra militia vulgò obtinet. Ammianus tamen id recenſuit, quaſi ex more priſco, lib. 29. *Cum inveniſſet eos exercitu circumſeptos, quid de iſtis nefariis,* inquit, *proditoribus fieri, oportere contubernales devoti cenſetis? ſecutuſque adclamationem rogantium ſanguine vindicari, eos qui inter Conſtantianos merebant, priſco more militibus dedit occidendos.* Lipſius.

Stabant pro concione legiones. In caſtris Romanis, in formam optime dimenſi oppidi exſtrui ſolitis, etiam forum erat. Polyb. 6. 28. *In id convocabantur milites, quoties dicta ducũ ab univerſis accipienda.* Tac. 1. 67. *Tum contractos in principia* &c. Hiſt. 3. 13. *Cæcina primores centurionum* &c. *in principia vocat.* Livius 7. 12. *Sed jam in principiis ac prætorio, in unum ſermones confundi, atque in concionis magnitudinem, creſcere turba.* Sequiturque mox de *tribunali:* quæ omnia erant in foro. Idque ipſum tribunal hoc Taciti loco intelligi arbitror his verbis: *Reus in ſuggeſtu.*

5. *Tanquam ſemet abſolveret.*] Virg. de Sinone t

absolveret. nec Cæsar arcebat, quando nullo ipsius jussu, penes eosdem sævitia facti & invidia erat. secuti exemplum veterani, haud multò post [1] in Rhetiam [2] mittuntur, specie defendendæ provinciæ [3] ob imminentis Suevos: cæterum [4] ut avellerentur castris, trucibus adhuc non minus asperitate remedij, quam sceleris memoria [5] centurionatum inde egit.

INTERPRETATIO.

rem effundens miles, tanquam semet purgaret; nec prohibebat Cæsar, quandoquidem nullo suo imperio id ageretur, *& in eosdem immanitas facinoris & offensio recidebat. Exemplum æmulantur veterani & paullò post amoventur in Rhætiam, prætextu tutandæ provinciæ, ob instantes suevos, sed revera ut abstraherentur castris, truculentis adhuc, non minus acerbitate medicinæ, quam facinoris memoria. Dein centuriones delegit relegit-*

NOTÆ.

Assensere omnes, & quæ sibi quisque timebat Vatius in miseri exitium conversa tulere.

1. *In Rhætiam.*] Rhætia gemina: prima inter ortum Rheni, seu inter Rhenum, à capite usque ad lacum Brigantinum, Danubium, Licum & ortum Oeni: cujus populi Rhæti *Guavvpuntner* & Italis *Griseni* dicuntur. Altera teste Vvelsero Vindelicia appellatur à Ptol. à prima Lico fluvio divisa. Aliis vero ex lib. Not. Rhætia appellatur, quæ Italiæ contermina est, insubriæ scilicet, & Cœnomanis Venetiæ, in qua tota Rhætorum regio, cujus caput est *Curia*, urbs, & comitatus *Tirolensis* continentur; Rhætia autem II. à *Curia* usque ad Danubium, à Vindelicia seu Bavaria Lico fluvio discreta.

2. *Mittuntur.*] Ut nempe separentur ab aliis, illi seditiosi. Veg. 3. 4. *Dux autem debet esse attentus, ut in omnibus legionibus, sive auxilijs, vel vexillationibus a tribunis, vicariis, principibus que, si qui turbulenti, vel seditiosi sunt milites, non pro invidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscat, eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid, quod ipsis prope videatur optabile, aut ad castella, urbes que deputet muniendas, atque servandas, tanta subtilitate, ut, cum abiiciuntur, videantur electi.*

3. *Ob imminentis Suevos.*] Cæsar lib. 4. de bello Gallico. *Suevorum gens, est longe maxima & bellicosissima Germanorum omnium*, & in eodem lib. *sese unis Suevis concedere, quibus ne dij quidem immortales pares esse possint.*

Suevos Cluverius terminat ab Occidente. *Boiohæmicis* montibus, Sala, Albi & Trava amnibus, sinu Godano & mari Germanico: a septentrionibus, mari Glaciali: ab Oriente sinu Albo, *lacu Albo*, sinu *Botnico*, mari Godano, & *Vvistula* Maroque fluviis: a meridie Danubio. Nomen habent a Suevo amne (*L'oder*) ab iis mare *Balticum* vocatur *Suevicum*. Forsan & *Sueci* nuncupantur ab antiquis Suevis, sunt enim intra eorum limites contenti. Suevi coluere *Mechelburgiam Pomeraniam & Marchiam.*

4. *Ut avellerentur Castris.*] Sic dividuntur & sumoventur seditiosi: Liv. 7. 39. *Consul edicto in æstiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare, missionibus turbulentorum hominum, instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves jam ætate, aut viribus parum valides. Quidam in commeatus mittebantur, singuli primo, deinde & cohortes quædam, quia procul a domo ac rebus suis hibernassent, per speciem etiam militarium usuum, quum alij alio mitterentur, magna pars ablegati.*

5. *Centurionatum inde egit.*] *Egit centurionatum*, nil aliud est, quam legit centuriones in locum cæsorum, de quibus supra, *prostratos verberibus mulcant, sexagenis singulos, ut numerum centurionum adæquarent.* Et hæc seditio oritur à prima, & à vicesima legionibus: quæ suos centuriones jam trucidaverant.

Centurionatum inde egit.] Intelligendum, quasi scripsisset, *delegit, relegit*, seù recensuit *centurionatum*, id est centuriones; igitur legendum est *egit*, usurpat

citatus ab imperatore, nomen, [1] ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ strenue in præliis fecisset, & cui erant [2] donaria militaria,

INTERPRETATIO.

gitque. miles vocatur à Cæsare, nomen proferebat, gradum, patriam, numerum annorum militiæ: & quæ egregie gessisset in præliis, similiter iis qui decora militaria accepisset,

NOTÆ.

enim simplex pro composito, & satis mentem suam explicat per ea quæ sequuntur. Quidni dicat Tacitus per analogiam *centurionatum agere*? ut dicitur *delectum agere*. Certe non dubito, quin scripserit, *centurionatum egit*, pro *centurionum delectum egit*. Et licet veteres centuriones recensuerit, tamen verè delectum centurionum, seu *centurionatum egit*.

Centurionatum egit.] Quicquid dicant viri docti, scripsit Tacitus *centurionatum egit*, eadem formâ, seu analogiâ qua veteres dixissent, *delectum centurionum egit*. Sed ea latinitas nova, ideoque displicet. quasi vero Taciti genius sit & nostro nunc captu & auribus ponderandus! quasi vero in rebus novis, non sit etiam verbis novis utendum! At certe illa seditio omni modo nova fuit. Novum fuit, quod simul turbarent quatuor legiones, quod velut uno instinctu erumperent universæ, simul & quiescerent, quod fugarent, pellerent & occiderent centuriones. Novum fuit quod ducem clauderent obsiderentque Cæsarem in suis castris. Novum fuit, quod per vim miles maturiorem missionem & largiora stipendia extorqueret. Novum fuit quod ipsimet caligæ seditiosos punirēt, quod permissa sit vulgo cædis licentia & ex tribunali, vidente, non jubente Cæsare. Novum fuit quod centuriones nutu & arbitrio legionum, seu caligarum novi deligerentur, loco interfectorum, & veteres relegerentur, quid mirum igitur, si in re tam nova, tam insolita & in audita, nova voce usus sit Tacitus, qua rem illam novam exprimeret breviter & abscissè, ut solet, pro suo genio? si dixisset Tacitus, *legit*, seu *delegit*, centuriones, rem non satis expressisset quia non solum novos centuriones *legit* aut *delegit* Germanicus, sed etiam veteres centuriones *relegit*, ita pari modo si dixisset, *relegit*, mentem aut rem ipsam, non satis exprimere videretur, neque enim Germanicus tantum modo *relegit* veteres centuriones, sed etiam novos adlegit loco pulsorum, occisorum, aut reorum, qui tali munere indigni videbantur. Itaque necesse Tacito fuit, adinvenire certum loquendi modum quo simul exprimeret & novorum & veterum centurionum delectum, quod nec melius aut brevius assequi potuit, quam his verbis, *centurionatum egit*. At nullibi apud Tacitum eamdem vocem usurpatam reperias. Quid mirum, si rem, quæ semel, contigit omni ævo, semel & novè expressit? Quot alia verba apud Tacitum semel tantū reperiuntur? quia nempe data tantum illa occasio est, qua sic loqui necesse esset. Audi Suetonium, qui fere idem usurpat, & semel tantum, toto volumine sic habet. *Recensum populi vicatim egit*. In Jul. quia nempe res illa semel transacta, in tota historia rerum, semel etiam sic scribi debuit.

1. *Ordinem.*] id est, quotæ centuriæ ductor esset. Nam in eo discrimen, & dignitas: primæ, secundæ, tertiæ. Bene autem *ordinem*: quia appellabant, *primi aut secundi ordinis* centurionem.

2. *Donaria militaria.*] scilicet, torques, phaleræ, hastæ, coronæ, ex quibus promoveri ad ordines altiores milites solere, indicat etiam Lucanus, lib. 1.

——Summi tum munera pili.
Lælius, emeritique gerens insignia doni
Servati civis referentem præmia quercum.

Inter omnia autem quæ noster enumerat, cur siluit censum? cujus rationem in declamatione quapiam ostendit Portius Latro: *census senatorium gradum ascendit, census in castris ordinem promovet, census judices in foro legit.*

45 edebat. [1] si tribuni, si legio, industriam innocentiamque adprobaverant retinebat ordines: ubi avaritiam, aut crudelitatem consensu objectavissent, solvebatur militia. Sic compositis præsentibus, haud minor moles supererat, ob ferociam quintæ, & [2] unetvicesimæ legionum, sexagesimum apud lapidem (loco *Vetera* nomen est) hibernantium. Nam primi seditionem cœptaverant, atrocissimum quodque facinus horum manibus patratum: nec pœnâ commilitonum exterriti, nec pœnitentia conversi, iras retinebant. Igitur Cæsar arma, classem, socios demittere Rheno parat: si imperium detrectetur, bello certaturus. At Romæ nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico, & legionum Germanicarum

46 motu audito, trepida civitas incusare Tiberium, *quod dum patres & plebem, invalida & inermia, cunctatione ficta ludificetur, dissideat interim miles, neque duorum adolescentium nondum adulta auctoritate comprimi queat. ire ipsum, & opponere majestatem imperatoriam debuisse, cessuris, ubi* [3] *principem, longa experientia, eundemque severitatis & munificentiæ summum, vidissent. An Augustum fessa ætate, toties in Germanias commeare potuisse; Tibe-*

INTERPRETATIO.

ea recensebat, *si tribuni, si legio, dexteritatem & abstinentiam laudarent, dignitatem conservabat, cum cupiditatem aut sævitiam universi exprobraxissent, exauctorabatur. Sic constitutis præsentibus, haud minor difficultas restabat ob audaciam quintanorum, & unetvicesimanorum, qui in hibernis erant, loco dicto*, vetera, *qui sexaginta milliaribus hinc distabat. Quippe primi discordiam inceperant, & immanissimum quodque scelus, horum violentia perpetratum, nec supplicio sociorum perterrefacti, nec pœnitentiâ mutati, rabiem conservabant. Itaque Germanicus, tela, naves, auxiliares devehere Rheno parat, armis dimicaturus, si obsequium denegetur. At in urbe nondum comperto, qui fuisset eventus apud Illyricum, & exercituum Germanicorum nuntiata seditione, pavida civitas arguere Tiberium;* Quod dum senatui populoque, qui sunt imbelles atque inermes, mimica ambiguitate illudit; interea discordent legiones, neque compesci possint, duorum juvenum auctoritate, nondum satis coalita & firmata. debere ipsum eo proficisci, & majestatem principis objicere rebellantibus, qui ad obsequium redirent, statim atque conspexissent Imperatorem, longo rerum usu, eundemque pœnæ, & præmij arbitrum dominumque conspexissent. Num Augustum affecta ætate, toties

NOTÆ.

1. *Si Tribuni, si legio.*] Neque illud sine suspicione ambitionis in legiones, Tiberio videri potuit. Nam Tacitus lib. 3. Hist. 49. sic habet de Antonio primo, *ut suas legiones colere, omnibus dictis factisque viam sibi ad potentiam struere: utque licentia militem imbueret, interfectorum centurionum ordines legionibus offerebat. Eo suffragio turbidissimus quisque delecti.*

2. *Unetvicesima legionum.*] Sic emendavit *Lipsius*, & rationes adfert. *Cluverius* Germ. 2. 18. defendit veterem lectionem *undevigesima*, auctoritate nescio cujûs inscriptionis. Mihi pro Lipsio non leve argumentum videtur, quod *undevicesimam* legionem cum Varo deletam esse constat ex loco Taciti. 11 60.

3. *Principem longa experientiâ.*] Nam haud difficulter ad officium redissent, si res illis fuisset cum principe diuturna experientia prædicto, & qui statim ea remedia adhibere potuisset, quæ pro conditione rei adhibenda putasset. nec superioris cujusquam arbitrium respicere opus habuisset, sive severitate, & pœnis,

rium

rinmvigentem anni, sedere in senatu, verba patrum cavillantem? satis prospectum urbana servituti: militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint. [1] Immotum adversus eos sermones, fixumque Tiberio fuit, 47
non omittere caput rerum, neque se remque publicam in casum dare. Multa quippe & diversa augebant: *Validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiæ imminens: quos igitur anteferret? ac, ne postpositi contumelia incenderentur. At per filios pariter adiri, majestate salva, cui* [2] *major è longinquo reverentia, simul* [3] *adolescentibus excusatum, quædam ad patrem rejicere: resistentisque Germanico, aut Druso, posse à se mitigari vel infringi: quod aliud subsidium si imperatorem sprevissent?* Cæterum ut jam jamque iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit [4] naves: mox hiemem, aut negotia varie caussatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit. At Germanicus quamquam contracto exercitu, & parata in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent, præmittit literas ad Cæcinam, *venire se valida manu,* 48

INTERPRETATIO

in Germanias ire potuisse; Tiberium florentem annis desidere in curia, senatorum verba ludificantem? satis provisum servitio urbano, legionum discordiis afferenda remedia, ut tolerare otium velint. *Constans adversus eos rumores firmumque Tiberio* propositum *fuit, non relinquere caput imperij, neque se & Rempub. fortunæ committere. Plurimis quippe, & variis de caussis anxius erat: potentior exercitus apud Germanias; propinquior in Pannonia: ille Gallorum divitiis fretus, hic Italiæ proximus: quos igitur præferret?* & meruebat, *ne posthabiti, contemptu exasperarentur. At per filios simul conveniri* posse, intemerata *dignitate principis, cui amplior è* remoto majestas, *simul excusandi locum juvenibus relinqui, quo nonnulla ad parentem remitterent: reluctantesque Germanico vel Druso, posse à se leniri, vel retundi, quod aliud suffugium, si principem ipsum contempsissent? Cæterum ut statim profecturus, adscivit comites, comparavit sarcinas, instruxit naves: dein hiemem obtendens, aut negotia, primo decepit prudentes, dein plebem, diutissime provincias. At Germanicus, quamvis convocatis cobtis, & destinata in rebelles vindicta, concedendum adhuc interstitium existimans, si nupero exemplo sibi ipsi providerent, ante componit epistolas ad Cæcinam*, advenire se

NOTÆ.

sive donis, & liberalitate motus istos componere maluisset.

1. *Immotum adversus eos sermones fixumque.*] Virgilius,

Si mihi non animo fixum immotumque sederet,
Ne cui me vellem vinclo sociare jugali?

2. *Majorè longinquo reverentia.*] Tac. *omne ignotum pro magnifico est.* Virg. *minuit præsentia famam.* Tac. lib. 4. Hist. *arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset.*

3. *Adolescentibus.*] Præterea licere adolescentibus istis quædam arbitrio patris reservare; quæ ipsi statim aut cum flagitio concedenda, aut cum periculo neganda essent.

4. *Naves.*] Quorsum naves, si in Galliam aut Germaniam iturus? An hæc simulatio ad pannoniam spectat? quo etsi terrâ, tamen & supero mari licebat traijcere. *Lipsius.* Immo & ad Germaniam; quemadmodum Claudius Britannica expeditione suscepta navigavit, Ostiâ Massiliam, inde terrestri itinere Gessoriacum petiit. Suetonius cap. 17. G.

N

guis palam, caussa in occulto. cætera fors regit: & [1] quidam bonorum cæsi. postquam, intellecto in quos sæviretur, pessimi quoque arma rapuerant, neque legatus, aut tribunus moderator adfuit: [3] permissa vulgo licentia atque ultio & satietas. Mox ingressus castra Germanicus, [2] *non medicinam illud* plurimis cum lacrymis, *sed cladem* adpellans, *cremari corpora* jubet. Truces etiā tum animos cupido involat eundi in hostem, [5] piaculum furoris, nec aliter posse placari commilitonum manes, quam si pectoribus impijs [4] honesta vulnera accepissent, Sequitur ardorem militum Cæsar, junctoque ponte tramittit duodecim millia è legionibus, sex & viginti socias cohortes, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum justitio ob amissum Augustum, post discordiis attinemur. At Romanus agmine propero silvam [5] Cæsiam, limitemque à 50

INTERPRETATIO.

plaga, cruor apertè; causa arcana: cætera casus regit, & nonnulli modestorum occisi, postquam cognitò in quos vindicaretur, fœdissimi etiam ad arma iverant, neque legatus aut Tribunus aderat, qui modum adhiberet, data est manipularibus copia vindictæ, satietasque. dein ingressus vallum Germanicus, non remedium illud, multo *cum fletu*, sed cædem & internecionem *vocans*, uti cadavera *jubet. Efferatas etiam tum mentes cupido rapit, incedendi adversus barbaros, quo conscientiâ flagitij se absolverent, nec aliter leniri aut exorari posse contubernalium umbras, quam si sceleratis pectoribus, decora vulnera excepissent. Sequitur alacritatem legionum Cæsar, structoque ponte, transvehit duodecim millia è legionariis, sex & viginti cohortes auxiliarium, octo alas equitum, quarum eâ in discordiâ incorrupta fides mansit. Gaudio gestiebant, neque procul aberant Germani, dum feriis ob extinctum Augustum, dein seditionibus avocamur. At romanæ legiones citato gradu silvam Cæsiam, limitemque*

NOTÆ.

noxiorum & innoxiorum, itaut causæ illorum, & meritatum separentur, ac distinguantur. At vero *in bello* promiscuè & sontes, & insontes eodem ferro opprimantur. Virg. *Tros, Rutulus ve fuat, nullo discrimine habebo.*

2. *Quidam bonorum cæsi.*] Multi sæpe vindictæ publicæ specie, suas injurias exsequuntur, nec sine summo periculo, talis ultio permittitur multitudini. Hac de causa forte & multi bonorum occisi, & etiam forte dum se vindicant, aut deffendunt mali.

3. *Permissa.*] Vt sic invidiam sævitiæ, & cædis a se amoliretur Germanicus, permisit vulgo licentiam, & ultionem.

4. *Non medicinam illud.*] De Syllâ Lucanus *lib. 2.*

——dum quæ nimis jam putrida membra recidit,

Excessit medicina modum, nimiumque secuta est.

Qua morbi duxere manus, periêre nocentes,

Sed cum jam soli possent superesse nocentes.

5. *Piaculum furoris.*] Livius lib. 7. *Hoc à te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitij memoriam, nova gloria pateris,*

6. *Honesta vulnera.*] Quæ pectore excipiuntur; *in honesta*, quæ tergo. Itaque inter cætera, quæ admirationi habita sunt in L. Siccio Dentato viro fortitudinis admirandæ, illud non minimum est, quod XIV. cicatricibus adverso corpore insignis esset, nulla in tergo. Auctor Plinius, lib. 7. 28.

1. *Cæsiam.*] Quæ sic dicta, quasi *Silva*

Tiberio cœptum scindit. castra in limite locat: frontem ac tergum val-

INTERPRETATIO.

à Tiberio inchoatum perrumpunt, castra metantur in ipso limite: frontem, & tergum

NOTÆ.

sædua. Servius dicit *eam esse, quæ succisa rursus ex stipitibus, aut radicibus renascitur.* Forte sic dicta, quia olim cæsa foret, & in limitem disposita Sic ibi Tac. *concædibus munitus*; id est cæduis arboribus, seu sylvis. Ex stipibus enim, seu stipitibus arborum cæsarum fiebat limes, quo absterrerentur barbari. sic Spart. In Adriano, *in plurimis locis, in quibus barbari, non fluminibus, sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis, in modum muralis sepis, funditus jactis, atque connexis, barbaros separavit.*

Cæsia] Cæsia silva *Heservvaldt*. Silva Germaniæ inferioris in ducatu Clivensi apud *Instlakam* opp. teste Chrysantho.

1.*Tiberio cœptum scindit.*] forte, *scandit* Verum autem limes hic à Tiberio structus ad secernendos discriminandosque Germanos? an potius agger, & via? *Hæsia* etiam *silva*, dubites an *Cæsia* scribenda: quo nomine etiam nunc eo tractu manet, in Clivensi, inquam, Ducatu *Heservvalt*. Quæ vox non abest, quin à Deo *Heso* nomen habeat, quem Galli Germanique *Martem* colebant. *Lipsius.*

Limitemque à Tiberio cœptum scindit.] limites imperij erant, aut montes, aut fluminum ripæ, aut alia ejusmodi, quibus imperium populi Rom. à barbaris dirimeretur; interdum etiam ducebantur muri, & in eis excitabantur castella, turres, propugnacula, & legiones collocabantur, quæ præsidio essent, & barbarorum incursiones impedirent. Talem hunc limitem fuisse arbitror.

Limitem.] Hos limites scandere quid sit, aut cui usui, non intelligo: Sed si quando trans eos bellum inferebatur barbaris, aut barbari invadebant fines Romanos, tum *scindi, aperiri, rumpi, & perrumpi* dicebantur. Vellejus lib. 2. *Penetrat interius, aperit limites, vastat agros.* *silva* scinditur, cum in ea pervium fit: cum per eam aperitur via militaris: ut relinquantur quidem utrinque arbores, tantum tamen fiat vacui, ut exercitus tutò eâ viâ commeare possit. Commodissime igitur hoc verbum, & ad limitem, & ad silvam refertur. castra denique *in ipso limite* posita intellige, ut fossæ aggerisque, & quicquid ibi structum erat, muniendi causa, ejus complanata pars, intra castra recepta sit: non quasi præcise castra intra limitis quamvis latissimi angustias stringerentur. Sic Justino Agathocles lib. 22. *castra in quinto lapide a Carthagine statuit.* Sic enim Mss. ut monuimus pec. vet. 1 3 Quia proxime limitem erat silva Cæsia, saltus autem omnes sunt loca insidiis nota, nec nisi cautè & exploratò intranda provido duci, eam non excidit totam (neque enim necesse habuit) sed longe lateque, quà è castris prospectum patere voluit, qua exercitus ducendus erat, cecidit, hoc est, *scindit*: eo consilio, quo Cæsar lib. 3. Gall. 29. qui videndus. *Gronovius.*

Scindit limitem.] sic infra Tac. 65. ubi de Arminio. *cum delectis scindit agmen, equisque maxime vulnera ingerit* id est penetrat, pervadit, perrumpit agmen Romanum, ita hoc loco *scindit limitem* idest penetrat, pervadit. & ut pervadat, *scindit*, abrumpit. A *Tiberio cœptum*, id est institutum, seu inceptum, sed non perfectum, quemadmodum, & *horti cœpti* à Lucullo, sed nondum penitus exculti, aut exornati. Tac. lib. 11. 1. ubi de Asiatico. *Pariterque hortis inhians.* (Messallina) *quos ille à Lucullo cœptos insigni magnificentia extollebat*, seu excolebat.

lo,[1] latera, concædibus munitus. [2] Inde saltus obscuros permeat, consultatque *ex duobus itineribus, breve & solitum sequatur: an impeditius & intentatum, eoque hostibus incautum.* Delecta longiore via, cætera adcelerantur. etenim attulerant exploratores *festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicram.* Cæcina cum expeditis cohortibus præire, & obstantia silvarum amoliri jubetur: legiones modico intervallo sequuntur. Iuvit nox sideribus inlustris, ventumque ad vicos [3] Marsorum, & circumdatæ stationes: stratis etiam tum per cubilia, propterque mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis. adeo cuncta incuriâ disjecta erant: neque belli timor; ac ne [4] pax quidem, nisi languida & soluta inter temulentos. Cæsar [5] avidas legiones, quò latior populatio 51

INTERPRETATIO.

fossa seu aggere, utrumque latus aggestu cæsarum arborum muniunt. Postea silvas caliginosas pervadunt, deliberantque ex duplici via, an breviorem & consuetam capiant; an asperam, & insuetam, ideoque hostibus improvisam. Longiori itinere suscepto, catera adproperantur, quippe exploratores renuntiarant latam eam Germanis noctem, & per solemnia convivia aliaque oblectamenta agitari. Imperatur Cæcinæ præcedere cum expedito agmine, & impedimenta silvarum amovere: legiones modico spatio subsequuntur. favit nox cælo clara, perventumque ad pagos Marsorum, & dispositi globi armatorum, jacentibus etiam tum Germanis per lectos, & juxta mensas, nulla formidine, non ante collocatis excubiis, adeo cuncta per negligentiam inordinata erant: neque armorum metus, ac ne pax quidem, nisi marcida, & fluxa, ut inter vino madentes. Cæsar, quò latius evagari prædarique miles posset, dividit legiones certandi

NOTÆ.

1 *Latera, concadibus munitus.*] Alij, *munit*: ego, *munitus*, malo. muniendi hic mos à Germanis Gallisque. Ammianus, lib. 16. *difficiles vias, & suapte natura clivosas, concadibus clausere sollerter, arboribus immensi roboris cæsis.* Usus ea voce & Cæsar. At *concisa* vocare videtur P. Diaconus: *factis etiam concisis*, inquit, *per devia silvarum irruit super eos.* L.

Concadibus munitus.] Non quasi, non licuisset eâ quoque vallum ducere: quid enim vetaret? sed quia tanta cæsarum arborum copia erat, ut aggesta sufficeret lateribus tutandis, contentus eâ fuit, & consuluit militum labori. Prorsus ut in *Morinis* Cæsar: *reliquis deinceps diebus, silvas cadere instituit, & ne quis inermibus imprudentibusque militibus, ab latere impetus fieri posset, omnem materiam, quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, & pro vallo ad utrumque latus extruebat?*

2. *Inde saltus obscuros.*] Proprium loci nomen. M.

3. *Marsorum*] Marsi olim Sicambris à septentrione contermini, hodie pars ducatus *Vuesphaliæ*, & episcopatus *Paderbornensis.* veterum Marsorum vestigium omnes agnoscunt in *Oetmarsin* Tuventiæ oppido.

4. *Pax nisi languida & soluta.*] Hoc est, torpor potius erat, quam quies, talem pacem *marcentem* appellat in libello de Germ. c 36. Similis locutio *insomnes magis quam pervigiles* apud nostrum 2. 65. Agitabant, inquit, tanquam nullo bello, atque in media pace securi: nec tamen, ut in pace homines sobrij & vigiles (quippe qui hactenus plerumque intenti, & sui compotes, ut si quid subitum ingruat, aut arma, aut fugam, quærere norint) sed ut saucij ac præ poculis, ubi essent, nescientes marcebant torpebantque. G.

5. *Avidas legiones.*] Quidam aviditatem interpretantur de præda: rectius meo animo, qui *avidas certaminis* exponunt? præsertim cum nec prædæ multum ex tali

somnos, inermos, aut palantis ceciderant. Excivit ea rædes [1] Bructeros, [2] Tubantes, [3] Usipetes, saltusque, per quos exercitui regressus, insedere. Quod gnarum duci: incessitque itineri & prælio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio: & mediis impedimentis, sinistrum latus unetvicesimani, dextrum quintani clausere: vicesima legio terga firmavit, post cæteri sociorum. Sed hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti: dein latera, & frontem modice adsultantes, tota vi novissimos incurrêre, turbabanturque densis Germanorum catervis [4] leves cohortes, cum Cæsar advectus ad vicesimanos voce magna, *hoc illud tempus obliterandæ seditionis* clamitabat: *pergerent properarent culpam in decus vertere.* Exarsere animis, unoque impetu perruptum hostem redigunt in aperta, cæduntque. simul primi agminis copiæ evasere silvas, castraque communivere. Quietum inde iter, fidensque recentibus, ac priorum oblitus miles, in hibernis locatur. Nunciata ea, Tiberium lætitiâ curaque adfecere: gaudebat oppressam seditionem: sed quod largiendis pecuniis, & missione festinata favorem militum quæsivisset, bellicâ quoque Germanici gloriâ angebatur. Rettulit 12

INTERPRETATIO.

cruore miles, qui semisopitos, inermes, aut palabundos trucidarat. Ea clades concitavit Bructeros, Tubantes, Usipites, & silvas occupavere, per quas agmini Rom. reditus erat, quod compertum imperatori, simulque via, & pugna paratus ingrediebatur. Quadam ala equitum, & cohortes sociorum praibant; dein prima legio & dispositis inter ordines sarcinis, sinistrum cornu muniebat *unetvicesima legio, dextrum quinta cingebat. Vicesimani postremum agmen claudebant, dein cateri auxiliares. At Germani donec exercitus per silvas extenderetur, quieti: dein cornua primamque aciem carptim lacessentes, toto impetu postremos invasere, expeditaque* sociorum *cohortes, confertis Germanorum catervis impellebantur, cum Casar ad vicesimanos advolans, clara voce inclamabat*, hanc illam occasionem abolendæ discordiæ: item, festinatent flagitium in gloriam commutare. *Accensi animis erupere, unoque incursu, perrumpunt hostem, pelluntque in aperta, sternuntque: eodemque tempore, qua prima incedebant copia, ultra saltus penetravere, & vallum muniere. Illacessitum postea agmen incessitq; recenti victoria alacres, & superiorum malorum oblita legiones in hiberna reducuntur. Hac cum Tiberio scripta essent, is gaudio simul & sollicitudine adfectus est, latabatur sedatam esse discordiam, sed anxius animo erat, quod largitione & missione maturata, militum animos de-*

NOTÆ.

1. *Bructeres.*] Bructeri Sicambrorum populi, discreti erant in *majores & minores*, hodie pars ducatus de *Mons*, Archiepiscopatus *Trevirensis & Veteravia.*

2. *Tubantes.*] Tempore Cæsaris vivebant in Matsis, postea his juncti sunt, aut parum discreti sedibus.

3. *Usipetes.*] Aliter *Usipij*, vixere in agris Sicambrorum, expulsi à Cattis una cum Tencteris, diuque vagati, in Galliam penetrarunt, ubi à Cæsare cæsi sunt; reliquiæ consederunt in Sicambris, ab iis receptæ: postea à Druso domiti cum iisdem Tencteris, hîc hæserunt, nec cum Sicambris transiere in Galliam nunc *Relinchusen* & pars de la *Marik.*

4. *Leves cohortes.*] Intelliguntur *cateri sociorum*, de quibus paulo supra: qui leviter, neque legionariis armis armati. F.

tamen ad senatum [1] de rebus gestis, multaque de virtute ejus memoravit, magis in speciem verbis adornata, quam ut penitus sentire crederetur. Paucioribus Drusum & finem Illyrici motus laudavit: sed intentior, & fida oratione. cunctaque quæ Germanicus indulserat, [2] servavit etiam apud Pannonicos exercitus. Eodem anno, [3] Julia supremum

53

INTERPRETATIO.

meruisset Germanicus, & simul quod belli decus sibi comparasset. Disseruit tamen apud patres de iis quæ gessisset, & magnopere fortitudinem ejus celebravit, magis composita magnificaque in speciem oratione, quam ut sic plano sentire putaretur. Paucioribus verbis extulit Drusum & exitum Pannonicæ discordiæ, sed impensior, & sincera oratione & omnia quæ Germanicus concesserat; præstitit etiam pannonicis legionibus. Eodem anno

NOTÆ.

1. *De rebus gestis.*] Plenus modestiæ Germanicus, & conscius invidiæ patrui, nullum honorem accepit etiam à milite delatum, noluit salutari *imperator*, nisi auctore Tiberio, in Trophæis nullum nomen ducis inscripsit, nisi Tiberij, puto, neque scripsit ad senatum de rebus gestis, neque laureatas literas misit, nisi ipsi principi, istè mos inoleverat, jam ab Agrippa sub Augusto. Agrippa teste Dione lib. 54. *nihil scripsit ad senatum de re feliciter gesta contra Scribonium; solum scripsit ad Augustum, qui rem retulit ad senatum.*

2. *Servavit etiam apud Pannonicos exercitus.*] Nempe, ne minorem gloriam referret Drusus, proprius Tiberij filius, quam retulerat ipse Germanicus adoptivus; ne minus animos vulgi conciliaret, etiam concessit Pannonicis legionibus, eamdem largitionem, seu legata ex Augusti testamento, quæ concessa & soluta Germanico militi. Nec solum modo Germanicis & Pannonicis legionibus talia legata persolvit Tiberius, sed etiam omnibus aliis militibus quantum patet ex Suetonio Tib 48. *Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est.* Neque verisimile est in seditiosos liberalem, & in bonos ingratum fuisse principem. Nec audiendus Beroaldus qui legit, *post publicata ex Augusti testamento legata.* Nec dubito quin scripserit Suetonius, *duplicata.*

Pannonicos.] Pannonia regio Europæ maxima inter Danubium à Metanastis Jazigibus separantem, & Saum fluvium ab Illyrico dividentem, ac inter Noricum & Mysiam. Dividitur in superiorem, & inferiorem, utraque *Hungaria* nominatur.

3. *Iulia.*] de qua Macrob lib. 2. sat 5. Annû agebat tricesimum, & octavum, tempus ætatis, si mens sana superesse, vergentis in senium. sed indulgentia, tam fortunæ, quam patris abutebatur: Cum alioqui literarum amor, multaque eruditio, quod in illa domo facilè erat, præterea mitis humanitas, minimeque sævus animus ingentem fæminæ gratiam conciliarent: mirantibus qui vitia noscebant, tantam pariter diversitatem. Non semel præceperat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam gravitatemque sermone, quatenus moderaretur profusos cultus, perspicuosque comitatus. Idem cum ad nepotum turbam, similitudinemque respexerat, qua repræsentabatur Agrippa: dubitare de pudicitia filiæ erubescebat. Inde blandiebatur sibi Augustus, lætum in filia animum usque ad speciem procacitaris: sed reatu liberum, & talem fuisse apud majores Claudiam credere audebat: itaque inter amicos dixit, duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre, Juliam, & Rempublicam.

Iulia ob impudicitiam.] De Julia sic Plinius. *Apud nos hujus licentiæ exemplum non est aliud, quam filia D. Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam litera illius dei gemunt (Illius dei)* id est, Augusti, qui scripsit ad amicos, ut consilium & solatium acciperet in tanto dolore, qui scripsit, haud dubiè, literas

diem

diem obiit ob, impudicitiam olim à patre Augusto [1] Pandateria insula, mox oppido [2] Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausa. Fuerat in matrimonio Tiberij, florentibus Cajo & Lucio Cæsaribus, spreveratque [3] ut imparem: nec alia [4] tam intima Tiberio causa. [5] cur Rhodum abscederet: imperium adeptus, extorrem infamem & post interfe-

INTERPRETATIO.

Julia extincta, quæ olim ob luxuriam & libidinem, amota fuerat à parente suo Augusto in insulam Pandateriam, deinde translata in civitatem Rheginorum, qui ad Siculum mare habitant. Fuerat uxor Tiberij viventibus Cajo & Lucio Cæsaribus, eamque ut inæqualem contempserat; nec aliud tam arcanum, Tiberio incitamentum fuit, cur Rhodum se reciperet, sed ille rerum potitus, exulem, ignominiosam & post occisum Postumum Agrip-

NOTÆ.

(quippe in publicum videri noluit, eo usque consternatus) ad senatum, ad consules, qui referrent de exilio, seu relegatione Juliæ, quippe exilium feminæ senatus-consulto sanciri debuit, ut & mox Agrippæ Postumi. Seneca de benef. lib 6. 32. *Augustus flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus urbem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filia in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adulterâ in quæstuariam versa, jus omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda, (quia quarumdam rerum turpitudo ad vindicantem redit) parum potens iræ publicaverat.*

1. *Pandateria.*] *Palmaia* teste Celso Cittad. insula maris Tyrrheni in sinu Puteolano, Palmariæ & Pontiæ finitima.

2. *Rheginorum*] Rhegium Urbs Brutiorum populorum ad fretum Siculum, hodie *Rheggio* urbs Archiepiscopalis, Calabriæ ulterioris in regno Neapolitano.

3. *Vt imparem.*] *Impares* in amore appellantur, cum mutuo non amatur & alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum: contra eum mutuo inter se pariter amant pares dicuntur. Horatius: *Et quarat iratus parem.*

Vt imparem.] Tantum non ad illud jugum. *Lipsius.* quasi esset impar tantæ libidini uxoris Tiberius,

Vt imparem, Nempe ut indignum conjunctione Cæsarum, ut filium invisæ novercæ Liviæ, ut claritudine stirpeque, & imaginibus longe inferiorem, cum Iulia filia esset Cæsaris Augusti, mater Lucij & Caji Cæsarum: ut qui claritudinem totam desumeret ex conjugio Liviæ matris cum Augusto patre Juliæ, ut qui suomet matrimonio cum Julia in altissimum fastigium eveheretur. Neque mirum si Julia spernerer maritum, *ut imparem:* quem suis nuptiis eo usque evexerat. Huc referri ex parte potest illud Plinij panegyr. *Video enim jam inde antiquitus maritos dearum ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarum, magis quam his artibus inclaruisse.* *cò his artibus*, id est uenatu insequendo feras, seu remis transfretando maria, quod non facit ad hunc locum.

4. *Tam intima.*] Id est secreta, & arcana causa Tiberio secedendi, nimirum, quia illum spernebat Julia & clarissimorum juvenum amore exardebat, *tam intima*, idem est, ac tam vera, eo enim verior, quo secretior. & quo occultior ea causa, eo certior, & sincerior fuit in Tiberio.

5. *Cur Rhodum abscederet.*] Grave quidem Tiberio erat sufferre procacitatem, & impudicitiam Juliæ, sed imperij spes immane tolerantiæ præmium. Sic *Forstnerus*, sed fallitur. nondum enim potuit Tiberius sperare imperium viventibus adhuc florentibus que Lucio & Cajo Cæsaribus, sed timuit ne exasperaret adolescentes Cæsares, filios Juliæ, quibus jam invisus, & suspectus erat propter novercam Liviam. his irritatis simul alienabat animum Augusti, igitur maluit abscedere, quam queri de Julia quæ illum ut impa-

ctum Poſthumum Agrippam, omnis ſpei egenam, inopia ac [1] tabe longa peremit, obſcuram fore necem [2] longinquitate exilij ratus. Par cauſa ſævitiæ in [3] Sempronium Gracchum, qui familia nobili, ſolers ingenio & pravè facundus, eamdem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat: nec is libidini finis; traditam Tiberio, pervicax adulter contumacia & odiis in maritum accendebat: litteræque quas Julia patri Auguſto cum inſectatione Tiberij ſcripſit, à Graccho compoſitæ credebantur. Igitur amotus [4] Cercinam, Africi maris inſulam, quatuordecim annis exſilium toleravit. Tunc milites ad cædem miſſi, invenere in prominenti littoris nihil lætum opperientem. quorum adventu *breve tempus* petivit, *ut ſuprema mandata uxori Alliariæ per litteras daret*: cervicemque percuſſoribus obtulit. conſtantia mortis, haud indignus Sempronio nomine, vitâ degeneraverat. quidam non Româ eos milites, ſed
54 ab L. Aſprenate proconſule Africæ miſſos tradidere, auctore Tiberio, qui famam cædis poſſe in Aſprenantem verti, fruſtrà ſperaverat. Idem

INTERPRETATIO.

pam omni ſpe deſtitutum, egeſtate diutina ac fame interemit 2. occultam fore mortem illius putans diſtantia & diuturnitate exilij. Eadem ratio fuit, cur ſaviret in Sempronium Gracchum. qui ſtirpe illuſtri, promptus ingenio, & male diſertus, eidem Juliæ ſtuprum obtulerat in conjugiò M. Agrippæ, nec ibi ceſſavit impudicitia, collocatam Tiberio pertinax corruptor pervicacia & inimicitiis adverſus virum incitabat; & epiſtolæ quas Julia miſit parenti Auguſto, quibus Tiberium incuſabat: Gracchi ingenio formatæ exiſtimabantur. Igitur amandatus Cercinam Africi maris inſulam per quatuordecim annos exilium tulit. Tunc milites ad eum interficiendum miſſi, hunc reperere in prominenti ripa, qui nihil fauſtum exſpectabat; quibus accedentibus modicum ſpatium poſtulavit: ut ultimam voluntatem conjugi Alliariæ per epiſtolas nunciaret, caputque interfectoribus præbuit ultro, conſtantia mortis, haud indignus Semproniorum decus; dum viveret à virtute illorum deſciverat: nonnulli prodiderunt hoſce milites, non ab urbe miſſos eſſe, ſed ab L. Aſprenate, qui crediderat, ſed fruſtra opinionem necis hujus poſſe in Aſprenatem refundi. Eodem anno novæ religiones inſtitutæ ſunt, adjuncto

NOTÆ.

rem ſpernebat, nixa filiis Lucio & Cajo Cæſaribus.

1. *Tabe longa peremit.*] Suet. Tib. 50. *Iuliæ uxori tantum abfuit, ut relegatæ, quod minimum eſt officij, aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex conſtitutione patris uno oppido clauſam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit, ſed peculio concesso à patre præbitiſque annuis fraudavit: per ſpeciem publici juris, quod nihil de his Auguſtus teſtamento cavisset.*

2. *Longinquitate exſilij ratus.*] Nam relegata Julia anno DCCXLVIII. ex quo ad hunc diem anni fere viginti.

Longinquitate exſilij.] Credens hominibus, ob exſilium quod tam diu remotis in locis toleraviſſet, ejus jam fere oblitis, neminem magnopere inquiſiturum eſſe quomodo perierit: Gr. *Longinquitas* hic intelligi debet ſimul & de longo tum temporum, quum locorum intervallo.

3. *Sempronium Gracchum.*] Vellejus lib. poſteriore: *Quinctius Criſpinus ſingularem nequitiam ſupercilio truci protegens, & App. Claudius & Sempronius Gracchus ac Scipio, aliique minoris nominis, utriſque ordinis viri, quaſi cujuſlibet uxore violata, pœnas pependere: cum Cæſaris filiam, & Neronis violaſſent conjugem:*

4. *Cercina.*] Inſula Cercina & Cercinna *Querquene* Mercat *Charchana* Faz. inſula maris Africi, longa 25. mill.

annus novas ceremonias accepit, addito [1] sodalium Augustalium sacerdotio [2] ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris, sodales Titios instituerat. sorte ducti è primoribus civitatis unus & viginti. Tiberius, Drusúsque, & Claudius, & Germanicus adjiciuntur. Ludos Au-

INTERPRETATIO

veteribus sacerdotio sodalium Augusti, ut olim T. Tatius constituerat sodales Titios conservandis caremoniis Sabinorum. Sorte delecti fuerunt è principibus civitatis unus & viginti. Tiberius, Drusus, Claudiusque & Germanicus adscribuntur. Tum primum orta seditio ex contentione histrionum interpellavit ludos Augustales. Huic oblectamento

NOTÆ.

1. *Sodalium Augustalium sacerdotio.*] Idque exemplum placuit deinceps in omnibus imperatoribus qui facti Divi. Ita sodales Flavij, Hadrianales, Æliani, Antonini, passim in historia memorati. Lapis priscus.

NERONI. CÆSARI. GERMANICI F. TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUGUS. PRON. FLAM. AUGUSTALI. SODALI. AUGUSTALI. Q. Q. NOVANIUS. Q. L. SÆVIUS.

2. *Ut quondam T. Tatius.*] Reperio duobus locis manifestas contradictiones apud Tacitum. Reperio scilicet Tacitum in annalibus oppositum Tacito in historiis. Prima contradictio haud dubie hoc loco libri primi, Altera vero, ubi de Othone, & nuptiis Poppææ cum Nerone. Aliud enim evidenter adfirmat in annalibus, aliud in historiis. Quæ contradictiones nullâ arte aut ingenio dissolvi possunt, ut mea fert opinio, puto prudentior factus in annalibus, retractavit quædam. Nam historiæ prius compositæ erant. Sed quid hæc in tanta mole curarum quas auctor ille digesserat immenso labore? cætera Taciti dificilia, obscura, ambigua, tamen aliquatenus explicantur, aut eluduntur.

Lipsius ait, pugnare secum Tacitum, cum hic sodales Titios institutos dicat, retinendis sabinorum sacris: at lib. 2. histor. Tatij regis memoriæ à Romulo sacratos. *Julius Salinerius* idem esse affirmat, propter regni societatem, atque utrobique id à Tacito dictum, ut tantum sciretur, quo exemplo Tiberius sodales Augustales instituerit. Nos fortasse aliter pugnam conciliabimus; ut Tatius sodales quidem instituerit, patriis sacris retinendis; Romulus vero post illius mortem, eos solemnitate quadam confirmaverit, atque sacraverit, ut Sabinum populum eo magis deliniret. *Pichena.*

T. Tatius.] Aperte secum pugnat Tacitus, repugnat Tacitus scriptor historiarum, Tacito scriptori annalium. Vel quia scripsit, & edidit historias, prius quam annales, nec sic opus retractare potuit, tum quia forte senior, & veritatis certior, cum scripsit annales, & forte tum habuit ad manum certiora commentaria, vel veriora judicavit, & certe vix ulla cura, aut ingenij magnitudo tot, & tantas res capere possit, scripserat Tacitus res Tiberij, Caligulæ, Claudij Neronis, quas res tantum mutilas habemus invidia fati. Scripserat res Vespasiani, Titi, Domitiani, Nervæ forte, & Trajani, quæ etiam invidia temporum intercepta sunt. quid mirum, si in tanta mole rerum aliquid excidat scriptori, vel sententiam interdum mutet?

Ut quondam T. Tatius.] Pugnat aperto Marte secum Tacitus, lib. II. Historiarum: ubi vult sodales Titios (ita enim scribit non *Tatios*, ex lapid. & libris; dictique à prænomine Tatij) institutos non retinendis sacris, sed memoriæ Tatij sacrandæ. Quæ causa hoc quidem loco aptior erat; fortasse & verior. *Faces Augustales subdidere, quod sacerdotium ut Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Julia genti sacravit.* Dionysius hanc rem non attigit, contentus dixisse, honeste sepultum Tatium, quot annis ei publicas inferias factas. *Lipsius.*

Augustalium sacerdotio, ut quondam

gustales[1] tunc primum cœpta turbavit discordia, ex certamine histrionum.[2] Indulserat ei ludicro Augustus, dum Mæcenati obtemperat effusio in amorem Bathylli, neque ipse abhorrebat talibus studiis, &

INTERPRETATIO.

animum tentulerat Augustus, dum Mæcenati indulget Bathyllum mire deperëunti: neque ipse alienus erat ab ejusmodi voluptatibus, & populare existimabat plebi oblectationibus

NOTÆ.

Tatius.] Hæc pugnare videntur cum altero loco Taciti lib. 2. hist. 95. ubi sic habet de Vitellio. *lætum fœdissimo cuique, apud bonos invidiæ fuit, quod extructis in Campo Martio aris, inferias Neroni fecisset* (Vitellius) *Cæsa publicè victima cremataque, faces Augustales subdidere, quod sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Juliæ genti sacravit.* Vt prisci illi reges sibi mutuo honores instituebant; ita & Cæsares mutuo se consecrabant, & sacerdotia destinabant, nisi forte quorum memoria exsecrabilis fuit, ut Caligulæ, Neronis & similium portentorum, idque jam olim usurpatum inter reges, seu mox deos Italiæ antiquissimos. Macrobius lib. 1. sat. 7. *Cum inter hos subito Saturnus non comparuisset, excogitavit Janus honorum ejus augmentum. At primum terram omnem ditioni suæ parentem Saturniam nominavit. Aram deinde cum sacris tanquam deo condidit, quæ Saturnalia nominavit.* Hic tamen ritus conserandi homines, eosque cœlo dicandi, præcipuè originem habuit à Græcis, ut mox videbimus. Nec solum templa, & sacerdotia Heroibus illis Romanis sacrata, sed etiam certamina & ludi, ut diis majorum gentium olim. Tac. lib. 15. 23. ubi de puerperio Poppææ apud Antium: *Et additæ supplicationes, templum que fœcunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum: utque fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis collocarentur; Ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur.* Vt vides, in ortu & in morte adulationum ingenia eo usque prorumpebant. addit Tac ibid. *quæ fluxa fuere quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortæ adulationes censentium honorem divæ, & pulvinar, ædemque & sacerdotem.*

1. *Tunc primum cœptes*] Quomodo id verum? siquidem ludi Augustales jam pridem instituti celebratique, Q. Ælio Tuberone, Paulo Fabio Coss. ut dixi supra. Referibe igitur, *tunc primum cœpta* idque Tacito ipso auctore, infra: *Theatri licentia proximo priore anno cœpta gravius tum erupit. L.*

Tunc primum cœpta discordia.] Non tunc primum cœpti aut celebrati ludi Augustales, sed tum primum, illi ludi turbati sunt tali histrionum discordia, & forte etiam tum primum orta discordia est in theatro ob æmulationem histrionum. Itaque possit hic esse sensus, tum primum turbati sunt ludi Augustales certamine histrionum, & tum primum orta seditio apud populum ex tali contentione, idque firmatur ex sequentibus, Taciti verbis.

2. *Indulserat ei ludrice Augustus.*] Imo Augustus id ludricum invenit. Suidas: ὀρχήσεις παντόμιμος, ταύτην ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. Saltationem pantomimorum invenit Augustus Cæsar, hanc ambientibus primùm Pylade & Bathyllo. verè Suidas. Ante Augustum sane liberaque repub. Pantomimorum nullum vestigium. Zolimus lib. 1. inter causas labefacti imperij non vanè refert, quod *Octaviani temporibus Pantomimorum saltatio primi incognita in usu esse cœperit, Pylade & Bathyllo primis ejus auctoribus.*

Ubi tamen intelligi etiam potest, hunc Bathyllum servum Mæcenatis fuisse. Seneca pater, *Recitabas rescriptum Labieni pro Bathyllo Mæcenate* (corrige, *Mæcenatis*) *in quo suspicietis adolescentis animum, illos denics ad mordendum provocan-*

[1]civile rebatur [2]misceri voluptatibus vulgi. [3]alia Tiberio morum via: sed populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere. Druso Cæsare, C Norbano Coss. [4]decernitur Germanico triumphus manente bello; quod quanquam in æstatem summa ope parabat, initio veris & repentino [5]in Cattos excursu, præcepit. nam spes incesserat dissidere hostem in Arminium ac Segestem, insignem utrumque perfidia in nos, aut fide: Arminius turbator Germaniæ: Segestes, *parari rebellionem* sæpe alias, & supremo convivio, post quod in arma itum. aperuit: suasitque Varo, *ut se & Arminium, & cæteros proceres vinciret*:

INTERPRETATIO.

interesse. Diversum Tiberio ingenium, sed populum tot annis leniter habitum, statim ad asperiora ducere non audebat. Druso Cæsare, C. Norbano Consulibus senatusconsulto triumphus Germanico conceditur, durante bello, quod quamvis toto conatu instrueret in æstatem proximam, tamen ineunte vere, & repentina in Cattos eruptione, prævertit, etenim spes intraverat discordare Germanos inter Arminium & Segestem, utrumque illustrem, vel perfidia in Romanos, vel fide: Arminius conciter Germaniæ, Segestes agitari defectionem, sæpe alias monuit, atque etiam ultimis epulis, post quas arma sumpta sunt, & consuluit Varo: ut se & Arminium & cæteros principes vinculis cohiberet,

NOTÆ.

tis. corruptum id nomen apud eumdem Senecam, præfat. lib. III. *si Thrax essem Fusius essem: si Pantomimus essem, Panthyllus essem, si eques, Melisso.* lege, *Bathyllus essem. Lipsius,* Attamen nomina patronorum honoris causa assumebant liberti, & hic vocari potuit *Bathyllus Mæcenas,* si libertus Mæcenatis fuit, non servus tantum, & verisimile est libertum fuisse.

1. *Civile rebatur.*] Populare & civibus lætum, amœnumque id existimabat, & deliniendis civium animis idoneum, quos contra tristitia Tiberij abstertebat, nam *alia Tiberio morum via.*

2. *Misceri populi voluptatibus.*] Sic De Augusto Dio lib. 53. Non defuerunt qui ob latas præcise leges indignarentur, *sed quod Pyladem histrionem per factiones ex urbe profligatum reduxit, ea omnis indignatio evanuit. Proinde sapienter admodum Pylades ab eo objurgatus, quod cum Bathyllo eamdem artem exercente & Mæcenatis servo rixaretur, respondisse fertur. Expedit tibi Cæsar populum nobis intentum, tempus consumere.*

3. *Alia Tiberio morum via.*] Suet. Tib. 34. *Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum resectis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.*

4. *Decernitur Germanico Triumphus.*] Teste Strabone lib. 7. *Ducti sunt in Triumphum nobiles Germani utriusque sexus. Nempe Semiguntus, Segiguntus Segestis filius Cheruscorum ductor, & soror ejus, uxor etiam Arminij, ejus trimus filius. Item Sesitacus filius Ægimeri Cheruscorum ductoris, ejusque conjux Rhamis, Veromiri filia principis Batorum, Deutorix Betoritis filius. Melonis fratris Sicambri filius Ægyptus (Segestes) socer Arminij ab eo dissentiens (nam Romana arma sequutus erat) aderat triumpho, ducebatque propinquos captivos ipse eleganti vestitus habitu. Etiam ducebatur captivus Lybis Chattorum sacerdos, alijque multi ex diversis populis, ut sunt Cathilli, Ampsari, Bructeri, Nausipeter, Cherusci, Catharij, Catti, Laudi, Lubatij.*

5. *In Cattos.*] Ea gens bellicosissima omnium Germanorum, & quæ non tantum impetu, sed etiam ratione pugnaret. omne robur in pedite collocabat, neque suos credebat viros, nisi hostem perennissent, reliqui Germani Cattis ne quidem deos immortales pares putabant. Separabantur ab Hermunduris flumine. Hodie

nihil ausuram plebem principibus amotis, atque ipsi tempus fore, quo crimina, & innoxios discerneret. sed Varus fato, & vi Arminij cecidit. Segestes quamquam consensu gentis in bellum tractus, discors manebat, auctis privatim odiis, [1] quod Arminius filiam ejus alij pactam rapuerat. [2] gener invisus, inimici soceri, [3] quæque apud concordes vincula caritatis incitamenta irarum apud infensos erant. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, & tumultuarias catervas Germanicorum [4] cis Rhenum colentium Cæcinæ tradit: totidem legiones, duplicem sociorum numerum ipse ducit: positoque castello super vestigia paterni præsidij [5] in monte Tauno, expeditum exercitum in Cattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum, & fluminum relicto nam rarum illi cœlo, siccitate, & amnibus modicis inoffensum iter properaverat; im-

INTERPRETATIO.

nihil ausurum vulgus, ablatis proceribus, atque ipsi spatium fore, quo causas & insontes dijudicaret. *Sed Varus fato suo & fortitudine Arminij periit. Segestes, etsi conspiratione totius nationis in bellum raptus, ab illo dissentiebat, accensis privatim offensionibus, quod Arminius rapuisset filiam ejus Thusneldam alij promissam: gener infensus invisi soceri, & qui inter amicos sunt nexus amoris, inter inimicos odiorum incitamenta erant. Itaque Germanicus Cæcinæ permittit quatuor legiones, quinque sociorum millia & subitarias catervas Germanorum, qui citra Rhenum habitant: ipse ducit totidem legiones, & duplo majus agmen auxiliarium, structaque arce super vestigia paterni castelli apud montem Taunum, expeditas legiones in Cattos raptim agit; relicto L. Apronio ad curam itinerum & fluviorum, nam (quod raro contingit in hac regione) ariditate, & modicis fluminibus illæsum agmen celeriter incesserat, at redeunti*

NOTÆ

comitatus de *Schauuenbourg*, pars de *Brusvvick*, *Hildshein*, maxima pars Thuringiæ, *Mansfeld*, *Vvaldek*, pars *Hesse*, *Lemgou*, *Paderborn*, *Fulde*.

1. *Quod Arminius*] Filiam Segestis Thusneldam alij desponsam rapuerat: affinitatem, quæ apud concordes vinculum est amicitiæ, gener exosus, inimicus socer, inimici invicem infensiq; in stimulos atque irritamentum irarum converterant.

2. *Gener invisus.*] Segestis, qui etiam *inimicus socer*, vel gener invisus inviso socero.

3. *Quæque apud concordes vincula.*] Plut. in lib. de fraterno amore. Sicut quæ compacta sunt, etiam glutine soluto, rursus colligari & coire possunt. Corpus autem quod natura vivit, si rumpatur, aut scindatur, difficulter glutinari, aut rursum potest coalescere, ita quas usus contraxit amicitias, ex dissidio accidente, nullo negotio redintegrantur. fratres, ubi naturali amore exciderunt: neque in gratiam facile redeunt, & reconciliatio semper cicatricem sordidam ex latente malo infectam retinet. Amicos, compotores, affines, & familiares parari alios posse, prioribus, armorum instar, aut instrumentorum perditis, fratrem recuperari non magis posse, quam manum abscissam aut erutum oculum Præclare enim mulier illa Persica dixit, cum fratris salutem, saluti liberorum antetulisset, posse aliam se prolem nancisci, fratrem autem amissis parentibus, nullum.

4. *Cis Rhenum colentium.*] Ut erant Vangiones, Triboci, Nemetes, Treveri, Nervij, sed & pars aliqua Batavorum.

5. *In monte Tauno.*] Taunus mons in Mattiacis *le mont de Vvisbaden*, male cis Rhenum dicitur esse *Darestorg*.

brefque & fluminum auctus regredienti metuebantur. Sed Cattis adeo improvisus advenit, ut quod imbecillum ætate ac sexu, statim captum, aut trucidatum sit: juventus flumen [1] Adranam [2] nando tramiserat, Romanosque pontem cœptantis arcebant. dein tormentis sagittisque pulsi, tentatis frustra conditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui omissis pagis vicisque in silvas disperguntur. Cæsar incenso [3]Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum. non auso hoste terga abeuntium lacessere, quod illi moris, quoties astu magis, quam per formidinem cessit. Fuerat animus [4] Cheruscis juvare Cattos, sed exterruit Cæcina huc illuc ferens arma: & Marsos congredi ausos, prospero prælio cohibuit. Neque multo post 57
legati à Segeste venerunt, auxilium orantes adversus vim popularium, à quis circumsedebatur. validiore apud eos Arminio, quando bellum suadebat. Nam barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus, rebusque motis potior habetur. Addiderat Segestes legatis filium

INTERPRETATIO.

pluvia, & intumescentes amnes formidabantur: sed Cattos adeo inopinantes invasit, ut quod imbelle erat per ætatem ac sexum, statim captum aut interfectum sit; juvenes fluvium Adranam natando transmearant: & prohibebant Romanos qui pontem incipiebant, mox ballistis telisque propulsati, agitatis frustra conditionibus fœderis, cum interim nonnulli ad Germanicum transfugissent, ceteri relictis pagis vicisque in saltus dilabantur. Cæsar cremato Mattio (ea provinciæ metropolis) agros depopulatus flexit ad ripam, non ausis barbaris postremum agmen discedentium oppugnare, quod illi solebant, quoties dolo magis, quam metu abscesserant. Cherusci voluerant opem ferre Cattis, sed absterruit Cæcina hucque & illuc spargens bellum, & Marsos pugnare ausos felici certamine cohibuit. Neque multo interjecto tempore venerunt oratores à Segeste missi, opem rogantes contra vim Germanorum à quibus obsidebatur, potentiore apud eos Arminio, cum eos ad arma concitaret. quippe apud barbaros, quo quis promptior & ferocior, tanto majorem fidem habet auctoritatemque rebus semel turbatis. Adjunxerat Segestes filium

NOTÆ.

1. *Adrana.*] Eder, fluvius Germaniæ per Hassiam in *Fuldam* apud *Cassellam* influens, juxta *Valdecum* & *Fristariam* urbes decursens.

2. *Nando tramiserat.*] Juvenes Catti cum essent citra Adranam, fluvium trajecerunt, & in altero littore stantes, arcebant Romanos, ne pontem struerent, transmitterentque fluvium, sed hinc machinis, telisque pelluntur à Romanis.

3. *Mattio.*] Antea Mattium Cattorum urbs in Mattiacis: hodie *Marpourg*, quasi Mattiorum burgus.

Mattio.] Mattium Cattorum oppidum Mattiacum *Marpurg*, vel *Martpurg* teste Ortelio. urbs Germaniæ præclara Hassiæque primaria, & Academia media inter Francofurtum & Cassellam, alteram Hassiæ urbem primariam 9. leuc. quæ Mattium Tacito, caput Cattorum aliis *Baden* esse videtur, Marchiæ Badensis urbs primaria in Suevia, inter Argentoratum & Phocenam 4. leuc quod Tacitus ibi fontes calidos memoret.

4. *Cheruscis.*] Hodie Cherusci sunt pars de *Lawenbourg*, veteris *Markiæ*, Archiepiscopatus de *Magdebourg*, *Brunsvik*, *Halberstat*, *Hall*, & quidam comitatus *Thuringiæ*.

Cheruscie.] *Mansfelder* existimat Ortelius. *Luneburgenses* mavult H. Junius in sua Batavia *Cheruscorum* agros ex Cluverio nunc tenent *Brunswicenses* ac *Luneburgenses*.

[1] nomine Segimundum sed juvenis conscientia cunctabatur. quippe anno quo Germaniæ descivêre, [2] sacerdos apud Aram Ubiorum creatus, ruperat [3] vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in spem clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata, benigneque exceptus, cum præsidio Gallicam in ripam missus est. [4] Germanico pretium fuit, convertere agmen: pugnatumque in obsidentis, & ereptus Segestes magna cum propinquorum & clientium manu. [5] Inerant feminæ nobiles, inter quas uxor

INTERPRETATIO.

suum oratoribus, vocabulo Segimundum, sed adolescens conscientia transfugij *dubitabat: etenim anno quo Germania rebellavere, sacerdos electus apud Aram Vbiorum laceraverat infulas, & ad perduelles transfugerat. Attamen evectus in spem lenitatis Romanæ, parentis jussa renuntiavit, clementerque exceptus, datis*, qui illum tuerentur, *custodibus, ultra Rhenum missus est. Opera pretium esse duxit Germanicus reducere legiones: certatumque adversus circumsedentes, & liberatus est Segestes cum ingenti agmine cognatorum &*

NOTÆ.

1. *Nomine Segimundum.*] Horum & plurium ducum mentio apud Strabonem, lib. VIII. *Pœnas dederunt omnes, & triumphum pulcherrimum Germanico Cæsari, in quo ducta illustrium captivorum corpora, ut Segimuntus Segestis filius, Cheruscorum dux, ejusque soror, uxor Arminij qui bello præfuerat apud Cheruscos in expeditione contra Varum.*

2. *Sacerdos apud Aram.*] Sic exstruebant aras & templa, ut populi recenter domiti artibus moribusque Romanis, sensim assuescerent & ditiores primoresque electi sacerdotes. qui suo sumptu sacrificia facerent; sic infra Tacitus, ubi de Britannia, in quâ templum Claudio structum, & sacerdotes instituti ex illa gente.

Apud Aram Vbiorum.] Frequens hujus aræ mentio. Vidi qui vellet Bonnam nunc esse. Ego vereor ut proprius abfuerit ad oppido Ubiorum. Quidquid hodie sit, puto originem ei loco à veneratione Augusti, cui novo cœliti ara illic, recepta adulatione, exstructa, uti ara Lugduni: & ad eam sacerdotes ex primoribus generis, inter quos hic *Segimundus*. Lipsius.

Apud aram Vbiorum.] Videtur fuisse unum & idem, oppidum Vbiorum, & & ara Ubiorum. Aut saltem non procul amota fuit illa ara ab oppido: nam cap. 37. *Primam & vicesimam legiones in oppidum Vbiorum reduxit Cæcina*, & cap. 39. *Reversum apud aram Vbiorum legati ab senatu conveniunt Germanicum*, & ibi duæ legiones in hibernis *prima* & *vicesima*.

3. *Ruperat vittas.*] Honorarij tumuli sacrati Druso apud ipsum Rhenum, inter quos illa ara, cujus sacerdos ille Segimundus rebellionem & fugam meditans, vittas aræ rupit, mox fugit, potuit etiam rupisse vittam capitis, quasi ejurans istud sacerdotium, & mortui memoriam. sic Stat Papin. 3. Theb.

Ergo manu vittas, damnataque vertice serta
Deripit, abjectaque inhonorus fronde sacerdos. Aurelius.

Illa ara eximia, forte potius Augusti fuit. Nam viventi etiam structa illi ara fuerat Lugdun, consensu & sumptu multarum nationum Galliæ.

4. *Germanico pretium fuit.*] Hoc est, satis magnum operæ laborisque pretium tulit, erepto scilicet Segeste, capta Arminij uxore, receptis Varianis spoliis &c. hoc sensu 2. 35. *Ni pretium foret noscere.*

5. *Inerant feminæ nobiles.*] Nempe filia Segestis, quæ & uxor Arminij, & cæteræ primariæ feminæ erant cum obsidentibus, & captæ fuerunt in prælio quo profligati obsessores & ereptus est Segestes; erant enim feminæ comites belli simul & incitamenta fortitudinis Germ. 7. *ad matres ad conjuges vulnera ferunt, nec illæ nu-*

Arminij

Arminij, eademque filia Segestis, [1] mariti magis quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce supplex, [2] compressis intra sinum manibus, gravidum uterum intuens. Ferebantur & spolia Varianæ cladis, plerisque eorum qui tum in deditionem veniebant, prædæ data. Simul Se-

INTERPRETATIO.

clientium, in quibus erant matronæ insignes, & in iis conjux Arminij, eademque filia Segestis, quæ viri magis quam patris indolem præferebat; neque effusa in fletus, neque sermone supplex, compressis intra gremium manibus, tumentem alvum conspiciebat. Referebantur etiam spolia variani certaminis, quæ in partem prædæ cesserant plerisque illorum, qui tum in potestatem Romanorum veniebant. Simul & Segestes ipse ingens aspectu,

NOTÆ.

merare aut exsugere plagas pavent, cibosque & hortamina pugnantibus gestant, & 8. *Memoriæ proditur quasdam acies inclinatas jam & labantes à feminis restitutas constantia precum, & objectu pectorum, & monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ, quoque nobiles imperantur*: & lib. hist. 4. 18. *Civilis captarum cohortium, signis circumdatus*, &c. *Matrem suam, sororesque, simul omnium conjuges, parvosque liberos consistere à tergo jubet; hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem.*

1\. *Mariti magis.*] Tac. Germ. *sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus, unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament.*

2\. *Compressis intra*] Qui habitus etiam nunc. Germanicis matronis (vidêre videor) per modestiam & decorum assumptus. *Lipsius.*

Compressis intra sinum manibus.] *Tacitus* eum habitum notat, veluti signum *roboris & constantiæ animi*, & quasi ferociæ Germanicæ specimen: nam *mariti magis quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce suplex*, &c. Et *gravidum uterum* intueri videbatur fœmina, quasi gloriaretur stirpe, quam ex tali tantoque viro susceptam editura esset. Non Arminium, non seipsam, sed fortunam tantum arguebat, vel temnebat. *Lipsius* signum modestiæ fuisse in fœmina pro moribus Germaniæ adfirmat. *Ablancurius* noster veluti signum *mæroris, consternationis*, & *abjectæ spei* omnis arguit. Fortè unus & idem habitus corporis, possit diversos animi affectus exhibere. Sed quantum Taciti mens intelligi potest, videtur ipsa non metuisse fortunam, imo potius sprevisse; & ut ita dicam irrisisse hostes de fœminis triumphantes Videtur non præsentis, sed prioris sortis prorsus meminisse. Videtur illud decantatum usurpasse matrona hæc Germanica.

Et si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

tantam cladem captivitatemque infracto, Interritoque animo sustinet fœmina; & velut in maximo otio & quiete rerum, fiduciam, securitatem, summamque animi tranquillitatem præfert, nec admodum satagit in tanto rerum animorumque motu. Livius lib. 7. 13 *Quid enim aliud esse causæ credimus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus, sedeat.* Et Lucanus lib. 2.

Quis, cum ruat arduus æther,
Terra labet, misto coëuntis pondere mundi,
Compressas tenuisse manus?

His moribus educata, nuptaque uxor Arminij, quos describit Tacit. de moribus Germ. 18. *Dotem non uxor marito, sed uxori maritus affert, &c. boves & frænatum equum, & scutum cum framea gladioque*, &c. *Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonij auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque so-*

gestes ipse [1] ingens visu, & memoria bonæ societatis impavidus. verba
58 ejus in hunc modum fuere: *Non hic mihi primus erga populum Rom. fidei & constantiæ dies: ex quo à divo Augusto [2] civitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi: neque odio patriæ (quippe proditores, etiam iis quos anteponunt, invisi sunt) verum quia Romanis Germanisque idem conducere: & pacem, quam bellum probabam. ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat, reum feci, dilatus segnitia ducis, quia parum præsidii in legibus erat;*

INTERPRETATIO.

& conscientia fidei interritus. Oratio ejus in hanc sententiam fuit. Non hodie primum mea fides innotuit, & constantia adversus populum Rom. ex quo primum me divus Augustus in civitatem Romanam adscripsit, amicitias aut inimicitias quæsivi ex vestris commodis, neque id ira aut offensione in patriam, (etenim transfugæ etiam iis quos præferunt odio sunt) verum quia idem utile esse putabam, Romanis & Germanis; & quia pacem malebam, quam bellum. Igitur accusavi Arminium raptorem filiæ meæ, & ruptorem fœderis vestri apud Varum, qui tum legionibus præerat

NOTÆ.

tiam, idem in pace, idem in prælio passuram, ausuramque. hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum.

Compressis intra sinum.] Certè potuit uxor Arminij præferre constantiam, ut decuit nobilissimæ stirpis fœminam. quod dicit Tacitus, *neque victa in lacrymas*, &c. Potuit & simul præferre pudorem & sanctitatem, ut debuit matrona castissima & *Germanica*, eoque animi habitu stare, *compressis intra sinum manibus.* Nec constantia animi opposita est modestiæ & sanctitati fœminæ. Et cum dicit Gallicus interpres fuisse habitum illum *desperationis* indicem, cepit, quasi Tacitus scripsisset tantum, *compressis manibus*, sed certe aliud est *compressis manibus*, aliud *compressis intra sinum manibus.* Primum esse possit negligentis, spernentis, aut etiam desperantis, at secundum rectè convenit pudori fœminæ, quæ brachia, manusque intra sinum vestis tegit, velatque in tanta hominum & hostium turba. Nempe ita capio, ut manus dextra adposita, & adpressa sinistræ fuerit, & sic utraque manus intra sinum sublatuerit. Matronarum Germanicarum habitum cultumque describit Tacitus lib. de mor. Germ. 17. *Fœminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos, sed & proxima pars pectoris patet.* Ut vides, *nuda* illæ *Germanicæ* fœminæ, *brachia ac lacertos.* Et tamen *severa illic matrimonia. Nec ullam partem morum magis laudaveris*, inquit Tacitus ibidem. Non mirum igitur si fœmina illa Arminij præ pudore adpresserit manus pectori, compresseritque intra sinum, & sub amictu aliquo, ut fortè simul, & partem pectoris nudam, & lacertos suos sic velaret, ut ne vel oculis quidem victorum pudicitiâ suâ delibaretur. Apud Plutarchum in Mario, fœminæ Cimbrorum clade acceptâ, postularunt, ut inter ἀειπαρθένους, seu virgines Vestæ, Sacerdotesque adscriberentur, quod cùm non impetrassent, mori maluerunt, quàm nova matrimonia experiri.

1. *Ingens visu.*] Quemadmodum Annibal, Sertorius, Civilis: nam Segestes oculum ex vulnere amiserat, pugnans in partibus Romanis.

2. *Civitate donatus sum.*] Nota civitatem Romanam datam proceribus Galliæ & Germaniæ, dein & Civitatibus universis, tanquam summum decus; sic maximè augebant Imperium Romani. Cum

ut me & conscios vinciret, flagitavi. [1] *testis illa nox, mihi utinam potius novissima! quæ secuta sunt* [2] *defleri magis, quam* [3] *defendi possunt. cæterum & injeci catenas Arminio, & à factione ejus injectas perpessus sum. Atque ubi primum tui copia, vetera novis, & quieta turbidis ante habeo: neque ob præmium sed ut me perfidia exsolvam: simul genti Germanorum idoneus conciliator, si pœnitentiam quam perniciem maluerit. Pro juventa & errore filij veniam precor: filiam necessitate huc adductam fateor. tuum erit consultare,* [4] *utrum prævaleat, quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita est.* Cæsar clementi responso, liberis propinquisque ejus incolumitatem [5] ipsi sedem vete-

INTERPRETATIO.

At prolatus socordia ducis, quia parum auxilij in judiciis erat, postulavi, ut me & Arminium & cõjurationis socios in custodia haberet. Conscia illa nox quæ utinam mihi potius suprema fuisset: quæ postea gesta sunt deplorari magis, quam purgari aut diluì possunt. Cæterum & Arminium in vincula conjeci, & à fautoribus ejus injectas etiam catenas toleravi. Et statim atque tui adeundi facultas data est, antiqua novis & composita turbatis præfero: neque id ob mercedem aliquam, sed ut me malæ fidei crimine absolvam: simulque nationi Germanicæ idoneus pacis internuntius futurus, si resipere potius, quam ruere in exitium cupierit. Pro juvenili ætate & imprudentia filij veniam rogo: filiam meam huc vi advectam esse non diffiteor. tuum erit cogitare utrum præpolleat, quod Arminij uxor est, an quia filia Segestis. Cæsar miti responso salutem filiis cognatisque ejus promittit; ipsique terras & penates pacata in

NOTÆ.

hostes suos cives facerent, & participes Imperij; sic & Arminius civitate donatus, & eques Rom. fuit. Sed certe respondere id decus offerentibus potuit, quod narrat Valer. lib 5. de Rege Thraciæ. *Capax generosi spiritus illud quoque dictum Regis Cotys, ne enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit: Et ego, inquit, illis, mea gentis jus dabo. Æquavit Athenis Thraciam, ne vicissitudine talis beneficij imparem se judicando, humilius de origine sua sentire existimaretur.* Perinde asserebat Arminius gloriam & libertatem Germanicam, ac Cæsares decus & amplitudinem Imperij Romani.

1. *Testis illa nox.*] Quia noctu epulabantur primores Germani cum duce Varo. Et in convivio quod ultimum fuit, ipsi Varo conjurationem aperuit Segestes, cui non credidit fatis abreptus: Velleius, *nec diutius post primum indicem, secundo relictus locus.* Id est statim *decretis facta jungit* Arminius, sic non fuit ullus *secundo* indici *locus.*

2. *Defleri magis.*] Sic & Velleius lib. 2. *Ordinem atrocissimæ calamitatis, qua nulla post Crassi in Parthis damnum, in externis gentibus gravior Romanis fuit, justis voluminibus, ut alij, ita nos conabimur exponere, nunc summa deflenda est.*

3. *Defendi.*] Aliquatenus *defendi* potuit, quia consensu gentis in bellum abreptus Segestes; attamen invitus. *Et memoria bona societatis impavidus.* Se tamen hic defendit Segestes, cùm dicit, *injeci catenas Arminio, &c. Atque ubi primum tui copia, vetera novis, & quieta turbidis antehabeo, &c.*

4. *Utrum prævaleat.*] Uter plus juris in eam habeat, & utri parere magis debeat, patri an marito, mox patri. *Lipsius.* Utrum prævaleat ad veniam, *tuum erit, &c.*

5. *Ipsi sedem vetere in provincia.*] Hoc est, in Cisrhenana. *Vetus provincia* dicebatur ea cujusque regionis pars, quæ olim imperio adquisita pacataque fuerat, reliquis postea adjectis, aut adhuc rebellibus. Sic apud Liv. 24. 44. Sicilia in duas provincias dividitur. *Sicilia, finibus eis quibus regnum Hieronis fuisset, Lentu-*

re in provincia pollicetur. Exercitum reduxit, nomenque *Imperatoris* [1] auctore Tiberio accepit. Arminij uvor virilis sexus stirpem edidit: [2] educatus Ravennæ [3] puer, quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur.

59 Arminium super insitam violentiam, rapta uxor, [4] subjectus servitio uxoris uterus, vecordem agebant: volitabatque [5] per Cheruscos, arma in

INTERPRETATIO.

ripa. Mox legiones reduxit in hiberna & vocabulum Imperatoris jussu Tiberij assumpsit Arminij conjux masculam prolem enixa est enutritus Ravennæ puer fuit, sed quibus postea fortunæ jocis aut contumeliis exagitatus sit, suo loco trademus. *Rumor dediti clementerque excepti Segestis sparsus per Germanias latitia vel ira excipitur, prout singuli cupiebant bellum, aut nolebant Arminius præter innatam ferociam, praeceps etiam & Vesanus agitabat, ob raptam conjugem, & mancipatum servituti conjugis uterum: volitabatque per Cheruscos copias adversus Segestem, adversus Cæsarem flagitans,*

NOTÆ.

tulo Proprætori provincia vetus. Iterum 25. 3. *P. Lentulo qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusa, & qua Hieronis regnum fuisset.* Ergo *vetus* hæc *provincia* necessario de parte Germaniæ, non de Gallia accipienda est, & & quidem haud dubiè de *Cisrhenana* infra c. 59. *voleret Segestes victam ripam. Freinsh.* quæ Gallis transrhenana esset.

1. *Auctore Tiberio.*] Jussu Tiberij, neque aliter Germanicus nomen Imperatoris accepisset, etiam offerente milite, adeo se modestè gerebat, ne odium patrui provocaret.

Nomenque Imperatoris auctore Tiberio.] Adverte quod habet Dio de Augusto lib 54. Et de Druso, postquam Germanos vicisset. *Ob hac ei honores triumphales, ut eques in urbem inveheretur, ac peractâ præturâ cum proconsulari imperio esset, decretum est: Nomen autem Imperatorium, & si sicut antea Tiberius, etiam ille à militibus tunc Imperator esset dictus, non tamen ab Augusto ipsi concessum est, licet Augustus ipse numerum talium appellationum suarum hinc auxisset.* Semel & vicies appellatus est imperator Augustus. In quarum appellationum numero fuit ista hæc quam sumpsit ex victoria Drusi. Adeo æmulatus est nomen illud Imperatorium, ut non statim id concesserit privignis, Druso aut Tiberio, sed id sibi servavit. *Attamen postea Tiberium Neronem & Claudium Drusum privignos Imperatoriis nominibus auxit.* teste Tac. lib. 1. 3.

2. *Educatus Ravenna.*] Ravenna, urbs Senonum populorum, ad oram maris Adriatici, in Gallia Cispadana regione Italiæ. Hodie nomen antiquum retinet, urbs est provinciæ Romagnæ, sive Romandiolæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

3. *Puer quo mox ludibrio*] Tacitus hæc narraverit, in rebus Caij aut Claudij, libris qui perierunt.

4. *Subjectus servitio uterus.*] Ait Strabo lib. 7. Hesueldam uxorem Arminij, cum capta esset, secum habuisse Tumelicum filium trimestrem. Et hunc postea Ravennæ educatum Haud dubiè peperit filium Arminij uxor, prinsquam in Italiam abduceretur, & jam trimestris erat filius ipsius, cum abducta est Ravennam. Veri simile est eam in triumpho Germanici ostentatam, atque Romam prius advectam, dein reductam esse Ravennam cum filio.

5. *Per Cheruscos*] Cherusci populi Germaniæ ad Visurgimi fluvium. Hodie ducatus *Brunsvvick*, Episcopatus *Hildesheim*, & pars Archiepiscopatus *Magdeburg*, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

Segestem, arma in Cæsarem poscens. Neque probris temperabat: [1] *egregium patrem!* [2] *magnum imperatorem! fortem exercitum! quorum tot manus unam mulierculam avexerint. Sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse. Non enim se proditione, neque adversus feminas gravidas, sed palam adversus armatos bellum tractare. cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana quæ diis patriis suspenderit.* [3] *coleret Segestes victam ripam; redderet filio sacerdotium:* [4] *hominem Germanos nunquam satis excusaturos, quod inter* [5] *Albim & Rhenum* [6] *virgas, & secures,* [7] *& togam viderint. aliis gentibus,*

INTERPRETATIO.

Neque conviciis abstinebat: præclarum patrem! magnum ducem! validum militem. quorum tot copiæ, tot agmina unam feminam rapuerint, se tres legiones profligasse, totidem legatos. Quippe se non per dolum & insidias facere bellum, neque adversus prægnantes mulierculas, sed aperto Marte adversus armatos. Videri adhuc Germanorum in silvis, vexilla Romana, quæ diis penetralibus Germaniæ dicaverit. Habitaret Segestes captivam ripam; sacerdotij infulas filio redderet: hunc hominem Germanis nunquam satis excusatum iri, quod fasces togamque conspexerint, inter Albim & Rhenum. Aliis nationibus, ut incognita esset dominatio Romana, ita ig-

NOTÆ.

1. *Egregium patrem.*] Vertit *Ablancurius* Segestem bonum patrem, qui filium suum prodiderit, quia supra habetur, *arma in Segestem*, &c. *poscens.* sic intelligit, *magnum Imperatorem* de Cæsare, seu Tiberio, quia paulo supra, *arma in Cæsarem poscens*, sed puto potius intelligendum *Tiberium* & *Germanium.* Infra *ille delectus Tiberius, ne imperitum adolescentem*, Igitur per *egregium patrem* intelligo *Tiberium*, per *magnum Imperatorem*, Germanicum, qui filius Tiberij. attamen res in medio sit.

2. *Magnum Imperatorem.*] Germanicum, in utrumque enim invehitur Arminius, in Principem, in Imperatorem, seu ducem, & in exercitum. *Nomen Imperatoris*, auctore Tiberio acceperat Germanicus, & infra, *neque Imperatorem auguratu*, &c. de Germanico.

3. *Coleret Segestes, victam ripam.*] Id intelligi possit de utraque ripa, quam nempe citra & ultra Rhenum obtinerent Romani.

4. *Hominem Germanos nunquam.*] Hoc vult; *hominem*, nimirum Segestem, nunquam satis excusaturos Germanos, sive præsentes, sive posteros, quod avitæ & Germanicæ libertatis oblitus sit, quod ejus perfidiâ in patriam, studio in Rom. insignia illorum imperij, non nisi servilia indicentis conspecta sint inter Albim ac Rhenum, qui dati à natura custodes libertatis Germanicæ. Neque alienum, aut absurdum videri debet illud, *hominem*, quo Segestem Arminius designat. Sic enim loquimur, quoties nostros, si adversi sint nobis, vel infidi, aut nos offenderint, agnoscere merito dedignamur.

5. *Inter Albim.*] Albis fluvius Germaniæ antiquæ, in Oceanum labitur, hodie *Elbe*, in regno Bohemiæ, & in circulis Saxoniæ superioris & inferioris. *Tillemontius.*

6. *Virgas & secures.*] Sic lib. hist. 4. *Quod pretium effusi toties sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas & secures, & dominorum ingenia. Ingenia*, id est impotentiam, superbiam, libidinem, sævitiam, avaritiam, & quæcumque alia fingi flagitia possunt, aut expectari à superbè imperitantibus.

7. *Et togam.*] Intellige *togatos*, seu *Romanos* cives; sed præsertim advocatos, & rabulas fori, prædæque inhiantes. In hosce homines præsertim sævitum post cladem Varianam, teste Floro & Vellejus

[1] *ignorantia imperij Romani, inexperta esse supplicia, nescia tributa: quæ quando exuerint, irritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille dilectus Tiberius, ne imperitum adolescentulum, ne seditiosum exercitum pavescerent Si patriam, parentes, antiqua mallent, quam dominos, & colonias novas: Arminium potius gloria ac libertatis, quam Segestem flagitiosæ servitutis ducem sequerentur.* Conciti per hæc non modo Cherusci, sed contermina gentes: tractusque in partis Inguiomerus Arminij patruus, [2] veteri apud Romanos auctoritate. unde major Cæsari metus: & ne bellum mole una ingrueret, Cæcinam cum [3] quadraginta cohortibus Romanis, distrahendo hosti per Bructeros [4] ad flumen Amisiam mittit. equitem

INTERPRETATIO.

nota esse supplicia, inaudita vectigalia, quæ quandoquidem excusserint, ipsi & re infecta se receperit ille inter deos sacratus Augustus. ille assumptus nuper Tiberius, ne rudem belli adolescentulum, ne discordes legiones metuerent, si patriam, si parentes & vetera præferrent novis dominis, & coloniis nuper conditis, æmularentur potius Arminium decoris ac libertatis Germanicæ vindicem quam Segestem fœdæ servituti assertorem. *Ad hæc commoti non solum Cherusci, sed etiam finitimæ nationes: illectusque in partes Inguiomerus Arminij patruus, prisca apud Romanos fama & existimatione. unde major Cæsari formido; & ne universa belli moles simul ingrueret, mittit Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis, per Bructeros ad amnem Amisiam, ut*

NOTÆ.

dicit, Varum *otio castrorum magis, quam militia assuefactum.* Ubi *otio*, id est, foro seu negotiis, quæ iudiciis, non vi, aut armis transiguntur.

1. *Ignorantia imperij Romani.*] Quasi dicat, longinquiores gentes tutæ sunt à superbia & imperio Romano, ipso situ, & Romanos nec norunt: nos in limite, virtute nos liberavimus, & porro liberemus.

2. *Veteri apud Romanos auctoritate.*] Non sequitur, ideo & amicum Romanorum fuisse: nam & apud hostes auctoritati locus est. Cicero pro lege Manilia: *illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem.*

Veteri apud Romanos auctoritate.] Possit sumi eo sensu, ut hostis etiam apud hostem magna fama esset; attamen potius acceperim in bonam partem, itaut Inguiomerus olim stetisset à Romanis, quod innuere videntur illa verba: *tractusque in partis Inguiomerus.* Cur & τὸ *veteri*, nisi olim amicus fuisset Romanis? alioqui vocaret Tacitus potius famam, aut inclinationem hostium, quam auctoritatem. sic de Corbulone infra, *etiam quadam inclinatione hostium.*

3. *Cum quadraginta cohortibus Romanis.*] Ergo cum quatuor integris legionibus, quibus ipse præerat, ut supra dixit; decem enim ex cohortibus legio constat.

Cum quadraginta cohortibus.] Cur dicit *quadraginta cohortibus*, non *quatuor legionibus*? Forte ut innueret, sic plura fieri agmina, quibus distraheretur hostis, vel ne idem iisdem verbis statim repeteret, cum de Germanico paullò infra narrat. Ipse *impositas navibus quatuor legiones.* Forte & immixtæ quædam cohortes civium Romanorum separatim merentes, vel etiam cohortes auxiliarium. Attamen intelligo potius de quatuor legionibus; aut saltem quatuor aquilis. quod dico, quia cum aquilis aliquando semiplenæ tantum legiones, vel ob commeatus militi concessos, vel ob vexillarios in præsidia missos, aut ad alios usus belli.

4. *Ad flumen Amisiam.*] Amisia fluvius Istævonum populorum ut plurimum in Germania antiqua, labitur in Oceanum hodie *Embs* in circulo *Westphaliæ*, *Tillemontius.*

[1]Pedo præfectus [2]finibus Frisiorum ducit, ipse impositas navibus quatuor legiones per lacus vexit: simulque pedes, eques, classis apud prædictum amnem convenere. [3] Chauci cum auxilia pollicerentur, [4] in commilitium adsciti sunt. [5]Bructeros sua urenteis, expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit; interque cædem & prædam repperit undevice-

INTERPRETATIO.

hostem diduceret. Præfectus equitum Pedo per terras Frisiorum, equitum alas ducit. ipse quatuor legiones classi impositas per æstuaria devexit, & simul pedites, equites, navesque apud destinatum fluvium convenere. Cum subsidia premitterent Chauci, in societatem belli assumpti sunt. L. Stertinius jussu Germanici, expedito cum agmine profligavit Bructeros, cum sua incenderent; & dum cædit populaturque regionem, recepit aquilam

NOTÆ.

De quo flumine sic habent.

PADERBORNENSIA MONUMENTA.

Ille ego sum Amisius surgens his fontibus amnis,
Olim Romana notus in historia.
Qui centum delabor aquis comitatus in æquor,
Ante pererratis urbibus & populis.
Nunc caput occultè rimatus valle sub ima,
Fernandus nuvos condecorat lapide.

1. *Equitem Pedo.*] Credo, Albinovanus Pedo, cujus fragmentum exstat de navigatione Oceani. Est tamen & alius Pedo Pompeius, vir illustris, quem nominat Seneca in ludo, de morte Claudij. *Lipsius.*

Pedo præfectus.] Ille est Pedo, qui *scriba & comes Neronis*, seu Tiberij dicitur ab Horatio. Doctum illum vocat Martialis, *Marsi, doctique Pedonis.* Senecæ dicitur *elegantissimus Fabulator* fuit, ex tribus arbitris, qui de versibus Ovidij censerent, in quos reprehensioni non esset locus.

2. *Finibus Frisiorum.*] Frisij populi Germaniæ ad Oceanum, dividuntur in *majores* & *minores*. Hodie pars Septentrionalis comitatûs *Hollandiæ*, & dominia *Ovvest-Frise* & *Groningue*, in provinciis unitis, seu Belgio Fœderato, *Tillem.*

3. *Chauci.*] Germaniæ populi, sæpe cum iis decertavere Romani, dubiâ victoriâ aliquando: quare Tacitus eos inter Germanos populum nobilissimum nominat. Hic quoque Ansibarij, nam eorum agros Chauci occupasse perhibentur: hodie *Frisia Orientalis*, comitatus *d'Oldenbourg*, comitatus *d'Hoye*, & pars Archiepiscopatus *de Bremen.*

Chauci.] Vel Chauci, populi Germaniæ ad Oceanum, dividuntur in *majores* & *minores*. Hodie ducatus *Bremen* in circulo Saxoniæ inferioris, nec non comitatus *Embden* & *Oldenbourg* in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

4. *In commilitium adsciti sunt.*] Puto, ne juvarent hostes, & ut in finibus suis eos lacesserent, pervastarent agros, neque enim puto, mixti sunt barbari armis Romanorum, quemadmodum nec ipsi Romani interponebant sua arma barbaris; licet sæpe ab una factione vocarentur. Sic infra lib. hist. *In commilitium adsciti* Sarmatæ à Flavianis, sed non tracti sunt Sarmatæ, nisi forte nonnulli primorum inter arma Romana, usque in Italiam, adversus Vitellianos, sed puto, ipsos sic recipiebant, vel ne à tergo adorirentur Romanos, & barbaris se adjungerent, & utebantur ipsis, non in acie, quemadmodum auxiliaribus, aut sociis, sed distrahendo hosti, & ad vastandam aliquam regionem rebellium, attamen sive tracti sint ad bellum, sive alia parte distraxerint hostem; sic in commilitium, seu belli societatem adsciti sunt.

5. *Bructeros.*] Bructeri populi Germaniæ ad Amisiam fluvium, dividuntur in *majores* & *minores*. Hodie Episcopatus Monasteriensis sive *Munster* &c. in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

ſimæ legionis [1] aquilam cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum: quantumque Amiſiam & [2] Luppiam amnes inter vaſtatum: haud procul [3] Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari le-
61 gionumque inſepultæ dicebantur. Igitur cupido Cæſarem invadit ſolvendi ſuprema militibus, ducique, permoto ad miſerationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob caſus bellorum, & [4] ſortem hominum. præmiſſo Cæcina, ut occulta, ſaltuum ſcrutaretur,

INTERPRETATIO

legionis unde vicesimæ, Variana clade raptam. Ductus postea exercitus ad remotissimos Bructerorum, & quod Amisiam & Luppiam fluvios interjacet, raptatum: non longè à Teutobargiensi silva, in qua nuntiabantur jacere ossa Vari, militumque Romanorum nullo sepulchro condita. Igitur Cæsarem incessit cupido supremos honores exhibendi legionibus atque Imperatori, concito ad miserationem universo, qui adstabat, exercitu, ob consanguineos, familiares; demum ob sortem armorum, & conditionem mortalium. Cum prætro jussisset Cæcinam, ut ignota & profunda silvarum investigaret, pontesque &

NOTÆ.

1. *Aquilam.*] Igitur male Florus, qui longè antea recuperatas omnes aquilas dicit, vel ſuo more res exaggerat, verbiſque nimis auget, vel reſpicit tempus quo ſcripſit; tunc enim recuperatæ erant aquilæ, tempore Trajani, vel Adriani ſcripſit.

2. *Luppiam.*] De quo flumine ſic habent.

PADERBORNENSIA MONUMENTA.

Luppia Romanis annalibus inclytus amnis,
Nec minus in Franca nobilis historia.
Hic oritur, nomenque dedit, famamque Neronum,
Quo sita majoris castra fuêre loco.
Et quem Concilio pro religione vocato,
Saxoniæ Carolum ter celebrasse ferunt.
Devenerare sacrum fluvij caput hospes & altè,
Collatis Nili præfer originibus.
Quilicet innumeris tumidus potat amnibus æquor;
Fonte tamen majus Luppia nomen habet.

Et Luppiam.] Luppia, amnis Bructerorum & Marſorum populorum, &c. In Germania, in Rhenum fluvium ſe exonerat. Hodie *Lippe*, in circulo VVeſtphaliæ. *Tillemonius.*

3. *Teutoburgienſi.*] Teutoburgienſis, ſaltus prope Cheruſcos populos Germaniæ, & circa Lippiam & Amiſiam amnes. Hodie poſitio eſt circa oppida *Dietmelle*, & *Horn*, atque caſtellum *VValkenburg*, ſeu *Falkemborg* in comitatu *Lippe*, prope Epiſcopatum Paderbornenſem, in circulo VVeſtphaliæ, ex Cluverij Germania lib. 3. c. 19. p. 78. & dict. Geog. Ferrarij, &c. *Tillemonius.*

Teutoburgienſi.] De quo ſaltu ſic habent

PADERBORNENSIA MONUMENTA.

Teutoburgiensis saltus loca vasta peragrans
Paulisper cœptum siste viator iter.
Hic raptas aquilas cladis monumenta latinæ,
Invenies Vari, reliquiasque ducis.

FERDINANDUS DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS PADERBORNENSIS COADJUTOR, MONASTERIENSIS S.R.I. PRINCIPS, COMES PYRMONTANUS, ET LIBER, BARO DE FURSTENBERG, SALTUM LATINIS TEUTOBURGIENSEM, OSNEDGUM FRANCIS APPELLATUM QUINTILII VARI, LEGIONUMQUE TRIUM TUMULO, ET CAROLI M. VICTORIA DE SAXONIBUS PROPE THISTMALLI. ANNO DCCLXXXIII. REPORTATA NOBILEM POSITO HOC MONUMENTO ILLUSTRAVIT.

4. *Sortem hominum.*] Quidam vertunt *sortem rerum humanarum*, potius verti debuit, *ſortem hominum*, qui naturâ mor.

ponteſque

ponteſque & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret. incedunt mœſtos locos, viſuque ac memoria deformes. [1] Prima Vari caſtra, lato ambitu, & dimenſis principiis, [2] trium legionum manus oſtentabant [3] dein [3] ſemiruto vallo, [4] humili foſſa, acciſæ jam reliquiæ

INTERPRETATIO.

moles inſtrueret humida ſtagnorum lubricisque & fallentibus terris, triſtes locos ingrediuntur, aſpectuque ac ſpecie ſqualentes. Prima Vari munimenta vaſto circuitu & ſpatium principiorum demonſtrabant opus trium legionum: dein fere proruto aggere, medica foſſa, apparebat afflictas jam & fere profligatas legiones ibi ſubſediſſe, media plani-

NOTÆ

tales ſunt, Quintil. declamat. 5. *Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune ſuccurrere, & per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quod pro ſe timeret, aſſerere. Non hæc caritas eſt, nec perſonis impenſa reverentia, ſed ſimilium accidentium providus metus, & communium fortuitorum religioſus horror, &c. Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulumcumque veneretur aggeſtu.*

1. *Prima Vari caſtra.*] Ex latitudine caſtrorum & menſura principiorum facile conjectabatur, ibi fuiſſe tres legiones. apud principia locabantur aquilæ & ſigna legionum, quælibet legio ſuo loco ſtatuebat aquilam, & ſua ſigna, nempe apud ſua principia: itaque ex menſura caſtrorum, & ex principiis ibi deſcriptis colligi potuit, quot eſſent aquilæ, & conſequenter quot legiones, & quam vaſtus ambitus valli: debuit enim reſpondere numero legionum, ne major eſſet ambitus quam propugnare poſſent.

Prima Vari caſtra de dimenſis principiis.] Id eſt cum principia dimenſi eſſent, ſic *Lipſius*. Quæ caſtra, quæ principia viſu dimenſi ſunt & oculis, non decempedis. Quaſi ipſi Romani neſcirent, aut dubitarent de numero legionum; vivebant adhuc multi teſtes cladis, ſed voluit tantum ibi Tac. deſignare caſtrorum amplitudinem, quæ fiebat ſemper pro numero legionum. Sic & de caſtris Cimbrorum. Germ. 37. *Gloria ingens, veteriſque fama late veſtigia manent, utraque ripa caſtra: ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris: molem manuſque gentis, & tam magni exercitus fidem.*

Prima Vari caſtra.] Cernebantur adhuc prima Vari caſtra ingenti ambitu tres legiones complexa; tot enim ibi fuiſſe ex totidem principiis, quæ in illis diſpoſita erant intelligebatur. Deinde alio loco ſemirutum vallum, etiam ex *principiis majoribus*, quæ inſtar fori diſpoſita in caſtris. & ex talium principiorum ambitu intelligi potuit numerus legionum, licet minus conſpicuè.

2. *Trium legionum manus.*] Quo argumento ex principiis colligebatur manus trium legionum? quia quoties plures legiones unis caſtris, principia ſua cuique legioni deſcripta: in quibus aquila & ſigna, item principia majora

3. *Semiruto vallo.*] Videtur bina caſtra deſignare. Una ante cladem, juſta, magna: altera in clade, quæ ſecundo die in monte quodam feciſſe eos Dio tradit; at tertio, occidione occiſos. Hæc ſecunda igitur deſcribere mihi nunc videtur, ſemiruta, & ubi reliquiæ ſe collegerint.

Semiruto vallo.] Haud dubie innuit duo fuiſſe caſtra Vari, prima nempe *lato ambitu*, &c. Aliud vero vallum fuiſſe *ſemirutum*, unde conjectabant ibi reliquias exercitus iam acciſas, & pœnè profligatas conſediſſe, donec ibi tandem internecione delerentur à barbaris

4. *Humili foſſa.*] Non admodum profunda, & hinc intelliges quid velit Tacitus, *per ſcrobem humilem*, ubi de conjuratione Piſoniana. Tribunus occidendus objicit, neque *ſcrobem* ipſam eſſe ex diſci-

consedisse intelligebantur. [1] Medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disjecta vel aggerata: adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, simul [2] truncis arborum [3] antefixa ora: lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactaverant. & cladis ejus superstites pugnam aut vincula elapsi, referebant, *hic cecidisse legatos: illic raptas aquilas:* [4] *primum ubi vulnus Varo adactum, ubi infelici dextra, & suo ictu mortem invenerit: quo tribunali concionatus Arminius: quot patibula captivis:* [5] *quæ scrobes: utque signis &*

INTERPRETATIO

tie alba ossa dispersa vel cumulata, prout pedem retulerant, aut gradum firmarant; adstabant fracta tela & hastæ ruptæ, equorum membra, simul stipitibus arborum adfixa capita, vicinis saltibus cruentæ aræ, apud quas imaselaverant tribunos ac primipili centuriones, & qui è clade ista effugerant, pugna aut catenis elapsi memorabant: hic interfectos legatos; illic abreptas aquilas, ubi primum vulnus accepit Varus, ubi infausta manu & suo gladio sibi necem consciverit, quo suggestu concionem habuit Arminius; quot cruces captivis, quæ fossæ, & ut signa & aquilas per adrogantiam

NOTÆ.

plina Rom. id est non esse satis profundam *humili fossa*, quia neque per tempus, neque per vires, quæ jam accisæ erant; & imminente semper hoste castra satis munire non poterant legiones Vari.

1. *Medio campi albentia ossa.*] *Medio campi*, id est campo illo, qui inter utraque castra positus erat. Nimirum inter *prima Vari castra*, & *vallum semirutum.* Tum enim cæsi, strati, profligatique penitus Romani à barbaris. Inde est, quod illo secundo vallo semiruto, dicit Tacitus *reliquias* legionum *accisas consedisse.*

2. *Truncis arborum antefixa ora.*] Claudianus lib. 3. de raptu Proserpinæ.

——*Phlegæis silva superbis.*
Exuviis totumque nemus victoria vestit,
Hinc patuli rictus, hinc prodigiosa gigantum
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur,
Affixa truncis facies.

3. *Antefixa ora.*] Vertunt *capita hominum affixa truncis arborum*, at suspicor subesse aliquem ritum religionis, aut superstitionis in voce *antefixa*; alij ita cautè vertunt, ut non distinguant, an sint capita hominum, an equorum, quæ sic fixa fuerint arboribus: forte pro more suo talia hostium spolia dijs appendebant, aut potius affigebant in lucis, seu templis, nec forte alios deos, quam arbores colebant, neque alia templa ipsis, aut dij, quàm silvæ.

Ante fixa ora.] Diodorus de Thracibus lib. 6. *Capita hostium in acie cadentium abscissa, equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt; in foribus domorum cum cantu, atque hymnis affigenda, quemadmodum feras solent venatu captas.*

4. *Primum ubi vulnus.*] ut videtur, non uno vulnere interiit Varus, primum vulnus ab hoste accepit: dein legionibus cæsis, aut fugatis, & omni spe salutis abjecta, suo ictu mortem invenit.

Primum ubi vulnus Varo adactum.] Prioribus nempe prœliis vulnus acceperat Varus, sed ab hoste; & illud *primum* vocat Tacitus, ut distinguat à secundo, & ultimo vulnere, quod sibi ipse inflixit, cùm se in mortem suo gladio transfixit.

5. *Quæ Scrobes.*] Observo scrobium mentionem aliquoties in suppliciis, sive quia soliti puniendum in scrobe collocare, quo securius ferirent, sive quia deposituri in ea cadaver. Vix enim est, ut ejusmodi damnati, combusti fuerint, aut justa eis facta. Tacitus lib. 15. *Pœna Flavij Vejano Nigro Tribuno mandatur. Is*

aquilis per superbiam [1] *inluserit*. Igitur Romanus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente, alienas reliquias, an suorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul & infensi condebant. 62
[2] Primum exstruendo tumulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, & præsentibus doloris socius. Quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici in deterius trahenti, sive exercitum imagine cæsorum insepultorumque tardum ad prælia, & formidolosiorem hostium credebat: *neque Imperatorem* [3] *auguratu & vetustissimis*

INTERPRETATIO.

ludibrio habuerit *Itaque Romanus, qui tum adstabat exercitus, sexto demum anno post cladem Varianam, sepelit reliquias trium legionum, nullo jam discernente, an extraneorum, an propinquorum essa tumulo conderet, universos tamquam cognatos, tamquam adfines, auctus adversus barbaros odiis, tristes simul & infesti terra mandabant. Primam injecit glebam Cæsar erigendo sepulchro, pissimo in fato functos officio, atque adstantium mœroris particeps. Quod Tiberio haud gratum fuit, sive actiones omnes Germanici in pejus acciperet, sive existimaret militem specie & aspectu interfectorum insepultorumque segnem ad discrimina, & metuentiorem hostium factum esse*: neque enim imperatorem augurij sacerdotio & antiquissimis ritibus inauguratum, se immiscere funeri de-

NOTÆ.

proximo in agro scrobem effodi jussit: quem Flavius ut humilem & angustum increpans, ne hoc quidem, inquit, ex disciplina, *Philo fadaus εἰς Φλάκκον*, apparatum supplicij ejus describens: *Illi (milites) uno spiritu persequentes eum comprehendunt: & pars statim foveam fodiunt, pars per vim clamantem, reluctantemque trahunt.* De scrobe, verissimè notasse me censeo, jacta in eam corpora damnatorum. Id, qui tunc mores, pro ignominiâ. Nec enim tectâ corpora condebant, sed igne consumebant. Juvat in arcano ritu Polybius lib. 1. de Carthaginensibus supplicio affectis: *Admutilantes eos, & crura frangentes, etiam vivos adhuc projecerunt in quandam scrobem.* Lipsius.

Qua Scrobes.] Videtur Tacitus loco citato ex lib. 15. innuere illud supplicium militare tantum fuisse, & pro more militiæ, sic punitos, interfectosque viros militares. Igitur Arminius milites Romanos hic more Romano plectit, occiditque: illum enim morem obtinuisse apud Germanos non crediderim, nisi forte à Romanis, ipsis traditus esset; forte tamen, & omnibus qui occidebantur, fodiebant talem scrobem. Nam Neroni factam scrobem constat, cum se ultro occideret, & Lucan. 8. de Pompeio.

Exigua trepidus posuit scrobe nobile corpus.

1. *Inluserit.*] Sic illudere videbatur diis ipsis; nam ipsæ aquilæ erant numina legionum. Illudebat & Principibus Romanis, qui divi, & etiam vivis, quorum imagines inter signa, & aquilas ferebantur.

2. *Primum exstruendo tumulo.*] Consueto Ducum ac Principum more, quo promptiores cæteros redderent. Sic Nero, dum Isthmum perfodere conatus est, *primus (ut ait Sueton. cap. 19.) rastello humum effodit, & corbula congestam humeris extulit.* Et in Vesp. cap. VIII. *Ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manum primus admovit, ac suo collo quædam extulit.*

Primum exstruendo tumulo.] Virg. l. 3.
Ergo instauramus Polydoro funus & ingens.
Aggeritur tumulo cespes.

Igitur ex cespite tumultuario, & militari aggestus tumulus, nec diu duravit; hunc enim statim subvertere Germani.

3. *Auguratu.*] Vertit Harlæus, *scientia, seu disciplina augurum, & vetustissimarum cærimoniarum peritum.* Hoc ad peritiam non spectat, sed ad sanctitatem

[1] *cærimoniis praditum*, [2] *attrectare feralia debuisse*. Sed Germanicus cedentem avia Arminium secutus, ubi primum copia fuit, evehi equites, [3] campumque quem hostis insederat, eripi jubet Arminius colligi suos, & [4] propinquare silvis monitos, vertit repente: mox signum prorumpendi de-

INTERPRETATIO.

buisse. *At Germanicus recedentem Arminium in devia loca sequebatur, & statim atque data facultas, erumpere equites jubet, & hostem pelli campo quem occuparat. Arminius contrahi suos & propius accedere saltibus admonitos, subito in sequentes hostes convertit. Dein signum dat iis, quos per silvas abdiderat, invadendi Romanos. Tunc*

NOTÆ.

sacerdotij, *auguratûs* nempe, fortè ne animus averteretur, aut turbaretur funesta illa & ferali cogitatione, aut alia simili causa, quæ non spectat ad peritiam cerimoniarum, sed ad religionem ipsam.

1. *Vetustissimis cærimoniis.*] Quæ adhærent auguratui, nec violandæ erant. Exstat inscriptio Romæ, sed mutila: in qua *Germanicus Cæsar* scribitur, Ti. Augusti F. divi Augusti N. divi Julij Pron. Augur. flamen. Aug. infra etiam lib. 11. *Ne quis augur aut flamen in locum Germanici, nisi gentis Juliæ crearetur.*

2. *Attrectare feralia.*] Non augures solum, sed Pontifices, & opinor, omnes Sacerdotes arcebantur à funestis. Apparet ex facto Augusti & Tiberij, qui velo interposito, mortuos laudaruut. Item ex Plutarcho in Sulla, qui scribit, *Metellam uxorem ejus obiisse*: additque, *cùm Pontifices non sinerent Sullam eam visere, neque domum ejus funere pollui; Sullam scripsisse libellum divortij, eamque adhuc vivam in aliam domum jussisse transferri.* Notabilis ritus, aut cerimonia: & eredo pluries & solenniter usurpatam. Sulla autem inter sacerdotes: neque scio an & inter *Augures*. Certe *lituus* comparet in quibusdam ejus nummis.

Sed de offensa Tiberij, credo & occultam causam Tiberio fuisse; quod hoc factum nimis populare, & conciliando militi videbatur. Quâ consimili Philippus Macedonum Rex, cui bellum cum Romanis fuit, alienus ab Antiocho rege Syriæ factus, qui Macedonas cæsos ad Cynocephalas sepelierat: humaniter; sed quasi cum tacita Philippi redargutione.

Feralia] Et tamen Germanicus attrectavit, etiam teste Suet. Cal. 1. *Cæsorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, & comportare primus aggressus.* Attrectare ipse feralia non debuit, non modo, quia Augur, sed etiam quia Sacerdos è numero sodalium Augusti, & etiam quia dux Cæsar & Imperator fuit. Et ideircò publicè lacrimare non debuit, nec decuit, nempe propter decorum tantæ dignitatis, seu majestatis. Ideoque & velum interpositum, mortui corpus inter & Principem, seu Pontificem Max si quando laudaret pro rostris Perpende verba Taciri, *neque Imperatorem auguratu, & vetustissimis cærimoniis præditum.* Certè videtur ibi tres causas afferre, cur *attrectare feralia* non debuerit Germanicus. Sed præcipuam causam dissimulabat Tiberius; *non enim simplices eas curas* ultrò suspicabatur.

3. *Campumque quem hosti insederat, eripi.*] Genus loquendi è Circo petitum. Ubi cum quatuor currus ad carceres starent, si primo ostio missus palmam meruisset, dicebant: *occupavit & vicit*: Occupatio enim est eorum, qui in vacua veniunt primi; si secundò, *successit & vicit.* Habes in lapide antiquo apud Gruterum pag. 337. *eripuit*, puta *campum* præcedentibus. *Silius.*

Tene, Astur, certanto feret quisquam
æquore palmam,
Erepto?

4. *Propinquare. silvis.*] Nempe vel ut se tutarentur hisce veluti munimentis silvarum, si Romani vehementius ingruerent; vel ut sic allicerent Romanos in insidias Germanorum, quos per silvas

dit iis, quos per saltus occultaverat Tunc [1] nova acie turbatus eques, missæque subsidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulsæ, auxerant consternationem trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni Cæsar productas legiones instruxisset. inde hostibus terror, fiducia militi: & manibus æquis abscessum. Mox reducto ad Amisiam exercitu, legiones classe, ut advexerat, reportat: pars equitum, littore Oceani, petere Rhenum jussâ. Cæcina qui [2] suum militem ducebat, monitus, quamquam notis itineribus regrederetur, [3] pontes longos quam maturrime superare. [4] Angustus is trames, vastas inter paludes & quondam à [5] L. Domitio aggeratus: cætera limosa, tenacia gravi cœno, aut rivis incerta erant, circum silvæ paulatim adclives: quas tum Arminius implevit, compendiis viarum, & cito agmine, onustum sar-

INTERPRETATIO.

nova & repentina acie perculsi equites nostri, missæque auxilio cohortes quæ in subsidiis habebantur, & fugientium incursu abreptæ, trepidationem auxerant; & pellebantur in stagna nota victoribus, atque ignaris infesta, nisi Cæsar legiones in aciem eduxisset; hinc hostibus metus, nostris animus, & æquo Marte discessum est Dein reductis ad Amisiam copiis, legiones navibus, ut adduxerat, revehit: pars equitum per ripam Oceani redire ad Rhenum monita. Cæcina qui suas legiones curabat. quamvis per cognitas sibi vias remearet, jussus pontes longos quam celerrime pertransire. Arcta ea semita ingentia inter stagna, quam olim L. Domitius aggere composito munierat, cætera luto infesta, tetro limo importuna, aut rivulis fallacia erant, circumquaque saltus leniter adsurgentes quos tum Arminius milite insedit, cum per compendia itinerum & propero incessu an-

NOTÆ.

illas occultaverat Arminius.

1. *Nova acie turbatus eques.*] *Nova*, id est nondum visa, seu non expectata; non enim viderant Romani copias, quas Arminius silvis abdiderat; sed tantum eas, quas propinquare eisdem silvis jusserat. Igitur illa nova, & nondum visa acie, quæ in insidiis locata, & quæ subito silvis erupit, turbatus eques Germanici.

2. *Suum militem.*] Cui nimirum præesse consueverat, nempe inferioris Germaniæ exercitum, vide supra c.31.

3. *Pontes longos.*] In Chamavis, inter urbes *Ham*, *Alem*, & *Lunigusen*.

4. *Angustus is trames.*] Puto illum esse, qui hodieque exstat, & usui est, inter paludes aut uligines, haud procul Amisia flumine, inter *Lingam*, *Weddam*, & *Coevordam*. Aliquot milliarium spatium occupat, itque per medias paludes solus hic limes manu factus, arenis magno opere congestis, & palis trabibusque ad marginandum defixis. Extrema palorum ævo detrita sunt; sed sub terra vel aquis reperiuntur: & Batavi nunc tam opportuno loco usi, qua aditus in Frisiam datur, valido propugnaculo, in ipso limite illo, munierunt. Vocant *Bretaniæ uligines.* (*Bretansche heyde.*) nostra lingua; & discis jam, ubi & unde *Britannica herba* reperta aut dicta, Plinio frustra inquisitum. Est ab ista *Britannia*, sive magis *Bretannia*: & tu, sodes, Plinium vide, in Frisiis herbam hanc mirè celebrantem lib. xxv. cap. III. Porro isti limites sive aggeres, *Kaij* etiam latinis olim dicti; quæ vox & Batavis manet. *Lips.*

5. *Quondam à L. Domitio.*] Neronis principis avo. Tacit. l. IV. *Post exercitu flumen Albim transgressus est, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum, easque ob res, insignia triumphi adeptus est.* Sueton. Nerone, cap IV. *Non minus aurigandi arte in adolescentia, quam deinde triumphalibus ornamentis ex Ger-*

cinis armisque militem cum antevenisset, Cæcinæ dubitanti quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret, simulque propulsaret hostem, [1] castra metari in loco placuit; [2] ut opus, & alij prælium inciperent. Barbari perfringere stationes, seque inferre munitoribus nisi, lacessunt, circumgrediuntur, occursant, miscetur operantium bellantiumque clamor: & cuncta pariter Romanis adversa; locus uligine profunda, idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus; corpora gravia loricis; neque librare pila inter undas poterant. Contra Cheruscis sueta apud paludes prælia, procera membra, [3] hastæ ingentes ad vulnera facienda, quamvis procul. nox. demum inclinantis tum legiones adversæ pugnæ exemit. Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumptâ quiete, quantum aquarum circumsurgentibus jugis oritur, vertere in subjecta: mersaque humo, & obruto quod effectum operis, duplicatus militi labor. [4] Quadragesimum id stipendium Cæcina patendi, aut imperitandi ha-

64

INTERPRETATIO.

tevertisset legiones graves sarcinis armisque. Deliberant Cæcina quonam ratione instauraret pontes vetustate dirutos, simulque hostem repelleret, statuit ibi castra locari ut alij susciperent opus, alij prælium inirent. Germani perrumpere custodias, seque immiscere operantibus conati, oppugnant, circumeunt, incursant. confunditur laborantium & certantium vociferatio, & omnia perinde Romanis infesta; locus illuvie profunda, idem ad figenda vestigia incertus, progredientibus fallax & praceps. Milites loricis onerati, neque emittere hastas inter paludes poterant. At Cherusci inter æstuaria dimicare consueverant, ingentia corpora, prælonga lancea ad infligenda quamvis eminus vulnera. Nox tandem iniquo certamine eripuit legiones jam tum cedentes, fatiscentesque. Germani ob felicem pugnam numquam lassi, ne tum quidem indulgentes quieti, in subjecta loca derivant, quicquid undarum passim imminentibus collibus exoritur; submersis campis, & obrutis quæ facta erant munitionibus, sic adauctum opus legionibus. Quadraginta per annos militaverat Cæcina, vel obediendo, vel imperitan-

NOTÆ.

manico bello. In alium sane Domitium ista noncadunt.

1. *Castra metari.*] Ad rem sic Vegetius lib. 1. 25. *Si hostis incumbat; tunc omnes equites, & media pars peditum, ad propulsandum impetum ordinantur in acie. Reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra, & per præconem indicatur, qua centuria prima, qua secunda, qua tertia, donec opus omne compleverit.*

2. *Et opus.*] Sic intellige, *ut alij opus, alij prælium inciperent*, non tamen sic leges; nam nihil deest.

3. *Hastæ ingentes ad vulnera.*] Sua cuique genti arma, seu species telorum, *pila* Romanis propria, & sua fuêre arma, telum haud dubie, quam *Hasta* vehementius, sicut *Gessa* Gallorum, *Sarissa* Macedonum, *Lancea* Hispanorum, *Gladius* Lacedæmoniorum, *Acinaces* Medorum, *Falarica* Saguntinorum, *Sagaris* Persarum, *Rhomphea* Thracum, *Framea* Germanorum, & *Sparus* Rusticorum, Teutonicorum vero *Cateja*. Erat enim hasta angusto & brevi ferro, Romphea autem ingentis longitudinis. Tametsi Hispanum gladium admodum brevem, & sarissam prælongam hastam ferro affixo legamus. Etiam *Sica* Romanis frequens & peculiaris fuit: quippe Romani milites utroque latere ferebant sicas, dextra breviorem, sinistra longiorem,

4. *Quadragesimum id stipendium.*] Est ergo idem ille, de quo lib. III. *Inter quæ Severus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui provincia evenisset, uxor co-*

bebat: secundarum ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. Igitur
futura volvens, non aliud repperit, quam ut hostem silvis coërceret, donec
saucij, quantumque gravioris agminis, anteirent. nam medio montium &
paludum, porrigebatur planities, [1] quæ tenuem aciem pateretur. Deliguntur
legiones, quinta dextro lateri, unetvicesima in lævum, primani [2] ducendum
ad agmen; vicesimanus adversum secuturos. Nox per diversa inquies: cum 65
barbari festis epulis, læto cantu, aut [3] truci sonore subjecta vallium ac resul-
tantis saltus complerent: apud Romanos [4] invalidi ignes, interruptæ voces,
atque ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis
quam pervigiles. ducemque terruit dira quies. nam Quinctilium Varum san-
guine oblitum & paludibus emersum, cernere & audire visus est, velut vo-
cantem, non tamen obsecutus, & manum intendentis reppulisse. Cœpta lu-
ce, missæ in latera legiones, metu, an contumacia, locum deseruere: cap-

INTERPRETATIO.

do, prosperis atque adversis expertus, ideoque impavidus. Itaque agitans animo quæ contingere possent, nihil utilius invenit, quam ut Germanos in saltibus comprimeret, donec vulnerati, & gravis armaturæ miles præcessissent. quippe medio itineris quod infestum stagnis & collibus erat, patebat campus, quo modica acies instrui poterat. Sic disponuntur legiones, quinta dextrum latus tutabatur, unetvicesima lævum, prima legio agmini præibat, vicesimani terga firmabant adversum lacessituros. Nox ea varijs de caussis inquieta fuit: cum Germani læta inter convivia, cantu alacri, aut horribili ululatu circumjecta vallium, ac resonantes silvas implerent; apud Romanos, ignes languidi, interrupti clamores, cum ipsi milites passim munimentis adhærerent, per contubernia vagarentur, magis expertes somni quam vigilantes. Legatoque pavorem incussit dira in somnis obversata species. Etenim intueri & audire videbatur Quinctilium Varum cruore opertum, & è stagnis emergentem, tamquam ipsum appellaret, non tamen obedisse & dextram porrigentis à se removisse. Orta die disposita in cornua legiones, an formidine, an pervicacia locum reliquere, occupata raptim planitie ultra paludes. Ne-

NOTÆ.

mitaretur. Multum ante repetito concordem sibi conjugem, & sex partus enixam. seque quæ in publicum statueret, domi servavisse, cohibita uxore intra Italiam; quamquam ipse pluris per Provincias quadraginta stipendia explevisset.

1. *Quæ tenuem aciem pateretur.*] Non quâ acies legionum satis explicari posset, sed quâ tamen modica, & quantulacumque acies instrui & ordinari posset, quod saluti legionibus erat. *Tenuem*, non quâ rarus aut infrequens miles, imo densus & confertus esset ob angustias loci.

2. *Ducendum ad agmen.*] *Primani* in media acie constituti incedebant, sicque ducebant agmen; at *Vicesimani* agmen claudebant. Ex quatuor legionibus; altera ad dextram, altera ad lævam, alia in medio, alia in postremo agmine incedebant.

3. *Truci sonore.*] Cornelius noster Lucretij lectione delectatus, ex illius vetustis verbis, quasi flosculis, libros novos aspersit: sic autem Poëta.

——— *quæ bellè tangere possunt*
Aureis, & lepido quæ sunt fucata sonore.

Sonore] Sic melius exprimit trucem cantum, seu *barditum* Germanorum.

4. *Invalidi ignes.*] Mirum heic dubitare viros summos libris de militia Romana; ignesne istos capere debeant pro ijs, quibus cœnæ & corporum curandorum caussa, usus militi, an pro facibus vigilum, At qui quæso pro facibus vigilum? in tali periculo non modo intermittendæ, sed & & intendendæ vigiliæ, quod etiam fieri

to propere campo, humentia ultra. Neque tamen Arminius, quamquam libero incursu, statim proripit: sed ut hæsere cœno fossisque impedimenta, turbati circum milites, incertus signorum ordo, utque tali in tempore, sibi quisque properus, & lentæ adversum imperia aures, irrumpere Germanos jubet, clamitans, *En Varus, & eodem iterum fato victæ legiones.* Simul hæc, & cum delectis [1] scindit agmen, equisque maxime vulnera ingerit: illi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes,

INTERPRETATIO.

quae tamen Arminius statim invasit, quamvis libero prerumpendi spatio dato: sed ut defixa limo & scrobibus impedimenta fuere, ut disjecti & inordinati circum manipulares, ut instabilis, nutansque signorum ordo, utque in tali necessitate sibi quisque promptus, & segnis ad jussa miles, invadere Germanos suos jubet Arminius, exclamans: En Varus, & eadem rursus fortuna profligatæ legiones! *Simul hac imperat: & cum validissimis perrumpit aciem, & equis præcipue plagas infligit. illi cruore suo & incerte paludum nu-*

NOTÆ.

solitum ostendit illud Statij lib. 12. Thebaïdos.

——*Illam nam tempore in omni*
Attendunt vigiles, & Rex jubet ipse timeri,
Contractaque vices, & crebrior excubat ignis.

disertéque Curtius lib. 4. in vita Alexandri. *Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem esse factarum conjectans, frenatos eques stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore cura servari jusserat. ergo ignibus tota ejus castra fulgebant.* Et ita est; vult Tacitus, post hanc cladem Romanos, sub vesperam minime excitasse illam ignium tota per castra frequentiam, quam solebant; sed plerosque cibi potusque, immo & sui immemores indulsisse aut luctui aut formidini. Exemplum suppeditavit nobis ex Xenophonte lib. 3. Ἀναβάσεως Lipsius ad istum Taciti locum. Nec aliud volunt ista è Plutarchi Pelopida: *Cum abiissent multi in tentoria, neque ignem accendisse, neque cibum sumpsisse, silentium vero & mæstitiam fuisse totius exercitus, quasi non retulissent splendidissimam, & maximam victoriam; sed quasi victi & subacti in servitutem essent à tyranno.* Livius quoque lib. 9. *Qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est.* Nimirum *invalidi ignes*, hoc loco opponuntur Germanorum *festis epulis.* Gruterus.

Invalidi] Opponit noctem nocti, ignes ignibus, castra castris, in castris Germanorum nox læta, festæ epulæ, multi & validi ignes, cantus & clamores continui. At apud Romanos nox inquies, invalidi ignes, interruptæ voces, ut in tali consternatione; nec id spectat ad *faces*, aut *voces, vigilum.* Intelligit Tacitus triste fuisse vulgus militum Rom. sicque illorum ignes fuisse invalidos, illorum voces interruptas, comparare ad Germanos, qui è contratio suam victoriam lætis vocibus, validis ignibus, *festis epulis* per noctem celebrabant.

Invalidi ignes] Possit intelligi Tacitus de quibuscumque ignibus, aut vocibus indistinctè; nam si pauci & invalidi ignes, si trepidi & rari clamores militum; sic & apparebant tenues esse faces vigilum, quemadmodum & voces illorum infrequentes, & interruptæ. Nam per vices tantum sese appellant vigiles & silentibus aliis militibus magis observatur illa interruptio. Igitur hoc verum de utrisque. Primo constat de facibus & vocibus vigilum, quod & invalidæ sint; si solæ & seorsim ab aliis spectentur, sicut & voces interruptæ, mœstis & quiescentibus aliis militibus. De cæteris etiam constat; nam propriè describit hoc loco Tacitus tristitiam & silentium omnium militum Rom. præ Germanis.

1. *Scindit agmen.*] Id est perrumpit, pervaditque exercitum Romanorum

excussi

excuſſis rectoribus, disjicere obvios, proterere [1] jacentes: plurimus circa aquilas labor, quæ neque adverſum ferri ingruentia tela, neque figi limoſa humo poterant. Cæcina dum ſuſtentat aciem, ſuffoſſo equo delapſus circumveniebatur, ni prima legio ſeſe oppoſuiſſet. juvit hoſtium aviditas, omiſſa cæde, prædam ſectantium: eniſæque [2] legiones, veſperaſcente die, [3] in apetta & ſolida. neque is miſeriarum finis. ſtruendum vallum, [4] petendus agger. amiſſa magna ex parte, per quæ [5] egeritur humus, aut exciditur ceſpes non tentoria manipulis, non fomenta ſauciis, infectos cœno aut cruore cibos dividentes, [6] funeſtas tenebras, & tot hominum millibus unum jam reliquum diem lamentabantur. [7] Forte equus abruptis vinculis vagus, & clamore territus, quoſdam oc- 66

INTERPRETATIO.

tantes cadentoſque, & ejectis ſeſſoribus, turbare obvios, conculcare proſtratos: maxima difficultas circa ſigna & aquilas, quæ neque ſuſtineri adverſus incidentia tela, neque lutoſo ſolo defigi poterant. Dum ſuſtinet prælium Cæcina, graviter icto equo, afflictus humi intercipiebatur, niſi primani ſeſe oppoſuiſſent, Favit hoſtium cupiditas, relicto certamine ſpolia quærentium, & demum appetente nocte evaſere legiones in plana firmaque. Neque is ærumnarum exitus. munienda caſtra, quærendus ceſpes, magna ex parte perdita ea inſtrumenta quibus terra effoditur aut ſcinditur gleba, non tabernacula militi, non remedia vulneratis, inquinata luto aut ſanguine cibaria diſtribuentes, fatalem noctem, &

NOTÆ.

1. *Jacentes.*] Effuſos & proſtratos equites, vel obvios, quos disjecerant, jacentes conterere, pedibus calcare.

2. *Legiones.*] Nempe duæ legiones, quarnm nna ducebat, altera claudebat agmen.

3. *In aperta.*] In campum, in planitiem, nempe ultra humentia, ultra limoſa, & lubrica paludum.

In aperta & ſolida.] Puto, intelligit planitiem illam, quæ *medio montium & paludum porrigebatur, & quæ tamen aciem pateretur.* Infra *miſſa in latera legiones*, &c. *locum deſeruere, capto propere campo humentia ultra.* Orta die inceperant iter *quinta & unetvicesima*, & locum ſuum deſeruerant, & haud dubiè magno intervallo cæteras copias præcedebant. Igitur cùm dicit Tac. eniſas legiones *veſperaſcente die in aperta & ſolida.* De toto agmine gravi intelligi debet, & maximè de his legionibus quæ terga claudebant. Reſtabant autem poſt illum campum adhuc paludes & limoſa loca ſuperanda. Nam infra 68 cenſebat Arminius *Sinerent egredi* (Romanos nempe) *egreſſoſque rurſum per humida, & impedita circumvenirent.* Et caſtra Romani muniverant in hac placitie, ubi pernoctarunt, & in his caſtris oppugnati ſunt à Germanis, præter mentē & conſilium Arminij, qni etiam aliter ſe geſſerat in profligando Varo. Eum qnippe excedentem è primis caſtris oppugnavit, delevitque in itinere, ſeu campo, qui medius inter utraque caſtra. Nempe inter *prima Vari caſtra, & vallum ſemirutum*, ubi tandem *acciſæ reliquiæ* legionum *conſediſſe intelligebantur.*

4. *Petendus agger.*] Nempe quærendus & exſcindendus ceſpes, quo aggerem, ſeu vallum exſtruerent. Nam caſtra ſingulis noctibus muniebant. *per quæ egeritur humus*, corbulæ & ſportæ.

6. *Funeſtas tenebras lamentantur.*] Id eſt, lamentando dicunt, tenebras illas, quæ cum nocte ingruerent, non ſolitas lucis, umbrarnmque vices eſſe, verum ferales, hoc eſt mortiferas, exequiales tenebras, in quibus ipſis vitæ luce occaſura, nox una perpetuo dormienda foret. Ita 2. 31. de Libone.

7. *Forte equus.*] Polybius de priſca mi-

currentium obturbavit: tanta inde consternatio, irrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas, quarum [1] Decumana maxime petebatur, aversa hosti, & fugientibus tutior. [2] Cæcina comperto vanam esse formidinem, cum tamen neque auctoritate, neque precibus, ne manu quidem obsistere, aut retinere militem quiret, [3] projectus in limine portæ, miseratione demum, quia per corpus legati eundum erat, clausit viam. simul tribuni & centuriones falsum pavorem docuerunt.
67 Tunc contractos in principia, jussosque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monet: *Vnam in armis salutem, sed ea consilio temperanda; manendumque intra vallum, donec expugnandi hostes spe, propius succederent; mox undique erumpendum, illa eruptione ad Rhenum perveniri. quod si fugerent, pluris silvas, profundas magis paludes, sævitiam hostium superesse: at victoribus decus, gloriam, quæ domi cara, quæ* [4] *in castris honesta*, memorat: [5] reticuit de adversis. [6] Equos dehinc, orsus à suis, legatorum

INTERPRETATIO.

tanta mortalium multitudini unum superesse diem deplorabant. Forte equus abscissis loris palabundus, & militum clamore perterrefactus, quosdam occursantium perturbavit. Tanta hinc trepidatio, invasisse Germanos putantium, ut omnes se effunderent ad portas castrorum, quarum præcipuè Decumana quærebatur, ut longius amota ab hoste, & fugacibus opportunior. Cæcina cognito vanum pavorem esse, cum tamen neque dignitate sua, neque obtestationibus, ne dexra quidem resistere, aut comprimere militem posset, objectus in limine valli, commiseratione tandem, quia transeundum erat per corpus legati, occlusit iter: simul & tribuni, centurionesque vanam formidinem esse renuntiarunt. Tunc milites vocatos apud principia jubet, cum silentio, quæ dicturus esset, audire, & necessitatis ac temporis memores esse monet. Unam in præliis salutem, sed ea consilio regenda, perstandumque intra castra, donec hostes, invadendi spe, accederent, dein prorumpendum. Illo incursu ad ripam veniri posse. sin fugæ se mandarent, plures saltus, alta magis stagna, violentiam hostium restare: at vincentibus laudem, famam, quæ domi pignora, quæ in castris decora memorat. *Siluit de improsperis; dein equos, inci-*

NOTÆ.

litia sic refert. *Triariorum porro manipuli liberi quidem sunt à ministerio Tribunitio, sed turmis equitum excubiam quotidie præbens, ut quisque manipulus à tergo turmæ assidet. Atque hi curant, tum alia, tum equos maximè, ne aut vinculis impediti, & illigati lædantur, inutiles futuri ad militiam, aut soluti & ruentes, turbas, ac consternationem excitent.*

1. *Decumana maxime.*] Ea opposita Prætoriæ ex adverso, & plurimum remota ab hoste erat, & ab eo ibat.

2. *Cæcina.*] Habes idem prorsus factum in Plutarchi Pompeio, sub initium.

3. *Projectus.*] In limine portæ, sed non prostratus.

4. *In castris honesta.*] Quæ in bello egregiè & præclarè gessissent, gloriam & decus partum armis, opes, censum & partem donativi quæ deponebatur apud principia, amicos, affines, dona militaria, & cœtera solatia honesta, dignaque nomine Romano.

5. *Reticuit de adversis.*] Vertit interpres Gallicus, *reticuit de periculo in quo versabantur, vel quod adituri erant*, quasi Tacitus diceret, *reticuit* de ijs, quæ illis adversa, seu contraria erant hoc loco & tempore. Sed potius intellige reticuisse de rebus adversis quæ antea ipsis contigerant, ne renovaret memoriam rei infaustæ, vel ne cogeretur forte intempestivè arguere pavorem, aut contumaciam legionum quæ stationem suam deseruerant.

6 *Equos dehinc, orsus à suis.*] Cur hanc lectionem mutes, causa nulla est. Nam

tribunorumque, [1] nulla ambitione, [2] fortissimo cuique bellatori tradit, ut hi, [3] mox pedes, in hostem invaderent. Haud minus inquies Germanus, spe, cupidine, & diversis ducum sententiis agebat: Arminio, *sinerent egredi, egressosque rursum per humida & impedita circumvenirent*, suadente: atrociora Inguiomero, & læta barbaris, *ut vallum armis ambirent, promptam expugnationem, plures captivos, incorruptam prædam fore*. Igitur orta die, [4] proruunt fossas, injiciunt crates, [5] summa valli prensant, [6] raro super milite, & quasi ob metum defixo. [7] postquam hæsere munimentis, datur cohortibus signum, cornuaque ac tubæ concinuêre. exin

INTERPRETATIO.

pien à suis, legatorum tribunorumque, nullo favore aut ambitu tribuit strenuissimo cuique præliatori, ut hi, & post illos, pedites in hostem irrumperent. nec minus anxij sollicitique Germani spe, cupiditate, & variis principum consiliis: hortante Arminio, ut expectarent ipsi, dum è castris legiones exirent, exeuntesque rursus lubricis & infestis paludibus interciperent: *Violentiora consente Inguiomero, & læta barbaris*, nempe ut castra armati obsiderent, facilem expugnationem, plura mancipia, illibata spolia relaturos. *Itaque cœpta luce obruunt oppleutque fossas, crates immittunt, prominentia valli arripiunt, paucis vallum propugnantibus, & veluti præ pavore attonitis. Postquam vallo circumhæsere, datur signum erumpendi cohortibus, buccinarumque ac tubarum clan-*

NOTÆ.

Cæsar equum suum è conspectu removet, lib 10. de bello Gallico, scilicet, quia in acie, equo vehens, equo descendit, ut æquaret periculum. At Cæcina in castris pedes, equos omnes suos distribuit fortissimis militum. *Mercerus.*

1 *Nulla ambitione.*] Sine æmulatione, sine gratia, aut favore in amicos, in notos, aut ignotos, modo fortissimi haberentur, equos distribuit.

2. *Fortissimo cuique bellatori.*] Ut in equis expediti alacrius, & acrius erumperent in hostem, & catervas hostium scinderent, perrumperentque, & sibi, legionibusque viam ferro patefacerent.

3. *Mox pedes.*] Id est postquam fortissimi illi equites irrupissent, & impetum in hostem fecissent, statim etiam pedites invaderent.

Proruunt fossas.] *Proruere*, veteres hoc verbo usi. Cæsar 3. Gall. *Celeriter ad munitiones pervenerunt, atque his prorutis.* Livius 9. *Pars fossas explerent, pars vellerent vallum. atque in fossas proruerent.* Eodemque. *Dolabra calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas.* Et mox *proruto vallo erupit acies.* Lib. 26. *Albam à fundamentis proruerunt.* Frontinus 2. 5. *Desertum proruit vallum & castra cepit.* Tacit. lib. 3. hist. *Balista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat.*

4. *Injiciunt crates.*] Duplex hic ratio transeundi fossas, ut aut proruta à labris terra complerent; aut cratibus injectis, velut ponte transirent. Utramque tangit. Neque enim Turnebo, & alijs credendum, qui legunt, *Orta die proruunt, fossæ injiciunt crates.* De cratibus etiam Galli apud Cæsarem usurpant, lib. VII. *Proximam fossam cratibus integunt, atque aggere explent.* Ubi etiam de *Aggere*, quem & Romani huic rei usurpabant, è fascibus scilicet & levi materie.

5. *Summa valli.*] Id est vallos ipsos, seu cervulos acutos & bicipites, qui invicem impliciti, & innexi summum aggerem adversum irrumpentes tuiabantur.

6. *Raro super milite.*] Fere nudato propugnatoribus vallo, infrequente milite, & quasi attonito per formidinem.

7. *Postquam hæsere munimentis.*] Ad rem sic Veg. 3. ij. *Quod si intra civitatem manentibus parati advenerint* (hostes) *aut*

clamore & impetu tergis Germanorum circumfunduntur, exprobrantes, *non hic silvas. nec paludes, sed aquis locis* [1] *aquos deos.* Hosti facile excidium, & paucos ac semermos cogitanti, sonus tubarum, fulgor armorum, quanto inopina, tanto majora offunduntur. cadebantque ut rebus secundis avidi, ita adversis incauti. Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus, pugnam deseruere: vulgus trucidatum est, donec ira & dies permansit. Nocte demum reversæ legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret: vim, sanitatem, copias, cuncta in vi-
68 ctoria habuere. Pervaserat interim *circumventi exercitus* fama, & *infesto Germanorum agmine Gallias peti*: ac ni Agrippina, [2] impositum Rheno pontem solvi prohibuisset, erant qui id flagitium formidine auderent. sed femina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, militibusque, ut quis inops, aut saucius, vestem [3] & fomenta dilargita est. Tradit C.

INTERPRETATIO.

ger exauditus. Mox ululatu impetuque Germanos à tergo circumveniunt, objectantes: non hic salius, neque paludes, sed justis locis, justos deos. *Barbari promptam expugnationem & paucos ac semiermes in castris Romanis sibi fingebant, hincque sonor tubarum, splendorque armorum, quanto minus provisa, tanto magis eos perstringunt atque exterrent. occidebanturque ut in prosperis prompti, ita rebus iniquis inconsulti. Arminius incolumis, Inguiomerus gravi vulnere saucius prælium omisere: plebs interfecta est, dum ira & dies duravit. Nocte eadem regressus miles, quamquam plura vulnera essent, eademque inopia commeatuum premeret, robur tamen, valetudinem, cibos, omnia in victoria reperere. Interea percrebuerat rumer* interceptarum legionum & Germanos infesto agmine Gallias irrumpere. *Et nisi vetuisset Agrippina abrumpi pontem Rheno superstructum, non deerant, qui id scelus metu committerent. sed magni animi mulier hisce diebus partes imperatoris sustinuit, & militibus, ut quisque egens aut vulneratus erat,*

NOTÆ.

differatur egressus, aut certe dissimuletur: ut eum adversarij insultare cœperint his, quos non putant exituros: aut eum ad prædam, vel redeundum converterint animum, & ordines solverint; tunc illis stupentibus, lectissimi prorumpant, & confertis aggrediantur ignaros.

1. *Æquos deos.*] Æqualem, seu communem Martem, æquales vires, æquale bellum fore. Quasi dicerent, nunc æquis locis, & æquis armis, seu æquo prælio decernemus, utris virtus victoriam tributura sit. vel sensus est *aquis locis aquos* belli *deos*, seu favorabiles virtuti fore. Est qui explicet *aquos deos* in nullam partem pronos. Intelligit Tacitus *aquos* belli *deos* fore, quod idem est ac æqua arma fore, seu æquo Marte pugnaturos utrosque; & cùm Romani præter æqua arma, seu æquam justis locis pugnandi facultatem, reputarent in suis partibus fortitudinem industriam, & majorem armorum peritiam, simul atque reputabant *aquos locos*, & *aquos deos*, simul & victoriam sibi spondebant, vindicabantque, & jure merito; unde sensus hic eruitur Taciti, justis locis fore justos deos, simul & favorabiles; ita ut τὸ *aquos* utrumque importet, & idem sit, *aquos* & *favorabiles* esse, hoc loco.

2. *Impositum Rheno pontem.*] Qua parte Rheni iste pons? Ne trahant ad se Agripinenses: falluntur, apud Treveros fuit. Nam Agrippina discedens à marito, tumultu militari, in Treveros iit, ut supra lectum nobis, ibique mansit. Pons ergo eopse in loco Strabo lib. iv. *Post Mediomatrices & Tribochos habitant prope Rhenum Treviri, apud quos exstruxere pontem Romani, qui nunc bellum Germanicum gerunt.*

3. *Et fomenta.*] Nempe vulneribus. So-

Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse apud principium pontis, laudes & grates reversis legionibus habentem. Id Tiberij animum altius penetravit *non enim [1] simplices eas curas: nec adversus externos militem quaeri: nihil relictum imperatoribus, ubi femina manipulos intervisat, signa adeat, largitionem tentet, tanquam parum ambitiose filium ducis gregali habitu circumferat*, Caesaremque Caligulam *appellari velit. Potiorem jam apud exercitus Agrippinam*, [2] *quam legatos, quam duces*: [3] *compressam à muliere seditionem, cui nomen principis obsistere non quiverit.* Accendebat haec, onerabatque Seianus, peritia morum Tiberij, [4] odia in

INTERPRETATIO

tegmen & remedia distribuit. C. Plinius Germanicorum bellorum auctor memorat, Agrippinam substitisse in aditu pontis, & honorem gratiamque redeuntibus legionibus retulisse. Id Tiberij mentem altius perculit. Quippe non innocentes eas curas, nec adversus barbaros parari militem, nihil superesse ducibus, ubi mulier centurias & numeros perlustret, principia adeat, liberalitatem audeat, quasi parum cupide filium imperatoris manipulari habitu, passim ostentet, Caesaremque Caligulam cognominari cupiat. Validiorem jam apud legiones Agrippinam quam legatos, quam imperatores: coercitam à femina discordiam, cui auctoritas principum adversari non potuerit. *Incitabat haec augebatque Seianus, ut qui noverat ingenium*

NOTÆ.

lent enim hoc Imperatores conciliandis militibus. Fecitque Trajanus, & alij Principes, quod & saepius usurpatum vetere Republica.

1. *Simplices.*] Non abs re, non sine consilio intimo, & arcano, aut dominandi cupidine tantam caritatem demonstrari erga milites, nec ipsos conciliari adversus Germanos, sed potius adversus imperitantes.

2. *Quam legatos.*] Quales legati? nempe Silius & Caecina, qui legati erant Germanici. nec intellige *Legatos* ab Senatu, aut à Tiberio missos, quasi *ad compescendam seditionem*; non enim ea de causa missi legati illi, sed ut Proconsulare imperium deferrent Germanico, *simul moestitiam ejus ob excessum Augusti solarentur.* supra cap. 14. per *duces* intelligit *Imperatores* Germanicum, forte & Drusum qui Pannonicam, etiam seditionem compressit.

3. *Compressam à muliere seditionem*] Quo modo? non compressit certe seditionem, sed causa tamen fuit comprimendae: nam abscessu ejus in Treveros, de quo supra, tacti pudore, ac miseratione milites invidiaque in Treveros, ad sanitatem rediêre.

4. *Odia in longum jaciens.*] Ex praesentibus futura proponens, ex quibus causae odij nascerentur: quae quoniam in longitudinem respiciebant, recondebat animo Tiberius: itaque angescebant alita cogitationibus, promebanturque tandem multiplicata & inexpectata, *Ferretus.* Tiberius odij tenax erat, quodque dissimulasset, gravius postea repraesentabat. Supra: *in Haterium statim invectus est, Scaurum cui implacabilius irascebatur silentio transmisit.* Xiphilinus ὠργίζετο τε ἐς οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι. *Irascebatur iis eos, quibus minime succensebat; & lenis videri voluit in eos, quibus maxime infensus erat.* Qua de re Sejanus, cui id notum, animadverso Tiberium ad Agrippinae facinus aperte non erupisse, serio conjicit eam simultatem ex illis esse, quas isut praecipuas continere, spatioque temporis cumulatiores expromere solebat. Avidus ergo perdendi domum Germanici ulcus refricat, & lacessit animum satis sua sponte exacerbatum, *gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.* At in.

ore tenus exstantes, aliquando subtracto solo disjecti aut obruti. non vox, & mutui hortatus juvabant, adversante unda: nihil strenuus ab ignavo, sapiens ab imprudenti, consilia à casu differre: cuncta pari violentia involvebantur. Tandem Vitellius in editiora enisus, eodem agmen subduxit. [1] pernoctavere sine utensilibus, sine igni: magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minus miserabiles, quam quos hostis circumsidet. quippe illis etiam honestæ mortis usus: his inglorium exitium. lux reddidit terram: [2]penetratumque ad amnem Visurgim, quo Cæsar

INTERPRETATIO.

terdum rapte interceptoque solo disturbati, aut submersi. Nihil proderat se adloqui, aut se invicem, incitare obsistente fluctu: nihil discrepare fortis ab inerti, nihil peritus ab imperito, nil prudentia à fortuna differre. Omnia pari sævitia confundebantur. Tandem cum Vitellius in altiora evasisset, eodem recepit exercitum, traduxere noctem sine supellectili, rebusque ad victum necessariis, sine igni, magna pars intecto aut mutilo corpore. Non minus deflendi, quam qui hostilibus armis obsidentur. Nam illis etiam cum decore perire licet: his inhonesta mors contigerat. Lux terram per noctem recedente æstu aperuit, perventumque ad fluvium Visurgim, quo

NOTÆ.

licet non admodum profundæ sint, tamen incedentium equorum, vel hominum pedes sæpius fallunt, hauriuntque transmeantes. Vocantur *brevia*, quia humiles fossæ illæ, & breve spatium obtinent.

1. *Pernoctavere sine utensilibus.*] Sine supellectile, inquit *Freinshemius*. Ego accipio, sine cibariis: quæ aut amissa, aut corrupta erant. Neque aliter ea voce utitur Tacitus. Et eum lib. 2. 1. ait *vilissima utensilium annulo clausa*. Ubi Lipsius etiam, *supellex penusque*: sed quæcumque affert loca penum tantum demonstrant, præter unum Plinij: ex quo ut apparet, etiam vasa aurea & argentea obsignatis ateis fuisse condita, ita non de pretiosis isto loco Tacitus: sed quod servus comicus diceret, *allium*, vel *acetum obsignatum cum sale*, indignabantur. Eodem lib. cap. 6 o. *Quasque copias frumenti & omnium utensilium quaque natio penderet. Freinshemius* hic accipi ait pro quaque re, quæ usui esse posset. Nimis laxe: immo non nisi ad victum, lib. 3. 52. *Sperni sumptuariam legem, vetitaque utensilium pretio augeri in dies.* Eum c. 55. *Luxum mensæ* appellat. lib. 15. 39. *subvecta utensilia ab ostia & propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum.* Utique ad alendam inopem plebem.

Sine utensilibus.] Sine rebus ad victum necessariis, & sine suppellectili. Utraque enim ea intelliguntur *utensilium* nomine. in legibus. *Si quis ipsos cultores agrorum, vel piscatores deferre utensilia in civitatem jusserit.* Callistratus. *Eos qui utensilia negotiantur, & vendunt, licet ab adilibus cadantur, non oportet quasi viles personas negligi.* Plautus. *Neptunus ita solet, quamvis fastidiosus adilis est: si qua improba sunt merces, jactat omnes.*

2. *Penetratum ad amnem Visurgium.*] Merito hic hæsimus: at nunc me (animo hercle meo) expedivi. Nam scribendum *ad amnem Vidrum*, quem Ptolemæus in hoc tractu novit, & ille ipse est quem *Vechtam* hodie vocant. Et ad *Gelmudam* in sinum australem, mox Oceanum, influit. Sane Taciti narratio evincit, penfitata. Ecce ad Amisiam mittit Vitellium, ipse naves conscendit: uterque progressus, ille terra, hic mari: & ubi convenire ad amnem, nisi hic, potuere enimverò, & portus à Ptolemæo locatur, μαναρμανὶς λιμὴν. *Manarmanis palus*, neque abhorret *Stauriam* esse. *Lipsius.*

Penetratumque ad amnem Visurgim.] Nihil verisimilius, quam quod postremum docuit doctissimus Lipsius delendum, τὸ *Visurgim*: quæ vocula hic contra omnem historiæ & geographiæ ra-

classe contenderat, impositæ deinde legiones, vagante famâ submersas. nec fides salutis, antequam Cæsarem exercitumque reducem videre. Jam Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis præmissus, [1]ipsum & filium ejus [2]in civitatem Ubiorum perduxerat, data utrique venia; facile Segimero, cunctantius filio: quia [3]Quinctilij Vari corpus inlusisse dicebatur. Cæterum ad supplenda exercitus damna

INTERPRETATIO.

Cæsar cum navibus se contulerat, quibus mox imposita sunt legiones, sparsâ fama fluctibus haustas esse, nec credidere incolumes, nisi cum Germanicum legionesque simul reversas conspexere. Jam Stertinius prætre jussus, ad excipiendum Segimerum fratrem Segestis, qui se fidei Romanæ permittebat, ipsum, filiumque ejus in oppidum Ubiorum perduxerat, concessa utrique est vita, propere Segimero, difficilius filio, quod mortuo Varo insultasse per contumeliam diceretur. Cæterum Gallia, Hispania, Italia certatim con-

NOTÆ.

tionem. Sed *amnem* capies Rhenum, non Amisiam: lege diligenter totum hunc locum, fateberis. *Mercerus.* Adprobat *Mercerus* delendam vocem *Visurgim*, non tamen reponendum *Vidrum* censet, sed *Rhenum* intelligendum, quem forte Tacitus *amnem* per excellentiam vocat. Fortè Tacitus *flumen*, aut amnem absolutè dixerat, intelligens Rhenum, ut qui Princeps fluviorum sit in hac regione. Sic Sueton. Claud 9. *Missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adjit, &c. adeo ut non defuerint qui traderent præcipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat.* At in quod flumen præcipitatus Claudius? Haud dubie intelligit Sueton. *Rhenum*, qui absolutè flumen dicitur. Ut Roma *urbs* dicebatur per excellentiam.

1. *Ipsum & filium ejus.*] Segimeri filium Sesithacum nomine. Strabo. lib. vii. Ἔτι δὲ Σεσίθακος Ἀιγιμήρου υἱὸς τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος. sed corrige in Strabone, Σεγιμήρου. *Adhuc vero Sesitacus Segimeri Cheruscorum principis filius.* Forte scripserat Strabo Σεσίτακος Σαιγιμήρου.

2. *Civitatem Ubiorum.*] Ubij populi Germaniæ inferioris provinciæ, in Gallia regione, & ad Rhenum fluvium. Hodie Archiepiscopatus, seu electoratus *Coloniensis*, seu *Cologne*, & ducatus *Juliacensis*, aut *Juliers*, &c. in circulis Rheni inferioris, & Westphaliæ. *Tillomonius.*

3. *Quinctilij Vari corpus inlusisse.*] Plut. in Bruto, de his qui illuserant Crasso mortuo. Μεσσάλας δὲ Κορβῖνος ἐδικαίου πληγαῖς κολασθέντας ἐπὶ σκηνῆς γυμνοὺς ἀποδοθῆναι τοῖς στρατηγοῖς τῶν πολεμίων, *Messala Corvinus censebat, ut plagis afficerentur in tabernaculo, undique sic hostium ducibus redderentur.* Valer. lib. 5. de Pyrrho Rege. *Cum diris auspiciis Argivorum invasisset urbem, abscissumque caput ejus Alcyoneus Antigoni Regis filius ad patrem propugnatione laborantem latus, velut aliquod fœlicissimum victoriæ opus attulisset: Antigonus correpto juvene, quod tanti viri subita ruina, immemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret: humo caput sublatum, Causia qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit, corporique Pyrrhi redditum honoratissime cremandum curavit.*

Inlusisse.] Aristot. Rhet. ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητὴς παῦσαι βουλόμενος τὸν Ἀχιλλέα τῆς ὀργῆς τεθνεῶτας. Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων. *Recte de Hectore Poëta, sedare cupiens iram Acchillis in mortuos. Surdam quippe terram vexat furens.* Idem Aristot. Rhet. 4. *& illud in Repub. Platonis, qui mortuos spoliant, similes esse canibus, qui lapides mordent, jacientes non attingendo.*

certavere

certavere Galliæ, Hispaniæ, Italia: quod cuique promptum, [1] arma, equos, aurum, offerentes. quorum laudato studio Germanicus, armis modo & equis ad bellum sumptis, propria pecunia militem juvit. utque cladis memoriam etiam comitate leniret, [2] circumire saucios: facta singulorum extollere: [3] vulnera intuens, alium spe, alium gloria, cunctos alloquio & cura, sibique & prælio firmabat. Decreta eo anno 72
[4] triumphalia insignia A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Germanico gestas. [5] Nomen *patris patriæ* Tiberius à populo sæpius ingestum, repudiavit: neque [6] in acta sua jurari, quamquam censente se-

INTERPRETATIO.

tendere, de instaurandis legionum damnis; quod quisque habuit, arma, equos, aurum offerebant. quorum celebratâ benevolentiâ, Cæsar arma tantummodo & equis in belli usum sumptis, propriis opibus militem fovit. Et ut memoriam infortunij etiam humanitate sua demulceret, invisere saucios, eximia singulorum facinora laudare, plagas illorum aspiciens alium spe, alium honore, omnes solatio & studio, sibique & certamini conciliabat. Eo anno decreto patrum concessa sunt ornamenta triumphalia A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio ob res administratas cum Germanico. Recusavit Tiberius cognomentum patris patriæ, quod plebs illi sæpe obtulerat: neque passus est jurari in acta sua, quam-

NOTÆ.

1. *Arma, equos.*] Arma, equos, viros offerebat Gallia, aurum Hispania. attamen ditissima etiam Gallia censebatur eum temporis.

2. *Circumire saucios.*] Livius lib. 8. de L. Papirio Cursore: *Itaque adhibitis Legatis ipse circum saucios milites, inserens in tentoria caput, singulos ut sese haberent, rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribunisque & præfectis demandabat: rem per se popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus, animi multo prius militum Imperatori reconciliarentur; nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta sit.*

3. *Vulnera intuens.*] Forte dum curarentur, & ut curatius sanarentur, vel etiam in laudem & decus militum. Neque enim major fingi potest gloria, quam quæ ex honestis vulneribus accipitur. Florus lib. 4. 12. de Augusto. *Quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior & sanguine, & ipso periculo angustior terga hostium percecidit.*

4. *Triumphalia insignia.*] Horum originem describit Dio lib. 54. *Ob res extremè gestas supplicatio Agrippæ nomine fuit, neque tamen triumphum, quamvis sibi decretum duxit ille, nec omnino quicquam de his rebus ad Senatum scripsit. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum posteriores imitati, ne ipsi quidem Senatum per litteras de re gesta certiorem fecerunt, neque triumphum oblatum acceperunt; ideoque, ut ego censeo, nulli etiam alij, qui ejus similis esset, triumphus concessus est postea, sed solis triumphalibus ornamentis decorati sunt.*

5. *Nomen patris patriæ.*] De quo sic Dio lib. 53. *Patris autem nomen tametsi eis aliquid juris in nos omnes tribuit, quale patribus olim erat in liberos, tamen initio, non in hunc finem eis impositum est, sed honoris gratia, utque admonitioni esset ipsis, ut subditos instar liberorum diligerent, hique rursus ipsos veluti parentes venerarentur.*

6. *In acta sua.*] Fuit tale Jusjurandum, seu Sacramentum quo se se obstringebant Patres, rata habituros, firmaturosque suffragiis suis, quæcumque egisset, aut acturus esset Princeps toto imperio, salutemque ipsius propugnaturos.

natu, permisit: *cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret* [1] *tanto se magis in lubrico* dictans [2] non tamen ideo faciebat fidem [3] civilis animi. nam [4] legem majestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in judicium veniebant: si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Repub. majestatem populi Ro-

INTERPRETATIO.

vis decernente senatu: dictitans res omnes humanas mutationi obnoxias, & quanto plura assecutus foret, tanto se magis in ancipiti fore. *Neque tamen propterea persuadebat se civilis esse ingenij. Quippe revocarat legem majestatis, cui vocabulum idem apud antiquos, sed alia vindicabantur* ea lege: *si quis læsisset majestatem populi Romani, vel prodendo exercitus, vel plebem discordiis agitando, vel utcumque malè administra-*

NOTÆ.

1. *Tanto se magis in lubrico dictans.*] Cur honores ita vehementer respuerit Tiberius, causam affert Suet. Tib. 67. *Existimant quidam præscisse hæc eum peritiâ futurorum, ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas, & infamia maneret, prospexisse. Ideoque ut imperium inierit, & patris patriæ appellationem, & ne in acta sua juraretur, obstinatissime recusavisse: ne mox majore dedecore imp ar tantis honoribus inveniretur*, &c. Et ipse Tiberius apud Suet. ibid. *Si quando autem*, inquit, *de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, quod priusquam eveniat, opto ut me supremus dies huic mutatæ vestræ de me opinioni eripiat: nihil honoris adjiciet mihi patris appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarij de me j udicij.*

2. *Non tamen ideo faciebat fidem civilis animi.*] Sic alibi Tacitus de Tiberio. *Quod ad præsens civiliter accepit.* Tò *civiliter*, non satis explicatur per *comiter*, id est Tiberius id accepit more civili, seu *ut unus civium*, nec tum se efferens supra jus æquum, quo cives inter se pariter gaudent. Id accepit, ut civis Romanus, nullâ superbiâ regiâ, & qui nihil majestatis, tunc sibi adrogaret. Et id clarius patebit ex illo loco lib. 1. 2. Ubi de Asinio Gallo, qui *Tiberio pridem invisus, & tanquam ducta in matrimonium Vipsania, quæ quondam Tiberij uxor fuerat, plusquam civilia agitaret*, &c. Id est quasi talibus nuptiis principem æmularetur, & se sic quasi candidatum principatus, & principis æmulum ferret. Vipsania filia fuit Agrippæ, & Drusi mater.

3. *Civilis animi.*] Plut. de Pompeio, quem præterierat Sylla in testamento, τὸν πομπήϊον ὅλως παρῆλθεν. οὗτος μέντοι τοῦτο μετρίως πάνυ ϗ πολιτικῶς ἤνεγκεν. *supremis tabulis Sylla præterit omnino Pompeium, quod tamen ille modestè prorsus & civiliter accepit.* Id est, ut unus civium, neque superbia plus quam civili, seu regia id ægre tulit Pompeius. Lucanus de Julio,

Concessa pudet ire via, civemque videri.

4. *Legem majestatis.*] Læsa majestas judicatur, ubi quid in populum suum, suamve Rempublicam, aut in magistratus, personamve Principis commissum est. in populum, ut si quis exercitum hostibus tradidit: si quis exercitum extra suam provinciam injussu populi duxit, aut ipse relicto exercitu, provinciæ finibus excessit. Si quis Rempublicam suâ culpâ male gessit: si stationem deseruit: si contra libertatem consilia inijt: si seditionem, aut bellum excitavit: si publicum hostem privatus domi habuit: si jus civitatis, aut magistratus imminuit: si præter dignitatem populi Romani regio in comitatu fuit: si contra bonum publicum locutus est (quod tamen non capitale fuit vetere Republica) si quis ad hostes transiit, aliudve cum ijs adversus Rempublicam pactus est. Crimen in Magistratum, aut Principis personam fuit: si

mani[1] minuisset. facta arguebantur, [2] dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de [3] famosis libellis, specie legis ejus tractavit, com-

INTERPRETATIO.

ta Repub. tum facinora puniebantur, verba inulta erant. Primus Augustus coërcuit famosos libellos, obtentu istius legis, incitatus Cassij Severi pravitate, qua petulantibus scrip-

NOTÆ.

quis vim ullam attulit: si tribuno plebis intercedenti non paruit, aut ab eo Concionem avocavit, cumque privati loco habuit, ut puta, si occurrenti in via non cessit: si consilium plebis disturbavit, & universim *Majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat.*

1. *Minuisset.*] *Læsisset*, tamen solemne in hac materia. τὸ *minuisset*, quasi fines Imperij, & magnitudinem populi minueret, qui male Rempublicam gereret, aut qui civitatem aliquam, vel exercitum proderet.

2. *Dicta impune erant.*] Attamen Gellius lib. 10. 6. *Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice vindicatum est. Ita enim debere esse visa est Romana disciplina dignitas inviolabilis. Appij namq; illius Cæci filia in turba populi arctius prosusaq; conflictata. &c. Utinā inquit, reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit. Ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam incivilia, C. Fundanius & Tib. Sempronius ædiles plebei multam dixerunt ei æris gravis viginti quinque millia.* Sed forte raro id factum est, & in unâ fœmina, cujus sævitia superbiaque pares, exemplum meruerunt.

3. *De famosis libellis.* [Gell. lib 3. 3. *Sicuti de Nævio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum & Leontem, cùm ob assiduam maledicentiam, & probra in Principes civitatis, de Græcorum Poetarumque more dicta, in vincula Rom. à Triumviris conjectus esset. Unde post à Tribunis plebis exemptus est, cùm in ijs, quas supra dixi, fabulis, delicta sua & petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset.*

De famosis libellis.] Sueton. Aug. 55. *Sparsos de se in curia famosos libellos, nec expavit, & magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum post hac, de iis qui libellos, aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant.*

De famosis libellis] Tullius 4. de Republ. *Nostra contra duodecim Tabulæ, cùm per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis actitavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur.* Augustinus de Civitate Dei. Arnobius lib 4. *Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur & vita, Decemviralibus scitis evadere noluistis impune.* Pœna fuit *Fustuarium.* Nam Cornutus in Persij Satyram 1. dixit. *Lege duodecim Tabularum cautum esse, ut fustibus feriretur, qui publicè invehebatur.* Fustuarium est fustibus nempe cædi ad necem. est ea pœna *more majorum* instituta, qua exercitus Nero apud Sueton. 49. *Nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Eutropius lib 7. *quæ pœna erat talis, ut nudus per publicum ductus, furcâ capiti ejus insertâ, virgis usque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de saxo.* Virgæ non scopæ, sed bacilla de fascibus lictorum. Eæque virgæ Neroni *aureæ* apud Senecam, ut Honorio postea *fasces aurati* apud Claudianum. Cæsi sub furca rei servilem in modum, & pœna hæc servorum damnatorum fuit. Itaque duodecim Tabulis, *si quis actitavisset, carmenve condidisset, quod infamiam flagitiumve, alteri inferret*, capite puniebatur. Sed hoc postea L. Sylla lege latâ *majestatis* crimen fecit. Cicero epistola ad Appium: *Est majestae ut Sylla voluit, ne in quemvis impune declamare liceret.* At si majestatis crimen fuit declamare., seu famosum carmen facere *in quemvis*, quanto magis, si in ipsum *populum Rom.* Si in magistratum populi Rom.

motus Caſſij Severi libidine, qua viros feminaſque inluſtres procacibus ſcriptis diffamaverat. mox Tiberius, conſultante [1] Pompejo Macroprætore, *an judicia majeſtatis redderentur*, *exercendas leges eſſe* reſpondit. Hunc quoque aſperavere [2] carmina, incertis auctoribus vulgata in ſævitiam ſuperbiamque ejus, & diſcordem cum matre animum Haud pi-
73 gebit referre in Falanio, & Rubrio, modicis equitibus Romanis, præ-

INTERPRETATIO.

tis ſuis, viroſque & nobiles fem nas infamarat. Dein Tiberius conſulente Pompeio Macro prætore 1 an lex majeſtatis exerceri deberet, utendum eſſe legibus *reſpondit*. *Hunc etiam irritavere carmina dubiis auctoribus edita, adverſus immanitatem adrogantiamque illius, aut diſcordiam cum parente Livia. Haud tædebit memorare quæ prælibata ſunt adverſus Falanium & Rubrium tenues equites Rom. in quibus experimentum ſumptum*

NOTÆ.

& quanto adhuc magis, ſi in ipſum Principem, qui omnem vim majeſtatemque populi Romani, & magiſtratuum legumque in ſe traxerat; ita ut ſacroſanctus eſſet & quia ſummus Pontifex, & quia Tribunus plebis, quia Cenſor, Princeps Senatus, & uno verbò *omnia Cæſar erat*, qui omne decus, & majeſtatem populi Romani, & quidquid ſacrum ſanctumque eſſet in Repub, ſibi uni circumdederat; ſieque omni modo, & omni jure ſacroſanctus & inviolatus eſſe debuit. Et ſi quis læderet ipſum aut aliquem è familia Cæſaris, non modo majeſtatem, ſed etiam *ſacra imminuere*, videbatur (majeſtas totam domum Cæſaream complecti cenſebatur). inde forte eſt, quod adulteria cum filia & nepte commiſſa appellet Auguſtus. *læſas religiones, & violatam majeſtatem*, nempe *læſas religiones*, quia ſacratis legibus inviolatus princeps, & *violatam majeſtatem*, quia illud crimen etiam ad Rempub, & majeſtatem pertinebat, ut & ipſæ fœminæ, quibus tali crimine illudebatur.

Specie ejus legis.] Fecit id Auguſtus in ſpeciem, & quaſi gratificaretur populoRomano & primoribus urbis; ſed revera, ut ſibi conſuleret; nam habuit in animo comprimere nimiam quorumdam procacitatem in loquendo, à quâ nec ipſe exemptus. Nam ſuo nomine compeſcere erat invidioſum, ſub alieno facile, & utile. Ergo *ſpecie legis* tractavit, quaſi populi Romani majeſtas infamaretur. *Aurelius*

Ejus legis.] Colligi facile poteſt ex allatis locis ſupra, jam olim aliquam fuiſſe legem inſtitutam *de famoſis libellis*, & forte jam ſub ipſis Regibus Romanis, quæ poſtea ſub Conſulibus, ſeu Decemviris adſcripta eſt duodecim Tabulis, non tamen ſub nomine *majeſtatis*, quod nomen habuit tantum à Sylla dictatore, dein renovatam eamdem legem ab Auguſto, eodem nomine *majeſtatis*, quam tamen non niſi modeſtè exercuit ille princeps, ſed ſævitia & atrocitas talis legis mox erupit ſub ſequentibus principibus; ita ut Sylla invento illo nomine *majeſtatis* ingenij ſui ſævitiam jam tum transfuderit poſterorum animis, ut non deſineret immanitas dictatoris in Repub. licet nomen deſiiſſet, ſic facile lactatur, illiciturque rudis populus. is exhorret nomen dictatoris, & ſævitiam adprobat. Paret etiam vindicatum eſſe vetere Repub in *verba & famoſa carmina*, ſed raro admodum, quippe enm accuſare publicè liceret, vix ratio fuit, cur alieno ſeu occulto nomine tales *libellos* ederent, niſi forte in proceres quoſdam, quorum flagitia veluti nova prodigia non aliter procurantur.

1. *Pompeio Macro prætore.*] Huic Pompeio cognomen fuit *Macer*. quod & Clodiorum, & Marciorum familiæ commune fuiſſe ex auctore noſtro notum eſt: atque inſuper Æmiliorum, Bæbiorum & Calpurniorum.

2. *Carmina, incertis auctoribus*] Intelligit ea ipſa carmina, quæ exſtant Suetonio, cap. LIX,

tentata crimina: ut quibus initiis, quanta Tiberij arte, [1] gravissimum exitium irrepserit, dein [2] repressum sit, postremo arserit, cunctaque corripuerit, noscatur. Falanio objiciebat accusator, *quod inter [3] cultores Augusti, qui [4] per omnes domos in modum collegiorum habebantur, Cassium quendam mimum [5] corpore infamem adscivisset: quodque venditis hortis, [6] statuam*

INTERPRETATIO

est talium criminationum, ut sciatur quibus principiis, & quanta calliditate Tiberij gravissima lues adrepserit, mox coercita sit, & tandem rursus efflagraverit, & omnia invaserit. Exprobrata accusator Falanio quod adscripsisset Cassium quemdam histrionem prostratae pudicitiae inter adoratores Augusti, qui per cunctas aedes, instar sodalitatum conveniebant: & quod venundatis hortis, simul vendidisset effigiem Augusti

NOTÆ.

Asper & immitis, breviter vis omnia dicam:
Dispersam si te mater amare potest, &c.
Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem.
—— Roma perit, regnabit sanguine multo
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

1. *Gravissimum exitium.*] Seneca de Benef. lib. 3. 26. *Sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens & pene publica rabies, quae omni civili bello gravius togatam civitatem confecit.*

2. *Dein repressum sit.*] Quando? sub Vespasiano & Tito, opinor. Nam eo usque calumniis ex lege ista locus: illi principes minuerunt, aut sustulerunt. Iterumque *arsit*, inquit, *& cuncta corripuit*, haud dubie sub Domitiano, qui telo eo passim usus ad saeviendum.

3. *Cultores.*] Qui distinguendi sunt à sodalibus Augusti, qui tantum fuerunt viginti quinque, & ex proceribus electi fuerunt; attamen isti, ut puto, sodales, & συνθιασῶται Augusti, sed minoris notae, & minus nobiles; qui tamen pietatem principum aemulabantur pro suo modulo.

4. *Per omnes domos.*] Hoc est quod Ovidius de pietate sua gloriatur,

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus,
In nostra sacrum Caesaris esse domo.

Non tamen ut *singulae domus* collegia sua habuerint, (id non videtur, neque is sensus his verbis) sed quod circuibant domesticatim collegae, & sacrum alibi atque alibi faciebant. Sparsi igitur per omnes domos, sed statis temporibus conveniebant. *Lipsius.*

Per omnes domos.] Is forte sensus sit, ut quaelibet domus ditiorum & procerum esset instar collegij, cui adscribebantur cultores Augusti; sed hi ex amicis & clientibus istius modi familiarum dilecti. sic Cassius, utpote cliens Falanij fuit in tale collegium cooptatus. Ita ut singulae domus procerum in modum collegiorum essent, quod ad cultum illum Augusti spectabat, & in illis domibus sui quique cultores habebantur. Et certe, an putas omnes illos Augusti cultores, seu collegas potuisse unam intra domum claudi, & praecipue in tantis opibus, & in ea nova religione, qua magis principi adulabantur, quàm divum adorarent.

5. *Corpore infamem*] Non infamis corpore Cassius, quia *mimus*, praecisè, sed forte quia muliebria patiebatur, vel alia simili de causa obscena, quia forte ob artem talibus probris & flagitiis expositus erat,

6. *Statuam Augusti simul mancipasset.*] Jurisconsultis etiam discrimen aliquod repertum hac in re, qui tradunt; *Non videri contra majestatem fieri, ob imagines Caesaris, nondum consecratas, venditas*, l. v. & vj. D. ad leg. Jul. Maj Ergo *consecratas vendi*, commissum fuit. Jure exagitat purpuratos illos stipites Tertullianus: *Publicos aque deos faedatis, quos in hastarie vectigales habetis. Si Capitolium, si olitorium forum petitur, sub eadem voce praeconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione Quaestoris, divinitas addicta conducitur.*

Augusti simul mancipasset. Rubrio crimini dabatur [1] *violatum perjurio nomen Augusti.* Quæ ubi Tiberio notuêre, [2] scripsit consulibus: *Non ideo decretum patri suo cœlum, ut in perniciem civium is honor verteretur. Cassium histrionem solitum inter alios ejusdem artis interesse* [3] *ludis, quos mater sua in memoriam Augusti* [4] *sacrasset. Nec contra religiones fieri, quod effigies ejus, ut alia numinum simulacra, venditionibus hortorum & domuum accedant.* [5] *Jusjurandum perinde æstimandum, quam si Jovem fefellisset* [6] *deorum inju-*

INTERPRETATIO.

Accusabatur Rubrius, quod per Augustum jurans, fefellisset, sicque divinitati ejus illusisset. *Quæ postquam Tiberio comperta sunt, nuntiavit consulibus:* non ideo dicatum cœlo parentem suum, ut in exitium civium id decus traheretur Cassium mimum inter alios histriones adesse solere ludis, quos mater sua instituisset in gloriam Augusti. Nec contra cærimonias usurpari, quod statuæ, ejus ut aliæ deorum imagines venditionibus hortorum prædiorumque adjunguntur. Perjurium habendum perinde, ac si Jovem decepisset, numinum injurias numina vindicare. *Et paulo post majestatis*

NOTÆ.

1. *Violatum perjurio.*] Uulgatum, ut sanctissimum jusjurandum esset per nomen, & numen Augusti. Horatius id accidisse testatur, eo etiam vivo:

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Sapiens ille Claudius, *Jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam per Augustum*: ait Sueton. cap. 11. Tertullianus: *Majore formidine & callidiore timiditate Cæsarem observatis, quam ipsum de olympo Jovem: citius denique apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur.* Minutius Felix: *Et est eis tutius per Jovis genium pejorare, quàm Regis.* Nec mentiuntur nostri Scriptores; ex eis quæ legibus firmata video de jurejurando, lib. XIII. sub finem. Lucanus inter ultiones sanguinis civilis hanc posuit, ut mihi videtur facunde:

——— *Cladis tamen hujus habemus*
Vindictam, quantum terris dare numina fas est.
Bella pares superis facient civilia divos,
Fulminibus Manes, radiisque ornabit & astris,
Inque deûm templis jurabit Roma per umbras.

Formulæ autem jurandi erant, *per genium, per fortunam, per salutem principis.*

2. *Scripsit Consulibus.*] Vel scribebant principes epistolam Consulibus, quam ipsi Consules legerent in Senatu, vel epistolam; seu rescriptum legebant Principes per suum Quæstorem, aliquando per filios, ut Vespasianus per Titum.

3. *Ludis quos mater*] Credo eos esse, qui *Palatini* postea à loco dicti, qui diversi ab *Augustalibus*. Videnturque non equestres aut curules fuisse, ut illi, sed scenici. Dio lvj. *Præter hæc etiam Livia proprios quosdam ludos Augusto per triduum in palatio fecit, qui ad hoc ævum celebrantur ab iis, qui rerum potiuntur.* Suetonius Caligula: *Cumque placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi.*

4. *Sacrasset.*] Tamen postea sub Nerone, histriones prohibiti interesse ludis sacris, nempe ne quis motus oriretur ex Theatrali lascivia, ob diversas factiones & immodestiam spectantium.

5. *Jusjurandum.*] Jusjurandum per quodcumque numen, perinde reputandum, quam si Jovem fefellisset, quasi ex natura ipsa jurisjurandi peteretur flagitij enormitas, non ex tali divinitate, per quam pejeratur. non quod adæquet Augustum Jovi, sed paritas in flagitio est, & ex perjurio quocumque par scelus.

6. *Deorum injurias.*] Expressit eam sententiam & Imperator l. 11. de reb cred; *jurisjurandi contempta religio satis deum ultorem habet.*

rius diis curæ. Nec multo post [1] Granium Marcellum prætorem Bithyniæ, [2] Quæstor ipsius Cæpio Crispinus majestatis postulavit, subscribente [3] Romano Hispone. qui formam vitæ iniit, quam postea celebrem

INTERPRETATIO.

accusavit Granium Marcellum rectorem Bithyniæ, Quæstor ipsius Cæpio Crispinus, subscribente Romano Hispone, qui (Crispinus) *genus vitæ instituit, quod postea calamita-*

NOTÆ.

1 *Granium Marcellum Prætorem Bithyniæ.*] Maneo in eo quod dudum monui, rescribendum *Proconsulem* Nam Bithynia in Senatus populique Romani provinciis ex divisione Augusti apud Dionem & Strabonem, nec causa fuit, cur postea mutaret, pacatissima quippe provincia. Quin mansisse indicio est Plinius Secundus, qui Trajani ætate *Proconsul* ei Provinciæ. Et post eum alij. Et mox *quæstor* additus huic Marcello, qui sane non missus in provinciam Cæsaris Quo argumento etiam convicit hanc scripturam eruditissimus, & omni literatura politissimus Henricus Savilles in doctissimis ad Tacitum notis. Error ortus ex notis, quas fere ubique corruperunt imperiti Librarij. Sic *Mercerus.*

Prætorem Bithyniæ.] Teste Dione, lib. 53. Hi Legati, quos mittebat Augustus in suas Provincias *Proprætores* dicti, quia in provincias armatas mittebantur, ut sic speciem aliquam adumbrarent Prætorum veteris Reipub. qui præerant exercitibus Rom. & tamen hi vere Proconsules erant, quemadmodum & hi legati, seu Præfecti, quos populus Senatusve mittebat in suas Provincias *Proconsules* dicti, eodem Dione teste; quia mittebantur in Provincias inermes, imbellesque, ut sic etiam adumbrarent veteris Reipub. Consules, seu Consulares, qui togati & in pace florebant; & tamen hi verè, & reipsa *Prætores* fuêre, quia hæ Provinciæ populi dabantur prætura functis, seu Prætoriis, id est insignia Prætoria adeptis, & tanto magis, quod teste eodem Dione ibidem Duæ tantum Provinciæ earum, quæ populi essent, Consularibus dabantur, & Proconsulatus dicebantur, nempe *Asia* & *Africa*; cæteræ verò prætoriis dabantur. Ratio autem cur duæ istæ tantum Provinciæ propriè consulares essent, fuerit, quia viri consulares tantum in eas mittebantur, nec alij mitti possent. At in cæteras populi Provincias mittebantur *Prætorij*, quamvis & sæpe in eas mitterentur *Consulares*, utpote jam ad duos menses coarctato consulatu. Igitur Tacitus hoc loco, vel more veteris Reipub. locutus est, vel de facto sic res se habuit, etiam sub principibus, quamvis nomina immutata essent. Nam post Augustum non modo consulares in populi Provincias missi, *Proconsules dicebantur; sed etiam qui pratura functi erant, aut qui pratoria tantum ornamenta adepti erant,* Sic quippe explico illa verba Dionis. l. 53. καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι μόνον ὄντας. Quæ verba non satis ceperat interpres Dionis.

Bithyniæ.] Bithynia, provincia Asiæ Minoris peninsulæ ad Pontum Euxinum, & Propontidem. hodie pars septentrionalis præfecturæ *Natolia* ad mare Nigrum seu Majus, & ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

2. *Quæstor ipsius.*] In consuetudine positum fuisse, ut cum Prætores repetundarum postularentur, quæstoribus potissimum ipsorum accusandi munus mandaretur, constat è divinatione Ciceronis. Id autem eo fiebat, quod illis notissima esse prætorum furta, verisimile erat.

3. *Romano Hispone.*] cujus declamationem electa in Senecæ controversiis non uno loco.

Subscribente Romano.] Subscriptores erant Advocati & adjutores patronorum in causis: qui etiam tanquam

miseriæ temporum, & audaciæ hominum fecerunt. nam egens, ignotus inquies dum occultis libellis sævitiæ principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit; potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod secuti ex pauperibus divites, ex contemtis metuendi, perniciem aliis, [2] ac postremum sibi invenere. Sed Marcellum insimulabat *sinistros de Tiberio sermones habuisse* inevitabile crimen, cum ex moribus principis fœdissima quæque deligeret accusator, objectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicti credebantur. Addidit Hispo, *statuam Marcelli*, [3] *altius quam Cæsarum sitam*: *&*

INTERPRETATIO.

tes temporum & pravitas hominum magnopere illustraverunt. Quippe inops, incognitus, & quietis impatiens, dum secretis litteris se insinuat immanitati principis; dein illustrissimo cuique discrimen intentat auctoritatem apud unum assecutus, & offensionem adversus omnes, præbuit exemplum, quod amulati ex egenis locupletes, ex spretis formidandi, exitium aliis ac tandem sibi reperere. Verum Cœpio arguebat Marcellum, verba quædam probrosa de Tiberio protulisse: *quæ fuit ineluctabilis criminatio, cum accusator turpissima quæque seligeret ex vita principis, eaque reo exprobraret. Nam quia vera erant* illa flagitia, *etiam prolata* à Marcello *putabantur. Adjunxit Hispo*, effigiem Marcelli altius esse positam, quam statuas Cæsarum, & alio in simulacro insertam

NOTÆ.

scriptores patronorum in causis, qui etiam tanquam custodes Patronorum adhibebantur, ne corrupti prævaricarentur. *Qui defendit alterum*, inquit Asconius, *aut patronus dicitur, si Orator est, aut Advocatus; si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut Procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam novit, & sic tuetur ut suam.* Cicero in divinatione. *At venit paratus cum subscriptoribus exercitatis & disertis. Est tamen hoc aliquid, & si non est satis. Omnibus enim rebus is qui princeps in agendo est, ornatissimus & paratissimus esse debet* Budæus.

1. *Occultis libellis.*] Non reperio ferè discrimen inter epistolas, codicillos, & libellos. hosce libellos scribebant delatores, seu indices principi, etiam præsenti in civitate, quibus nec ipsum adire licuisset, & id magis congruebat majestati principum, qui sine aditu talium interventorum, sciebant ea quæ agerentur, longè antequam ulli aulici, aut ipsi privati, quorum pernicies struebatur, rescirent, vel suspicari quidem possent, hisce rebus attentum esse principem, aut jam esse admonitum occultis hisce libellis. sic Sejanus adibat Tiberium per epistolas, quamvis præsentem in civitate. Sic Augustus amicos, sic invicem amici Augustum adloquti, teste Suet. Tac. lib. 2. 28. Ubi de Libone Druso, quem *Firmius Catus* detulit. *aditum ad principem postulat demonstrato crimine, per Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat, Cæsar indicium haud aspernatus, congressus abnuit; posse enim eodem Flacco internuntio sermonem commeare.*

2 *Ac postremum sibi.*] Iis nempe utebatur, seu potius abutebatur Tiberius ad tempus, dein novis delatoribus repertis, eorum ope veteres subvertebat; sicque perpetuo insultit Civitati, Senatui, & Reipublicæ sic delatores alij aliis exitium struendo, tandem sibimet perniciem accelerabant.

3. *Altius quam Cæsarum.*] Vel quia altior & procerior ipsa statua Marcelli fuit; sic facta jussu ipsius ab artifice; fortè tamen imprudenter, neque respectante Marcello ad statuas Cæsarum, sed casu tantum, vel ex solo ingenio, & sponte ipsius artificis, vel quia altiori loco, & magis conspicuo posita, vel etiam altiori

capi

[1] *alia in statua amputato* [2] *capite Augusti, effigiem Tiberij inditam.* [3] ad quod exarsit adeo, ut rupta taciturnitate proclamaret; *se quoque in ea causa* [4] *laturum sententiam palam & juratum*, [5] *quo ceteris eadem necessitas fieret.* Manebant etiam tum [6] vestigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piso, *Quo*, inquit, *loco censebis Cæsar? si primus, habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.* permotus his, quantoque incautius efferbuerat, pœnitentia patiens, tulit [7] absolvi reum criminibus majestatis, de pecuniis

INTERPRETATIO.

imaginem Tiberij præciso capite Augusti. *Ad quod adeo commotus est Tiberius, ut abrupto silentio exclamaret:* se etiam in eo judicio dicturum sententiam palam, & obstrictum jurejurando, ut aliis patribus idem faciendi necessitas esset. *Supererant adhuc vestigia exspirantis libertatis. Itaque Cn. Piso* quo, *inquit*, ordine feres sententiam Cæsar? si primus, idem censendi tecum mihi necessitas incumbet: si postremo loco, metuo ne imprudens aliud statuam. *Ad hæc lenitus, & quanto imprudentius exarserat, pœnitentia placatior. Permisit absolvi Marcellum criminibus læsæ majestatis*

NOTÆ.

basi, forte quasi columnâ superstructa fuerit illa statua Marcelli, quod decus maximum fuisset.

1. *Alia in statua.*] Puto, vere nonnulli contumeliosè se gerebant in imagines Augusti: nam apud Dionem vocantur Augusti imagines ἐπιβέλευτοι hoc est *insidiis obnoxia*, sed talia cum deferrentur, docebantur.

2. *Amputato capite.*] Quod nunc crimini datur, id receptum fuisse suo ævo Plinius indicat: *Surdo*, inquit, *figurarum discrimine capita permutantur.* Et Caligula, simulacra numinum è tota Græcia conquisivit, quibus capite dempto suum imponeretur. *Suetonius.* Cur tamen Tiberius ita hic exarsit? causa aliqua est. Nam solebant Tyrannos eâ ignominiâ afficere: videbaturque occultè quasi talem Marcellus damnasse Augustum. Hieronymus in Prophetam Abacuc. cap. III. *cùm Tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur & statuæ, & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, ejus facies, qui vicerit, superponitur.*

3. *Ad quod exarsit.*] Quæ ergo causa tam impotentis iræ: nunquid suæ memoriæ consultum ibat, dum integritatem statuarum adserit? facile enim conjectare poterat, si mos iste reciperetur, ut bonorum etiam principum imagines abolerentur, multo magis suam memoriam perituram.

4. *Laturum sententiam palam ac juratum.*] Vetere Repub. jurabant in leges, scilicet in criminalibus causis. Idque principio cognitionis; aliquando etiam priusquam sententiam expromerent, vel in media sententia jurabant. Plin. lib. 7. 34. *à jurato Senatu vir optimus semel à condito ævo judicatus est Scipio Nasica.* Cic. ait l. in Verrem. *Hoc factum esse in hac civitate, cum Senatorius ordo judicaret, ut discoloribus signis juratorum hominum sententia notarentur.* Suet. Jul. 30. *M. Catonem identidem, nec sine jurejurando delaturum se nomen, simul ac primum exercitum dimisisset.* Et Claud. 22. *In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem, nisi juratus nominavit.*

5. *Quo ceteris.*] Vix opinor hæc inter verba Tiberij fuisse. Nimis hoc superbum, aut sævum: sed interpretatione sua, & verâ, addit noster. Et sequentia Pisonis argutius ad priora referuntur. *Lipsius.*

6. *Vestigia morientis libertatis.*] Ea verba referunt ad præcedentia: *Laturum sententiam palam & juratum.* Sed potius ea referenda ad libertatem qua loquitur Piso.

7. *Absolvi reum.*] Absolvi ne? atqui damnatum eum Suetonius ait: *Statuæ quidam Augusti caput dempserat, ut alterius imponeret. Acta res est in Senatu; &*

repetundis, [2] ad reciperatores itum est. Nec patrum cognitionibus satiatus, judiciis adsidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret, multaque eo coram, adversus ambitum & [3] potentium preces constituta. sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. Inter quæ

INTERPRETATIO

& dati judices, qui de pecuniis repetundis, jam damnato in senatu reo, litem æstimarent. Nec contentus disquisitionibus patrum, adsistebat judiciis in cornu tribunalis: ne abire cogeret prætorem è sede curuli; multaque eo præsente judicata sunt adversus favorem, & ambitionem procerum, sed dum justitia providetur, libertas labefactabatur. Interea Pius Au-

NOTÆ.

quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumniæ eo processit, &c. Ego non concilio, nisi repetundarum damnatus fuit, non majestatis. Quæ tamen omnino Suetonius voluisse videtur.

1. *Repetundis.*] Et tamen nulla mentio in hac causa talis criminis supra. *Crispinus majestatis postulavit*, sed de *repetundis* altum silentium, nisi quod statim atque Quæstor accusat Prætorem hoc ipso id crimen subintelligatur, quod criminis majestatis subjungitur veluti appendix: nam omnia judicia lege majestatis exercebantur sub Tiberio, sed eo nomine & prætextu, & fuit tum illud crimen eorum, qui nullum crimen haberent.

2. *Ad reciperatores itum.*] Ergo damnatus repetundarum fuit, & tum judices dati ad æstimandum. Vide Sodes quæ scribo in xiv. Annal, super criminis hujus pœna. *Lipsius.*

Ad Reciperatores itum est.] Vir doctus παραφράζει ad judices ei negotio destinatos. Quod & obscurum & χυδαῖον, nec verbis solennibus. Marcellus Donatus causatur Senatum recuperatores dedisse nusquam legi; sed Senatu jubente à Prætore dari solitos: ita hoc quoque loco accipiendum, non recuperatores in causa Granij à Senatu datos, sed jussu illius, cum consensu Tiberij, vel ex hujus mandato commissum judicium recuperatorium: id innuunt verba, *itum esse ad recuperatores*: aliter enim *datos* dicturum fuisse. At ille cùm dicit, *itum ad reciperatores*, datos dicit à Senatu judices, non qui rem, ut integram, audirent (jam enim apud Senatum acta erat, ut & proconsulis Asiæ Silani 3. Annal. 66. & 67.) Sed qui lites æstimarent, quod & Lipsius voluit. Sic Plinius lib, 2. epist. 12 *Marius priscus accusantibus Afris, quibus Proconsul præfuit, omissâ defensione judices petijt.* Et mox *excessisse Priscum immanitate & sævitia, crimina, quibus dari judices possent.* lib 4 epist. 9. *Censuit Bæbius Macer, Consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri; Cæpio Hispo; salvâ dignitate judices dandos.* Et lib. 9. Ep. 29. *Tuitus sum Julium Bassum, ut incustoditum nimis & incautum; ita minime malum: judicibus acceptis in Senatu remansit.* In commemorata undecima epistola sic legimus: *Marium repetundarum pœna, quam jam passus erat, censuit relinquendum*

Ad Reciperatores.] Ascon. *reum autem fieri est apud Prætorem legibus interrogari. Cùm enim in jus ventum esset, dicebat apud Prætorem accusator Reo, Aio te Siculos v.g. spoliasse, si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut victo si negasset, petebat à magistratu dies accusator inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio.*

Ad Reciperatores.] *Reciperatores*, seu *Judices* non modo, cum de pœnis, sed etiam de præmiis ageretur, dati. Apud Livium lib. 26. duo profitebantur, contendebantque de *corona murali. Ea contentio quum prope seditionem veniret, Scipio, tres recuperatores, quum se daturum pronuntiasset, qui cognitâ causâ, testibusque auditis, judicarent, uter prior in oppidum transcendisset. C. Lælio & M. Sempronio Advocatis partis utriusque P. Cornelium Caudinum de medio adjecit: eosque tres recuperatores considere, & causam cognoscere jussit.*

3. *Potentium preces.*] In judiciis: Solebant enim Advocatos, aut deprecatores

[1] Pius Aurelius senator questus [2] *mola publica via, ductuque aquarum labefactas ædis suas*, auxilium patrum invocabat. resistentibus ærarij prætoribus, [3] subvenit Cæsar, pretiumque ædium Aurelio tribuit, erogandæ

INTERPRETATIO.

relius unus è patribus expostulans concussam esse domum suam aggere itineris publici, & ductu aquarum, *opem senatus implorabat. obsistentibus ærarij præfectis; succurrit Cæsar, & valorem prædiorum dedit Aurelio, elargiendæ honestus in rebus pecuniæ appetens*,

NOTÆ

adducere potentissimos civitatis. Ex Cicerone & Asconio notum: repressitque Tiberius, quia sic justitiam corrumpebant. At ipse Tiberius, adjungit noster, libertatem corrumpebat, quomodo? quia scilicet in judiciis assiduus, ea velut regebat ac temperabat, & sententiæ obnoxiæ illi erant. *Lipsius*.

Potentium preces.] Tum pro more potentissimi procerum adsistebant ad tribunal, cùm ageretur causa amicorum, tanquam fautores & deprecatores, contra quem ambitum, legem statuerat Pompeius, quam dein primus ipse infregit

Potentium preces.] Suet. Tib. 33. *Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdam senatus rescidit, & magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex adverso in parte primori: & si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat: judicesque, aut è plano; aut e quæsitoris tribunali, legum & religionis, & noxa, de qua cognoscerent admonebat.*

1. *Pius Aurelius.*] Festus. *Aureliam familiam ex Sabinis oriundam à sole dictam putant: quod ei publice à populo Romano datus sit locus, in quo sacra facerent soli, qui ex hoc Auselij dicebantur, ut Valesij, Popisij, pro eo quod est Valerj, Papirij.*

Pius Aurelius. [Fortasse hic inter majores optimi principis Antonini: etsi nulla mentio Capitolino.

2. *Mole publica via.*] Ob ingentes illos silices, quibus viæ omnes publicè sternebantur. *Muretus.* Alij omnes sic accipiunt, quasi per reparationem atque aggerationem viæ, domus ista labefacta fuerit. Mihi aliter visum, ob locum Plinij 36. 2. ubi de columnis marmoreis in atrio Scauri collocatis. *Satis dari sibi infecti egit redemptor Cloacarum, cum in palatium extraherentur.* Item hunc alterius Plinij, panegyr. 51 1. *Non ut ante immanium transvectione saxorum, urbis tecta quatiuntur: stant secura domus, nec jam templa nutantia.* Seneca: *in hunc usum pinus aut abies deferebatur, longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus.*

Mole.] Paulus L. pro. penult. D. Ne quid in loco publico. *Si per publicum locum rivus aquæductus privato nocebit, erit privato actio & lege XII. tabul. Vti noxa domino caveatur.* forte per interpretationem. Et tamen teste Jul. Frontino initio libri de aquæductibus *Ab urbe condita per annos CDXLI. contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant*

Mole publica via.] Duo ibi consideranda sunt, agger seu moles & pondus materiarum, quibus via aggerata atque strata fuit, & etiam res magnæ molis, quæ per talem viam vehebantur, quemadmodum trabes, saxa, columnæ, & cætera magnæ molis, qualia advehebantur in urbem. Præterea ductus aquæ, qui forte non modo juxta domum Aurelij perducebatur, sed forte sub ipsa domo structus erat, quo forte rupto vel labefactato, simul cum mole viæ, necesse fuit simul & labefactari domum imminentem impendentemque aggeri viæ.

3. *Subvenit Cæsar.*] Sed an ex fisco vel ærario quæstio est, censet *Freinshemius* ex fisco Tiberium subvenisse. Sed an ex fisco, an ex ærario, quid refert? omnia in se princeps traxerat. Jam Senatus populusque Romanus, & ærarium vana no-

per honesta pecuniæ cupiens: quam virtutem diu retinuit, cum cæteras exueret Propertio Celeri prætorio, veniam ordinis ob [1] paupertatem petenti, [2] decies sestertiûm largitus est, satis comperto. [3] paternas ei angustias esse. [4] tentantis eadem alios, probare causam senatui jussit: cupidine severitatis, in his etiam quæ rite faceret, acerbus. unde cæteri si-
76 lentium & paupertatem confessioni & beneficio præposuere. [5] Eodem anno

INTERPRETATIO.

quam virtutem diu servavit; cum cæteras omitteret. Decies sestertiûm tribuit Propertio Celeri prætorio, qui petebat facultatem exeundi ordine, ob egestatem, cùm satis constaret angustam ei rem familiarem à patribus relictam esse. Eandem opem rogantes alios, causam paupertatis exponere apud patres jussit, affectu severitatis, in his etiam quæ rectè ageret, austerus. Itaque cæteri prætulerunt silentium & egestatem tali professioni & liberalitati. Eodem anno Tiberis assiduis pluviis intumescens in plana urbis loca se effuderat,

NOTÆ.

mina: *Omnia Cæsar erat* inquit Lucanus. Et Tacitus infra ubi de re simili, *quasi referret.* an Fiscus, an ærarium esset. sic & Dio lib 53. *Verbotenus publica opes separabantur ab illis Augusti propriis, nam & illa publica ex ejus arbitrio tantum impendebantur.*

Inferre tamen licet, quia hoc loco Taciti resistebant tali largitioni prætores ærarij, Aurelio subvenisse Cæsarem ex ærario: id quippe tum agebatur Etiam, quia largitio illa publica, & senatus auctoritate fiebat, idcirco pertinebat propriè ad *ærarium* & ad Rempublicam.

1. *Paupertatem,*] Maluerunt paupertatem cum decore, quam beneficium cum pudore.

2. *Decies sestertiûm.*] Sunt quinque & viginti millia coronatorum, seu quinque & septuaginta millia librarum.

3. *Paternas angustias.*] Rectè *paternas,* ut ostenderet paupertatem esse, haud culpâ suâ Contra, de Cotta Messalino l. vi. *Egens ob luxum.*

Paternas,] Sicque avitas opes non decoxisse, aut dilapidasse per flagitia. De Augusto sic Dio lib 55. *Cum multi è senatoribus orti, ac equestres juvenes citra ullum crimen ad paupertatem redigerentur, plerisque censum constitutum eorum ordini, complevit: octoginta autem, quibusdam cum usque ad duodecies sestertium adauxit.*

Illud consilium dabat Mecenas Augusto apud Dionem lib. 52. *Principio igitur statim senatores omnes accurate examinandi, ac delectus eorum tibi habendus, (nam multi in senatum propter seditionem parum idonei adsciti sunt) boni retinendi, reliqui autem expungendi sunt. Hinc neminem bonum virum paupertatis causâ removebis, verum ipsi pecuniam potius, quantum opus habet, dabis: & in locum rejectorum, nobilissimos optimosque & ditissimos sufficies, non ex Italia tantum, sed à confœderatis etiam ac subditis desumptos.*

4. *Tentantis eadem alios.*] Suetonius, *Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum causas probassent. Quo pacto plerosque modestia, & pudore deterruit.*

Seneca de benef. l. 2. 7 *Tiberius rogatus à nepote M. Allio prætorio, ut æri alieno succurreret: edere illum sibi nomina creditorum jussit. hoc non est donare, sed creditores convocare. Cum edita essent, scripsit nepoti jussisse se pecuniam solvi. Adjecta contumeliosa admonitione effecit, ut nec æs alienum haberet, nec beneficium, &c. Puto, noluit plures esse, qui idem rogaturi concurrerent, ista fortasse efficax ratio fuerit, ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas.*

5. *Eodem anno continuis imbribus.*] Hæc verissima causa est, cur Tiberis interdum inundet plana urbis. Et hac de re ita Dio lib. 57. *Cum Tiberis multas urbis partes occupasset, ita ut navigarentur:*

continuis imbribus [1] auctus Tiberis, plana urbis stagnaverat: relabentem secuta est ædificiorum & hominum strages. Igitur censuit Asinius Gallus, *ut* [2] *libri Sibyllini adirentur*. renuit Tiberius, perinde divina, humanaque obtegens. Sed remedium coërcendi fluminis Atejo Capitoni, & L. Arruntio mandatum. [3] Achajam ac Macedoniam

INTERPRETATIO.

cùm postea *recederet, domorum, & mortalium strages subsecuta est. Igitur sententiam tulit Asinius Gallus*, ut legerentur libri Sibyllini, *recusavit Tiberius, divinas humanasque res perinde occultans. Sed Ateio Capitoni & L. Arruntio datum negotium cohibendi amnis. Decrevere patres proconsulari potestate liberari in præsens tempus, Achaiam & Macedoniam, quæ minui tributa postulabant, & dari Cæsari regendas. Præfuit Drusus*

NOTÆ.

alij quidem hoc prodigij loco excipiebant: ut & magnitudinem terræ motuum, quibus etiam pars muri dejecta erat, & crebros fulminum jactus, quibus etiam, illæsis vasis, vinum consumptum erat; ipse autem existimans id fieri ex multitudine aquarum quæ in eum influerent, constituit, ut semper quinque Senatores sorte ducti curarent, ne flumen, aut æstate minueretur, aut hieme supra modum excresceret, sed semper quoad ejus fieri posset, æquale ferretur.

1. *Auctus Tiberis.*] Victor in Valeriano: *Tiberinus diluvij facie inundavit, prudentes perniciosum cecinere Reipublicæ.* Plinius vocat Tiberim *rerum in toto orbe nascentium mercatorem, futurorum omnium monitorem, & auctu religiosum.*

Tiberis.] Fluvius Hetruriæ, Umbriæ, Samnij, & Latij provinciarum Italiæ; in mare Tyrrhenum seu Inferum se exonerat. Hodie Itali vocant *Tevere*, & à Francis dicitur *le Tibre*, est in magno Ducatu Toscanæ, & in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

2. *Libri Sybillini.*] Quippe illa inundatio Tiberis non modo importabat cladem, seu stragem præsentem, sed etiam portendebat alias clades mox futuras, veluti sterilitatem, famem, luem, & forte etiam mutationem in Repub. Ideoque vult Arruntius adiri seu consuli libros Sibyllinos, ut ipsorum monitu procurentur vitenturque mala Reipub. imminentia. *Sed renuit Tiberius divina humanaque pariter obtegens.* qui alioquin teste Suetonio 69. *Circa deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus cuncta fato agi.*

3. *Achaia.*] Tribus modis est consideranda. Primo est provincia meridionalis Græciæ regionis ad mare Ægæum, Jonium & Siculum; aliquando *Hellas* & Græcia dicta. Hodie vocatur etiam *Achaia*, & à quibusdam *Livadia*, provincia est imperij Turcici Europæi. Secundo modo *Achaia* quæ *propria* dicitur, regio minor est Peloponesi provinciæ, & ad sinum Corinthiacum. hodie pars major *Clarensæ* regionis, ad sinus *Lepante & Patras* in Morea provincia Turcici imperij, &c. Tertio denique modo, Romani ex Achaia & Penoponeso unicam fecere provinciam sub *Achaiæ* nomine, quæ Proconsuli Diœceseos Macedoniæ parebat. hodie *Achaie & Morée*, &c. De ista videtur hic loqui Tacitus. *Tillem.*

Achaiam ac Macedoniam.] Achaiam quod ait, capies Græciam totam; nec enim aliter tunc appellabant Romani, scriptor quispiam apud Suidam: *Mummius Corinthum statim & primo impetu cepit, tunc principem totius Græciæ, ex quo Romani & nunc videatur Achaiam nominare totam Græciam: à gente devicta, quæ tunc Græciæ præerat, universam appellationem sumentes.* Pausanias lib. VII. *Porro redacta universa Græcia in provinciæ formam, mittitur ad eam obtinendam ex urbe prætor, quem Achaiæ non Græciæ, appellant, quod scilicet Græci subacti sunt, obtinentibus principatum Achæis.*

[1] onera deprecantis, [2] levari in præsens proconsulari imperio;

INTERPRETATIO.

certamini gladiatorum, populo promiserat, quod Germanici fratris, suoque nomine, quan-

NOTÆ.

Macedonia. Provincia Græciæ regionis ad Septentrionem & ad mare Ægæum Adriaticumque hodie *Macedoine* provincia, & pars major *Albaniæ* provinciæ, in Turcico imperio Europæo, *Tillemonius.*

1 *Onera.*] Id est *Vectigalia & tributa*, forte etiam intellexit alia onera, ut prætoris, seu proconsulis, quæ forte graviora omni tributo.

2. *Levari proconsulari imperio.*] Durius ergo proconsulare, imperium præsidiali: nec causam satis scio. Inquiro. Provinciarum divisio à Cæsare Augusto sexto consulatu facta duplex. Aliæ populo datæ, aliæ Cæsari. In easque populi, propriè dicti *Proconsules* mittebantur: in Cæsaris *legati* aut *proprætores*, qui interdum tamen & *prætores* dicti; aut conjunctim *legati proprætores*, ut in lapidibus plerumque. *Rectorum præsidum* nomen generale est: etsi *præses, præsidiales* quê provincias de Cæsarianis reperies etiam, significatione arta. Discrimen inter *proconsules legatosque* multum. Primò, quod ij in populi provincias missi, quæ fere inermes: hi in Cæsaris, quæ copiis instructæ. Quod illorum annua tantum administratio (unde in Tac. lib. 3. Flamen ait, *quanto facilius se absuturum ad unius anni proconsulare imperium?* & Apulæi Florid. 2. *Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis brevibus & festinantibus mensibus?* Horum largior contractiorve, ut Cæsari visum. Proconsules forte missi. Eoque Suetonius Aug. c. XLVII. *Cæteras provincias proconsularibus sortito permisit.* Et Tacitus lib. 3. *Eoque etiam Asia sorte depellendum* incusavit: at legati Cæsaris dilectu ἐκλεκτοὺς ut ait Dio. Statius.

—— *cum tanti lectu rectoris habenas*
Gallice, fortuna non admirante, subisti.

Proconsules statim egressi insignia imperij sumunt, puta, lictores, fasces: nec deponunt, nisi ingressi iterum urbem: at legati, non antequam provinciam attigerint, & in ipsa provincia deponunt. 5. proconsules paeato habitu, & gladio non accincti fuerunt (ex instituto quidem Augusti, quod tamen postea mutavit) legati, paludamentum gestarunt, & gladium, ut quibus jus esset militis animadvertendi. 6. Proconsules, sex lictoribus fascibusque nisi quinque donatæ, at legati qui consulatum nondum gessissent. Dio auctor, 53. Septimo, proconsuli tres legati fuere: legato unus. Dio ibidem. Atque hæc discrimina. sed ex iis nihil eruas, cur provinciarum Cæsaris conditio (quod tamen hic ex Tacito clarum) melior pensiorque. Nisi id tamen in bonum provincialium vertit, quod utraque provincia uni credita legato. Ideoque minus onerum alendo ipso & canibus illis qui Tribunal lambunt. Clarè Tacitus lib. 5. *Is Macedoniam tum intentus Achaiam quoque curabat.*

Proconsulari imperio.] Provinciæ *proconsulares* longe majori onere premebantur, quam præsidiales. *Præsidiales* uni legato, seu procuratori patebant. *Proconsulares* ipsi *Proconsuli*, & præterea *tribus legatis* obediebant, præterea *Quæstori*, & tot præfectis seu dominis, quot erant *legatis legionum*, & præterea multi alij finus implendi. Dein si *proconsul* pecuniæ intercepræ, seu repetundarum interrogaretur, rum apud eosdem; vel similes judices agebatur, nempe apud senatum, & sic semper *victrix* licet *provincia plorabat*; at in præsidialibus, cum tales præfecti uni principi responderent; uno illo judice facilius & severius coercebantur avaritia, sævitia, libido, & cætera *præsidum* flagitia. Tum sub Tiberio *proconsulibus* parebant, quot quot erant legiones & copiæ in ea provincia quam tegebant, sed postea Caligula divisit imperium in quibusdam provintiis, ita ut uni provinciales parerent, alteri obediret

1 tradique Cæsari placuit. Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris, ac suo nomine obtulerat, Drusus præsedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens: quod vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur. Cur abstinuerit spectaculo ipse, varie trahebant: alii tœdio cœtus, quidam [3] tristitia ingenij, & metu comparationis, [4] quia Augustus comiter interfuisset. Non crediderim [5] ad ostentandam sævitiam, movendasque populi offensiones, concessam filio materiem: quamquam id quoque dictum est. At Theatri licentia proximo priore anno cœpta, 77
gravius tum erupit, occisis non modo è plebe, sed [6] militibus & centurione, vulnerato tribuno [7], prætoriæ cohortis, dum [8] probra in magi-

INTERPRETATIO.

quam is vili cruore nimis oblectaretur, quod plebs meticulosa, & Tiberius reprehendisse ferebatur. Cur non adfuerit spectaculo ipse Tiberius, *alij aliter interpretabantur: alij tœdio multitudinis, nonnulli tristitiâ morum & timore, ne compararetur cum Augusto, qui populi voluptatibus se civiliter immiscuisset. Non existimarim datam Druso occasionem, qua ostenderet immanitatem suam, & vulgi odium in se concitaret, quamvis id etiam dictum sit. At theatri petulantia, quæ inceperat anno proximè elapso, tum acrius exarsit, interfectis non solum ex vulgo, sed etiam militibus ac centurione, percusso tribuno prætorianæ cohortis, dum vetant contumelijs incessi magistratus, & discordiam plebis*

NOTÆ.

miles, sicque multiplicati domini, sinusque avaritiæ, ita ut si unum evaderes, in alterum cadere necesse esset.

1. *Tradique Cæsari.*] Quod etiam factum. Ideoque Strabo, qui vixit medio Tiberij principatu, libro extremo, *Achaiam & Macedoniam* Cæsarianis provintiis accensuit: aliter quam Dio, qui populi. Sed mutavit iterum Claudius, qui populo restituit. Habes in Suetonij cap. XXV. & Dionis LX.

2. *Quod vulgus formidolosum.*] Ad rem pertinet, quod Suetonius de Claudio cap. 34. *Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos jugulari jubebat:* & quæ sequuntur. Et de avo Neronis cap. 4. *Munus etiam gladiatorium; sed tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto clàm frustra monitum edicto coercere;* At Nero ipse nondum perditus, *munere neminem occidit, ne noxiorum quidem.* cap. 12.

3. *Tristitia ingenij.*] Suet. Tib. 47. *Neque spectacula omnino edidit: & iis quæ ab aliquo ederentur rarissimo interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comœdum Actium coactus est manu mittere.*

4. *Quia Augustus comiter interfuisset.*] De eo enim Suet. cap. 45. ait. *Verum quoties adesset, nihil præterea agebat, seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum, epistolis libellisque legendis, ac rescribendis vacaret, seu studio spectandi ac voluptate.*

5. *Ad ostendendam sævitiam.*] Nempe quo ipse Tiberius gratior & acceptior populo esset, quam Drusus, quod fictum vel ex mente vulgi, vel pro ingenio Tiberij. Certe *vulgus formidolosum.* metuebat sævitiam in Druso successore.

6. *Militibus & centurione.*] Refer ad cohortem, quæ adsidere ludis solita: itaque nota cruentas istas seditiones, & quid nisi pugnas? ut non injuria Valerius *Theatra* dixerit *urbana castra: quoniam hæc quoque*, inquit, *sæpe numero voluptatem & religionem civili sanguine, scenicorum portentorum gratia, macularunt.* lib. II. cap. IV.

7. *Prætoriæ cohortis.*] Quæ nempe excubabat, seu assidebat apud theatrum, ut immodestiam, seu lasciviam spectantium coërceret, quæ cohors remota est à theatro sub Nerone, dein tamen revocata.

8. *Probra in magistratus.*] Licentia

ſtratus & diſſentionem vulgi prohibent. Actum de ea ſeditione apud patres, dicebanturque ſententiæ, *ut prætoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet:*[1] intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei: increpituſque eſt Aſinij Galli oratione, ſilente Tiberio, qui ea ſimulacra libertatis ſenatui præbebat. valuit tamen interceſſio, [2] quia divus Auguſtus [3] *immunes verberum hiſtriones* quondam reſponderat, neque fas Tiberio infringere dicta ejus. [4] De modo lucaris, & adverſus laſciviam fautorum, multa de-

INTERPRETATIO.

cohibent. Actum eſt de ea diſcordia in ſenatu, & proferebantur ſententiæ, ut prætores haberent jus virgarum in mimos, *ne fieret ſenatuſconſultum: obſtitit Haterius Agrippa tribunus plebis, quem & objurgavit Aſinius Gallus, multa facundia. Per ſilentium audiente Tiberio, qui hanc imaginem libertatis patribus relinquebat. vicit tamen oppoſitio* Haterij tribuni; *quia divus Auguſtus* exemtos virgis hiſtriones *olim pronuntiarat. neque Tiberio licebat tranſgredi juſſa illius. Conſtituuntur multa de mercede qua daretur pro*

NOTÆ.

theatri, ſtudio ſpectandi mimos, & habendi multos fautores talium hominum, ſæpe jaciebantur probra in magiſtratus, in proceres, & etiam ſæpe in inſignes fœminas, unde jurgia, rixæ, dein ſeditio, cædeſque, hanc immodeſtiam, diſſenſionemque coërcebat miles prætorianus in id adpoſitus à principe.

1. *Interceſſit.*] Talibus ſenatuſconſultis ſæpe intercedebant Tribuni, nempe ne Pantomimi illi coërcerentur, Tribuni id agebant ut defenſores plebis & fautores voluptatum illius, & id poterant ſane pro ſuo jure Tribuni; attamen tum acriter objurgabantur à Patribus, ut qui confuſionem & licentiam in media civitate foverent, & auctoritate magiſtratus ſui in Reipubl. perniciem abuterentur. Habes ſimile quid ſub Nerone lib. 13. 28. *Manebat nihilominus quædam imago Reipub. nam inter Vibullium prætorem, & plebei tribunum Antiſtium ortum certamen, quod immodeſtos fautores hiſtrionum, & à prætore in vincula ductos tribunus omitti juſſiſſet. comprobavere patres incuſata Antiſtij licentia*, nempe ſtetêre Patres pro Prætore adverſus Tribunum

2. *Quia divus Auguſtus.*] Auguſtus ad frangendos rigidos illos animos, non dubiè rei ludicræ fautor. Ideo *coërcitionem in hiſtriones magiſtratibus omni loco, & tempore lege vetere permiſſam, ademit; præterquam ludos & ſcenam.* aic Suetonius cap. xlv. ubi emendo, *ludis & ſcenâ.* Vetuſtiſſima optimaque ſententia. Mos vetus puniri hiſtriones ab Ædilibus, Prætoribus, Conſulibus, quovis tempore, & quovis loco permittebat: Artavit Auguſtus, & non niſi per tempus ludorum permiſit, & in loco ipſo ubi peccarant, id eſt, in ſcena. Ademit etiam *jus virgarum.* Quod tamen redditum eſſe magiſtratibus videtur lege Julia, de vi publica: non quidem nominatim, ſed prudentum, interpretatione. Vide Paulum lib. v. ſentent. tit. xxvi. Quæ tandem coërcitio relicta ab Auguſto? *Exſilium, & carcer.* Ideo infra in Tiberij principatu legis. *Pulſi tum hiſtriones Italia*: & alibi, *in vincula ducti fautores hiſtrionum.* Idem ergo juris in hiſtriones ipſos.

3. *Immunes verberum hiſtriones.*] Sic Livius lib. 2. 7. dicit Atellanos *cenſoriâ notâ vacuos fuiſſe, quod neque tribu moverentur, neque à militaribus ſtipendiis repellerentur*, qui infamia notati, tribu, & militia pulſi; ſic id datum puto hiſtrionibus, ut cenſoria nota vacui, nec ob artem infames eſſent, ſic nec tribu moti, ſicque ipſi cives Romani; agitur & flagris immunes.

4. *De modo lucaris.*] Lucar, merces hiſtrionum à lucis, qui multi circa urbem, quorum reditus deſtinati ad ludos. Plutarchus in cauſis, & Feſtus: ubique magni patris, magnaprolcs *Scaliger.* cernuntur;

NOTÆ.

De modo lucaris.] Vulgaris actoris merces videntur fuisse quinque denarij. Seneca epist. 81. *Ille qui in scena elatus incedit, & hæc resupinus dicit*, Imperito Argis, *servus est, quinque modios accipit, & quinque denarios.* Aut certe septem, ut in Icarom. apud Lucianum. *Similes maxime tragicis illis histrionibus, quibus si personas dempseris, & auratam illam vestem; quod relinquitur, ridiculus homuncio erit, septem drachmis, ad certandum agendumque conductus.* Sed sæpè mutata illa res, & populus, vel auditores multa præter morem largiebantur famosis histrionibus. Ideo Tiberius apud Suetop. *Ludorum ac munerum impensas corripuit mercedibus scenicorum recisis.* Et M. Antonius Imperator apud Capitolin. *Temperavit scenicas donationes, jubens, ut quinos aureos scenici acciperent: ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur.* Forte Seneca & Lucianus agunt de diurna mercede, at Capitolinus de menstruâ, aut certè de productione tota; aut denique merces tam ampla pertinet ad principes scenæ, non ad pueros histrionum. Pecunia illa ab editoribus, id est prætoribus, aut aliis magistratibus, qui ludos ederent, sæpè à fisco.

De modo lucaris.] Plutarchus: Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς θέας λούκαρ καλοῦσι; ἢ ὅτι πολλὰ ἐστιν ἄλση περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον. *Quare ea merces qua solvitur ob spectacula, lucar vocant, vel quia multæ sunt silvæ circa urbem sacrata diis, ques lucos appellant, & reditum ex iis nemoribus provenientem in scenas & spectacula impendebant.* *Lucar*, θεωρικὸν Carisius & Glossarij.

Lucar.] Scribebant, quod est *locar*, τὸ θεωρικὸν, merces pro loco in spectaculis. Ex ea depravata scribendi consuetudine *Lucar* à lucis deducunt ineptissimè. Inde *Locarij* qui sedes in theatro locabant. Martialis: *Hermes delicia locariorum.* Varro *locarium* dici notat; quod datur in stabulo & taberna, ab iis qui consistunt. *Salmasius.*

Festus. Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur. Ad quem locum, sic notat vir doctissimus θεατρικὸν à Charisio & glossis: [illegible] ἀπ' ἄλσους. Apud Livium lib. 5. *Pythio Apollini Republica vestra bene gesta lucris meritis donum mittitote.* Nulla controversia legimus *Lucaru meritis donum.* Ex eo lucare dabatur pecunia in sumptus & impensas scenicas, unde θεατρικὸν vertunt Grammatici, quibus impensis modum factum fuisse & lucar histrionum coercitum temporibus Tiberianis refert Tacitus lib. 1. ann. Invenio in veteri inscriptione: LUCAR MUNÆ. REDEMPTUM REPUB. Tertullianus adversus Gnosticos loquitur de præcursore Domini: *Ipse clausula legis & prophetarum, nec propheta, sed angelus dictus, contumeliosa cade in puella saltica lucar.* Eleganter. Nam *Lucar* erat merces saltatorum & histrionum. Plutarchus vertit τελούμενον εἰς τὰς θέας. *Scaliger.*

Ut vides festus, Plutarchus, & Tertullianus de *lucari* constituunt, fuisse mercedem histrionum, etiam dictum *lucar a lucis*, & certe quid ni esse potuerint quidam *luces* dicati diis, ita ut reditus horum lucorum destinarentur in impensas ludorum, qui ederentur in honorem istorum deorum. in id etiam consentiunt interpretes omnes præter Salmasium, nempe Lipsius, Muretus, Ursinus, Scaliger, qui omni exceptione major. Et si à locis & pro locis tale *lucar* dictum sumptumque, quomodo vocari potuit *merces ex fisco*? Etiam firmant dictum esse *lucar* à lucis, ea quæ sequuntur apud Festum ibid. *Lucaria festa in luce celebrant Romani*, &c. Et si *lucar* sit merces pro loco, quo sensu præcursor Domini erit lucar seu merces saltatricis puellæ, ut habet Tertullianus. Qua prudentia Tiberij & Antonini principes impensas pro locis tam severe rescindunt atque reprimunt. Cur tam stricta decreta hoc loco apud Tacitum *de modo lucaris*, si tantum agitur de mercede pro locis data: Verisimile est nihil solvisse plebem Rom. aut raro pro locis, dum ei magistratus adu-

potestas pretoribus fieret. Templum ut in colonia [3] Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum; [4] datumque in omnes pro-

INTERPRETATIO.

bueretur Prætoribus jus exilio damnandi spectatores, qui per licentiam turbas excitarent. *Postulantibus Hispanis concessum est, delubrum excitarent in oppido Tarraco-*

NOTÆ.

plebs) *accommodare, qui si amplius nihil admiserint, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur, quod si correcti in eisdem deprehenduntur, exsilio puniendi sunt.* Ait ecce disertè, exsilio; ut hic Tacitus.

3. *Templum ut in Colonia Tarraconensi.*] Mansit id templum ad ævum Hadriani in ejus vita; *Tarracone hiemavit, ubi sumptu suo ædem Augusti restituit.* Item in Severi vita. Somniavit sibi dici, *ut templum Tarraconense Augusti, quod tum labebatur, restitueret.* Antea jam vivus aram illic habuerat, de qua, & palma ibi enata, jocus ejus in Fabio. Quod sequitur, *datumque in omnes provincias exemplum*, cave acceperis, quasi litterarum exemplaria diffusa, & transcripta sint ad omnes provincias cum Vertranio; sed hoc ait, exemplo Tarraconensium monitos alios populos, ut peterent, impetrarentque idem.

4. *Datumque in omnes provincias exemplum.*] Nullum dum viveret Augustus ipse sibi templum strui permiserat, nisi simul nomine *Senatus*, & *Romæ*. Dio ubi de consilio Mecænatis lib. 52. *Templum quoque nullum tibi patere ædificari. Quippe in hujusmodi res incessanter multa pecunia insumuntur, quæ necessariis rebus impendere præstat. Etenim divitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo, colliguntur: & id genus rei nullam gloriam adferunt. Virtus enim multos illa quidem diis æquat, sed nemo tamen unquam mortalium suffragiis deus effectus est. Itaque tibi, si bonus sis, ac recte imperes, universa terra templum erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro statuis; quorum in animis semper cum gloria insidebis, qui vero imperium summum male gerunt, eos ista ornamenta, quanquam in omnibus urbibus posita, tantum abest, ut decorent, ut etiam reprehensionibus hominum exponant, quum sint trophæa quædam malitiæ eorum, ac injustitiæ monimenta, quæ quò diutius perduraverint, eò longius quoque istorum infamia permanet.*

Datum in provincias exemplum.] Non item in Italiâ, in qua nulla talibus divis exstruebantur templa, & ipse Augustus dum viveret nulla sibi templa exstrui permisit, sed tantum *Romæ & sibi*, quasi divinitate urbis suam velaret, sensimque insinuaret. Puto initio Itali, talibus ceremoniis nondum sueti aut imbuti sincerum & antiquum morem retinebant, taliaque Religionum prodigia spernebant. At Romani principes tales ceremonias & Religiones in provincias amotas impellebant, instituebantque πολιτικῶς, ut prætextu Religionis majestatem suam inter socios augerent. Sic erecta ara apud Lugdunum, & apud Ubios heroum Drusi, seu potius Augusti. Fuere & ibi sacerdotes instituti, & sacrificia peracta, quemadmodum & in ipsa Britannia templum Claudio etiam viventi exstructum, & sacerdotes instituti ex proceribus sociorum, ut sic colendo imperio & principi assuescerent. Illi sacerdotes ex potentioribus & ditioribus provincialibus electi, ut sumptibus cerimoniarum & sacrificiorum sufficerent; sicque populos in eadem allicerent, ut sic paulatim barbari ritibus, disciplina & artibus Romanis mansuescerent. A Tacito dissentit Dio 51 qui adserit jam ipsum Augustum permisisse, dum viveret, sibi statui templa in Asia & Græcia. Dio lib 51. de Augusto. *Cæsar hoc tempore cum alia quædam egit, ac responsa dedit, cum templum urbi Romæ, patrique Cæsari, quem Heroa Julium nominavit, Ephesi & Nicææ fieri permisit: (hæ enim urbes tum Asia & Bithinia clarissimæ habebantur) atque ab incolis Romanis colerentur: extraneis autem hominibus;*

vincias exemplum [1] Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam [2] deprecante populo, edixit Tiberius, [3] *militare ærarium eo subsi-*

INTERPRETATIO.

nensi, sparsumque per omnes provincias exemplum, pariter illi templa exstruendi. *Et cum rogaret populus, supprimi centesimam rerum venalium, quod tributum post arma civilia constitutum fuerat, edicto monuit Tiberius* (ærarium militare ijs opibus

NOTÆ.

quos Græcos ipse appellabat, concessit, ut sibi ipsi quoque templa facerent: Asiani quidem, Pergami, Bithyni vero Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum, reliquorum in honorem Imperatorum; deinceps non in Græcis tantum provinciis factum est, sed etiam apud alios omnes populos Romanis subditos. Nam Romæ quidem, & in Italia nemo unquam alicujus pretij homo id facere ausus est, quamquam illic quoque defunctos Imperatoribus; qui Imperio recte usi sint, cum alij divini honores dantur, tum sacraria tribuuntur. Hæc ea hieme acta & Pergamenis quoque, ut ludos, quos sacros dicunt, in honorem templi ejus celebrarent, permissum. Cùm dicit Dio permisisse *incolis Romanis ut colerent*, id est Romanis qui Asiam incolerent, permisit, colere illa templa, his locis condita, deosque.

1. *Centesimam rerum venalium.*] De hac, quam Tiberius postea *ducentesimam* fecit, ipse Tacitus infra 2. 42. Hanc postea remisit C. Cæsar Caligula, ut ex ejus nummo æreo, qui est apud me, intelligimus, in cujus una parte inscriptum est C. CÆSAR DIVI AUG. PRON. AUG. S. C. IN ALTERA COS. QUAT. PONT. M. TR. P. IV. PP. R. CC. Hoc est *remissa ducentesima*, sive, *remissio ducentesimæ*, ut in nummo Galbæ Imp R. XL. hoc est *remissa quadragesima*, sive *remissio quadragesimæ*. Ducentesimæ igitur vectigal, quod erat aurei semissis in centenarium, primus instituit Tiberius sublata centesima; remisit autem C. Caligula, ut scribit Suetonius cap 16. *Ursinus.*

Centesimam rerum venalium.] Nempe exigebatur centesima pars, vel valor centesimæ rerum omnium quæ venderentur in urbe, Italia, & cæteris provinciis; puto tamen, excepto frumento, quid enim accenderent annonam, quam vel gratis, vel justo pretio, populo distribuebant? *Servi* tamen *venales* longè majus vectigal pendebant, nempe *quinquagesimam*, ut vult Dio lib. 55. ad annum 760. quod & auget Tacitus usque ad *quintam & vicesimam* lib 13. 31. *vectigal quoque quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum specie magis quam vi*, &c. *quinquagesimam venalium mancipiorum* instituerat Augustus, post ea aliquis successorum forte auxerat usque ad *quintam & vicesimam*, quam remittit Nero emptori, in speciem tantum: nam *cùm venditor pendere juberetur, in partem pretij emptoribus accrescebat*, inquit Tacitus. Etiam jam olim ab anno urbis 397. pendebatur *vigesima* pro servis qui manum mitterentur. Certe reperio non fuisse promptiores, aut paratiores opus difficilimis Reipublicæ temporibus, quam servos, qui donati libertate & civitate, simul & legionibus adscripti sunt.

2. *Deprecante populo.*] Populo petente, seu precante, ut tali tributo levaretur. Edixit Tiberius eo tributo niti *ærarium militare*, ita ut neque etiam sic sufficiat, nisi miles, ut olim, post vicesimum militiæ annum dimitteretur.

3. *Militare ærarium.*] Cujus inventor Augustus. Suetonius cap. XLIX *Utque perpetuo, ac sine ulla difficultate sumptus ad tuendos milites, prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis instituit.* Id factum anno DCC. LIX. ex Dionis lib. LV. Zonaras Agrippæ Postumi damnati bona in ærarium militare relata ait. Proprijque huic ærario Præfecti. Tacitus lib. V. de P. Vitellio: *Claustra ærarij cui Præfectus erat, & militarem pecuniam rebus novis obtulisse.* Lapis in Samnio. L. NERATIO. C. F. VOR. PROCULO PRÆF. ÆRARI MILITARIS. *Lipsius.*

dio niti: simul [1] imparem oneri Remp. nisi vicesimo militiæ anno veterani dimitterentur. iti proxime seditionis [2] male consulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum. [3] Actum deinde in 79
senatu ab Arruntio & Atejo, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augescit. Auditæque municipiorum & coloniarum legationes,[4] orantibus Florentinis, *ne* [5] *Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipsis perniciem adferret.* Congruentia his [6] Interamnates disseruere; *pessum ituros fœcundissimos Italiæ campos, si amnis Nar* (id enim parabatur) *in rivos deductus, superstagna-*

INTERPRETATIO.

fulciri, nec sufficere Rempublicam necessitatibus, seu sumptibus, nisi veterani post vigiuti stipendia exauctorarentur. *Sic abrogata sunt in futurum, nuperrima discordia male sana consilia, quibus post sexdecim militiæ annos, missionem extorserant. Postea Arruntius, & Ateius consultavere apud Patres; an ad coërcendas inundationes Tiberis derivarentur amnes & lacus, quibus acceptis exundat. Oratoresque oppidorum, & coloniarum auditi sunt, rogantibus Florentinis,* ne Clanis sueto alveo derivatus transmitteretur in fluvium Arnum, idque ruinam importaret. *Consimilia his Interamnates protulere;* fertilissimos Italiæ agros perituros, si fluvius Nar divisus in rivulos; (*Id enim destinabatur*) superinundasset. *Nec Reatini tacebant re-*

NOTÆ.

1. *Imparem oneri Rempublicam*] Quo enim citius dimittebantur, (expresserant autem ut decimo sexto anno) eo plura, & statim repræsentanda præmia. Ideo id indultum revocatum.

2. *Male consulta.*] Sic Vesana consilia quibus usi erant, seditiosi, ut finem militiæ extorquerent post sedena stipendia, in irritum abiere. Harlæus *male consulta*, refert ad eos, qui ea commoda concesserant militi turbido. Sic nempe ad Germanicum ea male consulta spectarent, & ad Tiberium ipsum, qui eadem concesserat Pannonicis legionibus; sed potius ea temeritas ad seditiosos referenda, qui per vim talia expresserant.

3 *Actum deinde in senatu.*] Tacitus hic & suprà, duobus solummodo commissam eam curam scripsit. At Dio auctor *quinqueviros* à Tiberio constitutos, qui Tiberis inundationes arcerent verterentque. Lib. LVII. actis anni DCCLXVIII. Cur opus fuerit nova electione nescio, quia præfecerat pridem Augustus. Sueton. cap XXXVII. in monumentis frequenter, CURATOR RIPARUM ET ALVEI TIBERIS. *Lipsius.* Ideo, puto, opus fuit novâ curâ, & novo decreto Patrum, quia vehementer exundabat Tiberis, quamcunque curam aut operam adhiberent illi soliti curatores riparum, quare & vi & industria, & sumptu novo & solito opus fuit, ut cohibeatur fluvius.

4. *Orantibus Florentinis.*] *C. Cæs. & Ant. & Lepid. III. Vir colonia Florentina deducta à III. viris adsignata.*

Florentinis.] Florentia *Fiorenza* seu *Firenza*, Galli *Florense.* Colonia & urbs Archiepiscopalis Hetruriæ, quæ magno Duci paret. *Arno* fluvio divisa, olim libera, ac maximæ partis Hetruriæ domina, nunc vero Reipub. formam adhuc servans, sub magno tamen Duce ex Mœdicea familia, à Syllæ militibus ædificata anno post urbem conditam 645.

5. *Clanis.*] Clanis vulgo *la Chiana* fluvius & palus Hetruriæ ex agro Aretino in Tiberim una cum Pelia, cui commiscetur paulo supra Osopitum infra eandem urbem influens.

6. *Interamnates.*] Sic dicti, *quia inter amnes positi.* Cic. epist. ad Atticum. lib. 4. refert aliquid simile. *Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam contra interamnates apud consulem & decem legatos, quod lacus velinus à M.*

visset. Nec [1] Reatini silebant, [2] Velinum lacum, qua in [3] Narem effunditur, obstrui recusantes; *quippe in adjacentia erupturum, optime rebus mortalium* [4] *consuluisse naturam, & quæ* [5] *sua ora fluminibus, suos cursus, utque originem, ita fines dederit. spectandas etiam religiones sociorum, qui* [6] *sacra, & lucos, & aras patriis amnibus dicaverint. quin ipsum Tiberim nolle prorsus accolis fluviis orbatum minore gloria fluere.* Seu preces coloniarum, seu difficultas operum, sive superstitio, valuit, [7] ut in senten-
80 tiam Pisonis concederetur, qui nil mutandum censuerat. Prorogatur.

INTERPRETATIO.

nuentes occludi Velinā paludem, quā in Narem erumpit: quippe in proxima arva se effusurum Sapientissimè rebus humanis providisse naturam, quæ tribuerit amnibus sua capita, suaque fluendi spatia, utque scaturiginem illis, ita & exitus definiverit. Considerandas etiam cærimonias sociorum, qui sacrificia, & templa, & altaria patriis fluminibus instituerint. Quin & ipsum Tiberim renuere prorsus minore specie & pompa decurrere, vicinis amnibus destitutum & desolatum. *Sive desideria municipiorum, sive difficultas laborum, seu religio vicit, ut in sententiam Pisonis iretur, qui nihil invertendum sentiebat. Poppæo Sabino prolatatur cura provinciæ Mœsia adjunctis Achaia*

NOTÆ.

Curio emissus, interciso monte in Nar defluit, ex quo est illa siccata & humida tamen modicè Rosea.

1. *Reatini.*] Reate vulgò, *Rieti* urbs antiqua Sabinorum & Aboriginum teste Halycarn. ad fluvium Velinum.

2. *Velinum lacum.*] Velinus lacus, *Lago di pie di luco* Sabinorum in Umbriæ confinio inter Reate urbem Sabinam & Interamnam urbem Umbriæ, per quem Velinus fluvius labitur apud Reate fluens.

3. *Narem.*] Nar fluvius, vulgò, *la Nera* fluvius Umbriæ, è montibus Amiterninis fluens perque Velinum lacum transiens, à quo emissus, ingenti fragore (qui ad aliquot millia passuum exauditur) præcepsque descendens, ad Interamnam per campos. Et ad Narniam per angusta loca, in Tiberim inter Ocriculum & Hortam defertur.

4. *Consuluisse naturam.*] Plin lib. 17. 4. *Omnium rerum sunt quædam in alto secreta, & suo cuique corde pravidenda. Quid quod mutantur sæpe judicata quoque ac diu comperta.* (Alij legunt *comprehensa & diu compressa.*) *In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleaque desierunt, quæ prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit cœli habitum.*

5. *Sua ora fluminibus*] Sua ostia, etsi vocabulum *ora* non nihil ambiguitatis habeat: tam enim fortasse pro scaturigine ipsa, quam pro ostiis, quibus exonerantur flumina, potest accipi.

6. *Sacra & lucos*] Nam fluvij priscis inter deos. Seneca epist. 41. *Magnorum fluminum capita veneramur, subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes & stagna quædam vel opacitas, vel immensa altitudo sacravit.*

7. *Vt in sententiam Pisonis.*] Ita omissa nunc res Nerva tamen postea, sive Trajanus, ad arcendos fatales hujus fluvij, & non sine omine auctus, fossam duxit de qua Plinius sensit lib. VIII. epist. *Tiberis alveum excessit, & quamquam fossa, quam providentissimus imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat campis, quaque planum solum pro solo cernitur.* Legerim, *quaque planum, solum pro solo cernitur.* Lipsius.

[1] Poppæo Sabino provincia [2] Mœsia, additis Achaja & Macedonia [3] Id quoque morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus, [4] aut jurisdictionibus habere. [5] Causæ variæ traduntur: alij *tædio novæ curæ, semel placita pro æternis servavisse*: quidam *invidiâ, ne plures fruerentur*, sunt qui existiment, ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium, neque enim eminentis virtutes sectabatur, & rursum vitia oderat: ex optimis, periculum sibi, à pessimis dedecus publicum metuebat. qua hæsitatione postremo eo provectus est, [6] ut mandaverit quibusdam provincias [7] quos egredi urbe non erat passu-

INTERPRETATIO.

& Macedonia; id etiam ingenij fuit prorogare imperia, ac multos ad vitæ exitum usque retinere in iisdem castris aut procurationibus. Diversæ rationes afferuntur; alij dicunt, anxietate novæ curæ semel constituta retinuisse, quasi perpetua; nonnulli livore, & æmulatione: ne plures *rebus* potirentur. *Sunt qui credant, ut subtilis ejus mens* fuerit, *ita sollicitum & ambiguum judicium. Neque enim excellentes virtutes quærebat, & rursum flagitia aversabatur. Ex præstantissimis formidabat discrimen sibi, à deterrimis probrum publicum, quâ cunctatione & ambiguitate animi, tandem eo processit, ut nonnullis provincias regendas daret, quos exire urbe non permissurus erat. Vix quidquam* certi

NOTÆ.

1. *Poppææ Sabino.*] Qui fuit avus Poppææ pulcherrimæ mulieris quæ nupsit Othoni, dein Neroni, triumphalia insignia obtinuit Sabinus sub Tiberio.

2. *Mœsia.*] Provincia vel pars Illyrici Orientis. hodie partes provinciarum *Dalmatia, Albania, Servia, & Bulgaria*, sub Turcico imperio Europæo ut plurimum. *Tillemontius.*

3. *Id quoque morum Tiberij fuit.*] Josephus de eo lib 18 antiquit. *Nam & usque cunctator Tiberius, si quis regum aut tyrannorum, neque enim unquam legatis, ducibus, aut procuratoribus semel constitutis ultro misit successores, nisi ipsi prius defuncti seu extincti essent.* Alij putant *perpetuò retinuisse, quos semel probavisset, ne iterum novi examinis molestiam subiret.* Alij dicunt id fecisse *invidia, ne ad multos ij honores eaque commoda pervenirent.* teste Josepho in XXII ann, quibus imperavit, duos tantum præsides misit in Judeam *Gratum & Pilatum*, Nec solum in imperiis militaribus, & administrationibus provinciarum, id moris Tiberiò, sed & in privatis rebus. Infra Tac. lib. IV. *Res suas Cæsar spectatissimo cuique; quibusdam ignotis, ex fama mandabat, semelque sumpti tenebantur, prorsus sine modo, cum plerique iisdem negotiis insenescerent.*

4. *Aut jurisdictionibus.*] Provincias inermes sic appellat, à præcipuo in iis præsidum munere, quod sola fere jurisdictione implebatur.

5. *Causæ variæ traduntur.*] Præter causas à Tacito traditas, aliam offert Joseph. antiq Jud. lib. XVIII. cap VIII scilicet, ut subjectis parceret. Nam lucris exsatiati segniores fiunt ad rapiendum Ideoque Civilis, dux Batavorum, injurias Romanorum enumerans, *tradi se*, ait, *Præfectis centurionibusque, quos ubi spoliis & sanguine expleverint, mutari exquirique novos sinus & varia prædandi vocabula.* infra lib 4 Hist.

6. *Ut mandaverit quibusdam.*] Inter hos Ælius Lamia, de quo lib 6. *Administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus: urbi præfuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, & non permissa provincia dignationem addiderat.* Et paulo post de Aruntio: *oblitus, Aruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri.*

7. *Quos egredi urbe.*] Suet. Tib. 63. *Unum & alterum consulares, oblatis provinciis, non ausus à se dimittere, usque a-*

rus. De comitiis consularibus, [1] quæ tum primum illo principe, ac dein-

INTERPRETATIO.

tradere ausim de Comitiis consularibus quæ initio illius principatus, ac illo ipso dominan-

NOTÆ.

dee detinuit, donec successores, post aliquot annos, præsentibus daret: quum interim manente officij titulo etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos & adjutores suos exsequenda curarent Tacitus l. 13. de Nerone. *Syria P. Antio destinata, & variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est.* Sic & post victoriam se gessit Vitellius erga Cluvium Rufum, qui Hispaniæ præerat, Tac. l. 2. Hist. *Rufus Vitellius haud procul Lugduno assecutus est, & comitatu principis adjectus, non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntij, cum Tiberius Cæsar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat.*

1. *De comitiis.*] Julius Cæsar jus creandi magistratus non totum à populo tulit, cruda adhuc servitute: sed cum eo divisit. Suetonius satis clarè, cap xlj. *Comitia cum populo partitus est, ut exceptis consulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia quos populus vellet, pronuntiarentur:* (iustum Comitiorum verbum esset, *renuntiarentur*) *pro parte altera, quos ipse dedisset* (scribe, *edidisset.*) *Et edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi, Cæsar dictator illi tribui. Commendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Ubi vides, consulibus exceptis, in cæterorum suffragia æquale jus principi fuisse cum plebe, nam *consules* quidem, summi imperij olim nomen, & ipse & secuti principes seposuerunt senatui sibique.

Augustus deinde *Comitiorum pristinum jus* (Verba Suetonij sunt cap. 40.) *reduxit: ac multiplici pœna coërcito ambitu, die comitiorum tribulibus suis, &c.* Quo loco pristinum jus: non vetus illud accipio, quod integra libertate: sed hoc idem, quod à patre ejus Julio institutum. Pristinum tamen ideo, quia per bella, & impotentem Triumviratum, abolitus Cæsarianus mos, quem reduxit longo intervallo nunc Augustus. Eum Suetonij sensum (nam interpretes silent aut vacillant) adstruo ex Dione lib 53. *Populus autem ad comitia iterum conveniebat: etsi nihil tamen fiebat, quod Augusto displiceret. Nam & ipse quosdam futuros magistratus designabat, alios populo & conventui, ex more prisco eligendos permittens, id modo curabat, ne qui indigni, neve per coitiones aut ambitum designarentur.*

Aliquid tamen plebi etiam cum Consulum comitiis fuisse, videtur colligi ex Dione 54 in actis anni DCC.XXXIV. Tiberius primus, animis Quiritum fractis jam & ad servitium factis, jus omne sibi & Senatui sumpsit, populi nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit, *Comitia è campo ad Patres translata* Sed in consulibus quid Tiberij ævo fuerit, Tacitus ipse effari non potest fine hujus libri: *de comitiis consularibus, quæ tum primum illo principe ac deinceps fuere, vix quidquam firmare ausim, adeo diversa non modo apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiuntur.* Potest Dio, qui videtur omnem Consulum renuntiationem ad Tiberium referre: aliorum magistratuum ad Senatum, commendatione principis interposita, quem lib. 58. vide. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Caius *Tentavit comitiorum more revocato, suffragia populo reddere*, ait Sueton. cap. 16. scilicet Tiberij instituto omisso, Augusti revocato: sed idem ille omisit, Tiberianumque morem, apud secutos principes valuisse deinceps, clarum ex memoriis rerum.

De comitiis consularibus.] Diversa, Tiberio principe, ratio consularium comitiorum: nam & Consules solus facere & speciem apud Senatum relinquere volebat. Ideoque nec redegit ad certum ordinem, & varie semper in Senatu de ea

ceps

ceps fuere, vix quidquam firmare ausim; adeo diversa non modo apud auctores, sed in ipsius [2] orationibus reperiuntur. [3] Modo subtractis candidatorum nominibus originem cujusque, & vitam, & stipendia descripsit, ut qui forent intelligererut: aliquando ea quoque significatione subtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est; plerumque *eos tantum* [4] *apud se professos* dis-

INTERPRETATIO.

tradere ausim de comitiis consularibus quæ initio illius principatus, ac postea ipso dominante fuerunt; adeò diversa inveniuntur, non solum apud scriptores sed etiam in orationibus ipsius Tiberij. *Interdum omissis vocabulis candidatorum, stirpem cujusque, & mores, & militiam ita exposuit, ut qui essent, agnosceretur: interdum ea etiam indicatione sublata, cum candidatos monuisset, ne per ambitum comitia interpellarent, suum ad id* obtinendum *officium promisit, & sæpe etiam dixit*, eos tantummodo nomen de-

NOTÆ.

re disseruit: quadam fortasse verecundiâ, quod Augustus comitia ea cum Senatu participaverit. Apparet utrumque, candidatorum, quos probaverat, nominâ edidisse Consulibus, qui ea per Senatum divulgarent, nullâ principis commendatione appositâ, nullâ permissâ facultate dissuadendi, aut repellendi. Inane itaque suffragij nomen Senatui relictum. Idque obtinuit apud sequentes principes.

1. *Quæ tum primum.*] Nempe initio imperij illius, & postea durante eodem imperio; ibi enim tantum de Tiberio principe agitur, intellige quasi scripsisset, *tum primum Tiberio principe*, *ac deinceps Tiberio imperante.*

2. *Orationibus*] Quas vel pronunciabat ipse, cùm celebraret comitia Consulum, vel quas legebat per se, aut per Quæstorem suum, aut per Consules, formatas tamen proprio ingenio quippe eloquentiâ præcellebat Tiberius.

3. *Modo subtractis candidatorum.*] Totus hic locus, quo de comitiis consularibus agitur, qualia sub Tiberio fuere, non satis ab eruditis viris explicatus; neque forsan præsertim ista: *aliquando eâ significatione subtractâ.* Si enim Tiberius aliquando neque significatione, neque nominatione produxit candidatos consulatûs apud se professos, quomodo in his comitiis se gessit? quomodo tamen gratos addictosque sibi promovit ad consulatum? neque enim alia via esse videtur quam ista, vel significandi, vel nominandi. Imò tertia jam superest, illa privatim, nimirum, quosdam his commendandi, qui in consularibus illis comitiis ferendæ sententiæ jus habebant. Hoc est illud, ad quod curam suam aliquando candidatis pollicitus est, & obtulit Cæsar. Commendatio ista privata tanti principis, imperij ineluctabilis erat loco sic fracta vis libertatis. Interim qui sibi à principe commendatos in comitiis consularibus laudabant, non tam ex principis arbitrio quam suo, dicere sententiam videbantur. Qui verò & ipsi quoque suam à commendante principe etiamnum agnosci auctoritatem sibi persuadebant. Sic superfuit species libertatis. Vides hic quoque, ut in significatione & nominatione, ea fuisse, quibus Tacitus hæc concludit; *speciosa verbis, re inania aut subdola*, Aliena neque ex mente auctoris disserunt, qui hæc aliter interpretantur. *Boxhornius.*

4. *Apud se professos.*] Nam debuerunt candidati consulatûs profiteri apud principem, id est nomina sua dare, & forte simul merita commemorare, vel per se vel per amicos, quibus niterentur in petitione consularis dignitatis, nec enim ignotis, aut non petentibus datus esset consulatus, & forte ii tantum professi erant, quos Tiberius edebat consulibus. quis enim profiteatur, nisi quem admiserit Sejanus & obtulerit Tiberio, quis audeat, nisi quem Tiberius commendaret eveheretque?

X

feruit, *quorum nomina consulibus edidisset*; [1] *posse & alios profiteri, si gratia aut meritis confiderent.* speciosa verbis, re inania, aut [2] subdola: quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium.

INTERPRETATO.

disse, quorum vocabula consulibus dedisset; posse & alios dare nomen suum, si favori patrum, aut virtutibus suis confiderent. *Quæ pulchra dictu in speciem, re ipsâ vanâ, aut fallacia, & quo majori specie libertatis occultabantur, eo graviorem in servitutem exitura erant.*

NOTÆ

1. *Posse & alios profiteri.*] Nam nisi nomen acciperetur, & si abesset candidatus, ratio illius non habebatur, sic exprimit Livius: *pars Tribunorum plebis negare rationem ejus habendam esse.* Qui comitia habebat, eorum quorum ratio habebatur, quibusque petere licebat, nomen accipiebat, & de eorum nomine tribus vel centurias in suffragium mittebat. Livius ibid. *L. Porcius Cons. in eâ sententiâ esse, ne nomen ejus acciperet.* Turnebus.

2. *Subdola.*] Ea, re ipsa, partim *inania* erant, partim *subdola*, quum princeps aut pro arbitrio suo nominaret, quos creati consules vellet, aut alijs machinationibus, vota eorum, quibus non cupiebat, eluderet.

C. CORNELII TACITI
AB
EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIUM
LIBER SECUNDUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Motus aliqui in Oriente. Vonones Parthorum rex solio & solo ab Artabano pellitur: & ad Armenios profugus, ab his in regnum accipitur. Qui eodem mox demovetur à Silano Præside Syriæ, ob metum & Artabani minas. At Tiberius, specie motus Orientis, Germanicum à legionibus suetis abstrahit. cui paret ille, sed lente. Prius enim Germaniam ingreditur, & fabricata ingenti classe, exercitum Oceano ad Amisiam flumen vehit. Illic Angrivarios Stertinio duce populatur & sternit. mox Cheruscos & Arminium ingenti prælio vincit. multumque gloriæ partum, nisi in regressu fortuita clades eam obliterasset. Navium enim hominumque maximam partem in Oceano amisit, vi tempestatis & imperitia eius maris. Interea Romæ vir nobilis Libo Drusus studij rerum novarum defertur. accusatur in Senatu, & parte aliqua convincitur. Tiberium infensum expertus, & veniæ nulla spe, gladio incubuit. M. Hortali preces (nepos hic Hortensii) in manifesta paupertate, spreta à Principe. Clemens Postumi Agrippæ servus, domino interfecto, faciem & nomen ejus mentitur. res Romanas turbat. occulte conscios & adjutores multos habet. opera tamen & ingenio Sallustij Crispi sine motu capitur, & Romam perducitur. Sub id tempus Germanicus de Cattis, Cheruscis, aliisque gentibus triumphat. Archelaus Cappadocum rex in urbem accitus, & indigne habitus, fato moritur. Regnum ejus in Provinciam redactum. Germanico Oriens permissus, cum majore, quoquo adiisset, imperio: Cn. Pisoni Syria, cum occultis (ut creditur) in Germanicum mandatis. Drusus in Illyricum it, dux contra Germanos, qui tamen inter se discordes, otium

& securitatem Romanis fecere. Cherusci duce Arminio, potentem & veterem regem Maroboduum, magno nec incruento prælio vincunt. In Asia duodecim celebres urbes terræ motu collapsæ, aut haustæ sunt. Tacfarinas in Africa bellum sive latrocinium exercet. idque à Furio Proconsule statim repressum. Germanicus in Armeniam venit: Regem Zenonem volentibus ibi imponit. Drusus Germanos ad discordias inlicit. Maroboduus vi Catualde regno pulsus in Italiam venit, & Ravenna per duodeviginti annos egit. Idem Catualda mox casus, qui Forum Iulium missus. Rhescuporis Thracum rex, opera Pomponij Flacci in vincula datur: Romam perducitur. Germanicus Ægyptum lustrat. reversus inimicitias cum Pisone exercet, & denunciat. sed paullo post morbo correptus, cum ingenti gentium omnium luctu, Antiochiæ extinguitur. Veneni à Pisone dati suspicio erat. qui conatus armis Syriam repetere, à Sentio aliisque Germanici amicis impeditur. Honores multi Germanico mortuo Romæ decreti. Sanctiones contra muliebrem impudicitiam. Virgo Vestalis capta. Arminius in Germania dolo cæsus. Hæc gesta annis quatuor,

COSS. T. STATILIO SISENNA TAVRO, ET L. SCRIBONIO LIBONE. C. CÆCILIO RVFO, ET L. POMPONIO FLACCO. TIBERIO CÆSARE AVG. III. ET GERMANICO CÆSARE II. M. JVNIO SILANO, ET C. NORBANO FLACCO.

1 Isenna Statilio Tauro, L. Libone Coss. mota [2] Orientis regna, [3] provinciæque Romanæ; initio [4] apud Parthos orto, qui petitum Roma, acceptumque regem, quamvis gentis

INTERPRETATIO.

Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Consulibus, Orientis imperia bello turbata sunt, simul & provinciæ Romanæ, motu cœpto apud Parthos, qui postulatum ex urbe assumptumque principem, quamquam ex familia Arsacidarum, spernebant, tamquam

NOTÆ.

1 *Isenna Statilio Tauro L. Libone Coss.*] Eorum integra nomina hæc sunt: *T. Statilius T. F. Sisenna Taurus. L. Scribonius L. F. Libo.* Utriusque pater consul fuerat triumviratus tempore; Statilius quidem cum Agrippa, suffectus in locum L. Caninij, Libo autem cum M. Antonio II. consule. *Muretus.*

2. *Orientis regna.*] Id est regna Parthorum, Medorum, Armeniorum, & vicina.

3. *Provinciaque Romanæ,*] Armenia, Syria, Cappadocia, cæteraque vicinæ Parthis Provinciæ.

4. *Apud Parthos.*] Parthia tribus modis est consideranda; primò, *Persarum* sive *Parthorum Imperium.*, regio est Asiæ ad Oceanum Indicum: hodie *Persia*, regnum sub rege Persiæ, & *Diarbeck* regio latè sumpta in Turcico imperio Asiatico, majorque pars regionis *Mauvaralnhara*, in magna Tartaria, nec non pars imperij *Mogolis* ad Orientem æstivum in India. Secundo modo, *Parthia* regio est imperij Parthorum, &c. ad Septentrionem, & ad mare Caspium, hodie *Tabristan* pro-

[1] Arsacidarum, ut externum aspernabantur. Is fuit Vonones, obses Augusto datus à Phrahate. Nam [2] Phrahates quamquam depulisset exercitus, ducesque Romanos, [3] cuncta venerantium officia ad Augustum verterat, [4] partemque prolis firmandæ amicitiæ miserat: haud perinde

INTERPRETATIO

extraneum. Ille fuit Vonones, quem Phrahates obsidem tradiderat Augusto. Quippe Phrahates, quamvis dejecisset legiones, imperatoresque Romanos, omnibus tamen reverentium officiis Augustum coluerat, miseratque illi partem liberorum amicitia concilianda

NOTÆ.

vincia integra, & partes Provinciarum *Erakatzem*, & *Chorasan*. in regno Persiæ hodierno, nec non pars regionis *Mauaralnahara* in Tartaria magna. Tertio denique modo, *Parthia* propriè dicta, Regnum est vel Provincia imperij Parthorum &c. hodie partes Provinciarum *Erakatzem*, *Tabristan*, & *Chorasan* in Persia. ex chartis & tabulis Sansonis &c. *Tillemonius*.

1. *Arsacidarum.*] Sic vocabant omnes Principes stirpis Regiæ Parthorum ab Arsace fundatore & auctore regni & familiæ, ita tamen ut distinguere vellem inter *Arsacem* & *Arsacidam*. Nam Principes etiam natu minores istius gentis regiæ vocabantur *Arsacidæ*: sed natu major vel qui regnum adipiscebatur, vocabatur *Arsaces* proprio nomine conditoris, & licet frater regis adipisceretur regnum, vel Hircanorum, Medorum, vel Armeniorum (nam illas coronas fratribus donabat rex regum Arsaces) non tamen, ut puto, nomen Arsacis usurpabat. Teste igitur Trogo hunc honorem tribuebant Parthi memoriæ sui conditoris, *ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncuparent*. Sic Strabo l. 15 Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ παρὰ τοῖς Παρθυαίοις Ἀρσάκαι γὰρ καλοῦνται πάντες. ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης ὁ δὲ Φραάτης ὁ δ' ἄλλο τι. *Simile quid apud Parthos. omnes enim vocantur Arsaces, privatim verò, hic Orodes, ille Phraates, aut aliquid aliud.* Ita ut *Arsaces* sit nomen genericum quod omnes reges sibi vindicant, ut imperatores Turcarum vocantur omnes *Othomanni* nomine conditoris, sicut omnes imperatores Romani vocantur *Cæsares* & *Augusti*; & est veluti nomen dignitatis & majestatis, quod proprio & privato nomini honoris causâ superadditur; sunt quædam nomina sic veneranda & sacra cuilibet Genti & Nationi, ita Paphlagoniæ reges *Pylæmenes* vocabantur, reges Cappadociæ *Ariarates*, reges Thraciæ *Cotys*, reges Macedoniæ *Philippi*, sic Ægyptii reges appellati *Pharaones*, dein *Ptolomæi*, reges Arabum *Areta*, sic & apud cæteras gentes.

2. *Phraates quamquam depulisset.*] Phraates cum M. Antonio conflixerat, eumque Præasporum obsidione solvere coëgerat: sed tamen audita Augusti clementia & æquitate, reddiderat ei Armeniam, & signa militaria, quæ Crasso & Antonio adempta fuerant, & filios, uxores, nepotesque ei obsides firmandæ pacis causâ dederat. Strabo ad finem libri VI. hac de re ita Horatius in Epist. *Jus imperiumque Phraates Cæsaris accepit genibus minor.* Et Suetonius: *Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt & signa militaria, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt.*

3. *Cuncta venerantium officia.*] Phraates venerabatur Augustum, non quasi principem suum, aut qui potentiam ullam haberet in Parthos, aut provincias Parthorum, sed ut princeps externum colit principem optimum, amplissimæque fortunæ & virtutis. venerabatur principem Romanum ille, quia Parthis suis diffidebat, ut qui leves & ingenio mutabiles essent.

4. *Partemque prolis.*] Etiam sobolis partem pro pignore amicitiæ Romanæ ad eum miserat, non tam Romanæ potentiæ metu, quam ut subditis suis, si fi-

2 [1] nostri metu, quam [2] fidei popularium diffisus. Post finem Phrahatis

INTERPRETATIO.

gratia, *non tam, quia nos formidaret, quam, quia fidelitatem Parthorum suspectabat*

NOTÆ.

dem mutare vellent, amota regia prole, materiam res novandi præcideret.

Partemque prolis,] Quatuor filios, si Straboni credimus, & eorum uxores duas, cum filiis item quatuor, misit Romam. Verba ejus sententiaque gemina sunt huic loco lib. XVI. *Phrahates vocato ad colloquium Titio, qui tunc Syriæ præerat, quatuor legitimos filios ei tradidit obsides, Saraspadem, & Cerospadem, & Phrahatem, & Vononem, & uxores horum duas, & quatuor liberos, veritus domesticas seditiones & insidias.*

1. *Nostri metu,*] Non hic rationem reddit Tacitus, cur Phrahates partem prolis Romam miserit, quod tamen velle video viros eruditos. Id enim factum est, quod jam dixit, *firmandæ amicitiæ causa.* Nam liberi non tantum maxima conjugij pignora sunt domi, sed fidei etiam inter externos. Causam igitur hic dat, cur Phrahates, victor, post depulsos exercitus ducesque Romanos, quod alias absurdum videri possit, tanquam minor, & quasi ipse victus, cuncta venerantium officia verterit ad Augustum. Nempe quia fidei levium & facile ac libenter principes suos mutantium popularium diffidebat. Quippe qui domi validis munimentis non insistit, foris societate potentiorum confirmare sese necesse habet. Sic enim suos facilius in officio continet domi; quod hic inprimis habet locum. Alias & illa ratio est, cur victores nonnunquam cuncta venerantium officia vertant in victos, quod non sit diu cum illis bellum gerendum, qui diutius perire possunt, quam nos vincere.

Imò utriusque facti hæc ratio est: nam τὸ *firmandæ amicitiæ*, nil nisi prætextum significat. Imperatorem Parthis oportebat esse *Arsacidem*, quem gravem facile destituebant, si copiam alterius haberent eadem stirpe prognati: sin, spes erat minus ausuros cum deesset, quem subornarent adversus præsentem, cujusque auctoritatem sequerentur. Sic Ptolomæus Physcon arcessitum maximum à Cyrenis filium Memphitem, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interfecit: hoc spectavit & Nero in Britannico tollendo: *tanto magis fovendum patribus populoque principem, qui unus superesset è familia, summum ad fastigium genita.* 13. Ann. 17. Hic ipse Phrahates, cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret; ne esset, qui rex nominari posset, adultum filium interfici jussit, teste Trogo. Eamdem ob causam hos amandavit. Nam quod Josephus narrat, etiam verum censeo. Phrahates metuebat exemplum suum: eum metum intendit mulier, quasi & ipsa pro marito timens, cum revera filio locum ad successionem pararet, species assumpta, ut *firmandæ amicitiæ* obsides essent.

2. *Fidei popularium.*] Eadem causa in Strabone. nec injuria etiam liberis suis diffisus, ne suo exemplo se tollerent. Ipse enim Orodem patrem sustulerat, itemque fratres viginti novem. Josephus missionem hanc obsidum ad Thermusæ uxoris artes refert, ut illis absentibus filio suo Phrahataci regnum conficeret, quod evenit. *Lipsius.*

Quam fidei popularium diffisus.] Dat obsides Augusto, quibus datis firmet amicitiam cum Romanis, non tam illorum metu, quam suspicione in Parthos, non tam consulit stirpi suæ, quam sibi, cum sic eos deponit apud Augustum, non quod timeret proli suæ, & ne se & filios interficerent inimici, imo verebatur ne Parthi semper mobiles aliquem ex filiis in suum locum sufficerent, quia sceleribus opertus, timebat ne in se uterentur suo exemplo, vel filij, vel primores, Orodem enim patrem sustulerat, & viginti novem fratres. Sustulit ipse & filium adultum, ne superesset quem regem crearent Parthi, eadem de causa tot filios & uxores Romam amandavit, quod

5 & sequentium regum, 2 ob internas cædes, venere in urbem legati à primoribus Parthis, qui Vononem 3 vetustissimum liberorum ejus ac-

INTERPRETATIO.

Post mortem Phraatis & regum qui successere, ob domesticas neces Romam missi sunt oratores à proceribus Parthis, qui accerserent Vononem natu maximum filiorum illius. Id

NOTÆ.

etiam teste Josepho artibus Thermusæ uxoris tribuendum, quæ in speciem & quasi viro timeret, hos omnes relegavit, prætexto *firmandæ amicitiæ*, sed revera ut filio suo regnum, illis amotis, parare posset, nec mulierem dolus fefellit. Joseph lib. 18. cap. 3.

1. *Post finem Phrahatis & sequentium regum*] Duo reges sequentes Phrahatem, sunt *Phrabataces* & *Orodes*. Primus quem ex historia noverimus, est Orodes qui vicit Crassum; cujus filius Pacorus fuit à P. Ventidio victus & occisus, alter filius fuit secundus Phrahates, cum eo M. Antonius bellum gessit, hic fuit pulsus à Tiridate, dein restitutus. Phrahates habuit quatuor filios legitimos, nempe Saraspadem, Cerospadem, Phrahatem, Vononem qui Romæ obsides. Unus fuit Sporios, natus ex concubina Romana muliere nomine Thermussa quam ipsi dono dederat Augustus. Nomen tamen Thermussa Græculam aliquam redolet, quæ ob eximiam speciem & artes istius nationis ipsi haud dubie data est.

2. *Ob internas cædes.*] Domesticas, civiles, sicut *interna certamina* 2.54. Non clandestina, ut quidam accipiunt, sed intestina. *Fratribus necatis.* Phrahates ejus nominis tertius, rex Parthorum duodecimus, cum à patre regni successor destinatus esset, ne quid sibi à cōpetitoribus molestiæ exhiberetur, triginta fratres interfecit: deinde patrem id indigne ferentem, prius veneno tentatum, cum id parum successisset, strangulavit. Hic inter cæteras uxores (quas Parthi multas habere solent, (quasi in una parum incommodi esse soleat) habuit & Thermusam ancillam, Italici generis, ad se ab Augusto missam: cujus blanditiis delinitus, Phrahataccem filium, quem ex ea susceperat, successorem regni nominavit. Non degeneravit à paterna virtute filius: sed communicato cum matre consilio (quam officiosus adolescens, non pro matre tantum, sed pro pellice habebat) ne paternam mortem, quod improborum filiorum est, exspectare diceretur, patrem interfecit. Ipse postea concitato omnium in se odio, per tumultum occiditur. Successit el Orodes: quo & ipso propter barbatam & ferinam crudelitatem inter epulas à suis occiso, missus est petentibus Parthis à Tiberio hic, de quo nunc acturi sumus, Vonones.

3. *Vetustissimum liberorum.*] Atqui in Strabone lib. 16. quartus ordine, minimusque ponitur. Nempe per *liberos* hic non intelligendi filij tantum, sed & nepotes simul, adeoque tota ejus progenies, ex qua natu maximus hic Vonones, quo tempore legatio ista Romam missa est.

Vetustissimum liberorum.] Sed quartus ordine refertur à Strabone, & sic videtur minimus. Erat haud dubiè tunc maximus natu cum legatio illa Romam venit, alij cum forsan interierant, & revera mortui sunt Romæ, non dicam quando. patet ex inscriptione lapidis veteris. altero solo & cœlo, alioque ut ait Tacitus, in *urbe* non mediocriter periclitabatur regiæ prolis salus, sed quia plures numero erant illi filij, haud ita pretiosa videbatur. Lapis vetus Romæ sic habuit.

SERASPADANES. PHRAATIS.
ARSACIS. REGUM REGIS F.
PARTHUS.

RHODASPES. PHRAATIS
ARSACIS REGUM REGIS
PARTHUS.

cirent. Magnificum id sibi credidit Cæsar, [1] auxitque opibus. Et accepere barbari lætantes, ut ferme ad nova imperia. Mox subit pudor, *degeneravisse Parthos, petitum* [2] *alio ex orbe regem, hostium artibus infectum:* [3] *jam inter Provincias Romanas* [4] *solium Arsacidarum haberi, darique. Ubi illam gloriam trucidantium Crassum, exturbantium Antonium;* [5] *si mancipium Cæsaris, tot per annos servitutem perpessum, Parthis imperitet?* Accendebat dedignantes & ipse, diversus à majorum institutis, [6] raro venatu, [7] segni equorum cura; quotiens per urbes incederet, lecticæ

INTERPRETATIO.

sibi gloriosam putavit Tiberius, copiisque instruxit, illumque assumpsere Parthi gaudentes, ut fere fit, cum ineuntur nova regna. Dein incessit pudor, priscam gloriam amisisse Parthos, accitum ex aliis terris principem: hostium moribus & disciplinis inquinatum, jam inter provincias Romanas censeri, donarique Arsacidarum imperium. Ubi decus illud occidentium Crassum, depellentium Antonium, si servus Cæsaris per tot annos servitem passus Parthis dominetur? *Incitabat aspernantes & ipse à majorum moribus alienus, infrequenti venatione, inerti studio equorum: quoties per civitates iter faceret, lectica delatus, & præ superbia adversus popularium convivia*

NOTÆ

1. *Auxitque opibus.*] Comitatu, pecunia, & alia pompa instruxit, regium in morem.

2. *Ex alio orbe.*] Universus enim terrarum orbis in Romanos & in Parthos divisus videbatur.

3. *Inter provincias Romanas.*] Eo jam recidisse, ut regnum Parthorum velut inter provincias Romanas haberetur Cæsarisque benificium esset. quo nobis *aiebant*, majorum nostrorum gloria, qui potentissimos Romanorum duces Crassum & Antonium, alterum occiderunt, alterum regni finibus expulerunt?

4. *Solium Arsacidarum.*] Quod & sæpius est factum. eoque velut de more, scribit Hegesippus, in oratione Agrippæ regis: *Persarum superba audimus imperia. sed eorum quoque obsides vidimus; & cum ipsi pluribus nationibus imperent, offerunt liberos suos, & nobilitatem suam. servire Romanis gaudens præside pacis, simul ut serviendo discant suis imperare. Offerunt vestes, monilia, elephantes quodque Romanis unum tributum, reges imponere.*

5. *Si mancipium.*] Τὴν ὁμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνομάζοντες, Josephus. *Obsides pro servis appellantes.*

6. *Raro venatu, segni equorum cura.*] Quæ tamen unica studia procerum regisque. Xenophon lib. VIII. Pædias. *Milites exercitii gratia ad venationem eduxit, quos ad eam idoneos rebatur. hanc existimans & universe optimam exercitationem ad militiam esse, & maxime ad equestrem. Itaque & nunc Rex Persarum, atque alii circa Regem, assidui sunt in venatu.*

Raro venatu.] Cum Parthi prope assidui in venatione esse soleant, neque aliis fere carnibus vescantur, quam ferarum, quas venando ceperunt. Suetonius in Caligula narrat ob mortem Germanici Regem regum, *& exercitatione venandi & convictu Megistanum abstinuisse:* idque *apud Parthos justitii instar* esse. Darius epitaphio inscribi mandavit. Κυνηγῶν ἐκράτει. Strabo lib. 15. Et noster de Bardane: *Parthi incautum venationique intentum interfecere.*

7. *Segni equorum cura.*] Cum ipsi plurimum equitatu valeant, & in equis curandis studium omne consumant. ἐπιχώριον ἦν αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις. Xenophon lib. 8. Cyripædias. Justin. 41. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica & privata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique*

gestamine

[1] gestamine, fastuqne erga patrias epulas. Inridebautur & [2] Græci comites, ac vilissima utensilium [3] anulo clausa: sed [4] prompti aditus, obvia comitas, [5] ignotæ Parthis virtutes, [6] nova vitia; & quia ipsorum moribus aliena, perinde odium pravis & honestis. Igitur Artabanus, 3.

INTERPRETATIO.

spernens. Etiam & ludibrio erant familiares Graculi, ac tenuissima cibariorum suppellectiliumque sigillo obsignata, sed facilis accessus, prompta civilitas, quia incognita Parthis virtutes, nova flagitia videbantur. *& quia hæc ab ipsorum moribus diversa erant, eximias & malas artes perinde aversabantur. Igitur evocatur Artaba-*

NOTÆ.

discriminis inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Dio lib. 40. ait Parthorum regionem alendis equis singularem, quia plana & ad equitandum commoda; additque eos equorum armenta tota secum solere ducere in expeditionem.

1. *Lectica gestamine.*] Quod ipsis molle & muliebre, ut est, videbatur.

2. *Græci comites.*] Hoc comitatu omnes Romani cincti erant, quippe doctorum; eloquentium, & in Philosophia ut plurimum versatorum. Cicero pro Milone: *Græci comites, quocumque ibat.* Tacitus 4. ann. *Reliqui liberalibus studiis præditi, ferme Græci, quorum sermonibus levaretur.* Ubi de secessu Caprearum.

3. *Anulo clausa.*] Signatorium anulum intelligit, sive ut alij appellant, sigillaricium, qui habeat χαρακτῆρα. de quo Vopiscus in Aureliano: *Uxori & filiæ anulum sigillaricium quasi privatus instituit.* Moris autem Romani fuit, ut domi suppellex penusque omnis eo signaretur: ne quid negligentiâ aut furto periret.

Anulo clausa.] Ex Romana consuetudine ad vitanda furta servorum. Cicero in epist ad Tironem: *Sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.* Idem 2. de Oratore *Ridiculum est illud Neronianum vetus in furaco servo, solum esse, cui domi nihil sit, nec obsignatum, nec occlusum.* Juven. Sat. 14. *Concham cum parte lacerti signatam.* Persius Sat. 6.

Et signum in vapida naso tetigisse lagena.

Horatius ad Florum: *signo læso non insanire lagena.* l. 1. D. de periculo & com. rei vend. *si non sunt degustata, signata tamen ab emptore vasa.* Lucian Hermot. καὶ μόνον ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παρέδωκε, καὶ σημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει. *Cum solum numerasset, accepisset que carnes, quascunque puero retro adstanti tribuit, & obsignasset diligenter, post ea somno se dedit,*

4. *Prompti aditus.*] Cum alioqui Parthorum reges, neque facile spectandi sui copiam facerent, neque quemquam ad colloquium, sine magno molimine admittere solerent: aditusque ad ipsos ardui ac difficiles essent.

5. *Ignota parthis virtutes nova vitia.*] Quidam existimant *nova vitia* hic esse, lecticæ gestamen, fastumque erga patrias epulas. Ego aliter: promptos scilicet aditus, obviam Vononis comitatem, quæ revera virtutes essent, tamen quia ignotæ Parthis, idcirco suspectæ, ac pro vitiis habitæ. Ipsæ virtutes, quia Parthis insolitæ, pro vitiis habitæ fuerunt: cum nihil ex vero, sed ex moribus suis omnia æstimantes, odissent quicquid externum esset.

Ignota virtutes.] Humanitas ejus atque comitas dignæ bono principe virtutes, quia Parthis ignotæ insolitæque erant, pro novis vitiis reputabantur: cum ex suis moribus omnia metientes, quicquid illis non consentiebat, nullo rei ipsius intuitu, bona an mala esset, pari odio prosequerentur.

6. *Nova vitia.*] Vultne ipsas virtutes ignotas, habitas pro vitiis? possit sic-

Arſacidarum è ſanguine apud [1] Dahas adultus excitur, primoque congreſſu fuſus [2] reparat vires, regnoque potitur. Victo Vononi [3] perfugium Armenia fuit, vacua tunc, interque Parthorum & Romanas opes infida, [4] ob ſcelus Antonij, qui Artavaſden regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inlectum, dein [5] catenis oneratum, poſtremò interfecerat. Ejus filius Artaxias memoria patris nobis infenſus, Arſacidarum vi, ſeque regnumque tutatus eſt. [6] Occiſo Artaxia [7] per dolum pro-

INTERPRETATIO.

nus, qui è gente Arſacidarum apud Dahas educatus fuerat; iſque primo prælio victus, inſtaurat opes, & imperium obtinet. Profligatus Vonones ſeſe recipit in Armeniam, quæ tum ſine rege, & ambigua fide agebat inter Parthorum, Romanaſque vires, obfacinus Antonij, qui Artavaſden Armeniis imperantem, prætextu amicitiæ accitum, dein in vinculis habitum, tandem occiderat. Illius filius Artaxias paterna injuriæ memoria nobis adverſus, Arſacidarum opibus, ſeque & regnum defendit. Interfecto Artaxia per

NOTÆ.

accipi; ut comitas illa pro vilitate fuerit: ſed potius eſt, duo dici. ut & ignotas quaſdam virtutes intulerit; & nova etiam vitia, luxum videlicet, delicias, aliaque Romana. Mox *ipſorum majoribus* haud male etiam, *moribus*. Lipſius.

1. *Daha.*] Dahæ vel Daæ, populi Margianæ regni, in Parthia, imperij Parthorum regione hodie poſitio eſt in parte ſeptentrionali provinciæ *Chorasan*, verſus urbes *Thus*, *Jermob*, &c. ſub rege Perſiæ. Ex Ptolomæo & chartis Sanſonis. *Tillemonius.*

2. *Reparat vires.*] Fuga capta ad montes Mediæ, ait Joſephus.

3. *Perfugium Armenia.*] Primo Seleucia. Vide eumdem ſcriptorem lib. XVIII.

Armenia] Supple *major*, regio Aſiæ verſus Pontum Euxinum, & mare Caſpium. hodie pars major *Turcomania* ſub imperio Turcarum Aſiatico, & pars quædam provinciarum *Iran & Scirvvan*, ſub rege Perſiæ. Apud multos nomen antiquum etiam retinet, & vocatur *Armenio & Ermenik*. Tillemonius.

4. *Scelus Antonij.*] Vere ſcelus, nec enim cenſori Tacito, ludus & jocus, ut hodie, fallere fidem. Artavaſdes autem Antonium expeditione Parthica deſeruiſſe viſus, fallacibus ab eo litteris excitus, in vincla habitus, & in triumpho Alexandriam ductus eſt. Vide Dionem & Plutarchum.

5. *Catenis oneratum.*] Argenteis ſcilicet in carcere, & in triumpho aureis. Dio lib. 49. Velleius de Antonio. *Regem ejus Artuaſdem fraude deceptum, catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis vinxit.*

6. *Occiſo Artaxia.*] Joſephus hunc Artaxiam filium facit Artabazis. Ita enim appellat pro Artavaſde, ut alibi etiam Plutarchus. Occiſum eum à propinquis non dicit, dicit à Tiberio & Archelao pulſum. Horatius gloriam tribuere Tiberio videtur, non pulſi ſolum, ſed etiam occiſi. Ad Itium.

——— *Claudi virtute Neronis Armenius cecidit.*

Suetonius: *Ducto ad Orientem exercitu regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit.* Dio hiſtoriam confundit, & Artabazem nominat pro Artaxia; Tigranem facit ejus fratrem lib. LIV. Res autem ita habet. Artavaſdes, ſive Artabazes, duûm filiorum pater, Artaxiæ & Tigranis. Ille major natu. Adi Joſephum, lib. XV. cap. IV.

7. *Per dolum propinquorum.*] Accuſatus eſt apud Auguſtum, traditaque Tiberio ejus ultio, ſed eum propinqui jugula-

pinquorum, [1] datus à Cæsare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum à Tiberio Nerone. [2] Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quamquam sociatis [3] more externo in matrimonium regnumque. Dein jussu Augusti impositus Artavasdes, & non fine clade nostra dejectus. [4] Tum C. Cæsar componendæ Armeniæ diligitur. Is 3
Ariobarzanem [5] origine Medum, [6] ob insignem corporis formam & præclarum animum, volentibus Armeniis præfecit. Ariobarzane morte fortuita absumpto, stirpem ejus haud toleravere: tentatoque feminæ im-

INTERPRETATIO.

fraudem cognatorum, Augustus imposuit Armeniis Tigranem, eumque Tiberius Nero in regnum deduxit. Neque diu mansit imperium Tigranis, neque filiorum ejus, licet ex more Orientalium regum, regno toroque illi conjuncti fuissent. Dein jubente Augusto, datus rex Armeniis *Artavasdes, qui nec sine pernicie nostra deturbatus est. Tunc assumitur C. Cæsar* Agrippæ filius & ab Augusto adoptatus, *constituendæ pacandæque Armeniæ. Is imposuit Ariobarzanem natione Medum, ob eximiam corporis speciem, & egregium animum, probantibus Armeniis. Fortuito exitu extincto Ariobarzane, liberos ejus*

NOTÆ.

runt, antequam adventaret Tiberius. Josephus, Dio, Zonaras.

1. *Datus à Cæsare.*] Expressit Tacitus antiquam formulam, quæ in veteribus quoque numismatibus exstat. REX ARMENIS DATVS. REX PARTHIS DATVS. &c. id genus.

2. *Nec Tigrani.*] Accusatus enim apud Tiberium, & ab eo interfectus est.

3. *More externo.*] Qui mos etiam Ægyptiis, aliisque Barbaris ad Orientem.

Sociatis more externo.] Ut nimirum tori pariter, regnique consortes essent. Multa notaque exempla in Ptolemaica Ægyptiorum familia, atque inde factum, ut ejusmodi par conjugum, quia pari jure potestatis erant, reges vocarentur. Liv. 27. 4. hoc sensu, *Ptolemæum Cleopatramque reges* nominat. Item Cæsar de bello Alex. cap. 33. *Alexandria potitus reges constituit fratrem & sororem*, quod Strabo lib. 17. sic effert: *Reginam Ægypti constituit Cleopatram, eique fratrem superstitem sociavit in regnum.* Hoc enim modo melius reddideris, quam ut vulgo *in regni partem addidit.* Sic enim divisum esset regnum: quod non factum, sed utrique in solidum, jus atque potestas permissa est. Fecit autem hoc Cæsar ex testamento patris Ptolemæi ut ipse Civ. 3. 108. testatur; cujus verba hæc exstant apud Dionem lib. 40. Ἐκείνους μὲν συνοικῆσαι ἀλλήλοις κατὰ τὰ Αἰγυπτίων τὰ πάτρια, καὶ βασιλεύειν (Ptolemæum majorem & Cleopatram) *more Ægyptiorum patrio, matrimonio coire, & regno præesse.* Adjicitque ibidem Dio, Cæsarem etiam juniori Ptolemæo & Arsinoæ sorori ejus, pari modo connubio junctis, Cyprum concessisse. Similé Carum regum exemplum ex Strabone retuli in supplem. Curtii 1. 8. Et ad eumdem auctorem 3. 11. ostendi conjugem Darii, quam Alexander cepit, etiam sororem mariti fuisse. Errant igitur qui sic accipiunt: quasi Tigranis soboles cum Armeniis matrimonio se miscuisset. *Freinshemius.*

4. *Tunc C. Cæsar.*] Agrippæ filius, ab Augusto adoptatus, quem ex Armenia redeuntem mortuum esse vidimus.

5. *Origine Medum.*] Media, regio Imperii Persarum sive Parthorum, ad mare Caspium. hodie *Kilan & Adirbeitzan*, provincia integra & pars provinciæ *Erakatzem*, in regno Persiæ hodierno. ex chartis Sansonis. *Tillemontius.*

6. *Ob insignem,*] Aristoteles lib. 1. politicorum, ait: si reperirentur homines ea pulchritudine corporis, quâ sunt deorum statuæ, neminem dubitaturum,

perio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa; incerti solutique, & magis [1] sine domino, quam in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. Sed ubi minitari [2] Artabanus, & [3] parum subsidij in Armeniis, vel si nostra vi defenderetur, bellum adversus Parthos sumendum erat; rector Syriæ Creticus Silanus excitum custodia circumdat, manente luxu & regio nomine. Quod ludibrium ut effugere agitaverit Vonones, [4] in loco reddemus. Cæterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret; novisque provinciis impositum, [5] dolo simul & casibus objectaret. At ille, quanto acriora in eum studia militum, & aversa patrui voluntas, celerandæ victoriæ [6] intentior, [7] tractare prælio-

INTERPRETATIO.

nen tulere. expertaque dominatione mulieris. quæ vocabatur Erato, eaque paulo post ejecta, dubij, exsolutique, & magis sine imperitante, quam in libertate, fugientem Vononem in regnum assumunt. Sed postquam minari cœpit Artabanus, & parum auxilij in Armeniis erat, vel si nostris opibus protegeretur, capienda arma erant adversus Parthos, Creticus Silanus qui præerat Syriæ, accersito Vononi custodes adponit, servato paratu & regio vocabulo, quam contumeliam, quo pacto declinare voluerit, suo tempore trademus. Cæterum non injucundum fuit Tiberio moveri res Orientis, ut eo prætextu, auferret Germanicum solitis legionibus, & præfectum insuetis populis, exponeret insidiis, simul & periculis. Sed ille quanto amor legionum in se vehementior & quo magis animus patrui Tiberij *infensus erat, eo maturandæ victoriæ promp-*

NOTÆ.

quin eis potissimum imperium mandari oporteret. Sed & Lucretius lib. 5. ait reges à priscis illis hominibus delectos, *pro facie cujusque & viribus ingenioque.* Et quosdam ait Euripides esse Εἴδους ἄξίους τυραννίδος.

1. *Magis sine domino.*] Nam libertas legibus & magistratibus suis constat, & imperij certa forma. Itaque sine domino esse possunt, nec tamen liberi propriè dicendi.

Magis sine domino.] Quum incerti solutique nec Principem haberent, ut in regno, nec leges, ut in Republica, atque ita non tam in libertate, quam sine domino agerent.

2. *Artabanus.*] Qui Orodem sive Herodem filium suum regem iis dedit. Josephus lib. XVIII. cap. IV. qui etiam hanc rem fusius exequitur, paululum tamen à Tacito diversus.

3. *Parum subsidij.*] Nec Armeniis ad defendendū regem suum satis virium erat.

4. *In loco reddemus.*] Reddidit hoc ipso libro, sub finem.

5. *Dolo simul & casibus.*] Dolo quem ipse meditabatur, cum nempe in longinquis locis, veneno tollere, obscuriore sic fama.

6. *Intentior.*] Cum studia militum in se competta haberet, aversamque patrui Tiberij voluntatem cognosceret, & illis utendum, & hanc præveniendam ratus, intentiore studio agitabat, quomodo celerem ex Germanis victoriam consequeretur, quibusque artibus, cum ipsis pugnandum foret: præteritorum præliorum rationes in animum revocans.

7. *Tractare præliorum vias.*] Legere voluit Acidalius *præliorum vices*, & tamen approbat *vias* propter ea quæ sequuntur. nempe *fundi Germanos acie & justis locis, juvari silvis, paludibus*, &c. *suum militem, haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum*, &c. verè tractabat *præliorum vias* Germanicus, & hîc potissimum, an terra, an mari, copiæ & commeatus transvehi deberent in Germaniam sic & Vegetius loquitur ad verbum, non uno loco.

rum vias, & [1] quæ sibi tertium jam annum belligeranti: sæva [2] vel prospera evenissent; *Fundi* [3] *Germanos acie, & justis locis: juvari silvis, paludibus, brevi æstate, & pramatura hyeme: suum militem haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum, [4] damno armorum adfici, fessas Gallias ministrandis equis: longum impedimentorum agmen, opportu-*

INTERPRETATIO.

tior, agitare cœpit vias certaminum, & res adversas vel secundas, quæ sibi contigissent, jam à tribus annis bellum gerenti, Germanos vinci ordinata acie & æquo solo: his favere saltus, lacus, fluxam æstatem, & præproperam hiemem, suum militem, non perinde divexari plagis, quam immensis itineribus, & amissione seu jactura armorum: Gallias exhaustas suppeditandis equis, ingentem molem sarcinarum obnoxiam

NOTÆ.

1. *Quæ sibi tertium jam annum belligeranti.*] Imo plures. Nam continenter in Germanos bellum gessit à clade Vari, excepto anno consulatûs. Sed Tacitus à postrema ejus missione in Germaniam annos numerat, quæ fuit exacto consulatu ejus, sub Augusti mortem.

2. *Sæva vel prospera evenissent.*] *Sæva*, id est *ambigua*. *iniqua*, *adversa*, sunt verba usitata Tacito, commendat moriens Germanicus uxori Agrippinæ, ut *sævienti fortunæ*, id est adversæ, cedat.

3. *Germanos.*] Germania, regio Europæ veteris, hodie pars imperii *Allemaniæ*, ut plurimum, inter Rhenum & Danubium fluvios; omne regnum *Daniæ*, sive *Danemarck*, pars Meridionalis & Occidentalis Status *Poloniæ* circa Vistulam fluvium, & aliquid regni *Hungariæ* ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

4. *Damno armorum adfici.*] Satis defendi vulgatum, verbis quæ leguntur 1. 71. *Quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes, quorum laudato studio Germanicus, armis modo & equis ad bellum sumptis, propria pecunia militem juvit.* & hanc historiæ partem. suaque in ea verba maxime respexisse auctorem, posteriore loco, patere. Ut enim ibi instrumentum utrumque belli, & arma & equos accepisse dicit Germanicum, ita hîc tacitè secum queri, utriusque damno exercitum per expeditionem terrestrem affici. *Gronovius*,

5. *Damno armorum.*] Legunt *damno armentorum*, sed frustra. Queritur ibi Germanicus de silvis, paludibus, brevi æstate, præmatura hyeme de spatiis itinerum, de damno armorum, de inopia equorum, de ingenti mole sarcinarum, & certe inter alia expeditionis seu belli incommoda, potuit imperator animo reputare jacturam armorum, quoties enim vel procellis agitatus miles, vel per vada & æstuaria iter faciens miles, arma abjecit, & etiam ipsemet haustus est? At cum reputat Germanicus ibi, fessas Gallias ministrandis equis, non respicit ad damnum armentorum ut volunt, sed spectat modum transvehendi in Germaniam impedimenta & commeatus, innuitque non sufficere equos illi transvectioni, quia *fessa Gallia prabendis equis*, præterea per *armenta* nunquam intelligas equos vehendis impedimentis idoneos. Et hoc loco, haud dubiè earumdem rerum jacturam, seu damnum reputat Germanicus, quæ ipsi antea subministrata fuerant à Gallis & Hispanis, at ipsi arma & equos obtulerant, quod patet lib. 1. cap. 71. *Quod cuique promptum, arma equos, aurum offerentes: quorum laudato studio, Germanicus armis modo & equis ad bellum sumptis, propria pecunia militem juvit.* Ibi, ut vides, offerunt *arma*, præbentque, quia amissa fuerant, non autem *armenta*. Et cap. 23. hujusce lib. *Postquam mutabat æstus, eodemque quo ventus ferebat, non adhærere anchoris, non exhaurire irrumpentes undas poterant: equi, jumenta, sarcinæ, etiam arma præcipitantur, quo levarentur alvei.* Certè scripsit Tacitus *damno*

num ad insidias, defensantibus iniquum. At si mare intretur, [1] promptam ipsis possessionem, & hostibus ignotam; simul bellum [2] maturiùs incipi, legionesque & commeatus pariter vehi; [3] integrum equitem, equosque, per ora & alveos fluminum media in Germania fore. Igitur huc intendit, missis ad census Galliarum, [4] P. Vitellio & Cantio; Silius & Antejus, & Cæcina fabricandæ classi præponuntur. Mille naves sufficere visæ, properatæque: aliæ [5] breves, angusta puppi proraque, & lato utero, quo faciliùs fluctus tolerarent: quædam planæ carinis ut sine noxa siderent plures [6] appositis utrimque gubernaculis, converso ut repentè remigio, hinc vel illinc adpellerent.

INTERPRETATIO.

insidiis, tutantibus difficilem. At si naves conscendantur, celerem Germaniæ possessionem ipsis fore, & improvisam hostibus, etiam bellum citius inchoari. Transferri simul militem, annonam & copias, recentem equitem & equos futuros in media Germania, per ostia & alveos amnium. *Itaque huc vertit animum: delegatis P. Vitellio & Cantio censibus Galliarum, Silius & Antejus & Cæcina præficiuntur construendæ classi. Putavit mille naves sufficere, & accelerata sunt, aliæ breves, arcta puppi & prora, & alveo plano, quo melius sustinerent fluctus, nonnullæ latæ carinis, ut sine damno considerent: multæ adjunctis gubernaculis ex utraque parte, ut mutato statim remigio, utrimque ad* littus *accederent, plerisque navibus impositi pontes, qui-*

NOTÆ.

armorum. Nam *etiam arma præcipitantur.* Et se ipse explicat. Tac. infra 25. *Quippe invictos & nullis casibus superabiles Romanos prædicabant, qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus littora, eadem virtute, pari ferocia, velut aucti numero inrupissent.*

1. *Promptam ipsis possessionem*] possessionem nempe *Germaniæ*, non *maris*, ut volunt. *si mare intretur* facile & promptum esse occupare & possidere Germaniam, quia via illa inopinata & ignota hostibus. Tac. lib. 2. hist. 12. *possessa per mare & naves majore Italiæ parte.* Et in Agric. *Monam insulam, cujus possessione revocatum Paullinum rebellione totius Britanniæ supra memoravi.*

2. *Maturius incipi*] quare? nam & triremibus æstas exspectanda erat. Sed causam credo in commeatibus, de quibus adjungit. Quia enim tarda æstas & messis in Germania, hæc exspectanda erat, ob frumenta & pabula: aut magna mole & mora, identidem ista subvehenda fuerunt.

3. *Integrum equitem*] equites & equos simul, absque omni mora aut divisione, aut detrimento integros, nulloque labore fatigatos, per ora & alveos fluminum in mediam Germaniam immitti.

4. *P. Vitellio, & Cantio*] *Scantio* Lipsius ad marginem. *C. Antio.* Ursinus. *Canutio*, *Calventio*, aut *Calvisio* mallet Aurelius. Legere velit Freinshemius *Sentium* qui Germanico comes, post mortem ejus, Syriam obtinuit.

5. *Breves, angusta puppi*] Breves opponit longis navibus, id est triremibus: has describit lato alveo, angusta prora, & puppi, uno verbo, naves hodie maris nostri. *Lipsius.*

Aliæ breves] harum aliæ breves erant, angustam puppim proramque & latum alveum habentes, ut melius fluctus pati possent, aliæ planis carinis, quo facilius vada ac decessum æstus excipere possent: plures pari utrimque prorâ & mutabili remigio, ut hinc vel illinc appellere indiscretum, & innoxium foret.

6. *Appositis utrinque gubernaculis*] Idem Tacitus lib. 3. histor. eadem navigia sic describit. *Sic inter undas volun-*

[1] Multæ pontibus stratæ, super quas tormenta veherentur, [2] simul aptæ ferendis equis, aut commeatui, velis habiles, citæ remis, [3] augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem. [4] Insula Batavorum, in quam convenirent, prædicta, ob faciles adpulsus, accipiendisque copiis, & transmittendum ad bellum opportuna. Nam [5] Rhenus uno alveo con-

INTERPRETATIO.

bus machina bellica deferrentur, & quæ *pariter idonea vehendis equis essent, aut cibariis, velis expedita, prompta remis*, quæ veluti *crescebant ardore legionum, in amplitudinem atque terrorem. Insula Batavorum destinata, in quam coirent, propter opportunos adpulsus* & quia *commoda exponendis copiis, & ad transferendum bellum. Quippe Rhenus uno alveo perpetuus, aut parvas insulas circumfluens, ad initium*

NOTÆ.

tur, pari utrinque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc adpellere indiscretum & innexium est. Et de moribus Germ. *forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem gerit.* Sic & apud Suidam fit mentio. *Naves simplices uniusque ordinis, interdum & biremes faciunt, quasdam vero & ex puppe & ex prora gubernaculis instruunt; ut ipsi nihil conversi & accedant & recedant, hostesque & adnavigantes fallant ac circumveniant.*

1. *Appositis utrinque gubernaculis*] Verbis Suidæ & usus hujus rei indicatur. Quia tamen gubernacula proprie ad puppim pertinebant, ideo credo eundem Suidam naves istius modi ἀμφιπρύμνας appellasse, quasi quæ nullas proras, duas puppes tantum haberent. Ἀμφιπρύμνον, inquit, εἶδος πλοίου. Addit postea locum veteris cujusdam ἵμπαλιν διαθεῖν παρασκευάσαι τὸν Ἴστρον ἐν ταῖς ἀμφιπρύμναις τῶν νεῶν.

2. *Multa pontibus strata*] vult naves pontibus sectas instratasque fuisse, deinde pontibus istis impositas machinas: neque id ad unius fluvii brevem transitum, sed ut ab oceano usque mediam in Germaniam perveherentur. Constratarum navium frequens apud auctores est mentio, item earum quæ tormenta portarent, apud Livium 30, 10. ubi etiam narratur, quomodo Scipio naves onerarias straverit, quo loco itidem *pontes* & *constratata pontium* nominantur. Cur autem pontibus imposita tormenta vexerint; duplicem rationem video; unam, ut commodius onerarentur exonerarenturque naves; alteram, ut si hostis ex ripa impugnaret, in ipsum dirigi possent.

3. *Simul apta ferendis equis*] vertit interpres Gallicus; ita fuisse illas naves constratas pontibus & idoneas ferendis machinis, ut tormenta illa nullatenus nocerent obstarentve equis, aut commeatui, seu copiis. Hoc est ita naves illæ vehebant machinas, ut sine ullo impedimento, simul etiam veherent alibi, quam in pontibus, equos & cibaria.

3. *Augebantur*] Augebantur & quo ad numerum, & quo ad magnitudinem illæ naves, nempe alacritate militum, augebantur in terrorem & speciem, tum & spectatorum, quum & hostium seu barbarorū, aut saltem augeri videbantur.

Augebantur] militum qui hisce navibus vehebantur, alacritas ingenti specie & terrore naves decorabat, majoremque adhuc, quam pro re opinionem classi adjiciebat.

4. *Insula Batavorum*] in Batavis populis Germaniæ inferioris, & in Belgica regione Galliæ antiquæ. Hodie pars tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ, partesque dominii *Utrecht* & comitatus *Hollandia* omnia in provinciis unitis, seu *Belgio* Fœderato, ex chartis Sansonis *Tillemonjus*.

5. *Rhenus*] fluvius Illyrici, Germa-

tinuus, aut modicas inſulas circumveniens, [1] apud principium [2] agri Batavi velut in duos amnes dividitur: ſervatque nomen, & violentiam curſus, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur; [3] ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verſo cognomento [4] *Vahalem* accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat [5] Moſa flumine, ejuſque [6] immenſo ore eundem in Oceanum effunditur. Sed Cæſar, dum adiguntur naves, Silium legatum cum expedita manu inruptionem in [7] Cattos facere jubet: ipſe, audito caſtellum Luppiæ flumini adpoſitum obſideri, ſex legiones eo duxit. Neque Silio ob ſubitos imbres aliud

INTERPRETATIO.

regionis Batavæ, veluti ſcinditur in duo flumina, retinetque vocabulum & rapiditatem undarum qua præfluit Germaniam; donec effundatur in Oceanum, grandior ad littus Gallicum, & lenior adlabens mutato nomine Vahalem *indigenæ vocant: dein illud etiam cognomentum amittit* Moſà *amne, ejuſque vaſto oſtio, eidem Oceano miſcetur. At Germanicus, dum naves impelluntur in mare, imperat Silio legato, irrumpere in Cattos, cum expedito agmine. Ipſe nunciato obſideri cingi propugnaculum immunitum amni Luppia, eo rapuit ſex legiones. Neque Silius aliud egit, ob*

NOTÆ.

niæ & Galliæ regionum, hodie *Rhein* in imperio Allemaniæ &c. *Tillemonius.*

1. *Apud principium agri Batavi*] haud procul Clivio oppido ad Caſtrum Schenckianum, ſive munimentum, quod vulgo vocatur *Schenken-ſchantz*: ubi, ut olim, nunc etiam amnis in duo ſcinditur veluti cornua, dextrumque Germaniam verſus Atenaeum, Vada, Grinnes, Batavodurum, Trajectum, Lugdunum, præterfluens *Rhenus* vocatur; lævum protinus ab ipſa diviſione *Vahalis*, Noviomagum, Tiliam, Bommeliam Gelriæ oppida præterlabens. *Cluverius.*

2. *Agri Batavi*] Batavi, populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ; & ad Rhenum fluvium Oceanumque Germanicum, hodie pars meridionalis Comitatus *Hollandiæ*, omnis tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ & in provinciis Unitis. *Tillemon.*

3. *Ad Gallicam ripam*] qui Galliam prælabitur, latiore & proinde placidiore alveo, mutato nomine *Vahalis* ab accolentibus dicitur; & deinde etiam iſtud cognomentum amittens, in *Moſa* fluminis nomen, à quo accipitur, tranſit, ejuſque ingenti oſtio in Oceanum exoneratur.

4. *Vahalem*] Rheni ſiniſter alveus qui *Vahales* dicitur, eſt in Batavis populis, & cum Moſa amne in Oceanum Germanicum dilabitur. Hodie *VVahal*, aut *VVael*, & *Meruve* amnes duo, prior nempe *VVahal* eſt in tractu *Betuve* &c. in amnem *Meruve* ſe exonerat; alter verò, ſeu *Meruve*, amnis eſt in parte meridionali comitatus Hollandiæ & in fluvium Moſam ſeu *Meuſe* influit. *Tillemonius.*

5. *Moſa*] fluvius Belgicæ regionis in Gallia, in Oceanum Germanicum ſe exonerat. Hodie *la Meuſe*, vel *la Vieille Meuſe* & *Maes* dicitur. Labitur per Lotharingiam, Campaniam præfecturam, Belgicam Regiam vulgo *les Pays bas Catholiques*, & Belgium Fœderatum ſeu *les provinces unies*, &c. Et in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemonius.*

6. *Immenſo ore*] quod à Gereſlitio incipit. *Cluverius.*

7. *Cattorum*] Catti vel Chatti, populi Germaniæ ad Viſurgim fluvium, hodie Comitatus *VValdeck*, pars Landgraviatus *Haſſia*, nec non abbatiæ

actum

actum, quàm ut modicam prædam, & Arpi principis Cattorum conjugem filiamque raperet: neque Cæsari copiam pugnæ obsessores fecere, ad famam adventus ejus dilapsi. [1] Tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum, & [2] veterem aram Druso sitam disjecerant. Resti-

INTERPRETATIO.

repentinas pluvias, quam ut caperet aliquantum prædæ, simul & uxorem filiamque Arpi principis Cattorum; neque circumsidentes hostes *præbuere Germanico facultatem pugnandi, cùm discessissent ad rumorem adventus illius. Attamen subverterant monumentum nuper Variano militi positum, & antiquam aram Druso structam. Instau-*

NOTÆ.

Hirschfeld & *Fuld*, in circulo Rheni superioris. *Tellemenius.*

1. *Tumulum tamen*] de quo supra lib. 1. *Primum exstruendo tumulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos.* Tumulus ille, non aliud quam κενοτάφιον fuit. Habesque hujus ritûs illustre apud Xenophontem exemplum, Lib. VI. expeditionis Cyri. Ubi inane sepulchrum constituitur militibus defunctis, quorum reliquiæ non faciles repertu. *Quosdam verò ex viis collectos sepelierunt, iis rebus usi, quæ tum suppetebant, quam splendidissime potuerunt, illis verò quos non inveniebant cenotaphium magnum, & pyram ingentem struxerunt, & corollas imposuerunt.* Et apud Virgilium lib. 3.

——— ——— ——— manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.

2. *Veterem aram Druso*] Druso mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipsum. Dio lib. LV. & Suetonius: *Exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem stato die quotannis decurreret, & Galliarum civitates publice supplicarent.* Nescio an huic tumulo adjuncta ara? apparet, quia Suetonius ait, *supplicarent.* Volunt id cenotaphium ad Maguntiacum fuisse, repugnat hic locus, Taciti qui constituit inter Luppiam & Rhenum. Sed & Ravennæ sepulchrum Drusus habuit, à Claudione ejus filio an ab Augusto ipso exstructum? cujus memoria in lapide prisco, ibi.

TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆS. AUG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SUI. DEC. VII. COLLEGII. FABR. M. R. HS. ∞ N. LIBERALITATE DONAVIT. SUB. HAC. CONDITIONE. UT. QUOT. ANNIS. ROSAS. AD. MONUMENTUM. EIUS. DEFERANT. ET. IBI. EPULENTUR. DUMTAXAT. IN. V. ID. JULIAS. QUOD. SI. NEGLEXERINT. TUNC. AD. VIII. EIUSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT. CONDITIONE. SUPRADICTA.

Veterem aram Druso sitam.] Non accepetim neque de cenotaphio, neque alio quocunque opere in honorem Drusi alieno jussu structo, sed de ara quadam ab ipso exædificata, forte in memoriam victoriæ, aliasve ob causas. Sic Alexander duodecim aras in ingressu Asiæ statuit. Justin. 11. 5. Arrian. lib. 1. aliasque ad Indum fluvium. Justin. 12. 10. Curt. 9. 3. Nam verba hæc *Druso sitam* ab ipso Druso ædificatam volunt. Sic infra 6. 41. *Vrbes Macedonibus sitas.* Dixi de hac locutione in indice Floriano, verbo *ponere.* Freinshemius.

Aram Druso sitam.] Fuit haud dubie ara illa structa in honorem Drusi, vel in loco victoriæ, vel mortis ipsius, & videtur fuisse vice tumuli seu cenotaphij, nam circa ipsam aram honori patris, ipse Germanicus cum legionibus decucurrit. Si ara ista monumentum victoriæ fuit, potuit olim exstrui ab ipso Druso, in sui

[1]uit aram; [1]honorique patris princeps ipse [1] cum legionibus decucurrit: [2] tumulum iterare haud visum. Et cuncta [3] inter castellum, Alisonem,
8 ac Rhenum, novis limitibus, aggeribusque permunita. Iamque classis ad-

INTERPRETATIO.

ravit aram, & Cæsar ipse decucurrit cum legionibus, in decus parentis, haud placuit restituere monumentum & omnia inter arcem Alisonem, ac Rhenum novis limitibus fossisque firmata. Et jam erat classe advecta, cum præmissis copiis seu cibariis, parti-

NOTÆ.

tamen honorem. Nec repugnat structam fuisse seu sitam aram illam Druso, & à Druso. Sed potius est structam fuisse Druso seu in honorem Drusi, instar cenotaphij, non apud Rhenum tantùm; sed etiam in inferiore Germania ubi nunc militat Germanicus.

1. *Cum legionibus decucurrit.*] Antiquissimi inventi decursio in funere illustrium virorum. Homerus in funere Patrocli. Virgilius Pallantis descripsit.

Ter circũ accensos cincti fulgentibus armis.
Decurrere reges.

Livius Pœnis etiam usitatam ostendit lib 25. in morte Gracchi. *Alii ab Hannibale, & ea vulgatior fama est, in vestibulo primorum castrorum rogum extructum esse: armatum exercitum decurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum & corporum suæ cuique genti assuetis.* Lucanus lib. 8.

totus in ignem
Projectis mœrens exercitus ambiat armis.

Statius lib. 6. optime.

Tunc septem numero turmas (centenus ubiq;
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Grajugenæ reges: lustrantque ex more sinistro
Orbe rogum, & stantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos egere sinus, illisaque telis,
Tela sonant: quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.

2. *Tumulum iterare haud visum.*] non quasi sperneret mortuos, aut vitem tumulum negligeret, ut insinuat interpres. Gallicus, sed ne rursus offenderet imperitantes, vel etiam Germanos magis irritaret. *Ara* spectabat ad religionem deorum. *Tumulus* ad gloriam Romanorum, ne qui locum cladis rursus hosti victo abstulissent.

3. *Inter Castellum Alisonem.*] Distinguendum videri, *Castellum Alisonem, ac Rhenum*, pronuntiavit Veteranius, & recte, ad mentem Dionis, lib. 54. Nam scribit à Druso castellum exstructum ad Luppiæ & Alisonis confluvia, quod opinor ipsum esse, quod dixit noster obsessum fuisse. Velleio tamen loci nomen Aliso est, & Ptolomæo Ἀλεισον inter Germaniæ urbes. *Vesaliam* hodiernam faciunt. *Lipsius.*

Alisonem.] Aliso, castellum Chassuariorum populorum, ad Luppiam amnem, in parte occidentali Germaniæ. Hodie *Paderborn*, urbs primaria Episcopatus cognominis, in circulo VVestphaliæ. *Tillemon.*

Inter Castellum Alisonem.] Distinguendum hic ego omnino nego. Dio de Sicambris. *victi enim, post ea non perinde ferociter insultabant, imo procul mœsti stantes, non accedebant propiùs. Ita ut Drusus eos contemneret, ibique Castellum strueret, quo loco Luppia & Aliso simul commiscentur & alterum in Cattis, apud ipsum Rhenum:* hoc est: Castellum ad Luppiæ & Alisonis confluentes. Vellejus lib. 11. *Pietas sua Cæsarem reduxit in Germaniam, in cujus mediis finibus, ad caput Luppiæ fluminis, hiberna princeps, digrediens locaverat.*

Eumdem hibernorum locum sive castellum diserte postea *Alisonem* vocat in narratione cladis Varianæ: *L. etiam Caditit*, inquit, *præfecti castrorum, eo-*

venerat, cùm præmisso commeatu, & distributis in legiones ac socios navibus, [1] fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, [2] precatusque Drusum patrem, ut se [3] eadem ausum, libens placatusque exemplo ac

INTERPRETATIO

tisque navibus inter legiones & socios, cum intrasset fossam quam Drusianam *vocant, & rogasset Drusum parentem, ut sibi eadem tentanti, volens & propitius faveret, juvaretque exemplo & memoria* suorum *consiliorum laborumque. hinc per paludes &*

NOTÆ.

rumque, qui una circumdati Alisoni, immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est, qui omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis hostium faciebat insuperabiles, nec temerario consilio, nec segni providentia usi, speculatique opportunitatem, ferro sibi ad suos peperere reditum. Scilicet clade Variana haud procul Alisone Castello, apud Teutoburgiensem saltum facta, protinus Germani ad obsidenda hiberna, Alisone sita, perrexerunt.

Ex his igitur satis perspicuum fit, apud Tacitum quoque *castellum Luppiæ adpositum, & à Chattis obsessum*, idem esse, quod postea *Alisonem* appellat. Hoc quippe *haud procul tumulus Varianis legionibus*, ab Arminio cæsis, *structus* fuerat: apud hoc item *ara Druso, Germanici patri posita*; quum is inter Salam & Rhenum res gerendo obiisset hoc inter *ac Rhenum noves limites aggeresque egit* Germanicus. *Cluverius.*

Apud Muretum *Aliso* fluvius est, qui in Mosellam erumpit. Quod ne quem inducat in errorem, legendum, esse quidem fluvium Alisonem, non tamen Mosellæ, sed Luppiæ, qui & ipse longe infra confluentes Rheni, & Mosellæ in Rhenum exit, sese miscentem; porro hic à Tacito non *Alisonem* fluvium, sed castellum, situm propter eum fluvium, eodem nomine, intelligi. *Gronovius.*

1. *Fossam cui Drusianæ nomen.*] *Fossas* licet Suetonius plurali nomine dixerit; tamen unam solam fuisse constat ideoque rectius *fossa Drusiana* singulari numero adpellatur Tacito. Haud perinde novum atque immensum fuit opus, uti exaggerat Suetonius; quum 8. haud amplius fuerit millium passuum, inter vicum *Yseloort*, & oppidum *Doesborg*: nisi forte infra etiam Dusburgium antiquus Salæ alveus, antea modicus, latior tunc sit factus. Causa Druso agendæ nulla alia fuit, quam uti classem hac cum exercitu, ex superiore Rheni parte in lacum & Oceanum deduceret, Frisios petiturus, & Cauchos. *Cluverius.*

Drusianæ nomen.] Drusi fossa, Usipiorum vel Usipetum populorum in Germania, & inter Rhenum & Salam vel Navalia fluvios hodie *Nieuwe Yssel*, vel *Canal du Rhein à l'Yssel*, in comitatu Zutphaniæ & ducatu Geldriæ provinciis Belgii Fœderati. *Tillemon.*

2. *Precatusque Drusum patrem.*] Quæ superstitione ante prœlium ad Isson *victor Atheniensium Philippus pater invocabatur* ab Alexandro. Curtius lib. 3. Apud Silium lib. 15.

Ac supplex patrios compellat nomine manes
Este duces bello & monstratam ducite ad urbem.

De Africano loquitur in Hispania res gerente.

Precatusque.] Sic vertit interp. Gallicus fossam Drusianam ingreditur precaturque Drusum, perspectis operibus & consiliis paternis, per memoriam facinorum suorum, ut se juvet eadem ausum & iisdem gloriæ vestigiis inhærentem.

3. *Eadem ausum.*] Ita est. Nam & Drusus classe Oceanum tentavit, imò & pugnam navibus conseruit in Ama-

¹ memoria consiliorum atque operum juvaret; ² lacus inde, & Oceanum usque ad Amisiam flumen, secunda navigatione pervehitur: ³ classis Amisiæ

INTERPRETATIO.

mare defertur usque ad Amisiam amnem, prospero cursu. Relicta naves apud Amisiam locum à flumine sic dictum, *sinistrà ripà; & commissum in eo fuit, quod non*

NOTÆ.

sia fluvio, vicitque Bructeros. Strabo lib. 7. *Sunt & alij interjecti navigabiles fluvij, in quorum uno Amasiâ, Drusus Bructeros navali prælio vicit.* Sed & Petracha auctor, arcum triumphalem Romæ sibi visum, Druso Neroni huic inscriptum: è quo fracto hos dumtaxat versus à se lectos

—— —— ad divertia Rheni
Pervasi hostiles depopulatus agros
Dum tibi Roma decus æternaque sudo tropæa
Ister pacatis lenior ibit aquis.

1. *Memoria.*] virtutemque & constantiam suam, recordatione consiliorum atque operum facinorumque, quæ in illis locis edidisset, adjuvaret.

2. *Lacus inde.*] Lacus nominat semper plures ut lib. 1. suprà: *Ipse impositas navibus quatuor legiones per lacus vexit.* At hodie unus, quod mare meridionale appellant. Apparet autem clare, gentes ibi terrasque fuisse pluribus lacubus interstinctas.

Lacus.] nempe Flevo, lacus Germaniæ ad septentrionem & occidentem, hodie *Zuiderzee*, sinus maris Allemaniæ vel *de Noort zee*, in Belgio Fœderato seu Provinciis Unitis. *Tillemon.*

3. *Classis Amisia relicta.*] Locus mihi ambiguæ sententiæ & perplexæ. Vidi qui sic vellet. Classem relictam in ripa citeriore (aspectu Galliæ dico;) & in hoc culpari Germanicum, quod non in ripa ulteriore. Pontibus enim tunc nihil opus fuisset, quibus nunc junxit amnem, & dies plures absumpti. Simplex hæc sententia, fateor, & ex primo verborum aspectu. At qui scrutetur, valde vereor, repugnet.

Primum, si classis in citima ripa posita: quomodo apte annectitur, militem transpositum in terras dextras? sane eo situ, si quid ego capio, uti amnis classi lævus fuit, ita & terræ trans amnem. Deinde, quis hic (malum) Germanici & Romanorum stupor, classem non appellere ad ulteriorem ripam, in flumine jam noto: & vanam illam operam sumere in exstruendo ponte? præsertim re nulla aut hoste impediente. Tertio, si ea res, cur *pontes* multitudinis numero nominat? potuit enim & debuit transmitti ponte uno. Cur *subvehendi* verbo utitur, cum verius *transvehendi*? Nescio an hæc diluent.

Mea de Taciti mente mens est: classem relictam in ulteriore ripa fluminis, uti debuit: sed tamen in ima, & mari proxima, quod non debuit. Quomodo igitur tunc, inquies, amnis illi lævus? expositura nempe navium, quas verisimile est quiescentes eas & in statione habuisse, Nempe proras in Oceanum verterunt, tanquam rediturae, nec ultra scilicet progressuræ. Pone autem milites in iis & vectores ut solet, facie ad proram versa: nonne sic lævus iis amnis, & terræ in quas transponuntur dextræ? peccatum tamen à Germanico, quod humilibus & humentibus illis locis militem exposuerit (debuisset longius subvehere:) in quibus transeundis, opus pontium structurâ. Ad mare enim æstuaria: non sic supra. *Lipsius.*

Amisia.] ibi juxta locum qui à vocabulo fluminis Amisia dicebatur, in sinistra ejus ripa situs, militem exposuit, qua in re dupliciter peccatum fuit, quia enim in terras superiores, quæque in dextra amnis ripa erant, ducere volebat, classem adverso flumine longius subvehere, navesque statim eo latere, quo iturus erat, appellere debuerat. At nunc absumpti sunt plures dies perficiendis pontibus, quibus primo æstuaria, quæ in

relicta, [1] lævo amne, erratumque in eo, [2] quod non subvexit: trans-

INTERPRETATIO.

ultra vexerit naves. In altera exposuit legiones, quæ dextram in regionem irent. Sic

NOTÆ

sinistra ripa erant, deinde ipsum quoque flumen transmitteret.

Quin aliud etiam incommodum inde ortum est: nam quum per loca æstibus marinis obnoxia incederet agmen, equites quidem atque legiones quæ præcesserant, quia in id diei tempus offenderant, quo mare non exæstuat, impune transivere, sed auxiliares copiæ quæ claudebant agmen, interque eas Batavi, advenerant, quum jam intumuisset æstus, itaque dum se temere committunt undis, artemque nandi, qua ab infantia exercentur, ostentant, conturbati, & nonnulli eorum fluctibus hausti sunt.

Classis Amisia relicta.] Verba sunt, ut videtur, luxata, & sic ordinanda; *relicta, erratumque in eo quod non subvexit. Lævo amne transposuit.* Ursinus. Germanicus per Oceanum os Amisiæ ingressus exposuit milites, ut debuit, *lævo amne*, seu in læva ripa amnis, læva scilicet, respectu classis adverso flumine tendentis. At cum militibus in eo loco pergendum esset *in dextras terras*, dextras respectu loci, in quo descenderant: iter invenerunt impeditum æstuariis, ac paludibus. Id fortasse duci ignarum, ideoque incusatur, quod classem ulterius non subvexerit, ut milites ultra humentia exponeret. *Pichena.*

Classis ad Amisiam, sive vicum tunc, sive castellum præsidiarium Romanorum, in statione fuit *relicta, lævo amne*, id est, in læva ripa, sive in ore dicti lacus: quemadmodum anno ante expositus hic miles in lævas Amisiæ fluminis terras circa vicum *Pavving*, *in dextras* hinc trans Amisiam *terras iturus*; versus Visurgim amnem, & oppidum *Mindin*: quo tandem perventum esse, ex reliqua historia liquet. In dextras terras ad ipsum oppidum *Emden* non fuit expositus, quia inde ad dictum locum tendentibus complura erant æstuaria, complures rivi, lacus, atque paludes. In læva igitur ripa postquam aliquot millia passuum emensi erant, tandem placuit Amisiam, forte circa vicum *Iemingen*, ponte trajicere. Sed & hic æstuaria in dextra ripa reperta sunt; *erratumque in eo, quod non* classem ultra ea æstuaria ad siccam humum *Amisia subvexerat*, tunc maxime experto. *Pontes* igitur non modo super ipsum amnem, sed etiam super continentia æstuaria, ac paludes facti sunt. *Cluverius.*

Sententiam Cluverij sequor, Amisiam hic loci nomen esse; deinde verba hæc *lævo amne*: non ita explico, quasi classis fuerit ad dextram ripam, flumen ipsum è sinistro latere, sed quod classis relicta fuerit in ipso lævo amne, in ipsa fluvij sinistra ripa, ut *lævo amne* hic dixerit pro in lævo amne, vel in læva parte amnis, sicut alias dicere solemus extare aliquid *extremo libro*, quod in extrema libri parte extat. Sic noster *extremo jam die*. H. 3, 10. Amisiæ igitur in castello, si forte, aut præsidio Romanorum in sinistra cognominis fluvij ripa, haud longe ab ostio fluminis classem reliquit Germanicus: at eundum illi fuit, primo longius in penitiorem Germaniam, deinde etiam in dextras flumini terras *Freinsh.*

1. *Lævo amne.*] Germanicus relicta Batavorum insula, in qua naves fabricatat, unà cum legionibus & auxiliario milite Drusianam fossam navigavit: mox per vada Flevi lacus Oceanum appulsus, fœlici navigatione, venit ad Amisiam flumen in cujus ore naves reliquit, exposuitque exercitum ad lævam. Quæ accipio vulgariter, ut adveniens exercitus ad manum lævam fluvium haberet. Et quia fluvius Amasius transmittendus erat, & petendus Visurgis, qui superiorem influit Germaniam: ideo pontibus struendis multi absumpti dies. Aurel.

2. *Quod non subvexit.*] Germanicus

posuit militem dextras in terras iturum, ita plures dies efficiendis pontibus absumpti. Et eques quidem ac legiones prima æstuaria, nondum adcrescente unda, intrepidi transiere: postremum auxiliorum agmen, [1] Batavique in parte ea, dum insultant aquis, [2] artemque nandi osten-

INTERPRETATIO.

multi dies consumpti in struendis pontibus. Et equitatus quidem ac legiones trajecere prima vada interriti, nondum intumescente aqua; at qui ultimi incedebant socii & Batavi in eo ordine, seu agmine, dum insultant undis, & natandi peritiam ostentant,

NOTÆ.

in ore fluminis. Amisiæ dextra milites exposuit, navibus ibi sinistra relictis, qua statio fortassis erat, mediterranea que petit, cum potuisset adversum flumen navigando æstuaria vitare, quæ proximis in locis alluvionibus Oceani relinquuntur: id enim sibi vult *subvehere*: nimirum adverso flumine progredi. Sed quisnam amabo error iste, qui Germanico non temere vitio datur? an duo vel tres Batavi in æstuariis hausti? nugæ; quid ergo? plures dies absumpsit, dum pontes æstuariis superandis parat: quamobrem tardiùs revertens, & hieme jam appetente deprehenditur in Oceano, procellisque fœdis agitatur, quod militibus subvectis non accidisset: nam maturius Oceanum ingressus esset. *Salinerius.*

Quæret aliquis, cur naves in faucibus fluminis reliquit, nec subduxit, ut pro pontibus eis uteretur? Sane noster *culpam* vocat: nec tamen in tam claro duce, culpa facile credenda est. *Inemendabilis est error, qui inter arma committitur*, ait Valerius. Existimo in faucibus fluvij reliquisse naves, quo tutiores essent ab hoste propinquo; nec subduxisse, tum propter incognitas fluvij vias, tum quod longa navium series nimium hosti patuisset, trans fluvium posito hoste. Quæri etiam potest, cur in ripam dexteriorem dextrasque in terras primo appulsu non transvexerit militem? forte, quòd appulsus difficilis, quod invius, quod paludum lubrico, vel silvarum rubis infestus. *Aurelius.*

Dupliciter erravit, primo quod *non subvexit naves*, quod adverso flumine longius provectus non est. Deinde quod militem non in dextra ripa, sed in sinistra exposuit. Ergo duplex etiam incommodum sustinuit, primo quod inferiorem marique propinquam regionem propter vicinitatem æstus superare non potuit: deinde quod etiam superatis æstibus adhuc indiguit ponte, quo ex sinistris terris in dextras iturus, ipsum flumen trajiceret. Sed cur, inquis, Amisiæ exposuit? quia forte loci commoditatem spectavit, quam nos temporum istorum, locorumque haud magnopere periti, non ita facile indicaverimus, quam fuisse intelligimus, cum Germanicus absque magna ratione rem eam ita gesturus fuisse credi non debeat. Deinde, etiam si nullam rationem possimus reddere, hoc quoque habemus præcipui, quod ne teneamur quidem ad rationem exponendam in ea re, in qua erratum fuisse Tacitus scribit. *Freinsh.*

1. *Batavique in ea parte.*] Cæsar. 1. Gall. *si pacem P. Rom. cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi Cæsar constituisset.* Livius 38. *Pabulatores lignatoresque Romani in eam partem, in qua colloquium futurum erat, ducti sunt.* Quantum paret ex Livio qui sic loquitur multis locis, possit ita intelligi. *In ea parte*, id est eo loco, statione ordine & agmine, seu *in ea parte* incedentis exercitus.

2. *Artem Nandi.*] Lib. 4. hist. 12. *Erat & domi dilectus eques, præcipuo nandi studio, arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere.* Etiam Agric. 18. *lectissimos auxiliarium quibus nota vada & patrius nandi usus*,

tant, turbati, & quidam hausti sunt. Metanti castra Cæsari [1] Angrivariorum defectio à tergo nuntiatur, missus illico Stertinius cum equite, & armatura levi, igne & cædibus perfidiam ultus est. [2] Flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat, ejus in ripa cum cæteris primoribus Arminius adstitit, quæsitoque *an Cæsar venisset?* postquam *adesse* responsum est; *ut liceret cum fratre conloqui* oravit. Erat is in exercitu cognomento Flavius, insignis fide, & amisso per vulnus oculo paucis ante annis, duce Tiberio, tum permissum, progressusque salutatur ab Arminio, qui [3] amotis stipatoribus, *ut sagittarij nostra pro ripa dispositi abscederent*, postulat; & postquam digressi, [4] *unde ea deformitas* 9

INTERPRETATIO.

disjecti & nonnulli fluctibus absorpti sunt. Castra ponenti Germanico affertur rebellasse Angrivarios à tergo. Confestim ire jussus Stertinius cum equitatu & levibus, ferro flammaque defectionem vindicavit. Visurgis amnis labebatur Romanos inter & Cheruscos. Ejus ad litus accessit Arminius cum aliis proceribus, petitoque, an Germanicus adesset, ubi responsum est adesse. Rogavit ut sibi fas esset fratrem adloqui. Versabatur ille in castris nomine Flavius, & orbatus oculo in pugna, paucis abhinc annis, ductu Tiberii. Tum data colloquendi *copia, & cum processisset* Flavius, *illum salutat Arminius, qui abscedere jussis custodibus* suis, *petit, ut amoverentur* etiam *sagittarii stantes pro nostro litore; & postquam hi abscessere, rogat fratrem, unde ea*

NOTÆ.

quo simul seque & arma & equos regunt, ita repente immisit, Paullinus nempe.

1. *Angrivariorum.*] Hos liquet inter Amisiam & Visurgim incoluisse. Exstat hîc etiam nunc nomen eorum in vico *Engeren*, 9. millibus passuum, in septentriones versus, ab oppido *Osenbrugge* dissito. Extat item, clariore fama, in oppido *Engeren*, ducatûs titulo insignito. *Cluverius.*

Angrivariorum.] Angrivarij populi Germaniæ inter Visurgim & Amisiam amnes. Hodie Episcopatus *Osnabrugg* & comitatus *Teckelenbourg*, in circulo VVestphaliæ. *Tillemonius.*

2. *Flumen Visurgis.*] Mutua Romanorum Germanorumque clade nobilis amnis. Cui famam præcipuè Tacitus dedit: & ipse Tacito (mirum fatum) vitam. Nam quinque hi primores libri inventi Corbeiæ. Quod monasterium ad Visurgim est. Atque illinc depromptum vere hunc thesaurum Quæstor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis. *Lipsius.*

Flumen Visurgim.] Visurgis fluvius ingens Germaniæ ex Meliboco monte in Franconia oriens ac inter Hassiam, Thuringiam, VVestphaliam, & Saxoniam in Oceanum Germanicum, in Frisia orientali quasi medius inter Amisiam & Albim sese exonerans, *Hamelam, Mindam, VVerdam* urbes alluens. Hodie *VVeser* in circulis Saxoniæ inferioris & VVestphaliæ.

3. *Amotis stipatoribus.*] primoribus qui eum comitabantur. Patet ex Taciti verbis antea. *Ejus in ripa cum cæteris primoribus Arminius adstitit.* Non enim habuit satellites, aut corporis custodes, quippe rex non fuit, sed primus inter pares. In colloquiis, vel amovetur omnis comitatus, vel adsunt utrimque comites.

4. *Unde ea deformitas orit.*] Virg. —— *medios volat ecce per hostes Saucius ora, ruitque, &c.*

oris? interrogat fratrem: illo locum, & prælium referente, *quodnam præmium recepisset*? exquirit. Flavius *aucta stipendia, torquem, & coronam, aliaque militaria dona* memorat, irridente Arminio [1] vilia servitii pretia. Exin diversi ordiuntur: hic *magnitudinem Romanam, opes Cæsaris, & victis graves pœnas: in deditionem venienti paratam clementiam; neque conjugem & filium ejus hostiliter haberi.* Ille [2] *fas patriæ, libertatem avitam,* [3] *penetralis Germaniæ deos, matrem precum sociam; ne propinquorum, & adfinium, denique gentis suæ desertor & proditor, quam impera-*

INTERPRETATIO.

labes in facie? Ille memorante locum & pugnam, percunctatur quamnam mercedem accepisset? Flavius refert aucta stipendia, torquem & coronam aliaque præmia belli sibi concessa, *illudente Arminio indignam servitutis mercedem. Mox utrimque colloquium incipiunt. Flavius celebrat* amplitudinem Rom. vires Cæsaris & victis grave supplicium, promptam veniam se dedenti, neque hostili animo se gerere Romanos, erga uxorem & filium ejus. *Arminius memorat* jus patriæ, libertatem antiquam, penetrales Germaniæ deos, matrem obtestationum participem, ne deserere & prodere mallet consanguineos & adfines, &. postremò na-

NOTÆ.

1. *Vilia servitij pretia.*] quæ singula extenuabat Arminius, ostendebatque quam vili pretio rem inæstimabilem, libertatem vendidisset.

2. *Fas patriæ.*] Fas caritasque patriæ, quamque incorruptam à majoribus obtinemus, libertas, & præstites Germaniæ dei nos hortantur, &c.

3. *Penetralis Germaniæ deos.*] Sunt, qui interpretantur, *penetralis Germaniæ*, id est intimæ. Ego, non Germaniæ *penetralis*, sed deos *penetrales* intelligo. Cicero de natura deor. lib. 2. *Nec longe absunt ab hac vi dij penates, sive à penu ducto nomine (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod pen tus insident, ex quo etiam penetrales à poëtis vocantur.* Sen. Theb. Act. 11. *ferte arma, facibus petite penetrales deos.* Dij penates patrij dij sunt & domestici à patribus nobis relicti. Sunt enim & penates publici, ac dij patrij sunt, quos πατρῴους Græci vocant.

Penetralis.] *Dij penetrales* idem quod *penates*, penates sunt domorum, urbium & regionum, ita ut intus præsideant, & sumi possint pro ipsis domibus, urbibus & regionibus. Repetere penates idem ac repetere patriam familiam & civitatem Itaque *penetrales dij* sunt qui *penitus insident* locis & regionibus, sunt genij loci præsides, sunt illi *dij magni, dij boni, dij potentes*, sunt illi *per quos penitus spiramus.* Quos non adire nisi cum magno metu, honore, fortè & horrore licet. Et apud Germanos illi *dij penetrales*, seu dij interioris Germaniæ (id quippe exprobratur Segesti, quod aquilæ Romanæ, toga & secures in interiorem Germaniam & ultra Elbim penetrarint) potuerunt esse ipsi luci seu dij sylvarum, nam ipsi luci & arbores pro diis ipsis colebantur, quemadmodum Montes pro diis habiti, apud alios barbaros. Et illi dij intra profunda sylvarum adorati, vere *penetrales dij* Germaniæ.

De hisce diis penetralibus intelligi possit quod habet Tac. lib. de motib. Germ. 39. *Stato tempore in sylvam auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt, cæsoque publice homine celebrant*, &c. *Est & alia luco reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut*

minor

ter esse mallet. Paulatim inde ad jurgia prolapsi, quo minus 1 pugnam conseterent, ne flumine quidem interjecto cohibebantur: ni Stertinius adcurrens, plenum iræ, *armaque & equum* poscentem Flavium attinuisset. cernebatur contra minitabundus Arminius prælium que denuntians. nam pleraque Latino sermone interjaciebat, ut qui Romanis in castris

INTERPRETATIO.

tionem suam. quam ei cum imperio præesse. *Hinc sensim ad rixas provecti, ne amne quidem interposito prohibebantur, quin prælio congrederentur: nisi Stertinius advolans cohibuisset Flavium, ira percitum postulantemque & arma & equum. Conspiciebatur ex altera parte Arminius, minis atrox, & pugnam denuntians. Quippe multa Latinis verbis interserebat, ut qui militasset in exercitibus Rom. dux Ger-*

NOTÆ.

minor & potestatem numinis præseferens, &c. tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus, cætera subjecta atq; parentia Et infra ubi de Hertho seu Terra matre. *Est in insula Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum veste contectum, attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali deam intelligit,* &c. Tunc non bella ineunt, pax & quies tunc tantum nota, *donec idem sacerdos satiatam conversatione mortalium deam templo reddat. Mox vehiculum & vestes, & si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.*

Possit adscribi numero penetralium Germaniæ deorum, dea illa quæ retrocedere Drusum imperatorem Germanicas terras vastantem jussit, quæ & ipsi imminens exitium portendit. Nondum dicare liceat fatidicas illas virgines Germanicas Auriniam & Velledam quæ tamen ut novæ Sibyllæ oracula reddebant ex turribus editis, teste Tac. quæ tamen non ut deæ à barbaris, sed ut interpretes deorum colebantur.

De diis penatibus sic Macrob. 3. sat. 4. Qui diligentius quærunt veritatem, penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Esse autem medium æthera Jovem, Junonem verò imum aera cum terra, & Minervam summum ætheris cacumen, &c.

De his diis sic Dionysius lib. 1. Hos deos Romani penates vocant, Græci vario modo conati significationem reddere. Alij πατρῴους, alij γενεθλίους; quidam κτησίους, quidam μυχίους, nonnulli ἑρκείους appellarunt, quarum appellationum singulæ aliquam certam proprietatem exprimere voluisse videntur: fierique potest, ut licet, non eodem modo, idem tamen omnes aliquatenus significent. Eorum effigiem atque habitum Timæus describit in hunc modum, sacra in Laviniatum adytis reposita esse caducea ferrea & ærea Trojanamque testam fictilem: idque se cognovisse ait, ex ipsis civibus. Ego verò quæ videre non est fas omnibus, neque audire ab his qui viderunt, licet, ea nec scripto prodere censeo: quin & illis succenseo, qui curiose inquirunt & sciscitantur plura, quam concessum est legibus. Hæc ille. Cum dicit Dionys. vocari deos illos *μυχίους, ἑρκείους*, cum dicit repositos esse *in adytis*, nec patere omnibus, nisi forte initiatis, nec curiosius inquirendum esse in illa numina, satis innuit *penates* esse eosdem & *penetrales* deos.

1. *Pugnam consererent.*] Nempe, quin ambo fratres singulare certamen inter se committerent; at infra *præliumque denuntians.* De summa belli, seu generali prælio intelligendum, nam addit statim Tac. *Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit.* Nempé ut decertarent adversus legiones Romanas. Cum videret Arminius attineri Flavium & se pro-

ductor popularium meruisset. Postero die Germanorum acies trans-Visurgim stetit. Cæsar, nisi pontibus præsidiisque impositis, dare in discrimen legiones [1] haud imperatorium ratus, [2] equitem vado tramittit. præfuere Stertinius, & [3] è numero primipilarium Æmilius, distantibus locis invecti, ut hostem diducerent qua celerrimus amnis, Cariovalda dux Batavorum erupit; eum Cherusci fugam simulantes in planitiem saltibus circumjectam traxere: dein coorti, & undique effusi trudunt adversos, [4] instant cedentibus, [5] collectosque in orbem, pars

INTERPRETATIO.

manorum suorum. *Postera luce exercitus Germanorum adstitit tran: Visurgim. Germanicus haud existimans prudentis ducis esse, periculo exponere legiones, nisi pontibus, stationibusque dispositis, equitatum vado trajicit, duxere Stertinius & ex ordine primipilarium Æmilius, diversis partibus irrumpentes. ut distraherent barbaros. qua rapidissimus fluvius, Cariovalda dux Batavorum invectus est. Cherusci terga vertere fingentes, eum illexere in campum circaudatum sylvis: dein consurgentes & undique erumpenses proturbant. oppositos, premunt recedentes, volventesque se in orbem,*

NOTÆ.

hiberi ne singulari prælio decerneret, tum generale *prælium* ipsi denunciat in posterum diem. Nec defuit promissis minisve. nam *postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit.* Sic apud Liv. 4. 2. Quid victo gravius Imperares T. Quinti? atque ita se ex colloquio proripuit, & temperatum ægré est, quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent.

1. *Haud imperatorium ratus.*] Sic Sueton. Jul. 58. *In obeundis expeditionibus dubium cautior, an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit umquam, nisi perspeculatus locorum situs. Neque in Britanniam transuexit, nisi ante per se portus & navigationem. & accessum ad insulam explorasset.*

2. *Equitem vado.*] Cum equitatu misit, qui vado traijcerent amnem, deinde bipartitis turmis, diversis locis adorirentur hostem, eumque distraherent.

3. *E numero primipilarium.*] Primipili centuriones ex omnibus erant honoratissimi, sic appellati, quod *pilanos*, hoc est *Triarios* (Varro lib. 4. de ling. lat. Ovid. fastor. 3. 129.) ducerent. Eratque hæc permagna dignitas, nec ferme nisi insignis virtutis precium. Vide Cæsar. Civ. 3. 53. Erantque in legionibus singulis singuli, quibus omnes ceteri centuriones parebant, ut constat ex Dionysio 9. 10. Igitur non mirabimur sæpius eos magnæ copiarum parti fuisse præpositos, ut hic, & 13. 36. h. 4. 15. neque minus apud alios auctores. *Freinshemius.*

Primipilares etiam si omnia stipendia nondum confecissent, quia tamen primum pilum gesserant, habebantur pro emeritis, & equitibus dignitate æquabantur: itaque quoties in gratiam imperatorum & spe præmiorum militiam iterum sumerent, non jam merebant in ligionibus, sed separata quædam cum cæteris evocatis manus erant, quæ fere circa imperatorem versabatur, donec ad eumdem primipili aut majorem alium honorem promoverentur. Itaque & in castris, in pedatura cohortium prætoriarum collocantur proxima imperatori.

4. *Instant cedentibus.*] Cedentem, quodque ultimum rebus dubiis præsidium est, in orbem pugnantem, pars collato pede, alij eminus missilibus certantes protrudunt.

5. *Collectosque in orbem.*] Livius lib. 4. *Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes, pœnas rebellionis dedissent,*

congressi, quidam eminus proturbant. Cariovalda diu sustentata hostium sævitia, hortatus suos, ut ingruentes catervas globo frangerent; atque ipse in densissimos inrumpens, congestis telis & suffosso equo labitur, ac multi nobilium circa: cæteros vis sua, aut equites cum Stertinio Æmilioque subvenientes, periculo exemêre. Cæsar transgressus Visurgim indicio [1] perfugæ cognoscit, *delectum ab Arminio locum pugnæ: convenisse & alias nationes in silvam Herculi sacram, ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem.* habita indici fides, & cernebantur ignes; suggressique propius speculatores, *audiri fremitum equorum, immensique & inconditi agminis murmur*, attulere. Igitur propinquo summæ rei discrimine, [2] explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, secum agitabat. [3] *Tribunos & centuriones læta sæpius quam comperta nuntiare; libertorum servilia ingenia; amicis inesse adulationem: si concio vocetur, illic quoque, quæ pauci incipiant, reliquos adstrepere. penitus noscendas mentes, cum secreti & incustoditi, inter militaris cibos, spem aut metum proferrent.* Nocte cœpta [4] egressus augu-

INTERPRETATIO.

conglobatosque, alij hostium cominus pugnantes, alij eminus protrudunt, profligant. Cariovalda diu tolerata Germanorum violentia, monuit suos ut globo seu cuneo perrumperent incurrentes catervas, & ipse in confertissimos inruens, ingestis missilibus & confosso equo cadit, ac multi primorum circa, altos vel strenuitas sua, vel equitatus cum Stertinio Æmilioque succurrens, eripuere discrimini. Cum Germanicus transmisisset Visurgim, monitu transfuga comperit, destinatum ab Arminio campum prælio, & cæteras gentes confluxisse in lucum dicatum Herculi, & tentaturos noctu castra adoriri. *Adhibita fides monenti, & ignes conspiciebantur, atque exploratores nostri qui propius* hostes *accesserant, renuntiavere*, auditi hinnitum equorum & strepitum ingentis inordinatique exercitus. *Igitur imminente certamine, quo de summa belli transigeretur, introspiciendas militum mentes ratus, secum pensitabat; quanam ratione id sincerum & intemeratum foret.* Tribunos & centuriones sæpius afferre grata, quam certa; libertorum serviles mores animosque, amicis subesse ad sentationem: si exercitus convocetur, illic etiam, quæ *pauci ordiantur, cæteros* adprobare & applaudere, prorsus explorandos animos, cum seorsim & inobservati inter castrenses epulas, spem vel formidinem promerent. *Nocte inchoata*

NOTÆ.

ni Vettius Messius ex Volscis nobilior vir factis, quam genere, jam orbem volventes suos increpans clara voce, &c. Idem lib. 2. *Qui plures simul terga dederant, conversi in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare.*

1. *Perfuga.*] Qui ad hostem se contulit, *perfuga* & *transfuga* promiscue vocatur. Originem autem si penitus introspicias, ab iis quidem quos deseruit, *transfugam* ab his ad quos profectus est, *perfugam* appellatum existimes.

2. *Explorandos militum animos.*] Sic Veget. 3. 12. Ipsa die qua certaturi sunt milites, quid sentiant diligenter convenit explorare. Nam fiducia vel formido ex vultu, verbis, incessu, motibusque cernitur.

3. *Tribunos.*] Centuriones & tribunos, sive per negligentiam, sive, ne ducis animum offendant, sæpius prospera nunciare, quam vera & cognita: libertos servilia ingenia retinere, patronoque volentia potius dicere, quam utilia

4. *Egressus augurali.*] In castris Ro-

manis ad dextram Prætorij Augnraculum fuit, ubi duces auspicarentur, & ex pullis auguria captarent. Quod Græcis οἰωνιστήριον est, sic & Tacito commemoratur *Auguralis ara* in castris Corbulonis lib. 15.

Egressus.] Noctis initio tabernaculo suo egressus per occultos tramites & vigilibus ignotos, uno tantum comitante, ferina pelle, quasi ex auxiliaribus Germanis esset, contectis humeris, adit &c. *Freinsh.*

Augurali.] Hyginus ubi de Auguraculo sic legendus est. *Auguratorium parte dextra pratorij ad viam principalem adponemus, ut dux in eo augurium recte capere possit: parte læva tribunal statuitur, ut augurio accepto insuper ascendat & exercitum felici auspicio alloquatur.* Romæ ad D. Joannis Lateranensis. TRAJANUS HADRIANUS AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XX. IMP. II. COS. III. P P. AUGURATORIUM. DILAPS. ....

Tacitus ostendit, ita tabernaculo imperatoris adjunctum & continuatum fuisse *Augurale* ut ignaris vigilibus è prætorio egredi potuerit. Nisi verius est à parte hac sanctiore & auspiciis, quæ unius imperatoris erant, totum prætorium *augurale* appellatum, atque ita hic à Tacito appellati: verba quidem id facile persuadeant. Cum enim dicit *egressum augurali* Germanicum *per occulta & vigilibus ignara*, non per *augurale*, innuit jam ante fuisse & tensionem habuisse in loco, qui augurale dicebatur. Et solitum veteribus, augustis ejusmodi locis, quo major inesset religio, à parte sanctiore nomina indere. Sic Capitolium quondam *auguraculum* dictum fuisse, Festus scribit: *Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice auspicarentur.*

Nescio anne & Quintilianus confirmet hanc sententiam, loco sæpius à viris doctis citato, sed non satis explicato; *carmen funebre propriè Nænia & tabernaculum ducis Augustale.* An fuerat *augurale?* Josephus constitutum inter media principum tabernacula prætorium, ναῷ παραπλήσιον, id est *templo simile* fuisse ait. *Schelius.*

Augurali] *Prætorium* seu tabernaculum ducis potuit ævo Quintiliani, seu principum qui *Augusti* dicti, appellari *Augustale*, quod tamen non idem fuit cum *Augurali*, seu *Auguraculo*. Nam in parte dextra prætorij, seu *Augustalis* positum fuit *Auguraculum*. Cum dicit Tacitus Germanicum egressum esse *Augurali, per ignota & vigilibus ignara*, simul innuit potuisse alia parte egredi tabernaculo & *Auguraculum* illud fuisse adjunctum prætorio, veluti partem secretiorem tabernaculi, fortè quasi sacellum aliquod, ex quo auspicia captaret, fortè & quo sacra faceret. Nam ibi *ara* ut patet ex eodem Tacito lib. 15. 30. Vbi de fœdere inito cum Parthis & Tiridate. *Addidit gloria Corbulo comitatem epulasque, & regitante Rege causas, quoties novum aliquid adverterat, ut*, &c. *structam ante Augurale aram; subdita face accendi*, &c.

Vnde patet fuisse discrimen inter *Prætorium* & *Augurale*. Nam in prætorio, seu tabernaculo Corbulonis ducis celebrabantur illæ epulæ, at sacrificium fiebat in Augurali ubi ara *face subdita* accendebatur, quamvis tamen *Augurale* pars fortè esset prætorij cui proximè adjunctum erat. Teste Varrone *prætorium* fuit testudinea forma, pæne in rotundum. Fortè hac de causa Josephus illud cum templo comparat, quod templa pleraque rotundâ, præcipue templum Hierosolymitanum. Aut etiam quod *Prætorium* eminebat mediis in castris, ut in urbe aliqua templum. Fortè etiam, quia Religio ibi & pars sacrorum. Certe ibi *Augurale* fuit, ubi sacrificare & auspicari imperator solebat. In ara illa quæ in Augurali structa, solemniter libamenta aliqua illata & cremata quotidianæ religionis ergo. Igitur duo membra prætorij, nempe *Augurale* parte dextra, & *Tribunal* læva. Quod putat *Lipsius* capiendum pro intrantium ratione & aspectu venientium à *Decumana* porta.

Cum igitur concio haberetur apud il-

rali, per occulta & vigilibus ignara, [1] comite uno, contectus humeros [2] ferina pelle, adit castrorum vias, adsistit tabernaculis, fruiturque fama sui: cum hic *nobilitatem ducis*, *decorem* alius, plurimi *patientiam*, *comitatem*, *per seria per jocos eundem animum*, laudibus ferrent, *redden-*

INTERPRETATIO.

cum exisset Augurali, per secreta & excubiis ignota, cum socio uno, indutus humeros, spolio ferino, init castrorum vias, adstat tentoriis, & potitur existimatione sui, cum hic claritudinem Imperatoris, speciem alius, multi tolerantiam, civilitatem, inter seria & jocos æqualem mentem, *laudibus extollerent, profite-*

NOTÆ.

lud tribunal seu apud principia, cum fœdus, aut quid aliud solemne celebraretur, quod numquam fere sine sacrificio & epulis fiebat, si spectes majestatē prætorij, Auguralis, tribunalis, si spectes aquilas vexilla cæteraque signa legionum, legionesque ipsas tale tribunal cum summo honore circumdantes. Si spectes imagines deorum, heroum & imperatorum, certè intueri videberis templum & certè longe majorem quam in templis magnificentiam honoremque. Quod magis patebit ex loco Tac. lib. 15. 29. Vbi de fœdere Tiridatis qui magni Regis frater. *Magna utrinque species, inde eques* (Parthorum nempe) *compositus per turmas & insignibus patriis; hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis signisque & simulacris deûm in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, & sedes* (curulis) *effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis* (haud dubie ante augurale quod non procul à tribunali) *sublatum capite diadema imagini subjecit.*

Vel si aliquo loco medio inter Parthos Romanosque structum illud tribunal, quod non esset pars prætorij Romani ducis; attamen eodem modo se habere debuit res, quo solebant talia fieri apud Romanos, & maximè quia ipsi Romani concedebant pacem & Armeniam Tiridati Regi.

1. *Comite uno.*] Intellige amicum aliquem ex illustribus. Non enim *Comites* vocantur servi aut liberti, aut aliqui & vulgo. Sed nobiliores amici. Sic supra Tac. lib. 1. 5. *Rumor incesserat paucos ante menses Augustum electis consciis & comite uno Fabio maximo Planasiam vectum, &c.* Vbi distinguendum inter *conscios* illos & *comitem* unum. Nam conscij cujuscunque sortis fuere, *Comes* verò non nisi nobilis. Attamen Græci *Comites* dicuntur, sed quia docti illi & sapientiæ magistri, ideo inter claros & illustres censentur, ideoque & inter comites principum adsciti, sed tamen tantùm tertio loco, ut patet ex Suet. ubi de Tiberio. *Comes* sumitur etiam aliquando pro *Rectore* qui juveni adponitur.

Virgil. 9. —— *Hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos*

Tum comitem Ascanio pater addidit.

2. *Ferina pelle.*] Quare ferina pelle? ut habitum mentiretur Germani, credo; qui plerumque pelliti. Germani autem multi non in castris solum, sed, ut opinor, inter ejus custodes. *Lipsius.*

Ferina pelle.] Fortè ut speciem imperatoris tegeret, & se unum è multis fingeret Germanicus. frigidò illo & atroci cœlo Germaniæ pelliti erant non modo Germani auxiliares, sed & ipsi Romani milites Germaniciani id est illo solo exloque merentes caligæ, ut patet ex Tacito libris histor. nec fortè ob frigus tantum, sed etiam in terrorem hostium ferinas has pelles induebant, nec solum modo tales pelles eingebant Germaniciani, sed & quicunque alij mili-

damque gratiam in acie faterentur; simul *perfidos & ruptores pacis*, [1] *ultioni & gloriæ mactandos.* Inter quæ unus hostium Latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce magna, *conjuges*, *& agros*, *& stipendij in dies*, *donec bellaretur*, [2] *sestertios centenos*; *si quis transfugisset*, Arminij nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras: *veniret dies*, *daretur pugna*: *sumpturum militem Germanorum agros*, *tracturum conjuges*; *accipere omen*, *& matrimonia ac pecunias hostium prædæ de-*

INTERPRETATIO.

renturque gratiam ei referendam in certamine, *simul* rebelles, & infractores fœderis vindictæ & decori illius immolandos. *Inter ea unus hostium latini sermonis peritus, admoto propius castra equo, Arminij verbis promittit, alta sublataque voce*, uxores, & prædia, & centum sestertios stipendij diurni, quandiu bellum haberetur, si quis ad Germanos transiisset. *Irritavit ea injuria legionum animos*, adesset jam dies, committeretur prælium: capturum militem terras Germanorum, rapturum uxores, recipere omen, & uxores, ac opes hostium in præ-

NOTÆ.

tes Romani gerebant pellem ferinam, ita ut caput feræ caput militis tegeret instar galeæ in terrorem, cætera pellis in dorsum illius descenderet; quod sic expressit Virgilius 2. Æn.

Tigridis exuvia per dorsum à vertice, &c.

Et lib. 7.

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti.

Etiam apud Virgil. Evander sic describitur.

Demissa ab læva pantheræ terga retorquens
Et infra ——— *quem fulva leonis*
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

Cujus habitûs expressæ multæ imagines in Lipsij militia Rom. Non mirum igitur si talem habitum induit Germanicus, ut qui agnosci nollet, & qui se unum è multis credi voluit.

1. *Ultioni.*] *Ultioni* suæ, nempe *militum*, *& gloriæ*, nempe *Germanici*, vel fortè utrumque intelligi possit, nempe ultioni simul & gloriæ tum militum quum ipsius Germanici.

2. *Sestertios centenos*] Sunt duo coronati & dimidius, seu septem libræ & insuper dimidia, hoc stipendium diurnum militi transfugienti promittebat, durante bello, & bello confecto *conjuges & agros*, nempe tamquam commoda & præmia emeritæ militiæ.

Sestertios centenos.] Æquo numis imperialibus tribus cum sesquiuncia. Vide supra 1. 75. quæ certe summa prægrandis fuerit, & Germanis vix persolvenda. *Freinshemius.* Intellige aureum Romanum. (confer. 1. hist. 14. & Suetonium Otthone cap. 4.) 25. denarios, nostros imperiales vel unciales tres ipsos, Philippos duos & dimidiatum. Genera autem ista nummorum & copiam quin ab ipsis acceperint dubitare nefas. Nam ut integræ cohortes aut manipuli transirent qui numero suo difficilem solutionem facere possent, ne Arminius quidem speravit. *Gronovius.*

Centenos.] Dubitant an potuerit, an etiam velle potuerit Arminius tantam pecuniam solvere. Multa sic promittuntur in angustiis belli, quæ postea exsolvuntur eo modo & ea fide qua promittuntur. Sic Xenophon de Cyro juniore: *Scripsit Lacedæmoniis hortatusque est, ut sibi opem ferrent, mitterentque viros militares, quibus se daturum dicebat, si pedites sint, equos, si equites, currus, si villam habuerint, vicos, si vicos, urbes, stipendium verò non numero, sed mensura datum iri secum in expeditionem euntibus.*

Sic Frontinus 4. *M. Cato pollicenti-*

stinare. [1] Tertia ferme vigilia adsultatum est castris, sine conjectu teli; [2] postquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remissum sensere. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, [3] viditque se opera-

INTERPRETATIO.

dam spe & animo præsumere. *Tertia fere vigilia insultatum est vallo, sine jactu missilium; post quam animadvertere consertum & frequentem pro castris militem, & nihil neglectum aut incustoditum. Eadem nocte grata Cæsari species in somnis*

NOTÆ.

bus barbaris duces itinerum, & insuper præsidium, si magna summa eis promitteretur, non dubitavit polliceri: quia aut victoribus ex spoliis hostilibus poterat dare, aut interfectis exolvebatur promissio.

Sic & Julianus imperator, ubi de Tyranno qui fratrem Constantij interfecerat: *quibus & omnia in prædam expositurum minabatur, daturum se tribunum tribuno, centurionem centurioni, & militem militi ex adversis partibus, cum opibus, vasis & sarcinis, neque vel corpus ipsum liberum relinquebat.*

1. *Tertia ferme vigilia.*] Hoc est, à sexta hora noctis. Suidas dictione προφυλακή, quatuor esse vigilias, seu φυλακὰς tradit in nocte, quarum unaquæque tres horas habet. De his Virgilius: *& noctem custodia ducit.* Aleiatus. Id est, post sextam horam noctis: nam quælibet nox in quatuor dividebatur vigilias, hieme longissimas; æstate brevissimas. Unaquæque tres horas continebat, cum perpetuo duodecim diei, duodecim noctis horæ apud antiquos essent, *inæquales* seu *planetariæ* ab Astronomis appellatæ. Lucan. lib. 5.

> ——— *Jam castra silebant.*
> *Tertia jam vigiles commoverat hora secundos.*

Vigiliæ verò clepsydra æqualiter distinguebantur. Veget. lib. 3. cap. 8. *In quatuor partes ad clepsydram sunt divisæ vigiliæ.* P.

2. *Postquam crebras.*] Quia firmas ante munimenta stationes omniaque intenta atque instructa videbant, sine conjectu teli recesserunt.

3. *Viditque se operatum.*] Operandi verbum, ad sacra. Tibullus, *Tunc pubes operata deo.* Curtius: *per dies decem Libero patri operatum habuit exercitum.* Restitue apud Livium, lib. 10. *Dum hostes operati superstitionibus, concilia secreta agunt, Amiternum opidum de Samnitibus vi cepit.* Quod ait, *respersam prætextam:* scire licet pontifices, imo sacerdotes omnes, cum diis facerent, *prætextâ* usos. Germanicus autem *Augur.* Lampridius in Alexandro, *Accepit prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi, non imperatoris.* Appianus. lib. 1. bell. Civil. Οὕτως μὲν Ἀσελλίων στρατηγῶν τε καὶ σπένδων, καὶ ἱερὰν καὶ ἐπίχρυσον ἐσθῆτα ὡς ἐν θυσίᾳ περικείμενος, ἀμφὶ δευτέραν ὥραν ἐσφάζετο ἐν ἀγορᾷ μέσῃ περὶ ἱεροῖς. *Sic quidem Asellio prætor cum rem divinam faceret, sacra aureaque veste indutus, ut in sacrificio, circa secundam horam* (quæ octava nostro more) *medio in foro, inter sacra occisus est.*

Quintilianus declamat. cccxl. *Ego vobis allego etiam ipsum illud sacrum prætextarum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus: quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus ac venerabilem.* Spartianus in Hadriano: *natali suo ultimo cum Antoninum commendaret, prætexta sponte delapsa caput ei operuit.* Vbi corrigo, *aperuit:* quia sacrificabant capite velato. Adi & Zosimum lib 4. ubi delata ad Gratianum Christianum principem prætexta pontificia, & spreta. Ab hac mente Plinius placari purpura deos scripsit, respiciens scilicet ad prætextam lib. 9. *Distinguit ab equite curiam, dis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat.*

tum, [1] sanguine sacro respersa prætexta, pulchriorem aliam manibus aviæ Augustæ accepisse. Auctus omine, [2] addicentibus auspiciis, vocat concionem, & quæ sapientia prævisa aptaque imminenti pugnæ

INTERPRETATIO

obversata est, conspexitque, aut conspexisse visus est, cum rem divinam fecisset, cruore sacro perfusâ prætextâ, speciosiorem aliam sibi traditam ab avia Augustâ. Firmatus auspicio; & secundis avibus convocat, exercitum apud principia. *Me-*

NOTÆ.

1. *Sanguine sacro respersa prætexta*] lib. 2 14. Mirari subit quod Tacitus læto omini tribuat, respersum esse imperatorem sanguine victimæ. Quippe alij auctores Dio & Suetonius, id funestum tradunt. Dio, lib. 46. Pansæ cladis, & exitij reipu libertatisq; omen fuisse dicit, quod inter sacrificandum prætexta consulis cruentata esset. *Interim prodigia non vilia urbi, ipsique consuli Vibio Pansæ evenerunt*, &c. *In sacris quæ iustio belli haberi consueverunt, exta ab auspicibus propter multitudinem sanguinis dijudicari nequivere: interimque puniceam ei quidam vestem afferens, in effuso cruore lapsus, casu suo vestem contaminavit*, &c. Et Suetonius de Caligula 57. *Prodigiorum loco habita sunt etiam, quæ fortè illo ipso die, paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est Phœnicopteri sanguine*. Hoc, puto, discrimen est inter illa omina Pansæ consuli, Caligulæ, & Germanico oblata, quod in somnis & per quietem vidit Germanicus *se* diis *operatum*, & sanguine sacro respersam esse prætextam, sed simul etiam vidit se *pulchriorem* aliam vestem *manibus aviæ Augustæ accepisse*, quod bono omini fuit, quod faustam & lætam ipsi quietem attulit.

At verò Vibius Pansa consul, non in somnis, sed revera vidit ipsissimis oculis inter cruenta bella civilia, puniceam & consularem vestem cruore respersam & contaminatam, quod omen fuit exitij reipub. & libertatis & ipsius consulis & consulum. Nam in consulibus sita respub. & libertas videbatur. cæso & oppresso consule & consularibus insignibus fœdatis pollutisque, simul oppressa respub. extincta libertas visa est, quod & statim contigit, evecto supra rempub. Cæsare Octaviano per bella civilia.

Idem dici potest de Cajo principe, qui *sacrificans respersus est sanguine* victimæ. Id enim omen fuit cædis illius, & cito fundendi sacri & divini sanguinis, se enim inter deos immortales adscribebat, Cajus qui ne quidem inter mortales esse ad unum illum diem debuit. At contra Germanicus lætum omen accepit *sanguine sacro respersa prætexta*, quia *pulchriorem aliam manibus aviæ Augustæ accepisse* visus est. Quod intelligi debet de *veste triumphali* (nam illo omine victoria ei portendebatur) quæ vestis longe speciosior, quam prætexta, & certè imperatores deponebant prætextam consularem, ut triumphalem adsumerent, & transacto triumpho prætextam resumebant quæ vestis magistratuum fuit. Vnus Marius veste triumphali senatum ingredi ausus est.

Addicentibus auspiciis.] Quum pullarij etiam læta auspicia renuntiarent. de pullis propriè intelligenda hæc sunt *auspicia*: quæ præsertim ubi prælium instabat, solemniter consulebantur Florus 1. 1. *à diis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat, quod pugnare ab his vetaretur*. Livij locus egregius est 10. 40. *Tertia vigilia Papirius silentio surgit, & pullarium in auspicium mittit*: & deinceps toto capite. Possent & alia multa in hanc rem adferri, si hoc ageremus, aut ulteriore probatione indigeret expositio nostra. *Freinsh.*

differit:

differit: *Non campos modo militi Romano ad prælium bonos, sed si* [1] *ratio adsit, silvas & saltus, nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi quam pila, &* [2] *gladios, & hærentia corpori tegmina, densarent ictus,* [3] *ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro,* [4] *nervove firmata,* [5] *sed viminum textus, vel tenuis &* [6] *fucatas colore tabulas: primam utcunque aciem hastatam: ceteris, præusta aut* [7] *brevia tela, jam corpus, ut visu torvum, & ad brevem impetum validum; sic nulla vulnerum patientia:* [8] *sine pudore flagitij, sine cura ducum, abire fugere, pavidos adversis, inter secunda, non divini, non humani juris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant; hac acie parari: propio-*

INTERPRETATIO

morat quæ prudentia sua prævidisset, quæque opportuna essent impendenti discrimini: non plana solum legionibus Rom. ad pugnam oportuna sed si mens adsit & prudentia, silvas saltusque, nec enim ingentia Germanorum scuta, prægrandes frameas, inter stipites arborum, & prominentes è terra surculos, æque facile regi circumagique, ac pila & enses, atque aptas membris loricas, crebra ingererent tela, faciem gladiis peterent, non loricam barbaris, non cassidem, ne quidem clypeos ferro aut nervo munitos, sed contextos solo vimine, vel exiles, & coloribus infectas tabulas, primos utcunque ordines lanceis armatos, aliis esse hastas præustas, aut breves. Præterea corpus, ut specie atrox, & ad brevem insultum strenuum seu violentum, sic nulla plagarum tolerantia, sine pudore aut metu probri, sine reverentia erga duces, abscedere prælio, & terga vertere, trepidos improsperis, inter prospera, divinum, humanumque fas perinde proculcantes, si molestiæ itinc-

NOTÆ.

1. *Ratio.*] Modò sciat arma consilio temperare.

2. *Gladios & hærentia.*] Gladiíque breves & habiles, & munimenta ad modum corporis facta, eique adpressa & inhærentia.

3. *Ora mucronibus.*] Quia nempe nuda & intecta capita barbarorum, addit Tacitus, *non loricam Germano, non galeam, &c.*

Ora mucronibus quærerent.] Sic Cæsar Julius in acie pharsalica hortabatur militem, ut peteret vultus. Nam intecta illa pars quidem, sed sensu multo multum prædita, & in qua totus homo sit.

4. *Nervove.*] Quod ait, *non nervo*, firmata scuta, id est, non corio, non tergore boum munita. Erant autem scuta composita ex ligno & corio & ære, Ovidius Metam. 12. *Quod & æs & proxima rupit Terga novena boum.*

5. *Sed viminum textus.*] Nonius ex Sallustio hist. lib. 4. *Soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem, se quisque in formam parmæ equestris armabat.* Virg. 7. Æneid. *Flectuntque salignas Vmbonum crates.* Ubi Servius de Lucanis loquens; *de pecore coria recens detracta, quasi glutino adolescebant.*

6. *Fucatas colore.*] Tac. Germ 6. *Scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis lorica, vix uni alterive cassis aut galea.*

7. *Brevia tela.*] Tac. Germ. 6 *Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto & brevi ferro; sed ita acri & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent.*

8. *Sine pudore flagitij.*] Germ. 6. *Cedere loco, dummodo rursus instes, consilij, quam formidinis arbitrantur.*

rem jam Albim, quam Rhenum; neque bellum ultra, modo se patris pa-
truique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent. Orationem
15 ducis secutus militum ardor; signumque pugnæ datum. Nec Arminius
aut cæteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari: *Hos*
esse Romanos Variani exercitus [1] *fugacissimos, qui ne bellum tolerarent, se-*
ditionem induerint: [2] *quorum pars onusta vulneribus tergum, pars fluctibus*
& procellis fractos artus, infensis rursum hostibus, adversis diis objiciant,
nulla boni spe, classem quippe, & avia Oceani quæsita, ne quis venientibus
occurreret, ne pulsos premeret: sed ubi miscuerint manus, inane victis ven-
torum remorumve subsidium meminissent modo avaritiæ, crudelitatis, super-
biæ; [3] *nil aliud sibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante servitium.*
16 Sic accensos, & prælium poscentes in campum, cui [4] *Idistaviso* nomen,

INTERPRETATIO.

rum, ac Oceani, exitum velint; hoc prælio haberi posse, jam viciniorem Albim, quam Rhenum; neque bellum posthac amplius futurum, modo se parentis sui Drusi patruique Tiberij vestigiis insistentem, iisdem in regionibus victorem statuerent. *Concionem Imperatoris excepit alacritas legionum & signum prælij datum. Nec Arminius, aut alij principes Germanorum negligebant hortari suos quisque:* hos esse Romanos è Variana clade maximè in fugam pronos, qui, ne bellum sustinerent, discordiam moverint, quorum alij plagis mutili, rursus tergum objiciant infestis hostibus, alij undis & tempestatibus lacerata membra iterum infensis pelagi numinibus exponant, nulla spe melioris sortis. Quippe paratam classem, & petita avia Oceani, ne quis obviam iret accedentibus, ne quis proturbatis instaret; sed statim atque ipsi pugnam conseruerint, inutile fore profligatis hostibus subsidium ventorum remorumve, jam tantummodo recordarentur avaritiæ, sævitiæ, & superbiæ Romanorum, & nihil aliud sibi superesse, quam tueri libertatem, aut perire ante servitutem. *Sic incitatos & pugnam postulantes* milites *ducunt in planitiem, quam Idistavisum vocant. Ea sita inter Visurgim &*

NOTÆ.

1. *Fugacissimos.*] Nec opus est, ut hos Romanos metuatis, qui nisi fugacissimi essent, non essent superstites, quippe cum Varo fortissimum quemque occidimus, & hi ignavi timidique fuga salutem quæsiverunt.

2. *Quorum pars onusta vulneribus.*] Sic intellige, *quorum pars onusta vulneribus tergum* infensis rursum hostibus, supple, *objiciant, pars fluctibus & procellis fractos artus* adversis diis, item objiciant, nulla boni spe. sic etiam intelligi possit: quorum alij onustum vulneribus tergum, alij fluctibus & procellis fractos artus iterum infensis hostibus, & adversis diis objiciant, nulla salutis, aut victoriæ spe.

Onusta vulneribus.] Pars onusta vulneribus in fuga tergo exceptis, pars fluctibus & procellis debilitatos artus trahens, iterum infensis hostibus, adversis diis se objiciunt, nulla eventus boni spe, nec suarum virium fiduciâ. Quod ipsi satis confessi sunt, dum navibus conscensis per avia maris furtim illapsi sunt, ut vitarent occursum nostrum, & si occurrissemus, tuto refugere possent, quamquam si semel ad manus venerimus, longe ipsis ventorum remorumque auxilium erit.

3. *Aliud sibi reliquum.*] Lege *nil aliud sibi reliquum τὸ nil*, seu *nihil* periit propter similitudinem syllabæ sequentis in voce *aliud*.

4. *Idistaviso nomen.*] Ea loca in peregrinatione vidi, & vel scriptoris hujus

deducunt: is medius inter Visurgim & colles, [1] ut ripæ fluminis cedunt aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur. pone tergum insurgebat silva, editis in altum ramis, & [2] pura humo inter arborum truncos. [3] Campum & prima silvarum barbara acies tenuit: soli Cherusci juga insedere, ut præliantibus Romanis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli, Germanique in fronte: post quos pedites sagittarij: dein quatuor legiones, & cum duabus prætoriis cohortibus, ac delecto equite Cæsar: exin totidem aliæ legiones, & levis armatura cum equite sagittario, cæteræque sociorum cohortes. Intentus paratusque miles, [4] ut ordo agminis,

INTERPRETATIO.

mentes, ut littora amnis abscedunt, aut juga mentium imminent, varie flectitur, à tergo attollebatur saltus, elatis in sublime ramis & nudo solo inter stipites arborum. Exercitus Germanorum occupavit hanc planitiem & oram saltuum: soli Cherusci colles tenuere, ut desuper invaderent pugnantes Romanos. Nostrum agmen sic incessit: socij Galli & Germani in primis ordinibus, post eos pedestres sagittarij: Exin quatuor legiones & Germanicus cum duabus cohortibus prætorianorum, & robore equitum; postea quatuor aliæ legiones, & levis armaturæ miles, cum equestribus sagittariis, & cæteræ cohortes auxiliarium. Ita intentus compositus que exercitus, ut,

NOTÆ.

causa curiosius lustravi. Animus autem mihi dicit, hunc ipsum campum esse, qui infra Bremam, mare versus, pulchrè latéque se pandit, inter flumen & colles saltusque circumiectos. Non potest esse aptior pugnæ magnæ planities, & pro Taciti hic descriptione. Distat ab oppido *Brema* duobus circiter Germanicis milliaribus, circa pagum qui *Vegesackius* dicitur. *Lipsius.*

1. *Vt ripæ fluminis.*] Campus inæqualiter flexus, & secundum fluminis cursum tortuosus, quod alibi ripas excedens, alibi montium objectu repulsum inæquales sinus efficit.

2. *Pura humo.*] Id est, nuda humo, & sine herba Columell. l. 6. *Cum ille quam maxime subacto & pure sole gaudeat, hic novali graminosoque.* Purus locus opponitur inædificato apud Jurisconsultum l. ult. de pign. act. Sic *pura vestis*, in qua nihil attextum: *purum argentum*, in quo nil celatum: *pura charta* in qua nil scriptum: *pura hasta*, in qua ferrum nullum.

Pura humo.] Id est nullis virgultis, dumis, aut vepribus infesta, cui opponitur quod habet Virgil. lib. 9.

Silva fuit latè dumis atque ilice nigra.
Horrida, quam densi complerant undique sentes.

——— Alibi idem Virg.

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.

3. *Campum*] Eum ergo campum, ejusque sylvæ principium Germanorum acies insedit.

4. *Vt ordo agminis.*] *Vt ordo agminis in aciem adsisteret*, hoc est, pro se quisque intentus ac paratus, ut, sicunde apparuisset hostis, aut signum dux daret, omne agmen presso pede staret, acie structa, vel ad excipiendum vel ad in-

17 [1] in aciem adsisteret. Visis Cheruscorum catervis, quæ per ferociam prorumperant, validissimos equitum incurrere latus: Stertinium cum cæteris turmis circumgredi, tergaque invadere jubet, ipse in tempore adfuturus. Interea [2] pulcherrimum augurium [3] octo aquilæ petere silvas & intrare visæ, Imperatorem advertere. exclamat, *Irent, sequerentur*

INTERPRETATIO.

quo incesserunt ordine, eodem, in prælio starent. Vt vidit Cæsar catervas Cheruscorum, quæ per audaciam incurrerunt, jubet lectissimos equitum à latere irrumpere, Stertinium circumvenire, cum cæteris turmis equestribus, *& à tergo incurrere, ipse ubi expediret, subventurus. Interea lætissimum auspicium* oblatum. *Conspectæ octo aquilæ velitantes ineuntesque silvas, Cæsaris oculos in se vertere. Succlamat*, pergerent, secta-

NOTÆ.

vadendum hostem. Sic infra: *hic pedes adstitit. Adsistere in aciem* est incessum sistere atque inhibere formata acie, vel ita ut stent in gradu milites ad præliandum. Genus quoque loquendi haud vulgare. *Vt adsisteret in aciem*, id est, ut adsisteret fieretque acies, vel esseretque stabilis & firma acies. Sic Appuleius lib. 3. *fixus in lapidem steti gelidus*, ex certa Mich. Piccarti emendatione: & lib. 4. *jacens in mortuum*.

1. *In aciem adsistere.*] Sic & Tibullus in Panegyrico Messalæ, ut restituit Salmasius.

Iam simul audacis veniunt certamina Martis
Adversisque parant acies concurrere signis
Tunc tibi non desit, faciem componere pugnæ
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen.

2. *Pulcherrimum augurium.*] Id victoriæ signum interpretatus exclamat, irent propere milites sui, sequerenturque veluti duces divinitus oblatos, has aves proprie Romanas, quæ à legionibus inter numina colerentur.

3. *Octo aquilæ.*] Miratur id factum Lipsius, cum haud temere in illis Germaniæ locis aquilæ videantur. Non tamen dubito avem istam regiam, in Hercynia habitasse. Plin. lib. 10. cap. 47. *in Hercyniæ Germaniæ saltu inusitata genera alitum accepimus.* Sane tunc ipsam Hercyniam aperuerat Germanicus, qua ad Cheruscos usque pertinebat. De eo duce Florus lib 4. *Invisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit.* Colerus.

Non crediderim tamen visas à Germanico aquilas fuisse, ex eo genere, quod γνήσιον vocatur; quippe Germania, uti Rhodos, veras aquilas non habet; sed fuisse *Pygargos*, aquilæ genus, quale in eduliis absumunt Belgæ, & nos vidimus Antverpiæ sæpe, in tabernis Dulciariorum pendentes: quas vocant *aren*. Pygargos autem in eduliis fuisse, olim etiam apud Romanos, ut apud Germanos, Juvenalis scribit. *Lepus atque aper, atque pygargus.* Interpres tamen Juvenalis accipit eo loci, pro *fera cervæ similis*. Nam pygargus ut aquilarum, ita etiam species est caprarum. Plin 8. 53. *Aurelius.*

Aquilæ.] Hisce & similibus occasionibus tibi fingere animo debes idem, vel quid simile cum eo, quod eleganter narrat Appianus, de Scipione Afric. in historiis Hispanicis. *Cum rem, inquit, divinam fecisset Scipio, statim post sacrificium, in obsequium trahere volens exercitum, tum vultu & specie compositus, quasi divino spiritu afflatus esset, dicebat venire & sibi adesse numen consuetum, vocareque in hostes; epertere vere confidere Deo magis, quam numero militum: Etenim se res antea gessisse, magis fretum auxilio numinis, quam multitudine. Et in fidem eorum quæ dicebat, barioles* seu haruspices afferre in medium sacra & victimas *jubet, simulque videt quasdam aves volantes, quas cum impetu & clamore, eo*

Romanas aves, propria [1] *legionum numina.* Simul pedestris acies infertur, & præmissus eques, postremos ad latera impulit: mirumque dictu, duo hostium agmina diversa fuga, qui silvam tenuerant in aperta, qui campis adstiterant in silvam ruebant. medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur; inter quos insignis Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam: incubueratque sagittariis, illa rupturus, ni [2] Rhætorum Vindelicorumque, & Gallicæ cohortes signa objecissent. nisu ta-

INTERPRETATIO.

rentur Romanas volucres, veros legionum deos, *eodemque tempore pedestre agmen irrumpit, & praire jussus eques postremum agmen* hostium *ac latera preturbavit; & mirum effatu, duæ hostium acies* dispari fuga, *qui saltum insederant* prorumpebant *in planitiem & qui in planitie instructi erant, in saltum ruebant. Cherusci enter illos positi montibus depellebantur; inter quos Arminius conspicuus dextrâ, clamore & cruore sustinebat aciem; ingueratque sagittariis, hac viam facturus, nisi cohortes Rhætorum & Vindelicorum Gallorumque arma opposuissent, vi tamen & ro-*

NOTÆ.

conversus, ostendebat, dicebatque ea ostenta, signa victoria sibi deos misisse. Et commovebatur ad hac divino quodam modo; huc adspiciens & clamans. simul & universus exercitus ad tales ejus visiones, seu phantasias pariter commotus, huc & illuc se convertebat, & sic omnes velut ad certam victoriam incitabantur. Talia ipsi duces fingebant vel ab aliis fingi gaudebant, talia videre sibi videbantur, superstitione & miraculo, vel sic videri vulgo ultro adprobabant.

1. *Legionum numina.*] Ita alibi: *Mox conversus ad signa & bellorum deos.* Dionysius, de iisdem τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζονται. *Veneranda ut cum maxime signa Romanis in bello, tanquam simulacra deorum sacra reputantur.* Adeo autem signa pro diis habita, uti per ea milites jurarent. Livius l. 6. *Obstringere perjurio non se solum summque caput, sed signa militaria & aquilas, sacramentique religionem.*

Tertullianus: *Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa jurat, omnibus diis praponit.* Exemplum hujus sacramenti egregium apud Lucan. lib. 1. ubi Lælius Cæsari

——— per signa decem felicia castris,
Perque tuos juro, quocumque ex hoste triumphos.

Imo & adorata ea. Disce è Sozomeno Eccles. hist. l. 1. cap. 4. ubi de Labaro σημεῖον, δὲ τοῦτο τιμιώτατον, καθότι ἀεὶ τοῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι, καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμιστο παρὰ στρατιωτῶν: *hoc signum venerabile maxime, quia & principem antecedere, & adorari etiam à militibus solebat.*

Exemplum credo esse à Persis, quibus in militia, Aquila præcipuum & regale signum. Xenophon de expeditione. Cyri lib. 1. *Erat autem signum aurea aquila in longa hasta suspensa; & nunc etiam id insigne Persarum Regibus manet.* Sed diversa tamen ea paullum ab aquila Romanorum. Nam hæc non aliud, quam modica ex argento aquila, quæ summæ hastæ insistebat, alis expansis, pede fulmen aureum tenens.

Ita præter M. Antonij nummos, etiam Dio describit l. 43. ubi de prodigiis ante pugnam Mundensem. *Aquila legionum ejus, alas concutientes, & fulmina, qua nonnulla earum, aurea pedibus tenent, abjicientes, Pompeio exitium palam denuntiabant, ipsaque ad Cæsarem quasi volabant.* Dixi modicam fuisse. Collige ex his Flori verbis l. 4. *Tertiam aquilã signifer, priusquam in manus hostium veniret, evulsit, mersamque intra baltei sui latebras gerens, in cruenta palude delituit* Neque enim baltei latebris tegi potuisset aquila admodum magna.

2. *Rhetorum Vindelicorumque*] Rhætia pars Illirici Occidentalis, divisa fuit

meri corporis, & impetu equi pervasit, oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. quidam *agnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus emissumque* tradiderunt. Virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit; cæteri passim trucidati & plerosque tranare Visurgim conantes, [1] injecta tela, aut vis fluminis, postremo [2] moles ruentium, & incidentes [3] ripæ, operuere. quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis per ludibrium figebantur:

18 [4] alios prorutæ arbores adflixere. [5] Magna ea victoria, neque cruenta

INTERPRETATIO.

bore corporis, atque impressione equi perrupit, cum vultum suo sanguine obduxisset, ne agnosceretur. Nonnulli scripsere cognitum à Chaucis inter socios Romanorum merentibus & dimissum fuisse. *Fortitudo seu dolus idem Inguiomero fugiendi copiam prabuit. Alij undequaque interfecti, & multos, cum traijcere Visurgim niterentur, obruere immissa tela, aut violentia amnis, denique pondus ingruentium, &* fatiscentes *cadentesque ripæ. Nonnulli fœdo effugio in ardua arborum ascendentes, & ramis se abscondentes, immissis sagittariis, per risum percutiebantur, cæsa arbores alios*

NOTÆ.

in *Rhætiam* proprie dictam, & *Vindeliciam* provincias hodie partes circulorum *Suevia* vel *Sovabe*, *Bavaria*, & *Austria*, cum regione *Grisonum*; in Allemania. *Tillemonsius*.

1. *Tela.*] Telis ex ripa conjectis confossi

2. *Moles ruentium.*] Dum in adversam ripam conferti ac festinantes enituntur, molem non ferentibus ripis, unaque cum ipsis corruentibus, tecti oppressique sunt.

Moles ruentium.] Potuerunt duplici modo opprimi, vel mole ruentium hominum vel incidentium riparum, & forte utraque simul mole.

3 *Ripæ.*] De utraque ripa citeriori & ulteriori intelligi possit.

4. *Alios prorutæ arbores.*] An securibus arbores cædebant, ut eos qui ascendissent ad terram eliderent? vix credam. Brevius fuit sagittis confodere. Ego existimo arbores, seu potius crassiores ramos, pondere hominum confractos, homines in ruinam traxisse & adflixisse. *Pichena.*

Proruta omnino sunt *Succisa*: idque probat partim vis verbi, de qua ad lib. 1. 68. partim exempla similia. Dio. lib. 56.

Multi verò in silvas dispersi, per aliquot dies, ab excelsis arboribus tela immittebant, sed hi postea cæsis arboribus interfecti sunt.

In hunc quoque usum militi Romano secures in promptu, ut videre est. 3. An 46. simile intutum suffugium cuidam dat Silius lib 7.

Per dumos misit in vicina cacumina quercus
Repserat, atque alta se se occultabat in umbra,
Nampsicus, insistens tremulis sub pondere ramis.

4. *Proruta.*] Sic dixit Virgilius libro 10.

———————*arbustaque diruta ripis.*

Liv. lib. 9. 37. *Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas infra: proruto vallo erupit acies.*

5 *Magna.*] Quum enim pugna duabus circiter ante meridiem horis cœpta esset, usque ad noctem continuata cædes.

nobis fuit. [1] Quinta ab hora diei ad noctem cæsi hostes decem millia passuum cadaveribus atque armis opplevere; [2] repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio eventu, portaverant. Miles in loco prælij [3] Tiberium [4] *Imperatorem* salutavit, struxitque agge-

INTERPRETATIO.

stravêre. Ingens ea victoria & nobis incruenta fuit. Hostes trucidati à quinta hora diei ad noctem, constravêre decem millia passuum corporibus armisque. Inventis vinculis inter sarcinas illorum, quæ attulerant in Romanos, tanquam non incerto exitu prælij. Legiones in loco pugnæ Tiberium Imperatorem appellavere, struxeruntque

NOTÆ.

1. *Quinta ab hora diei.*] Non ut apud nos, à media nocte ad mediam æquales quatuor & viginti horæ computabantur, sed quælibet dies in horas duodecim æquales, atque in totidem quælibet nox, brevis an longa foret, dividebatur. Sic eveniebat, ut meridies semper incideret in horam sextam; à quinta autem prorsus ratione dictum longius aut propius abesset. Quæ autem hic narrantur, gesta videntur mense Junio, quo, quum dies his locis ferme sit 16. horarum, quinta cœpit cum altero triente decimæ nostræ.

2. *Repertis catenis.*] Fecit idem M. Antonius apud Florum lib. 3. qui *Cretam invasit cum ingenti quidem victoria spe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus quam arma portaret.* Fecit Flaminius, in Polybio lib 3. qui suos ita vanitatis implevit, *ut plures essent qui ἁλύσεις καὶ πέδας, καὶ τοιαῦτα. παρασκευὴν ferrent, quam qui arma.* Sed utriusque quis exitus? qui nunc Germanorum. Nec aliter solet magnus ille deus qui dejicit quidquid vanè se attollit. *Lipsius.*

Et tamen veteri disciplina militiaque Rom. teste eodem Lipsio, quilibet miles legionarius præter multa alia onera, ferebat etiam catenam, ut scilicet captivos vinciret; quod tamen aliquando in caput eorum recidebat, quia nempe *Mars communis.*

3. *Tiberium Imperatorem salutavit.*] Oportuerat Germanicum ipsum salutari, qui dux & auctor facti. Sed Augustus, ut auspicia servavit sibi; sic honorem omnem rei, à ducibus suis legatisve gestæ. Nam qui ductu quidem suo, alienis tamen auspiciis, vincerat: ne antiquitus quidem Imperator salutabatur, aut triumphabat hoc adulans suo principi Horatius voluit.

> *Te copias, te consilium, & tuos*
> *Prabente divos.*

Et ab hac re statim, in tropæi inscriptione legis, *Exercitum Tiberii Imperatoris ea monumenta consecravisse*; non Germanici, qui ducebat.

4. *Imperatorem.*] *Imperatoris* nomen non partum; nisi multa hostium cæde. Plin. Paneg. *Vident enim Romanum ducem unum ex illis veteribus & priscis; quibus imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, & infecta victoriis maria.* Itaque victor exercitus bene gesta Repub. gaudio & impetu, in ipso prælij loco, Tiberium Imperatorem conclamavit, exstructoque aggeri capta arma imposuit, inscriptis victarum gentium nominibus ad formam tropæi.

Imperatorem salutavit.] Ubi princeps non aderat, apud imaginem salutabatur. Plin. panegyric. ad Trajanum: *Itaque non te apud imagines, sed ipsum præsentem, audientemque consalutabant Imperatorem.*

Ferebantur inter signa & aquilas quæ *numina legionum*, imagines divorum vivorumque principum, & apud illas imagines pro concione, & apud principia salutabatur *Imperator* absens princeps, non apud imaginem Cæsaris, ut puto, quæ posita esset apud tribunal in sella curuli; nam tum dux qui præerat

rem, & in modum tropæorum arma, [1] ſubſcriptis victarum gentium
19 nominibus, impoſuit. [2] Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quam ea ſpecies dolore & ira adfecit. qui modo abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt; plebes, primores, juventus, ſenes, agmen Romanum repente incurſant, turbant. poſtremò deligunt locum, flumine & ſilvis clauſum, arta intus planitie, & humida; ſilvas quoque profunda palus ambibat, niſi quod latus unum Angrivarij lato aggere extulerant, quo à Cheruſcis

INTERPRETATIO.

aggerem & inſtar trophæorum arma aggeſſere, inſcriptis debellatarum nationum vocabulis. Plaga luctusque & cædes aut strages non perinde movere Germanis dolorem & iram, ac ſpectaculum illud, & qui jam deſtinabant patrias ſedes deſerere, & trans Albim ſe recipere, nunc *prælium cupiunt, in arma ruunt, populus, proceres, juvenes ſenesque, exercitum Rom. ſubito invadunt, terrent. tandemque aſſumunt locum, amne & ſaltibus cinctum, anguſto intus campo, & humenti, ſilvas etiam circumdabat profundus lacus, niſi quod Angrivarij unum latus evexerant lato vallo, quo ſepararentur à Cheruſcis. hic pedeſtre agmen ſtetit, equitatum occultavêre proxi-*

NOTÆ

exercitu victori in tribunali ipſe, ut veriſimile eſt, ſedens in ſella curuli, militem adloquebatur.

Reperio talem imaginem fuiſſe perpetuò in caſtris prætorianis apud urbem, nempe imaginem auream principis imperantis, puto grandem & iconicam, poſitam in ſella curuli, apud tribunal, & circumdatam ſignis militaribus, nulla mentione facta aliarum imaginum.

Reperio etiam fuiſſe talem imaginem Neronis apud tribunal diſpoſitam etiam in ſella curuli, quam adoravit Rex Tiridates; ſed hoc in ſolemni fœdere & pace. At vero hoc noſtro loco Taciti, cum impetu geſtientis, victoriſque militis, ſalutaretur *Imperator* abſens princeps, conjicere licet, id factum pro more, inter ſigna & aquilas, ſolitaſque imagines deorum & principum, non vero ad grandem illam imaginem auream, quæ tantum in caſtris prætorianis, aut magno paratu, & ſolemni aliquo ſpectaculo proponi ſolebat.

1. *Subſcriptis victarum gentium nominibus.*] Similis ſubſcriptio refertur à Plinio l. 3. 20. in tropæo Auguſti, quod in vertice Alpium poſuit; his verbis: *Imperatori Cæſari divi fil. Aug. Pont. Maximo, Imper. XIII. tribunitiæ poteſtatis S. P. Q. R. quod ejus ductu auſpiciiſque, gentes Alpinæ omnes, quæ à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium populi Romani ſunt redactæ, Gentes Alpinæ devictæ, Triumpilini, Camuni, Vennonetes, Iſarci, Breuni, Naunes, Focunates*, &c.

2. *Haud perinde Germanos vulnera.*] Huc maxime facit ſuaſoria 5. graviſſimi Senecæ, in qua deliberant Athenienſes, an tropæa Perſica tollant, Xerxe minante rediturum ſe, niſi tollerentur. Inprimis autem huc referenda verba Gallionis; *Alteram partem ſolus Gallio declamavit, & hortatus eſt ad tollenda tropæa. Dixit, gloriæ nihil detrahi: manſuram enim memoriam victoriæ, quæ perpetua eſſet, ipſa tropæa & ætate, & tempeſtatibus conſumi: bellum ſuſcipiendum fuiſſe pro libertate, pro conjugibus, pro liberis pro re ſupervacua, & nihil nocitura, ſi fieret,* (id eſt, ſi tollerentur tropæa) *non eſſe ſuſcipiendum.* Habes hic ſimillimum exemplum.

dirime-

[1] dirimerentur. hic pedes adstitit: equitem propinquis lucis texêre, ut ingressis silvam legionibus à tergo foret. Nihil ex iis Cæsari incognitum: [2] consilia, locos, prompta, occulta noverat, astusque hostium in 20
perniciem ipsis vertebat. Sejo Tuberoni legato tradit equitem, campumque. peditum aciem ita instruxit, ut pars æquo in silvam aditu incederet, [3] pars objectum aggerem eniteretur. quod arduum, sibi; cætera legatis permisit. quibus plana evenerant, facile inrupêre: quîs impugnandus agger, ut si murum succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulum legionibus, funditores [4] libratoresque [5] excutere tela, & proturbare hostem jubet. missæ è tormentis hastæ, quantoque conspicui magis propugnatores, tanto pluribus vulneribus dejecti. Primus Cæsar cum prætoriis cohortibus capto vallo, dedit impetum in silvas. [6] conlato illic gradu certatum: hostem à tergo palus, Romanos flu-

INTERPRETATIO.

mis sylvis, ut legionibus saltum invectis à tergo ingrueret. Nihil coram Germanico ignotum, consulta hostium, *loca, aperta, secreta resciebat; & dolos barbarorum ipsis in exitium vertebat. Mandat equitem planitiemque Sejo Tuberoni legato & ita ordinavit pedestre agmen, ut alij plano facilique in saltum ingressu inveherentur, alij oppositum vallum adscenderent, quod difficile. sibi, reliqua legatis precepit. Hi quibus campus obtigerat nullo negotio irrupere. Illi quibus expugnandum vallum evenerat, quasi in mœnia eniterentur, atrociter ingruentibus desuper ictibus divexabantur, Imperator animadvertit inæquale ex propinquo certamen esse, & subductis paullisper legionibus, monet fundibularios, & libratores, emitterent tela, & depellerent barbaros. excussa machinis jacula, & quo magis expositi visu defensores, eo pluribus plagis deturbati. Primus Germanicus cum prætoriano milite, expugnato aggere, prorupit in saltus. hic stataria pugna seu collato pede dimicatum. à tergo Germanos lacus, Romanos amnis, aut colles*

NOTÆ.

1. *Dirimerentur.*] Non quo dirimerentur à Cheruscis in hoc prælio, sed jam olim hunc aggerem extulerant Angrivarii, quo dirimeretur ipsorum regio à terris Cheruscorum, quippe inter finitimos populos & periculorum avidos, sæpe oriebantur bella.

2. *Consilia.*] Hostium consilia, deici locum, & quas ostendebant copias, quasque occultabant, perinde noverat.

3. *Pars objectum aggerem.*] Cum alij aggerem qui ab uno latere ductus erat, transcenderent, hoc opus, quia maxime difficile erat, sibi sumpsit, aliis locis legatos curare jussit.

4. *Libratoresque.*] Sunt qui tormentis hastas aut lapides excutiunt: quia librant scilicet, & jactus arte expendunt Sic. 3. histor. *vincla ac libramenta tormentorum* appellat Hoc verius, quam referri ad *libraria*: quod suspicabar 4. Poliorcet. dialog. 3. *Lipsius.*

5. *Excutere tela.*] Tormenta adduci, hastasque inde in adversos conjici jubet: qui quanto in altiore loco constiterant, conspicique melius poterant, tanto certius destinatis ictibus petebantur.

6. *Conlato illic gradu.*] Acriter resistentibus barbaris, diu ancipiti prælio cominus dimicatum est. Quum enim Germani paludem, Romani partim flumen, partim etiam montes à tergo haberent, ea res difficilem cedentibus receptum faciebat.

Cc

men aut montes claudebant: utrisque [1] necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria. Nec minor Germanis animus; sed [2] genere pugnæ & armorum superabantur: [3] cum ingens multitudo, artis locis, prælongas hastas non protenderet, [4] non colligeret, neque adsultibus & velocitate corporum uteretur, [5] coacta stabile ad prælium: contra miles cui [6] scutum pectori adpressum, & [7] insidens capulo manus, latos barbarorum artus, [8] nuda ora foderet, viamque strage hostium aperiret: impromto jam Arminio, ob continua pericula, sive illum recens acceptum vulnus tardaverat. Quin & Inguiomerum tota voli-

INTERPRETATIO.

cingebant, utrisque par necessitas in loco, spes in armis, incolumitas ex victoria. Nec impar Germanis virtus, sed genere certaminis & telorum vincebantur, cum densa caterva, angustis locis, enormes hastas non vibrarent, non reciperent, nec impetu, aut pernicitate corporum insilirent. adacta ad statariam pugnam: cum contra Romanus *miles, cui clypeus pectori adhærens, & prompta capulo dextra, vasta Germanorum corpora, intectam faciem figeret, & iter cæde hostium sibi sternere:: haud perinde strenuo jam tum Arminio, ob assidua discrimina, sive illum nuper inflicta plaga segnem fecerat, quin & fors magis, quam animus destituebat Inguiome-*

NOTÆ.

1. *Necessitas.*] Quum ob angustiam locorum in gradu hæreret pugna.

2. *Genere pugnæ.*] Livius 31. *Credidere regii, genus pugnæ quo assueverant, fore; ut equites invicem insequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent*, &c. lib. 32. *pro his ordo, & militaris disciplina, & genus armorum erat, aptum urgendis regiis: pro hoste loca, & catapultæ, balistæque, in omnibus prope rupibus, quasi in muris disposita.*

3. *Cum ingens multitudo.*] Quum Germani ingentem hominum multitudinem haberent prælongis hastis armatam, & in præliis, adsultibus & velocitate corporum uti solitam, nihil promovere poterant, quia in locis arctis atque impeditis res gerebatur, ubi neque ad protendendas simul hastas, neque ad retrahendas, absque magna confusione, spatium erat, &c. At hæc omnia pro Romanis erant, ut qui non haberent arma, ad quorum usum spatio opus esset, sed scuta pectori inhærentia, & insidente capulo manu, habiles ad cominus pugnandum gladios.

4. *Non colligeret.*] *Colligere hastam*, est *reducere*, quam ante protenderas, ut hostem ferires: atque hæc contraria sunt *protendere & colligere hastam.* Turnebus.

5. *Coacta stabile ad prælium.*] Simile quid habet de Britannis. Agric. 36. *donec*, &c. *cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent, quod & ipsis* (Batavis, Tungris) *vetustate militiæ* (Romanæ) *exercitatum, & hostibus* (Britannis) *inhabile, parva scuta, & enormes gladios gerentibus. Nam Britannorum gladii sine mucrone, complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant.*

6. *Scutum pectori.*] Diversum à Germanico. Illud planum non sic tegebat: hoc incurvum corpori adhærebat, & circum fundebatur.

7. *Insidens capulo.*] Pulchrè & significanter dictum, in minoribus gladiis. In oblongis, quibus ritu Gallorum, Germani utebantur, non eadem manus habitudo: neque firmiter, aut tenet gladios, aut regit. *Lipsius.*

8 *Nuda ora.*] Nam ait noster in Germania: *vix uni alterive cassis aut galea.*

tantem acie, fortuna magis quam virtus deserebat. & Germanicus quo magis adgnosceretur, [1] detraxerat tegimen capiti, orabatque *insisterent cædibus: nil opus captivis, solam internecionem gentis finem bello fore.* Jamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris: cæteræ ad noctem cruore hostium satiatæ sunt. equites ambigue certavere. Lau- 22
datis pro concione victoribus, Cæsar congeriem armorum struxit, superbo ●um titulo: DEBELLATIS INTER RHENUM ALBIMQUE NATIONIBUS EXERCITUM TIBERII CÆSARIS EA MONIMENTA MARTI ET JOVI ET AUGUSTO SACRAVISSE. de se nihil addidit, metu invidiæ, an ratus [2] conscientiam facti satis esse. Mox bellum in Angrivarios Stertinio mandat, [3] ni deditionem proveravissent. atque illi supplices, nihil ab-

INTERPRETATIO

rum passim per catervas volitantem, & Germanicus, quo magis conspicuus foret, galeam dempserat capiti, obtestabaturque perseverarent, cæderent, occiderent, nil egere captivis, solum exeidium nationis, exitum belli futurum. *Iamque inclinata advesperam die, subtrahit è prælio legionem, muniendo vallo: reliqua ad tenebras usque, cæde hostium saturata sunt. equites ancipiti marte pugnavere. Germanicus apud principia victores celebravit; unamque in struem congessit arma, cum magnifica inscriptione.* Victis profligatisque inter Rhenum Albimque populis, legiones Tiberij, Cæsaris ea Trophæa Marti, & Jovi, & Augusto dicavisse. *De se nihil adjecit* Cæsar, *sive timeret levorem & obtrectationem, sive existimaret rei gestæ conscientiam sibi sufficere. Dein imperat Stertinio bellum adversus Angrivarios, ni statim se dedidissent, atque illi, se submittentes Cæsari, nihil detrectando, cunctorum*

NOTÆ.

1. *Detraxerat tegimen.*] Idem video Cyrum minorem fecisse in pugna illa sibi extrema: cujus causam tamen Xenophon ambigue refert ad morem Persarum, qui nudis capitibus pugnam inibant. *Lipsius.*

Detraxerat tegimen capiti.] Cassidem scilicet, ostentandæ virtutis gratia. Nam noster lib. 3. *Sacrovir insecto capite, ostentandæ, ut ferebat virtutis.* De Corbulone lib. 13. *Ipse cultu levi, capite intecto.* Virg. 12. Æneid.

At pius Æneas dextram tendebat inermē.
Nudato capite, atque suos clamore vocabat,
Quo ruitis? Et lib 12.
——— ———*Nudo cui vertice fulva*
Cæsaries, nudique humeri, nec vulnera terrent.

Plut. in Æmilio. *Tunc versus ad certantes lætum & hilarem vultum ostendens, sine galea & lorica, equo invehebatur.*

Sueton. Jul. 52. *In agmine nonnumquam in equo, sæpius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset.*

Hannibal. D Julius, & alij summi duces detecto semper capite, seu sol, seu imber esset, veluti contra fulgura, tempestatesque obdurato, incessere Masinissa quoque Numidiæ Rex, quod & traditur de Severo & Adriano, ita ut hieme per nives & frigora aperto capite incederent, & etiam in acie starent.

2. *Conscientiam facti satis esse.*] Cicer. Philip. 2. *Satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat.* Merito autem ambiguum relinquit, utra causa Germanicum moverit: prior & modestiam, & prudentiam ejus decet; posterior litteras & magnitudinem animi. Sic de socero suo Tacitus: *Nec agricola umquam in suam famam gestis exsultavit; ad auctorem & ducem, ut minister, fortunam referebat: ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat.*

3. *Ni deditionem.*] Verum Angriva-

23 nuendo, veniam omnium accepêre. [1] Sed æstate jam adulta legionum aliæ itinere terrestri in hibernacula remissæ: plures Cæsar classi impositas per flumen Amisiam Oceano invexit. Ac primo placidum æquor mille navium remis strepere, aut velis impelli: mox [2] atro nubium globo [3] effusa grando, simul variis undique procellis incerti fluctus prospectum adimere, regimen impedire: milesque pavidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive juvat, officia prudentium corrumpebat [4] omne dehinc cœlum, & [5] mare omne in austrum cessit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immen-

INTERPRETATIO.

veniam obtinuere. Sed æstate jam provecta, aliæ legionum, via terrestri, reductæ in præsidia: Germanicus plures navibus imposuit, & per amnem Amisiam mari induxit. Ac initio tranquillum mare, verberari mille navium remis, alacri remigio strepere, aut velis agitari cœpit: sed statim ex densa nubium caligine, irruens grando, simul diversis undique tempestatibus ambigui fluctus, visum subtrahere, regimini obstare: & miles trepidus & periculorum Oceani inscius, dum impedit naucleros, vel importune succurrit, munia sapientium perturbabat. universum dehinc æther & Oceanus totus in austrum vertit, qui montoso Germaniæ solo, præaltis fluminibus,

NOTÆ.

rij propetara deditione prævenerant bellum; & quod ea quorum arguebantur, non inficiarentur, sed tantum in clementia Cæsaris spem se habere supplices dicerent, veniam omnium accepere. *Freinsh.*

1. *Sed æstate jam adulta.*] Imitatione Sallustij: quod intelliges ex Servianis notis, ad illud Virg. *Vere novo, id est*, ait, *primo mense Martio. Nam veteres per singula tempora anni, quæ in tres menses dividuntur, observant, ut sic dicant: Primum mensem, novum ver: secundum, adultum: tertium, præceps. Ita de Hieme, Æstate, Autumno.* Simile, quod Græci annum partiuntur: ἱσταμένου τοῦ ἔτους, μεσοῦντος ἢ λήγοντος.

2. *Atro.*] At postea collectæ atræ nubes effusa grandine, tum etiam variis undique procellis agitari & vibrantes fluctus prospectum adimere.

3. *Effusa grando.*] Sub quam, occulta causa, semper, ut aiunt, Oceanus intumescit. *Lipsius.*

4. *Omne dehinc cælum.*] Quum remittentibus aliis ventis, solus Auster toto cælo marique regnaret (cujus in Germania propter editas ejus oræ terras, amnesque profundos, & nubes, quæ in immensum ibi glomerantur, accedente etiam Septentrionis vicinia, cujus rigor asperiorem eum horridioremque efficit, maxima est violentia) abripuit naves.

5. *Mare omne in austrum.*] Non abnuo de vero Austro, quin ille à terra naves in mare interius rapiat, quod ostendit factum, cum subdit, *disjecitque naves in aperta Oceani.* Procul igitur à littore, cui Notus impegisset. Facit eodem, quod de *insulis longius sitis* adjungit: & potest *Orcades* intelligere, aut potius eas, quæ haud procul littore Frisico, hodieque exstant. Nam quod longinquas facit; fama & redeuntes hæc auxerunt, ac timidis insolitisque maris ita visæ.

Mare omne in Austrum cessit.] Dubitat Lipsius, de Austro proprie, an de Noto Tacitus intelligat. De Austro crediderim. Nec sequentia obstant. Nam quamvis non ita vehemens in Germania Auster, vehemens fortasse ultra Germanicas terras, ubi classis erat, ac fortasse ex iis terris ventus exoriebatur: & cum Septentrionem versus flaret, horridus ipsius vicinitate, naturaque terrarum horridior classi incubuit. Nec ab-

ſo nubium tractu validus; & rigore vicini ſeptemtrionis horridior, rapuit disjecitque naves in aperta Oceani, aut inſulas ſaxis abruptis, vel per occulta vada infeſtas, quibus paulum ægreque vitatis, poſtquam [1] mutabat æſtus, eodemque quo ventus ferebat; non adhærere anchoris, non exhaurire inrumpentis undas poterant: equi, jumenta, ſarcinæ, etiam arma præcipitantur, [2] quo levarentur [3] alvei manantes per latera, & fluctu ſuperurgente. Quanto violentior cætero mari Oceanus, 24
& truculentia cœli præſtat Germania, tantum illa clades novitate & magnitudine exceſſit, hoſtilibus circum litoribus, aut ita [4] vaſto & profundo, ut credatur noviſſimum ac ſine terris mare. pars navium hauſtæ ſunt; plures, apud inſulas longius ſitas ejectæ: mileſque nullo illic

INTERPRETATIO.

& vaſto nubium volumine incitatus & aſperitate propinqui ſeptentrionis truculentior, abripuit diſtraxitque claſſem in aperta maris, vel in inſulas rupibus aſperis, vel per ignota æſtuaria periculoſas, quibus pauliſper dificulterque declinatis, ubi vertebat æſtus, eodemq; quo aura impellebat, non ſtare in anchoris, non exanthlare poterant irruentes aquas. Equi, muli, utenſilia, impedimenta, arma quoque in mare *jaciuntur, quo levarentur carinæ e-pientes aquam per latera, & fluctu ſuper ingruente. Quanto immanior Oceanus reliquo mari, & quanto Germania atrocitate cœli* regiones alias *excedit, tantum ea ſtrages inſolentia & amplitudine clades cæteras ſuperavit, infenſis circum ripis, aut ita immenſo & alto* mari, *ut exiſtimetur ultimum illud ac ſine terris pelagus :. pars navium ſubmerſa ſunt, pleraque propulſa ad inſulas procul amo-*

NOTÆ.

ſurdum eſt, naves ab Auſtro, ex ora Friſiorum in Britanniam raptas: nam ſi intelligas de ultima Britannia, quæ, antiquis Caledonia, rectâ lineâ illuc ferri pater.

1. *Mutabat. æſtus.*] pro *mutabatur*, *eodemque quo ventus ferebat*, non *ferebatur*. Nam poreſt dici *fert æſtus*, ut dicitur *fert via*. Ferebat nempe, ſeu agitabat.

2. *Æſtus.*] Æſtus repente mutarus naves, eodem qno venrus ferebat, impulit.

3. *Quo levarentur.*] Quin & ipſa arma jacere, ut carinas incumbente & urgenre fluctu in larera inclinaras allevarent & erigerenr. *Freinsh.*

4. *Alvei manantes per latera.*] Tacitus ſignificat, cum depreſſæ oneribus naves profundius mare ſecarenr, earum ſumma larera propius abfuiſſe ab ejus ſuperficie: atque eo plus aquæ à ſuperurgente fluctu accepiſſe, levatas igitur oneribus, ut labra larerum exſtarenr altius aquis, & ſic minus aſſilientium undarum acciperent.

In qno hoc eſt paulo inſolentius, quod alvei *manare* dicuntur, cum proprie manent ipſa liquida. Sed non caret id anctoribus, & manant etiam, in quibus liquidum fluit. Sic Livius lib 1. *manantem cruore cultrum*: Ovidius & Seneca vocat *marmora manantia lacrymas*. de Niobe. Sic Plinius, *arbores ſucco manantes*. Sunt ergo *alvei manantes per latera* irrumpentem aquam magna copia recipientes.

5. *Ita vaſto.*] Ipſumque mare ita vaſtum & profundum, ut credatur ultimam naturæ partem conſtituere, nec ullas terras ultra ſe habere. Ideoque vocatur Plinio *inane natura*, & proverbio jactatum, ultra columnas Herculis ἀπέρατα πάντα ἐῖναι.

hominum cultu, fame absumtus, nisi quos corpora equorum [1] eodem elisa toleraverant. sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit, quem [2] per omnes illos dies noctesque apud [3] scopulos & prominentis oras, cum se *tanti exitii reum* clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æstu, & secundante vento, [4] claudæ naves, raro remigio, [5] aut intentis vestibus, & quædam à validioribus tractæ, revertere: quas raptim refectas misit, ut scrutarentur insulas. collecti ea cura plerique: multos Angrivarij nuper in fidem accepti, redemptos ab interioribus reddidere: quidam [6] in Britanniam rapti, & remissi à regulis. Ut quis ex longinquo revenerat, *miracula* narrabant, *vim turbinum*, *&* [7] *inauditas volucres*, *monstra maris*

INTERPRETATIO.

tus. Et miles vastis incultisque his locis, *inopia & tabe confectus est* ; *nisi quos cadavera equorum*, *eodem ejecta aluerant. una triremis Cæsaris ad Chaucorum oras applicuit; hunc*, *per omne illud tempus*, *diu noctuque apud rupes*, *& præcelsas ripas*, cum se tantæ cladis auctorem incusaret, *ægre retinuere comites*, *quin eodem Oceano morte occumberet. Demum recedente æstu*, *& adflante aurâ secunda*, *mutilæ naves*, *infrequenti remige*, *aut expansis vestibus*, vice velorum, *& nonnulla à fortioribus ducta remeavere*, *quas propere reparatas misit*, *ut investigarent insulas. Recepti ea diligentia multi. Plurimos conservarunt Angrivarij nuper Cæsari dediti*, *pretio persoluto interioribus* versus Oceanum Germanis. *Nonnulli in Britanniam abrepti*, *& redditi* sunt *à regibus hujus insulæ. Ut quis è procul remotis oris reverterat*, prodigia *referebant.* violentiam procellarum, & insolitas aves, portenta

NOTÆ.

1. *Eodem elisa.*] Eodem expulsa, & in iisdem navibus evecta, eodemque naufragio elisa.

2. *Per omnes illos dies.*] Atque ille toto eo tempore, quo per tempestatem, nihil de classe sua cognoscere poterat, omnes dies noctesque, apud scopulos & prominentes in Oceanum oras, nuncios oppetiens, exegerat.

3. *Scopulos & prom.*] Quantum ego vidi vel audivi, non sunt in eo tractu litorales scopuli. Est mollis aut arenosa terra, nec nisi arte aut opere elata. *Lipsius.*

4. *Claudæ naves.*] Livius lib. 37. *contemplatus Eudamus hostes claudas*, *mutilasque naves apertis navibus remulco trahentes.*

Claudæ.] Reverterunt naves quædam armamentis, gubernaculisque nudatæ.

5. *Aut intentis vestibus.*] Juvenalis Sat. 12. *Inopi miserabilis arte cucurrit*, *Vestibus extentis.* Noster in fine 5. Histor. *Simul captæ lintres sagulis versicoloribus*, *haud indecore pro velis utebantur.*

Vestibus.] Loco velorum adhibitis extentisque vestibus militum, nautarumque, nimirum sagulis, seu paludamentis.

6. *In Britanniam.*] Britannia Major, vel *Albion*, insularum Britannicarum maxima in Oceano. Hodie *la grande Bretagne*, ubi regna Angliæ & Scotiæ. *Tillemenius.*

7. *Inauditas volucres.*] Nec ex quidem sunt. Libuit apud ignaras aures, in istis & sequentibus τραγῳδεῖν, & narrare quæ noster merito ambigit *visa*, *sive ex metu credita.* Imo nec visa, nec credita, sed vanitate efficta. *Lipsius.*

Inauditas.] De inauditis avium formis, monstris maritimis, aliisque ora hominum, vultusque; corpora autem & artus ferarum, aut contra gerentibus referebant.

maris, [1] *ambiguas hominum & beluarum formas*, visa, sive ex metu credita. Sed fama classis amissæ, ut [2] Germanos ad spem belli, ita Cæsarem ad coërcendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Cattos imperat: ipse majoribus copiis [3] Marsos irrumpit: quorum dux Malovendus nuper in deditionem acceptus, [4] *propinquo luco defossam Varianæ legionis aquilam modico præsidio servari* indicat. Missa extemplo manus, quæ hostem à fronte eliceret. alii qui terga circumgressi recluderent humum: & utrisque adfuit fortuna. eo promptior Cæsar pergit introrsus, populatur, exscindit non ausum congredi hostem; aut sicubi restiterat, statim pulsum: nec umquam magis, ut ex captivis cognitum est, paventem. Quippe *invictos & nullis casibus superabiles Romanos* prædicabant, *qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus litora, eadem virtute, pari ferocia, & veluti aucti numero inrupissent*. Reductus inde [5] in hiber- 26

25

INTERPRETATIO.

Oceani, incertas hominum & ferarum species, seu *vidissent*, *seu ex formidine sic credidissent. At rumor submersæ classis, ut Germanos incitavit in spem belli, sic Germanicum ad comprimendum* hostem erigebat. *Præcipit C. Silio irrumpere in Cattos, cum triginta peditum, tribus equitum millibus: ipse majori agmine invadit Marsos: quorum princeps Malovendus, qui se nuper fidei Rom. permiserat, admonet* vicino saltu obrutam humo aquilam Varianæ legionis modicis copiis custodiri. *Confestim missus miles qui barbaros à fronte provocaret, & alij qui à tergo circumvecti terram aperirent atque investigarent. Utrique prosperâ fortunâ usi. eo alacrior Germanicus pervadit interius, raptat vastatque hostem non ausum dimicare, aut sicubi reluctabatur, statim fusum, nec unquam magis trepidantem, ut ex captivis compertum est*; quippe indomitos Romanos & nullis cladibus fractos celebrabant, qui amissis navibus, perditis armis, post oppletas ripas equorum hominumque cadaveribus, irruissent pari fortitudine, æquali audacia, & quasi multitudine increvissent. *Dein exercitus in præsidia reductus latis militum animis, & gaudio gestiens, quod*

NOTÆ.

1. *Ambiguas.*] Monstra maris ex duplici nempe natura seu forma hominis atque belluæ composita permixtaque, ita ut faciem, & partem superiorem hominis haberent, cætera piscis, ut quandoque apparent, aut apparere finguntur.

2. *Germanos ad spem belli.*] Tamquam Romanis adflictis & perculsis. *Ad coërcendum*, ne per occasionem superbirent.

3. *Marsos.*] Marsi, populi Germaniæ circa Rhenum fluvium, &c. Hodie comitatus *la Marck.* &c. in circulo VVestphaliæ. *Tillemonius.*

4. *Propinquo luco.*] Hic inventa aquilarum una, & supra lib. 1. altera. Ergo receptæ nunc omnes, quia tertia servata militis astu. Florus tamen scripsit, *signa & aquilas duas adhuc Barbari possident: tertiam signifer*, &c. Parum considerate, nisi ex Livij persona, & ætate loqui hominem placet. *Lipsius.*

Sic dixit Florus ex sua persona, ut scriptor & respectu temporis, quo scribebat. Nempe tum scribebat cladem Vari. ex qua signifer aquilam illam tertiam servavit, & si respicias tempus, de quo tum scribebat Florus, verum fuit dicere, *signa & aquilas duas adhuc Barbari possident*, &c.

5. *In hiberna miles.*] Non tanquam omnes hi milites una hiberna habuerint,

na miles, lætus animi, quod adversa maris expeditione prospera pensavisset. 1 addidit munificentiam Cæsar, quantum quis damni professus erat exsolvendo. Nec dubium habebatur labare hostes, petendæque pacis consilia sumere & si proxima æstas adjiceretur, posse bellum patrari: sed crebris epistolis Tiberius monebat, *rediret ad decretum triumphum, satis jam eventuum, satis casuum: prospera illi & magna prælia: eorum quoque meminisset, quæ venti & fluctus, nulla ducis culpa, gravia tamen & sæva damna intulissent.* 2 *se novies à divo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quam vi perfecisse:* 3 *sic Sugambros in deditionem acceptos,*

INTERPRETATIO.

compensasset improspera Oceani secundis prœliis. *adjecit Germanicus liberalitatem, rependendo quantum quis amisisse testaretur. Et certè constabat trepidare hostes & postulandæ pacis consilia agitare, & si sequens æstas adjungeretur, posse profligari bellum. At frequentibus litteris Tiberius hortabatur*, reverteretur ille ad triumphum ipsi Senatusconsulto concessum, satis jam discriminum, satis accidentium, secunda & ingentia certamina commisisse: etiam in memoriam revocaret, reputaretq; eas clades, quas venti, & procellæ, licet nullo Imperatoris delicto, atroces tamen, & violentas importassent. se novies missum à D. Augusto in Germaniam, plura prudentiæ artibus, quam armis peregisse, sic Sugambros domitos pacatosque,

NOTÆ.

sed in sua quosque hiberna reductos intellige: hibernat enim *quinta* & *unetuicesima* legio *Veteribus* 1. 45. *prima* ac *vicesima* apud *Vbios* 1. 37. *tertiadecima* verò *Petovione*, hist. 3. 1.

1. *Addidit.*] Alacritatem auxit Germanici liberalitas, qui amissarum rerum pretium exsolvit legionibus, quanti quisque jacturam suam æstimasset, probassetque. idem fecit olim Alexander Magnus, occasione tamen dissimili.

2. *Se noviet in Germaniam.*] Non toties in propriè dictam Germaniam: quære ex histotiis; & examina: sed intellegit sumitque nua missiones, opinor, in Pannoniam, & Illyricum, *Lipsius.*

Se novies] Si confundis bella, quæ in *Pannonia*, *Dalmatia*, & *Illyrico* gessit Tiberius, cum bellis Germanicis. Certe *novies* missum in eas regiones facilè reperias apud Vellejum & Suetonium. Fuit enim missus ad bellum *Rhaticum* & *Vindelicum* cum fratre Druso, dein ad *Pannonicum*, mox in *Germaniam* missus, cum in morbum incidisset Drusus. Dein mortuo Druso iterum missus ad *Germanicum* bellum. post adoptionem, rursus mittitur in *Germaniam*, dein in *Illyricum* cum 15. legionibus. Dein post cladem Vari repetit *Germaniam*, mox rursus in *Illyricum* missus, sed statim revocatus ex itinere ob morbum Augusti.

At si de *Germania* ipsa præcise intelligere velis, numera anuos vel expeditiones Tiberij, novem etiam reperies. Primo confecit bellum *Rhaticum* & *Vindelicum* duobus annis. Dein missus est in *Germaniam* ægro fratre. Exin mortuo Druso ad bellum *Germanicum*. Mox post secessum Rhodi & adoptionem rursus bella gessit apud *Germaniam per triennium.* Dein post cladem Vari *per biennium.* Fr. certe singulis annis in urbem revertebatur, si excipias bellum, quod ibi gessit post cladem Varianam: nam non nisi post biennium rediit, & Vellejus lib. 2. 104. (de seipso loquitur.) *Cœlestissimorum ejus* (Tiberij nempe) *per annos continuos novem præfectus aut legatus spectator, & pro captu mediocritatis meæ adjutor fui*; sed, puto, Velleius comitatus est Tiberium à reditu tantum Rhodiano.

3. *Sic Sugambros.*] Id accidit, Tiberio ipso duce. Vide Dionem lib. 55. in

sic

sic [1] *Suevos, regemque Marobodnum pace obstrictum. posse & Cheruscos, ceterasque rebellium gentes, quando* [2] *Romanæ ultioni consultum est, internis discordiis relinqui.* Precante Germanico annum efficiendis cœptis, acrius modestiam ejus adgreditur, [3] alterum consulatum offerendo, [4] cujus munia præsens obiret. simul adnectebat, *si foret adhuc bellandum,* [5] *relinqueret materiam Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste, non nisi apud*

INTERPRETATIO.

sic Suevos, & regem Marobodnum fœdere devinctum, posse etiam Cheruscos, & alias rebellantium nationes vicissim consumendas, intestinis dissensionibus suis permitti, cum jam Romanæ vindictæ prospectum esset. *Rogante Cæsare annum unum, quo cœpta perficeret, moderationem ejus vehementius adoritur, urgetque Tiberius, secundum consulatum exhibendo, cujus honorem præsens obtineret.* Etiam *addebat,* si adhuc bellum gerendum esset, relinqueret occasionem decoris Druso fratri

NOTÆ.

cujus verbis menda, *Cantabrique* appellantur in Germania, qui revera *Sugambri,* ut monui olim Antiquar. lect. lib 2 c 6. Suetonius: *Suevos & Sugambros dedentes se in Galliam traduxit, & in proximis Rheno agris collocavit.* Eutropius lib 7. *Tiberius CCCC. millia captivorum ex Germania transtulit, & supra ripam Rheni in Gallia collocavit.*

Isidorus non obscure indicat hos ipsos esse, qui *Burgundiones* postea appellati, largiter sic vocari potuerunt. *Burgundiones,* inquit, *quondam à Romanis, subacta interiore Germania, per castrorum limites positi à Tiberio Cæsare, in magnam coaluerunt gentem. Atque ita nomen ex loco sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta, Burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles effecti Romanis, plusquam LXXXXM. armatorum ripas Rheni fluminis insederunt, & nomen gentis obtinuerunt.*

A quo tamen diversus it Ammianus qui originem eorum à Romanis trahit *Gratanter ratione gemina principis accepta sunt litteræ: prima, quod jam inde temporibus priscis sobolem se esse Romanam Burgundij sciunt: dein, quod salinarum, finiumque causa Alemanis sæpe jurgabant.*

Sugambros] Sugambri, vel Sicambri populi Germaniæ inter Visurgim & Rhenum fluvios. Hodie *Westphalia,* ducatus in circulo Westphalico, sed tamen paret Electori Coloniæ *Tillem.*

1. *Suevos.*] Suevi populi majorem Germaniæ partem obtinuerunt, circa fluvios Albim, Suevum aut Viadrum, & Vistulam Hodie in eo tractu sunt partes culorum *Saxoniæ* superioris & inferioris: *Franconiæ, Bavariæ & Austriæ,* &c. regnum *Bohemiæ,* &c. in imperio Allemaniæ; atque pars status *Poloniæ* circa Vistulam fluvium. His etiam adduntur regna *Norvuegiæ* & *Suediæ.* ex Germania antiq Cluverij lib 3 cap 24 p. 99. *Tillemontius.*

2. *Romanæ ultioni.*] Quum abolita Varianæ cladis infamia, satisfactum jam sit vindictæ nominis Romani quæ una, aut certe potissima causa, inferendi tum Germanis belli, fuisset.

3. *Alterum consulatum offerendo.*] Nempe in sequentem annum. infra eodem lib 53.

4. *Cujus præsens munia obiret.*] Quod subdolum falsum & insidiosum fuit. Nam consulatum non obtinuit, aut iniit Romæ; sed in Græcia, & in Oriente exercuit: infra 53. *Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum Consules habuit, sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem Achaiæ Nicopolim,* &c.

5. *Relinqueret materiam Drusi*] M. Seneca l. controv 8 *Hoc tempore, R. pub. censu, tu causa mea tua. Primum, ut pluribus juvenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnium occasionem for-*

Germanias adsequi nomen imperatorium, & [1] *deportare lauream posset.* Haud cunctatus est ultra Germanicus, quamquam fingi ea, seque per invidiam parto jam decori abstrahi intelligeret.
27 Sub idem tempus è familia Scriboniorum Libo Drusus defertur moliri res novas. Ejus negotij initium, ordinem, finem curatius disseram; quia tum primum reperta sunt, quæ per tot annos Remp. exedere. Firmius Catus Se-

INTERPRETATIO.

qui nullo tum alio rebelle populo, non posset, nisi apud Germanos, adipisci vocabulum Imperatorium & referre triumphum. *Non ultra moratus est Cæsar, quamvis sciret ea simulata falsaque, & se per æmulationem quæsita jam gloria abripi avelliquo. Circa idem tempus accusatur è gente Scriboniorum Libo Drusus agitare res novas. diligentius exequar originem, principium, seriem, & exitum hujus rei, quia tum primum adinventa sunt, quæ per tot annos civitatem exhausere. Firmius Catus Sena-*

NOTÆ

titer faciendi ab uno occupari; deinde expedire Reipub. non videri tantum ex uno pendere.

Relinquerit.] Hanc invidiam non erubuit adjungere, si continuandum esset bellum, hanc materiam Druso fratri relinqueret.

1. *Deportare lauream posset.*] Id est, triumphare. Triumphantes enim ascendere Capitolium soliti, & laurum quam manu tenebant, quæque in fascibus lictorum, deponere in gremio Jovis: arbitri scilicet victoriæ & auctoris. *Lipsius.*

Lauream.] *Lauream* ibi sumit Tacitus, seu Tiberius pro vero triumpho. Par quippe saltem Drusus Germanico, at Germanicus verum de Germania triumphum duxit.

Lauream.] De ea sic Statius.

——— *laurumque superbam*
In gremio Iovis excisis deponere Pœnis,

Idem.

Et nondum gremio Iovis Indica laurus,

Dixi *in fascibus lictorum*: cum ritum clare ponit Dio 54. de Augusto. *Et in Capitolium conscendens, laurum à fascibus abstulit, & in Iovis genibus deposuit.* Sicut & Julius Obsequens. *C. Antonius cum in agro Pistoriensi Catilinam vicisset, laureatos fasces in provinciam tulit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.*

Recte ergo in Plinio scriptum: *Fasces Imperatorum laurus decorat, ex his in gremio Iovis optimi, maximi deponitur, quotiens lætitiam nova victoria adtulit.* Seneca Consolatione ad Elbiam cap 10. *Scilicet minus beatè vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audiit, cum vilissimum cibum in foco manu sua versarit, cum qua tam sæpe hostem percusserat, lauream que in Capitolini Iovis gremio reposuerat: quam Apicius nostra memoria vixit, qui, &c.*

Simillimus panegyristæ locus laudatione Theodosij: *Cursij Coruncanij, Fabricij, cum induciæ bella suspenderant, inter aratra vivebant: & ne virtus quiete languesceret. Depositis in gremio Capitolini Iovis laureis, triumphales viri rusticabantur:* Sed & laurea etiam deposita sine justo triumpho. Suetonius Domit. cap. 6. *De Sarmatis lauream modo Iovi Capitolino retulit.* Itemque Nero ob Tiridatis in urbem adventum. *Imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata,* in eodem Suetonio, cap 13 Sed hoc ævo principum, quo adulatio impetabat, non virtus, aut veritas.

Deportare lauream.] Rectum est deportare. Reportantur, quæ portata fuerant, ut lib. 4. *Sereuus Amorgum reportatur.* & legio *reportatur*, quæ transvecta fuerat. At *deportatur* laurea, quæ non eo lata: *deportatur* fama, quæ ibi parta, infra lib. 4. *Insignes captivos, cædem ducis, belliquε confecti famam deportarat.* Et sic omnes alij. Cicero. 1. de Offic. *Frustra se tertium triumphum deportatu-*

nator ex intima Libonis amicitia juvenem improvidum & facilem inanibus, ad [1] Chaldæorum promissa, [2] Magorum sacra, somniorum

INTERPRETATIO.

tor Liboni familiarissimus incitavit adolescentem incautum, & in vana promptum ad Chaldæorum promissiones, ad Magorum immolationes, & somniorum etiam conie

NOTÆ.

rum fuisse. Mercerus.

Quamquam fingi ea.] Licet non ignoraret ea per invidiam composita, eo sicilicet, ut spoliaretur perdomitæ Germaniæ titulo, & nobilissimæ victoriæ gloria, quam tantum non habebat in manibus.

1. *Chaldæorum.*] Chaldæa, vel Babylonia provincia Assyriæ regionis. Hodie *Teraçe* provincia regionis *Diarbeck*, in Turcico imperio Asiatico *Tillem.*

Chaldæorum promissa.] Populi sunt Assyriæ, qui primi putantur excogitasse rationem illam inscandi stultos: qua infatuati etiam hodie plerique, quid cuique eventurum sit, è siderum aspectu posse prænosci putant. Cicero primo de divinat. *Assyrii propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, transitiones motusque stellarum observaverunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt: quo in genere Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur fecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset.*

Proclus lib. 4. in Timæum. *Theophrastus asserit suis temporibus mirabilissimam fuisse Chaldæorum circa talia speculationem, interque multa alia prædixisse, & vitas singulorum & mortes, neque vulgaria solum, quemadmodum tempestates & serenitatem aeris, velut & stellam Mercurii hieme quidam conspicuam, significare frigus, æstate vero calorem eis importare, omniaque illos & publica & privata ex cœlestibus, in libro qui de signis inscribitur, prænoscere ille affirmat.*

Chaldæorum.] De quibus Diodor lib. 2. *Chaldæi Babyloniorum antiquissimi eum locum in sua Repub. quem in Ægypto Sacerdotes obtinuere. Ad cultum enim deorum deputati per omnem vitam philosophantur, peritissimi Astrologiæ habiti. Multi divinatione quadam futura prædicebant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantationibus & mala avertere ab hominibus, & bona afferre, auguria insuper, somniaque & prodigia interpretari consuevere. Eorum præterea quæ ad sacra speculanda pertinent peritissimi. Non enim quemadmodum Græci horum omnium doctrinam discunt: Nam pueri à patribus progeniem secuti eam percipiunt philosophiam, omni aliarum rerum cura posthabita. Ita tum quia à teneris annis in ea doctrina erudiuntur, tum quia diutius in illa perseverant, doctissimi evadunt,* &c.

Chaldæi mundū sempiternum esse aiunt, neq; principium habuisse, neq; interiturū esse finem. Universerū ordinem atq; ornatum divina quadam providentia factum. Cælestia omnia non casu, aut sua sponte, sed determinatione & certo quodā firmoq; deorum nutu, judicioq; esse perfecta. Astrorū longa observatione cursum naturamq; diligenter scrutati: multa futura hominibus prædicunt, &c.

Aliquando vero ventis, quandoque imbribus, tum æstu, nonnumquam cometis, Solis & Lunæ eclipsi, motu terræ, multis denique signis quæ prosint, quæve obsint, non solùm gentibus, ac locis, sed & Regibus & privatis ostendunt &c. Multa prædixere tum aliis, tum etiam Regibus, præsertim Alexandro, cum esset pugnaturus cum Dario, postmodum Antigono, Nicanori Seleuco Hæc Diodor.

Dio lib. 36. ad annum 704 *Vatibus interdictum ab Augusto est, ne vel remotis arbitris, vel coram aliis, de morte cujusquam prædicerent, quamquam ipse Augustus pro se non perinde sollicitus esset, ita ut publicè stellarum constitutionem, sub qua in lucem erat editus, proposuerit.*

2. *Magorum sacra.*] Qui in Gallia

sacra, [2] somniorum etiam interpretes impulit: [3] dum *proavum Pom-*

INTERPRETATIO

jectores. dum ipsi ostendit jactatque proavum Pompejum, amitam Scriboniam, quæ

NOTÆ.

Druides, in India *Gymnosophistæ*, ii apud Persas erant *Magi*, portentosæ cujusdam sapientiæ professores: quâ opera quædam admirabilia effici, sidera de cælo decipi, mutari fluminum cursus, mortuorum animas ab inferis elici, morbos aliis immitti, ab aliis depelli mentiebantur. Sparsa est vanitas illa toto prope orbe terrarum, eo efficacius, quod ex tribus partibus conflata videbatur, quæ singulæ ad permovendos animos plurimum valent, religione, medicina, futurorum prædictione. Ad inventorem Zoroastrem refertur: quem tradit Eudoxius vixisse sex millibus annorũ, ante Mosen.

Magorum.] Plin 30. 1. *Fraudulentissima artium in toto terrarum orbe, plurimisque seculis valuit. Autoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quando quidem sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in unam se redegit. Natam primum è Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse, velut altiorem sanctioremque quam Medicinam: ita blandissimis desiderabilissimisque promissis, addidisse vires Religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus. Atque ut hoc quoque suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futurorũ de se sciendi, atque ea è cœlo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus, triplici vinculo, in tantum fastigij adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat, & in Oriente Regum Regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perside à Zoroastre* &c.

Tantam potestatem sibi vindicarunt Magi illi, ut universæ naturæ, cœlo, stellis, sphæris, ignibus, aquis, animalibus, plantis, gemmis, umbris & diis inferis imperasse videantur. Quod refert Plinius c. 2. lib. 30. *Ut narravit Osthanes species ejus plures sunt. Namque ex aqua & ex sphæris, & ex aëre & stellis & lucernis, ac pelvibus securibusque, & multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum, infernorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Ad hæc non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium*, &c. Dein sic concludit Plinius: *proinde ita persuasum sit intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his veneficas artes pollere, non Magicas.*

Magorum.] Nostro etiam nunc ævo (hæc a. 1680. scripsimus) magna auctoritate pollent Magi in regno Persiæ; qui forte posteri priscorum Magorum Orientis, eamdem artem, vel fallaciam retinent. Si quando Rex Persarum urbem regni caput ingredi parat, ad illum venit, qui se ducem Magorũm, seu Astrologorum profitetur, monetque præteriisse horam fœlicem, vel nondum adesse, expectandumque esse, quandoque triduum totum. Idem faciunt illi, cum Rex auspicari regnum cupit, & certum quoddam, auspicandi principatum, seu coronam, aut solium avitum occupandi tempus, indicant & præscribunt, tanta asseveratione, ut alio tempore inceptus principatus infaustus eventu sit, & ad vitandam calamitatem, veluti deponendum omittendumque regnum sit, ut rursus fœliciori & præscripto ab ipsis tempore Rex solium ascendat: ita ut etiam tum nomen pristinum Rex commutet, quasi fausto magis in posterum vocabulo usurus. Nunc etiam tres aut quatuor Astrologi assidui sunt Regis Persarum comites, ut ipsi perpetuo fausta vel infausta fandi, faciendique momenta denuntient.

1. *Sacra.*] Sacra illa Magorum indicat Plinius facta esse immolatione hominum, ibid. 657°. *demum anno urbis, Cn.*

pejum, [1] *amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti conjunx fuerat, consobrinos Cæsares, plenam imaginibus domum* ostentat: hortaturque ad lu-

INTERPRETATIO.

olim Augusti uxor fuerat, consobrinos Cæsares, & referta imaginibus atria, *im-*

NOTÆ.

Cornelio Lentulo P. Licinio Crasso Coss. S. C. factum est, ne homo immolaretur, palamque usque in tempus illud sacra (Magorum) *prodigiosa celebrata.* Dein innuit idem auctor transvectam illam artem in totum orbem, in Italiam ipsam, in Galliam, ad nostros Druidas, qui *Vates* simul & *Medici*. Etiam in Britanniam. & ultra Oceanum. *Britannia*, inquit, *hodieque eam attenite celebrat tantis ceremoniis, ut dedisse Persis videri possit, &c. Non satis æstimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero saluberrimum.* Et infra cap. 2. ubi de Nerone. *dios eligere certos liberum erat, pecudes vero, quibus non nisi ater color esset, facile. Nam hominem immolare etiam gratissimum.* Sed de his sacris *Magorum* postea videbimus apud Tacitum, ubi de veneficio, seu morte Germanici, & aliis locis.

2. *Somniorum etiam interpretes.*] Hoc videlicet unum testabat stultitiæ genus, ut è vanis somniorum imaginibus veritatem futurorum quæreremus Repertor artificij Amphictyon quidam fuisse dicitur. Ac Plato quidem lib. 9. de Repub. animos bene compositos multa per quietem providere posse confirmat. Et exstant tum Hippocratis, tum Aristotelis libelli de divinatione per somnium: & Artemidori libri aliquot de interpretatione somniorum: & Aristidæ Hadriani orationes de somniis suis: & Synesii liber ejusdem argumenti, illustratus commentatio Nicephori Gregoræ: & apud Suidam versus multi ad interpretationem somniorum pertinentes. Sed mihi quidem probatur Ennius, qui se ait *non nauci habere Marsum augurem, non haruspices Vicanos, non de circo Astrologos, non Isiacos conjectores, somniorum interpretes, &c.*

3. *Dum proavum Pompeium.*] Cur Liboni huic proavus Pompeius, scio: cur Cæsares consobrini. In Scribonia amita hæreo, quæ ex historiis quidem adstruitur saltem matertera major; nisi placet amitæ nomine abusum Tacitum esse. Si non est: sequitur ut paternum genus etiam (nam de materno constat) huic adolescenti è Scriboniis sit. Et suadet hercle nomen: quia Tacito dicitur, *Scribonius Libo Drusus.* Censeo L. Scribonio Liboni, qui consul cum M. Antonio fuit, fratrem fuisse alium Scribonium, cujus nepos iste. Ita, inquam, ut maritus Pompeiæ Scribonius aliquis fuerit. Liquere res nisi ex Genesi non potest.

1. *Amitam Scriboniam.*] L. Scribonius Libo, qui consul cum Antonio anno 719. uxor incerta. Ex his Scribonia nupta Sex. Pompeio filio Magni per bellum Siculum. Ex his Pompeia quæ desponsa M. Marcello, pignus pacis cum Triumviris initæ, sed non deducta. Nupsit forte post Scribonio Liboni. Ex his L. Scribonius Libo, qui consul initio lib. hujus, & Scribonius Libo Drusus, de quo hic, qui tantum prætor. Scribonia soror Scribonij Libonis, qui Consul cum Antonio, & uxor Oct. Augusti. Ex his nascitur Julia, cui maritus Vipsanius Agrippa. Ex his orti Caius & Lucius Cæsares, Julia nupta L. Paullo, & Agrippina uxor Germanici.

Ex his Scribonius Libo, de quo nihil legi. Scribonius de quo nihil item, Scribonius Libo, quem volo maritum Pompeiæ fuisse. Hæc tertia linea ex conjectura; nam aliter de amita Scribonia explicari non potuit. *Lipsius.*

Proavum Pompeium.] Videtur Sex. Pompeius Cn. Magni filius, & L. Scri-

xum & æs alienum, [1] socius libidinum [2] & necessitatum, quo pluribus
28 indiciis inligaret. Ut satis testium, & qui servi eadem noscerent, re-

INTERPRETATIO.

pelliteque ad luxuriam, & debita contrahenda, conscius voluptatum & necessitudinum, quo pluribus testimoniis illaquearet. Ubi satis testium habuit, *& aderant se-*

NOTÆ.

bonius Libo anno V.C. 719. Consul fuisse cognoveris; & Pompeiam illius filiam duxit hujus filius L. Scribonius Libo: ex quo conjugio nati L. Scribonius Libo Drusus cum fratre consule anni 769 qui à Dione L. F. appellatur, & Scribonia nupta, de qua in libris historiarum. Hinc Drusus Magni pronepos. Aliam genesim edit Lipsius, sed ut videtur, parum firmam. *Rupertus.*

Prope temerarium est in his aliquid audere. Video tamen Scriboniam Augusti etiam Senecæ appellari hujus Drusi *amitam*. Video & Dioni & Appiani Scribonium Libonem Consulem anni V. 719 dici socerum Sex. Pompeij. Hujus igitur Scribonij filius si Pompeiam duxit, sororis suæ filiam duxit, quæ Romanis non erant justæ nuptiæ.

Nec vero Pompeiam Sex. F. possum putare, quam cum Fausti liberis conservatam Hirtius, Florus (haud dubie falso) interfectam cum patruelibus è Sulla scribunt. Quod vult Rupertus, & si alibi Hirtianam Magni, Flori Pompeiam Sexti filiam faciat. Utrobique profecto eadem designatur, & Magni filia, Cn. & Sexti soror. Relinquitur, ut suspicemur, si possimus, Sexto aliam fuisse uxorem, ex qua genuerit Pompeiam Libonis Drusi matrem, antequam Scriboniam duceret. *Gronovius.*

1. *Socius libidinum.*] Illum incitabat ut avitis opibus, per luxum profusis, grande æs alienum contraheret, sociumque se præbebat, tam ad voluptates, quam ad necessitates, angustiasque vastis debitis conjunctas, ut omnibus ejus arcanis exactissime penetratis, pluribus eum constringeret argumentis, subverteretque facius. *Freinsh.*

2. *Et necessitatum.*] Τὸ *necessitates* Alij sumunt pro *familiaritate, usu, necessitudine*; Alij pro *sumptibus & angustiis*, seu pro egestate & inopia, sed multi homines velint esse socij *libidinum*, non egestatis aut inopiæ. Igitur iste vir *socius libidinum*, prodigentiæ & sumptuum, unde certe necessario sequitur egestas, & *res angusta domi*; quam tamen egestatem non sibi proponebat *socius* ille directè. Per *necessitates* hic intellige sumptus & prodigentiam opum, ex quibus statim inopia & angustiæ, hoc sensu:

Proponit Liboni avitam nobilitatem, ob quam ostendit eum posse ad imperium pervenire, modo se dignum illo præster, munificentia & conviviis gratiam quærendo, (eo efficacioribus, quod ab hac ambitione remotus esset tristis Tiberius) nec parceret pecuniæ vel si mutuandum gravibus sub usuris esset, quod donaretur (sic enim & Julius auctor dominationis fecerat:) utque ostenderet sese adjutorem consilij, quod dederat ipse, quasi pro Libone laborans, similiter faciebat, luxuriosus & damnosus; revera ut plures conscij fierent temerariæ ambitionis, per quos Libonem convinceret.

Inliciebat, hortabaturque juvenem ad luxum & æs alienum contrahendum. Erat socius *libidinum*, & conscius *necessitatum* illius. Erat adjutor, fautor, forte & conciliator *libidinum* at *necessitatum* illius forte tantum hortator, & conscius fuit, non adjutor, non particeps ex æquo impensæ & sumptuum. Neque enim pari luxu & prodigentia effudisset opes suas Catus, imo Libonem suis ipsius opibus subvertebat. Neque etiam fides, nobilitas & opes pares Firmio Cato. Et eodem modo fuerit Catus socius necessitatem, quo libidinum erat, nempe fautor, hortator & con-

petit, aditum ad principem postulat; demonstrato crimine & reo [1] per Flaccum Vescularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio usus erat. Cæsar indicium haud aspernatus, [2] congressus abnuit. *posse enim eodem Flacco internuntio, sermones commeare.* Atque interim Libonem [3] ornat prætura, [4] convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis, commotior (adeo iram condiderat) cunctaque ejus dicta, factaque, [5] cum prohibere posset, [6] scire malebat. donec Junius quidam [7] tentatus ut [8] infernas umbras carminibus eliceret, ad Fulcinium Trio-

INTERPRETATIO.

nij, quibus eadem res comperta esset, poscit aditum ad Cæsarem, indicato scelere, & sonte per Flaccum Vescularium equitem Rom. cui major cum Tiberio familiaritas erat. Cæsar, haud spreta delatione, colloquium negat, quippe posse perferri invicem nuntios, eodem Flacco interprete. *Atque interea auget Libonem prætoria dignitate, admittit ad convivia, facie haud infensus, non sermone violentior (adeo presserat iracundiam) & malebat nosse omnia quæ Libo diceret, aut faceret, cum posset impedire. donec Iunius quidam sollicitatus, ut tartareos manes evocaret incantamentis, rem denunciavit Fulcinio Trioni. Famosum erat ingenium Trionis inter delatores*

NOTÆ.

ciliator. ita ut nihil præter consilium & societatem luxui juvenis adderet, non sumptum. Si contendas tamen vafertimum illum delatorem aliquid ex suo impendisse in ea societate, ut sic magis vesanum adolescentem incitaret, inliceret, irretiretque, non admodum repugnaverim.

1. *Per Flaccum Vescularium.*] Qui tamen infra lib 5. est, Vescolarios Atticus insidiarum in Libonem internuncius.

2. *Congressus abnuit.*] Ne tamen ex congressu Cari suspiciones nascerentur, nouit com admittere *Freinsh.* Forte id egit superbia sibi innata Tiberius, vel ne Carus suspectaretur Liboni. forte & contemto pessimi hominis, amicom suum prodentis, non spernebat indicem, sed horrebat hominem infidum, quem ut parricidam aversari potuit; nam vere *parricida* qui amicum prodit.

3. *Ornat pratura.*] Horatius, *Eutrapelus cuicumque nocere volebat, vestimenta dabat pretiosa* Ista sævitiæ velamenta objicit Domitiano Suetonius, ut noster Neroni.

4. *Convictibus adhibet.*] Sueton Domit. 11. *Actorem summarum pridie: quam crucifigeret in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Aretinum Clementem Consularem virum è familiaribus, & emissariis suis condemnaturus in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, conspecto delatore ejus, vis inquit, nequissimum servum cras audiamus,*

5. *Cum prohibere posset.*] In eo prava vafrities, & sæva dissimolatio, quod cum prohibere posset juvenem, ne peccaret, ne periret, ruere in scelus maluit ut puniret, sic labentem, ruentemque juvenem deservisse, imo impulisse visus est, quod indignum bono principe.

6. *Scire malebat.*] Et cum prohibere posset, scite & ulcisci malebat. At debet princeps *omnia scire, non omnia exequi.* Tac. in Agric.

7. *Tentatus.*] Junius quidam nomine Libonis rogatus carminibus magicis manes evocare.

8. *Infernas umbras.*] Cicer. in Vatin. *Et quoniam omnium rerum magnarum à diis immortalibus principia ducuntur: velo ut mihi respondeas tu, qui te Pythagoram soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus pra-*

nem indicium detulit, celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, [1] avidumque famæ malæ. Statim corripit reum, adit consules, [2] senatus cognitionem poscit: & vocantur patres, [3] addito, [4] *con-*
29 *sultandum super re magna & atroci.* Libo interim veste mutata,

INTERPRETATIO.

pessimaque fama cupidissimum. Confestim invadit sontem, pergit ad consules, judicium patrum postulat & vocatur senatus, adjecto deliberandum de negotio ingenti & immani. *Interea Libo squallido cultu, cum primariis mulieribus* cœpit

NOTÆ.

tendere, qua te tanta pravitas mentis tenuerit, quis tantus furor, ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes placare soleas, &c.

Infernas umbras, &c. eliceret.] Quanta in ea re vanitas artis fuerit, indicat. Plin. lib. 30. 2. *Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis, prodiderit,* &c. *seque evocasse umbras ad percunctandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.*

Qua herba uterentur ad evocandos deos, docet Plinius lib. 24. 17. *At in hu ille* (Democritus) *post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentosiora tradit. Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem Persico latere.; qua de causa Marmaritin vocari. Magos utique ea uti, cum velint deos evocare.*

Et lib. 38. 8. *Eodem* (sanguine Pantheræ) *tactis postibus, ubicumque Magorum infestari artes, non elici deos, nec colloqui, sive lucernis, sive pelvi, sive quo alio genere tententur.*

Nec solum evocabantur à sapientibus illis manes, sed etiam, si quando egressæ tumulis umbræ infestarent domos, aut personas, à Magis repellebantur in sua sepulcra, claudebanturque rursus, ita ut non amplius exire auderent: si credere fas sit Quintiliano declamat. 10 ubi de patre cujus filius mortuus redibat. *Filium videre timuit, sic Magum protinus nescia matre, cujus horrido murmure imperiosisque verbis dii superi manesque torquentur, excogitator iste mortis alterius, advocat.* &c, *Magna tua gloria est, si retines filium qui redit etiam à morte ad matrem. Noxium sepulchro circumdatur carmen Tunc horrentibus verbis urna præcluditur,* &c. *Dum cludis umbram, intelligimus te solum esse, qui possis evocare.*

1. *Avidumque famæ malæ*] Hic sensus idem est, qui in his 11. 27. de Messalina. *Nomen tamen matrimonii concupivit, ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.*

2. *Senatus cognitionem poscit.*] Non Senatum, ut nonnulli. aliud hoc, neque enim continuo, qui *cognitionem Senatus* poscit, idem etiam Senatum haberi, vocarique postulat; quamquam hîc pro rei atrocitate, utrumque fortassis factum sit, neque legitimus Senatus exspectatus, sed extra ordinem indictus fuerit. *Freinsh.*

3. *Addito.*] Additis ad solemnem formulam his verbis *super re magna*, &c.

4. *Consultandum super re magna.*] Ut in crimine læsæ majestatis, statim extra ordinem vocari Senatus, etiam festo die occurrente, & fieri judicium, pœnaque decerni adversus reos extemplo debuit; quia nempe salus Reipub salus principis agebatur. Sic & vetere Repub. usurpatum; sic & Athenis decreverat Solon novatores statim damnari, statim puniri, nisi enim mala in Rempublicam consilia cito occupentur, prævertanturque; jam neque magistratus, neque leges valebunt.

5. *Veste mutata.*] Cultus supplicis hic est, qualis lib. 43. Livii, ubi principes civitatis in conspectu populi *anulis* ...

feminis

[1] cum primoribus feminis circumire domos, orare adfines, [2] vocem adversum pericula poscere: [3] abnuentibus cunctis, cum diversa præten-

INTERPRETATIO.

ire passim per domos, rogare propinquos, postulare vocem & opem contra discrimina: recusantibus omnibus, eodem metu, cum dissimilia prætexerent. die quo senatus habe-

NOTÆ.

reis positis vestem mutarant, ut supplices plebem circumirent. Mutatur autem vestis candida in obsoletam & sordidam. Neque sine causa vestem sordidam in publico habere, capillumve summittere licuit: qua de re Venuleij scriptum superest ex lib. 2. publicorum D de injuriis: & censorum olim & de re cognitio & severitas in M. Livium extat apud Tit l. 27.

Veste mutata.] Gell. lib. 3. 4. *In libris, quos de vita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animadvertimus, P. Scipionem Pauli filio, postquam de Pœnis triumphaverat, Censorque fuerat, eidem diem dictum esse ad populum à Claudio Asellio Trib. Pleb. cui equum in censura ademerat, eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse cultu solito reorum.*

[1]. *Cum primoribus.*] Comitantibus ad commendationem, misericordiamque movendam, claris ejus familiæ fœminis, propinquis suis, domos illustrium circumibat, propinquos rogans, ut ipsi adessent, & causam suam agerent, quod ab omnibus pariter negatum est: eodem omnes metu perculsi, ne nempe offenderent principem, quamvis alius aliud excusaret.

[2]. *Vocem adversum pericula.*] Fuit etiam qui intellexit, ut quum in Senatu sententiam dicerent patres, ipsius in favorem loquerentur, quod falsum puto: nam sequentia satis apertè declarant, quæsitos à Libone advocatos, ac patronos, qui *voce* i.e. oratione, causam ejus defenderent, intercederentve pro eo, ac deprecarentur. Hoc sensu *vox* apud Ciceronem pro P. Sextio: *conciones haberi quotidie contra me, vocem pro me ac Republica neminem mittere.* Freinsh.

Vocem.] Puto posse indefinite intelligi, petiisse *vocem* amicorum, & adfinium ad amicos principis, ad principem ipsum, ad patres in Senatu. & reverâ Quirinius adfinis adit principem pro Libone deprecaturus, cui responsum est, ut *Senatum rogaret*; quidni & petiit vocem adfinium & amicorum in Senatu, ut mos olim fuit habere patronos & deprecatores illustres, veluti testes probitatis, & bene anteactæ vitæ: qui diversi ab oratoribus, qui rei salutem & causam propugnabant oratione continua petiit & *vocem* qua illum defenderent ut patroni, etiam qua ipsum tuerentur patres cum sententiam promerent.

Cum Libo sine patrono introisset, instant certantque invicem delatores, quis ingrediatur accusationem Libonis, at nemo patronus Liboni succurrit, quippe fuit crimen majestatis, tantum, tamque horrendum, ut ipsi propinqui, licet forte eum non sic appellaretur, adfines, & amici absisterent, causamque & reum desererent, ne se calamitati, & exitio alieno immiscerent, hinc Senecæ Libo dicitur *funus*, eo ipso quo accusatus est. Et tum *periculum pro exitio habebatur.*

[3]. *Abnuentibus cunctis.*] Sic Dionysius lib 4. de Tullio Servio. *Processit in forum sordida veste indutus, squallidus, abjectusq; comitante illum, & matre sua Ocrisia, & Tarquinij uxore Tanaquil, simul & universa familia regia.* Sic & Plutarchus in Camillo. cum nempe prope esset ille, ut populi suffragiis damnaretur. *Sic igitur Camillus convocatis amicis, collegis simul, & his qui secum militaverant, qui plurimi fuerunt; rogavit illos, ne se despi-*

derent, eadem formidine. die senatus, metu & ægritudine fessus, sive, ut tradidere quidam, [1] simulato morbo, [2] lectica delatus ad fores curiæ, [3] innisusque fratri, & manus ac supplices voces ad Tiberium tendens, immoto ejus vultu excipitur. mox [4] libellos [5] & auctores recitat Cæsar, ita moderans, ne lenire, neve asperare crimina videretur. Accesserant præter Trionem & Catum accusatores, Frontejus Agrippa, & [6] C. Vi-

INTERPRETATIO.

batur pavore, & tædio animi æger, sive, ut nonnulli scripsere, ficta adversa valetudine, sella vectus ad vestibulum senatus, & innixus fratri, & tendens manus precesque ad principem, inflexo ejus ore excipitur, dein Tiberius legit codicillos, & indices, ac delatores nominat, *sic temperans* inter legendum, *ne minuere vel augere scelera putaretur. Præter Trionem & Catum accusatores*, delationi *etiam se adjunxerant Fontejus Agrippa & C. Vibius & contendebant inter se, cui perorandi*

NOTÆ.

cerent, deferentque mala de causa oppressum, & risui inimicorum expositum; sed postquam amici consulcassent, invicemque colloquium habuissent, illi arbitrari, se non debere adesse illi, aut opem ferre in tali judicio, responderunt.

1. *Simulato morbo*] Verum fuisse morbum scribit Dio, additque *letalem*, nec Tiberium ausum *sanum & valentem* Libonem aggredi, sed in *ægrum* & viribus fractum insiluisse. Quod faciunt timidiores. Si credimus Suetonio, initio metuebat Clementem, Libonem, sed præcipue Germanicum, & Senatum.

2. *Lectica delatus.*] Quod receptum in solis ægris. Nam lecticæ quamquam jam vulgatæ, tamen spernebantur adhuc à curiæ aditu. Sueton. de Tiberio: *Numquam curiam, nisi solus intravit: lectica quondam introlatus æger, comites à se removit.*

3. *Innisusque fratri.*] Puto L. Scribonio Liboni, qui hoc anno Consul. *Lipsius.*

4. *Libellos & auctores.*] Libellos enim dabant, qui alium deferebant, sua manu subscriptos, aut pro eis ab aliis, si forte ipsi litteras nescirent. *L. Libellorum.* D. de accusat. & in script. Libellos, in quibus erant accusationis capita, quæ apud acta deponebantur, & nomina auctorum, id est, accusatorum, manu eorum scripta L. 1. D. de accus. nam accusatorem certum esse oportuit, in quem accusationis probata calumnia cuderetur.

5. *Et auctores.*] Alij vertunt *accusatores*, sed potius illigendi indices seu testes & delatores, qui tales libellos composuerant, miseramque Tiberio, nempe Firmius Catus, & Junius, seu Fulcinius Trio.

6. *Vibius.*] Non *Livius*, sed *Vibius* est, de quo Tacit. lib. 4. 29. *Nec occultante vetus odium adversus exulem Serenum: nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem litteris exprobraverat suum tantum studium sine fructu fuisse.* Qui haud dubie vocabatur *C. Vibius Serenus.* Et lib. 4. 13. *Et Vibius Serenus Proconsul ulterioris Hispaniæ, de vi publica damnatus, ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur.* Atrocitas illius patet ex his Taciti: *Addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures superbas & offensioni promptas.* Neque constat de atrocitate temporum, imo Tiberius cap. 30. *Dictis sententiis ut Serenus more majorum puniretur, quo molliret invidiam, intercessit.*

Et habemus exemplum Cassij Severi, qui Cretam amotus propter delationes, ibi cum eadem ageret, angustiori insula inclusus est, & hauddubie sic propter

bius, [1] certabantque cui jus perorandi in reum daretur: donec Vibius, quia nec ipsi inter se concederent, & Libo sine patrono introiisset, [2] singillatim se crimina objecturum professus, protulit libellos [3] vecordes adeo, ut consultaverit Libo, [4] *an habiturus foret opes*, [5] *quis*

INTERPRETATIO

in sontem facultas concederetur, donec Vibius, quia nec illi invicem tali jure cederent, & Libo ingressus esset sine advocato, pollicitus se singula ordine scelera expositurum, prompsit codicillos adeo insanos, ut Libo Magos *consuluerit*, an possessu-

NOTÆ.

atrocitatem ingenij passus est. Puto qui de vi publica damnatus esset, igni & aqua interdicebatur, ita ut ei exsulare liceret quocumque loco, at iste addens crimini atrocitatem morum, insula illa inclusus est. De Cassio Severo Dial. or. *Contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam quibus utitur armis incompositus & studio feriendi, plerumque dejectus, non pugnat, sed rixatur.*

1. *Certabantque cui jus.*] Hoc genus judicij *divinationem* vocabant. *Asconius.*

2. *Singillatim crimina.*] Idem fecit Cicero in Verrem, & ita conatus Hortentij elusit. Hoc est separatim se ei crimina, quorum probationes ipse haberet, objecturum.

3. *Vecordes adeò.*] Hoc vitio Libonem non absolvo. Vereor tamen, ne Tacito hic exciderit, quale Floro, cum τέχνασμα Tarquinij, eminentia papaverum capita demetentis *superbiam* vocavit. Speciem stultitiæ obtendi agnosco: sed sub ea rem atrocem velatam diffiteri nequeo. Nec tam stolida, quam perplexantis ea oratio videtur, qui rogare aperte non auderet, an majorem potentiam habiturus esset, quam quisquam privatorum; ad quantam accederet forsan nemo; propinquius tamen nemo accederet principe: denique an principatu potiturus esset.

Omnis superlatio, quam vocant Rhetores, exprimit, quid fieri non quit, ut quod summum veri est, intelligamus. Darius pecuniam deferebat Alexandro, *quantam tota Macedonia caperet.* Et solent in consultationibus istis perplexim loqui, dum vanum sibi in dubios exitus veniæ patrocinium præparant, qui spei vetitæ indulgent. Sic dux Biro in Gallia sub Henrico Magno consulebat, *an in capitate argento suam faciem quandoque visurus esset.* Gronovius.

4. *An habiturus foret opes.*] Observat interpres sapienter & politicè latere dolum potuisse sub tali interrogatione, scio quam forent ambigna interrogata, simul & responsa talium Vatum seu Oraculorum; si tamen Tacitum audimus, non ea gravitas, aut prudentia fuit in vesano juvene *Stolida inquit vana, & si mollius acciperes, miseranda*: Id judicium Taciti fuit de Libone, quod judiciũ interpretari aliquando non nefas arbitror; nam neque, id novum, aut insolitum vesanis hujusmodi hominibus & etiam aliquando prudentibus, Chaldæos, seu Mathematicos, deos ipsos & Oracula sic consulere & interrogare ambiguè, Exemplum habes in Vespasiano, Tito, Germanico, quem aversatus Apis deus Ægyptiorum, ei sic exitium portendit.

5. *Quis viam Appiam.*] Non temere de via Appia consultavit vanum caput, quia ea inter Romanas vias longissima, & quasi regina, ut ait Statius:

——— *qua limite noto*
Appia longarum teritur regina viarum.

Sed pertinuit ne ea Brundusium usque? Negat Frontinus de Aquæductibus, qui ultra Capuam non porrigit. *Appia aqua*, inquit *inducta est ab Ap. Claudio Censore, qui & viam Appiam à porta Capena usque ad urbem Capuam muniendam*

viam Appiam 1 *Brundisium usque pecunia operiret.* inerant & alia hujuscemodi, stolida, vana; si mollius acciperes, 2 miseranda. Uni tamen libello manu Libonis, 3 nominibus Cæsarum aut senatorum, 4 additas 5 atroces vel occultas notas, accusator arguebat. Negante reo, adgno-

INTERPRETATIO.

rus esset divitias, seu nummos, quibus consterneret viam Appiam Brundusium usque. *inscripta erant & alia hujusce generis vesana, inania, & si lenius intelligeres, miserabilia. Attamen accusator objiciebat uni codicillo adjectas ipsa manu Li-*

NOTÆ.

curavit. Adfirmat tamen hîc Tacitus, & Strabo prolixe lib 5. & 6. & Horatius: *Brundusium melius Numici via ducat, an Appi.*

aliique. Omnes bene. Nam Appius ipse non hercle ultra Capuam produxit. Ne potuit quidem, ut fines tunc erant imperij Romani. perduxit postea, sive C. Grachus Tribunus, qui plerasque vias fecit, refecit, sive C. Cæsar, qui Curator viæ Appiæ non leviter in eam impendit: sive Augustus; de quo inscriptiones priscæ, S. P. Q. R. QUOD VIÆ MUNITÆ SUNT. Nam certum aliquid, non alij, non ego inveni.

1. *Brundusium.*] Vel Brundisium, urbs Calabrorum populorum, in Messapia provincia Italiæ. Hodie *Brindesi* Italis, vel *Brindes* Francis, urbs terræ *d'Otranto* ad sinum Venetum, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

2. *Miseranda.*] Id est, quæ tamquam inania, & ineptissimis ineptiora, miseranda & spernenda erant, ut quæ vesaniam juvenis, qui socordia & amentia præceps ruebat, arguerent.

3. *Nominibus Cæsarum.*] Nempe Tiberij, Drusi, Germanici & filiorum ipsius, quos iis notis, forte Magicis, aut saltem obscuris, occidere destinabat, quemadmodum & quosdam patrum, qui sibi displicebant.

4. *Additas.* Quo libello, diversas notas, quarum aliæ manifesto, atrox aliquid significarent, aliæ occultæ, ita ex hoc suspectæ essent, manu suâ Libo adpinxisset.

5. *Atroces vel occultas notas.*] Forte Magicæ illæ notæ. sic apud Dionem, ubi de Germanici obitu, qui veneficiis quibusdam *sublatus* est ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἀράς τινὰς μετὰ τῦ ὀνόματος ἔχοντες. i. e. *Lamina plumbea quæ imprecationes quasdam nomini additas continebant.* Vel erant tantum notæ vulgares affixæ nominibus eorum quos statim occidere volebat, parandi vel firmandi imperij causa.

Occultas notas.] Tales apud Athen. 12. *præter hæc in consutis corsis literas Ephesias pulchras ferens.* Literæ Ephesiæ in proverbium abierant. sunt notæ, seu voculæ quas qui gestarent, mira fœlicitate, tamquam virgula divina, quicquid optarent, assequerentur. Apul. lib. 3. Asini, ubi describit apparatum veneficarum sic habet; *omne genus aromata, ignorabiliter lamina literata,* &c.

Atroces vel occultas notas.] Vertunt quasi *notæ* illæ fuerint quædam observationes, seu memoriæ sermone & verbis explicitæ, non vero mutæ & incognitæ notæ, & certe si muti & informes caracteres fuissent, vix ipsi servi manum Libonis agnoscerent, & qui atroces dici poterunt, nisi id eliceretur ex verbis exaratis, formatisque literis? itaque *atroces* notæ fuerint claræ & explicitæ, *occulta* vero, quia verbis obscuris compositæ.

Forte brevibus notis scriptus hic libellus Libonis, ut qui mentem suam obtegere vellet, ad memoriam simul & arcanum compositus: sed ita tamen breves ut sensus eliceretur, quod fiebat, cum per notas arcanas scriberent, vel cum

scentes servos per tormenta interrogari placuit. Et quia 1 vetere senatusconsulto 2 quæstio in caput domini prohibebatur, callidus &

INTERPRETATIO.

bonis infestas, vel arcanas notas vocabulis Cæsarum, aut patrum. Inficiante fonte,

NOTÆ.

properanter exciperent orationem aut sermonem Oratoris, quod Cicero usurpavit, cum peroraret Cato in Senatu, adversus Catilinam. Quam autem perfecit postea Mecænas, & per libertum Aquilam docuit, vel cum summas rerum tantum attingerent, quod appellamus vulgò *minuter*.

Eo sensu usurpat Tacit. lib. 6. 9. *Cæsar Pollionis ac Viniciani, Scaurique causam ut ipse cum Senatu nosceret, distulit, datis quibusdam in Scaurum tristibus notis.* Aliorum reorum causam distulit, nullo alio addito, at de Scauro summatim aperuit mentem Cæsar.

Nescio an huc referri possit, quod habet Sueton. de Domitiano 10. *Auctorem* (alij *actorem*) *summarum, pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est.*

Sed præcipue de notis istis intelligendus Suetonius Calig. 49. *Proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. quod ne cui dubium videatur, in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri gladius, alteri pugio index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinatorum.* Itaque isti libelli Caligulæ continebant *nomina* occidendorum, & præterea *notas*, id est causas, seu crimina talium reorum, summatim inscripta.

Talia fere *elogia* reorum, seu damnatorum. elogium quippe fuit, veluti breve caput, seu brevis summa causæ & criminis illorum. Sueton. de eodem Caio 27. *Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, à calvo ad calvum duci imperavit.*

Tales, ut puto, *nota* ignominiæ, quæ militaribus viris inustæ ex disciplina Rom. Fuerunt enim veluti capita brevia, & summæ criminis, seu flagitij illorum, notatæ libellis, seu matriculis Scribarum. castrensium.

1. *Vetere senatusconsulto.*] Quando & à quo latum id S C. quæro. Sane antiquum est, & Cicero referre videtur ad morem majorum, potius quam ad legem. *Nam cum more majorum de servis in dominum, ne tormentis quidem quæri liceat: exortus est servus, qui quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus* idem: *Majores nostri in dominum de servo quæri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse, & domino morte ipsa tristius.*

Derogatum ei legi antiquitus, in causa incesti. Pro Milone: *De servis nulla lege quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.* Jurisconsulti excipiunt etiam adulterij crimen, fraudati census, & majestatis. L. I. C. de Quæstionibus.

2. *Quæstio in caput Domini prohibebatur.* Non licuit torquere civem Rom. neque hominem liberum, aut libertum; neque etiam servum *in caput Domini*, nisi in 4. criminibus, nempe *adulterij, incesti, fraudati census, & majestatis.* Ideoque in crimine *adulterij* lege Julia Augusti cautum, ne servi uxoris *adulterij* accusatæ intra 60. dies *manumitterentur*, idemque in servis patris ejus constitutum; quia nempe si manumissi forent servi, jam ut pote liberi, torqueri in caput dominæ non potuissent.

In crimine *incesti* potuerunt etiam torqueri servi *in caput domini.* Patet ex Livio lib 8. *Eo anno Minucia vestalis suspecta primo propter mundiorem justo cultum, insimulata deinde apud Pontificem, ab in-*

1 novi juris repertor Tiberius, mancipari singulos 2 actori publico jubet: scilicet ut in Libonem ex servis salvo senatusconsulto quæreretur. Ob

INTERPRETATIO.

visum est inquiri per cruciatus, in servos qui manum Libonis cognoscebant. Et quia antiquo patrum decreto vetabatur quæstio in vitam domini, astutus & nova juris-

NOTÆ.

dice servo, cum decreto ejus jussa esset sacris abstinere, familiamque in potestate habere, facto judicio, viva sub terram, &c. *defossa scelerato campo.* Ubi *familiam in potestate habere*: idem est, ac servos non manumittere, quia manumissi torqueri non potuissent in caput Minuciæ *incesti* accusatæ.

Sic *incesti* etiam accusatus Clodius. Cicero orat pro Milone. (de Clodio loquitur) *cujus nefarium adulterium pulvinaribus sanctissimis nobilissima fœmina comprehenderunt, eum cujus supplicio Senatus solemnes Religiones expiandas sæpe censuerit, eum quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse*, &c. Ideoque potuit haberi quæstio ex servis in talem dominum, quod affirmat ibid Tullius. *De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.*

Idem & volebant statui adversus Milonem, quia Clodium occidisset, tanquam illa cædes facta esset *contra Remp.* quasi tum *violata* essent *Religiones* & *Cærimoniæ*, ideoque & amici & propinqui Clodij, postulabant servos Milonis, etiam & Faustæ uxoris ejus in tormenta, & ipse Pompeïus in sua causa jussit ut servos haberet idem Milo in sua potestate.

Cicero ibid. *Proxime ad deos accessit Clodius, propius, quam tum, cum ad ipsos penetraret, cujus de morte, tanquam de ceremoniis violatis quæritur. Sed tamen majores nostri in dominum è servo quæri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse, & domini morte ipsa tristius.*

Itaque velut in crimine *violatarum Religionum*, seu etiam *majestatis*, quia *contra Rempub* cædes illa Clodij facta videbatur, postulabant servos Milonis, ut torqueri in illum possent. Nam ut innuit Tullius de morte Clodij tamquam de *cærimoniis violatis* quærebatur ex servis in Milonem dominum illorum, sed *majores nostri* id noluerunt.

Puto appellabant crimen Milonis *violatarum religionum*, seu *cærimoniarum*, quia Clodius *in monumentis majorum suorum*, nempe in via Appia, quam olim munierat Appius cæcus, qui è gente *Claudia*, & ante fundum suum, seu villam, & velut in sinu, seu conspectu penatum occisus erat.

Idem fere crimen Libonis, nempe *violatarum religionum*, & *majestatis*, ut qui *sacra Magorum* celebrasset, & *Chaldæos* interrogasset in salutem principis, quamvis forte initiis imperij Tiberius crimen majestatis videri noluerit, ne irritaret animos civium, nondum satis firmata potestate adversus Rempublicam & libertatem. Et si sedulo attendis toti huic narrationi Taciti, ne quidem reperias nomen *majestatis*.

Et ideo recurrendum Tiberio fuit ad novum jus, seu novam vafritiem, qua nempe *actori publico* servos Libonis *mancipari* jubet, ut torqueri in ipsum possint, quia nempe novum & inauditum erat, quæri ex servis in dominum, ob pollutas cærimonias, & ob crimen *majestatis* adhuc magis novum & insolitum erat; ideoque siletur, quamvis revera non aliud crimen haberet Libo, eoque tantum nomine damnaretur.

1. *Novi juris repertor Tiberius.*] Imo infamia hujus inventi penes Augustum: erratque noster, si non errat Dio lib lv. *Quod vero, cum non liceret servum in caput Domini torqueri, jussit ut quoties ejus rei usus esset, vendi servum vel Actori publico, vel sibi ipsi principi; ut jam quasi alienus à reo examinari posset. Id sane non-*

que 1 posterum diem reus petivit. domumque digressus, extremas pre-

INTERPRETATIO.

prudentia auctor Tiberius pracipit vendi omnes servos *procuratori publico*, *videlicet*, *ut illi interrogarentur in Libonem*, *illibato decreto patrum. Propter ea crastinum*

NOTÆ.

nulli criminati sunt, quasi legem, ea domini mutatione dissolveret.

Novi juris.] Tiberius callido commento vim Senatusconsulti elusit, novamque juris imaginem reperit, quo, more veteri in speciem salvo, nihilo secius quæstio ista non periret: vendi enim eos mancipari que actori publico jussit, ut ita translato dominio, non amplius Libonis servi, sed publici viderentur.

Novi juris.] Sic novo jure repertum quod habet Sueton. de filia Sejani. *Immatura puella, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiata prius à carnifice, dein strangulata.* Quod prius viriata filia Sejani fuerit id novi juris inventum fuit.

2. *Actore publico.*] Mancipari, mancupio tradi: *παραδίδοσθαι*, sive vendi, dixit Dio. Supra: *hortisque venditis, statuam Augusti simul mancipasset.* lib. 3. *Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat.* Sed quis publicus actor? non alius, quam publicus, sive servus, sive libertus, proprio tamen munere, qui res rationesque Reipub. administrabat.

Actori.] Actores fere cum procuratoribus æquiparantur, ita tamen, ut minus late vagetur, eorum potestas. Plinius panegyr. Trajani. *Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo: in jus veni, sequere ad tribunal.* Idem Plinius lib. 3. Epist. ad Calvisium: *Deinde quod non minus utile quam voluptuosum, posse utramque eadem opera, eodem viatico invisere, sub eodem procuratore, ac pene iisdem actoribus habere.* Itaque dicebantur *actores prædiorum*, *actores rerum*, & apud Sueton, domit. 11. *actor summarum.*

Certe illi *actores* pecuniæ recipiendæ & expendendæ præerant. Ut ergo *actores* servi in privata familia, ita & erant *actores* servi Reipub. & mox *actores Cæsaris.* Plinius lib. 7. epist. ad Caninium de actore publico sic habet: *pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis longe pluris, actori publico mancipavi,* &c.

Actores isti qui servi, appellationem seu nomen habebant à Magistratibus qui manumiserant. Ita Varro lib. 7. de lingua latina: *Nomina habent plerique liberti à municipio manumissi: in quo, ut societatum & fanorum servi non servarunt proportionem & rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut à Faventia Faventinus, à Reate Reatinus: sic à Roma Romanus: ut nominantur libertini à libertis orti, & è publicis servis populi Romani, qui manumissi, antequam sub magistratuum nomina, qui eos liberarunt, succedere cœperunt.*

Nempe servi illi publici manumissi vocabantur liberti populi Ro. quippe à quo manumissi erant, sed post ea per ambitionẽ nominati à magistratibus, ab aliquo Consule, vel Prætore. sic *Corneliani*, *Gelliani*, *Clodiani* postea dicti, & mox principali ambitione *Liberti Cæsaris appellati.* Et erant cujuscumque Cæsaris, qui successisset, imperiumque obtinuisset.

1. *Posterum diem.*] Comperendinati rei prope pro damnatis habebantur Comperendinationem enim ij ferè tantum petebant, qui aut exsilio, aut morte voluntaria prævenire condemnationem volebant. Si enim ita se purgaverat reus, ut omnia quæ sibi objecta erant, diluisse videretur, statim absolvebatur. Comperendinabatur, cum satis munita] defensio non erat.

ces P. [1] Quirinio propinquo suo ad principem mandavit, responsum
31 est, *ut senatum rogaret.* Cingebatur interim [2] milite domus, [3] strepebantque jam in vestibulo, ut audiri, ut aspici possent: cum Libo, ipsis, quas [4] in novissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus, [5] vocare percussorem, prensare servorum dextras, inserere gladium, atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, evertentibus adpositum mensa lumen, feralibus jam sibi tenebris duos ictus in viscera direxit. Ad gemitum conlabentis; adcurrere liberti, & cæde visa miles abstitit. Accusatio tamen apud patres adseveratione eadem peracta, juravitque Tiberius, *petiturum se vitam, quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem*

INTERPRETATIO.

diem reus postulavit, & cum domum discessisset, ultimas preces commendavit. P. Quirinio adfini suo ferendas *ad Cæsarem. cui responsum est*, ut patres oraret. *Interea milites circumsidebant domum* Libonis, *adstrepebantque etiam ante fores, ita ut possent audiri & videri: cum Libo cruciatus ipso convivio, quod in extremas delicias paraverat*, cœpit *invitare interfectorem, ambire mancipiorum manus, inferre ensem* dextris, *atque illis, dum pavent, dum abscedunt, dejicientibus adhibitas mensæ faces, funebri jam sibi caligine, duo vulnera pectori adegit. Ad gemitum cadentis, adproperavere liberti, & nece conspecta, miles abscessit. Nihilominus accusatio continuata apud senatum, eadem perseverantia* delatorum, *& jurejurando obstrinxit se Tiberius* postulaturum se salutem Liboni, quamvis sonti, nisi spontaneam cæ-

NOTÆ.

1. *Quirinio propinquo suo.*] Nempe Sulpicius Quirinius, qui Æmiliam Lepidam habuit uxorem; unde adfinitas. Nam ipse ignobilis.

2. *Milite*] Qui necessitatem ostenderent, sponte, aut vi pereundum. *Lipsius.* qui forte custodirent, ne fuga elaberetur, ne quid novi moliretur, ut observarent qui quæque ad illum venirent, qui fautores ipsius, qui epistolas, memorias Libonis, & libellos Cæsari, simul & opes delatoribus conservarent. Attamen *visa cæde miles abstitit*; sed liberti actores, & procuratores haud procul, intenti erant prædæ

3. *Strepebantque jam in vestibulo*] *Vestibulum* est spatium ante januam domus vacuum inter viam publicam atque ipsas ædes: quod quamquam extra ædes esset, tamen quodam modo pro parte earum accipiebatur. Vide Baldum in verbis Vitruvianis. Multum itaque hæc distant *in Vestibulo* & *ante fores*. Nam *ante fores* esse dicuntur, qui proximi sunt foribus: at *in vestibulo* esse potest, qui à foribus satis longe remotus est.

4 *In novissimam voluptatem.*] Sic Livius facit Vibium & XXVII Senatores Campanos lautis epulis exsatiatos & temulentos venenum hausisse. Sic noster Asiaticum in extrema vitæ linea, lauto corpore, hilare epulatum ait, & sibi vitam ademisse. Sic Jubam Regem Maurorum & Petreium magnifice epulatos, dein mutuis vulneribus tradunt se confecisse.

Sic Florus Cantabros ferro venenoque inter epulas se trucidasse. Scholiastes Juvenalis in sat. 6. *Pontia P. Petronij filia, quam nemo convictam in crimine conjurationis damnavit, defuncto marito, filios suos veneno necasse convicta, cum largis se epulis onerasset & veneno* (quid si *vino* legas) *venis incisis, saltans*, quo maxime studio oblectabatur, exstincta est.

5. *Vocare percussorem.*] Medici pro solito ad id vocati & adhibiti, qui nempe brachiorum venas secarent atque ab-

properavisset

properavisset. [1] Bona inter accusatores dividuntur, & [2] præturæ 32

INTERPRETATIO.

dem maturavisset. *Opes Libonis distribuuntur inter accusatores & prætoria digni-*

NOTÆ.

rumperent, id Nero *procurare* vocabat. Hoc loco tamen fore possit intelligi de quocumque percussore, seu interfectore, nam prensat *servorum dextras*, inserit gladium, ut ipsum interficere velint.

1. *Bona inter accusatores dividuntur.*] Sic & olim factum sub Rege Superbo, teste Dionysio lib 4 *Cum jam firmatas imperij habenas existimaret, nequissimo quoque sodalium subornato, eorum opera multos illustres viros involvit criminibus capitalibus, primum illos qui ab eo alienum animum gerebant, dein etiam alios qui molestam putabant mutationem status publici, præcipue divites, & delatores alium post alium falsis criminibus, maxime insidiarum in caput regium, accusabant eos apud ipsum judicem, ille alios morte damnabat, alios exsilio, tam occisorum, quam pulsorum bona occupans, unde parvam quamdam portionem decidebat accusatoribus, majorem sibi retinebat, unde multi potentiores relinquebant urbem.*

2. *Prætura extra ordinem.*] An supra numerum eos Prætores adjectos vult? certe enim unius Libonis prætura vacabat. An potius, in annum proximum destinatos eos, extra sortem aleamque comitiorum?

Prætura.] Præturæ extra ordinem, sortemque comitiorum datæ sunt. *Freins.* Forte etiam præter leges, præter ætatem, nec servatis gradibus, quibus ad præturam perveniebatur, forte præter jus. & fas omne, ut in talibus Reipub. portentis. Et solo nutu atque favore imperitantium evecti delatores illi, non sine flagitio erubescendo Principi, Senatui, Urbi & Orbi.

Prætura.] Res ita habet. Gliscente adulatione, majestatis accusatio sævissime peragebatur, ita quidem ut etiam indicibus aut accusatoribus ob damnatos reos præmia decernerentur: quo videlicet & ipsi pietatis suæ in principem, fructum caperent, & alij eorum honoribus ad custodiendam vindicandamque illius majestatem excitarentur.

Fuerunt autem duplicia hæc præmia, *pecunia & honores.* utriusque apud nostrum plura exempla; sed prætermissis illis, 3. 19 Pisonis accusatoribus, aliis *sacerdotia* uni *suffragium ad honores* promittuntur: 11. 4. *Insignia præturæ Crispino decreta* 11. 38. decreta Narcisso *quæstoria insignia.* 15. 72 *Triumphale decus Petronio, Nervæ, Tigellino tribuit;* consularia insignia Nymphidio. Pertinet huc locus H 4 41. *neque se præmium aut honorem ex calamitate civium cepisse.*

Sic igitur *his qui Senatorij ordinis erant,* hoc loco *prætura data,* non in locum Libonis, quomodo enim uni plures sufficerentur? sed in annũ sequentem: gesta enim hæc videntur sub tempus comitiorum habendorum, ut apparebit sequentia capita diligenter excutienti ex quibus 6. ac 30. hoc etiam argumentum suppeditat, quod ibi tractari videmus de comitiis, quorum haud dubie tempus admonebat, deque iis agendi occasionem subjiciebat.

Præturas extra ordinem interpretor extra comitiorum ordinem, Principis suffragio tribuendas: de quibus etiam capio locum supra relatum ex 3 19 de quo in tempore dicemus Sermo autem hic est Tacito, non de aliis Senatoribus, quam qui inter accusatores Libonis fuerant.

Prætura.] Inter quas forte prætura ipsius Libonis, illum quippe paulo ante prætura ornarat Tiberius, & forte reliquus dies, seu reliquum tempus præturæ Libonis in aliquem ex accusatoribus collatum. ita ut alij delatores in annum sequentem dilati sint,

Ff

1 extra ordinem datæ, his qui senatorii ordinis erant. [2] Tunc Cotta Messalinus, [3] *ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur*, censuit: Cn Lentulus, [4] *ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret*, [5] *supplicationum dies* Pomponii Flacci sententia constituti, [6] *ut dona Iovi*,

INTERPRETATIO.

tas concessa fuit *extra ordinem*, *his qui senatorij fastigij erant. Tunc Cotta Messalinus differuit*, ne effigies Libonis præferretur in funeribus nepotum. *Cn. Lentulus*, ne quis è gente Scriboniorum acciperet cognomen Drusi *Pomponius Flaccus sententia sua statuebat* supplicationum dies. *L. Pœtus & Gallus Asinius, & Papius Mutilus, &*

NOTÆ.

Simile quid refert Tac. l. 12. 4. *At Silanus insidiarum nescius, ac forte eo anno prætor, repente per edictum Vitellij ordine Senatorio movetur*, &c *adactusque Silanus ejurare magistratum, & reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.* Ibi *reliquus præturæ dies*, id est reliquum tempus, quo tamen loquendi genere, innuit Tacitus, ut puto, breve tempus præturæ Silano superfuisse.

In crimine majestatis præmium id fuit. si quis accusasset & damnasset aliquem magistratum, ei datum crediderim ejus ipsius qui damnatus esset, magistratum, si modo accusator competitor fuisset, aut si alioqui per leges liceret: aut si reus majestatis designatus non esset, & magistratum antea gessisset, jus eodem loco dicendæ sententiæ, si modo senator esset accusator.

1 *Extra ordinem data.*] Non solum extra ordinem comitiorum (nam in comitiis etiam potuit haberi ratio alicujus extra ordinem, ut patet de Catone post expeditionem Cypriacam) sed etiam forte extra ordinem, & præter leges ratione ætatis, vel etiam prætermissis aliis gradibus, seu dignitatibus, per quas transeundum fuit, priusquam præturam adipiscerentur, forte etiam præter meritum, præter sortem & censum. Præturæ tamen non nisi Senatoribus concessæ, quorum amplissimus census fuit.

2. *Tunc Cotta Messalinus.*] Cotta hic inter notas & vibices ejus seculi, filius, ut Plinius ait lib. 10. c. 12. Messallæ Oratoris: patris optimi degener proles.

3. *Ne imago.*] Ne nempe præferretur imago Libonis in exequiis posterorum, inter alias imagines majorum ejusdem gentis Scriboniorum. Sic rei majestatis puniti fere; sic Cassij & Bruti imagines neque publice, neque in funeribus suæ gentis aut familiæ visæ sunt. Tacit. lib 3. 76. *viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij, Quinctij, aliaque ejusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non visebantur*,

4. *Ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret.*] Sic infra lib. 3. 17. ubi de morte Germanici vindicanda agebatur. *Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul*, &c. *Nomen Pisonis radendum fastis censuit, partem bonorum publicandam. pars ut Cn. Pisoni filio concederetur, isque prænomen mutaret* Sic & olim de M. Antonio decretum erat. sic & de M. Manlio Capitolino, ne quis Manliorum *Marci* prænomen haberet; nempe ignominiæ causa.

Gell. lib. 9. 2. *Antiquos Romanorum audio prænomina patriciorum quorumdam male de Repub. meritorum, & ob eam causam capite damnatorum censuisse, ne cui ejusdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.*

5. *Supplicationum dies.*] Non adscripsit Tacitus quot *supplicationum dies* censuisset Pomponius. quod ut in re vana neglexit, alibi dicturus quoties eadem acciperet Respub. toties diis honorem habitum esse.

6. *Vt dona Jovi Marti.*] Delenda ut

Marti, Concordiæ, utque Iduum Septembrium dies quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur. 1. L. P. & Gallus Asinius & Papius Mutilus, & L. Apronius decrevere: quorum auctoritates adulationesque retuli, ut sciretur vetus id in Republica malum. ² Facta &

INTERPRETATIO.

L. Apronius censuere, ut offerrentur *dona Jovi, Marti, Concordiæ, utque veluti dies* festus celebraretur Iduum Septembrium dies, quo se Libo occiderat. *horum patrum sententias & assentationes ideo memoravi, ut agnosceretur antiquum esse illud in Repub. flagitium. Facta etiam decreta patrum de Mathematicis, & Magis Italia ejiciendis, è*

NOTÆ.

particula. decreverunt dona Jovi, & decreverunt ut idnum Sept. dies festus haberetur. *Freinsh.* Sic intellige *decrevere, ut dona Jovi, Marti* supple *haberentur*, seu deferrentur. τὸ *haberetur, ad* plura refert, ut solet Tacitus multis locis.

Donum Jovi, Marti.] Jam olim id usurpatum, si quid fœlix faustumque Reipub. evenisset. Livius lib. 3. 57. de Hernicis & Latinis legatis. *Romam venerunt, donumque ob eam* (concordiam) *Jovi optimo maximo coronam auream in capitolium tulere.* Sed diversâ causâ, ut diversa tempora & mores erant.

Nunc Gratiæ actæ diis, quoties sævierat princeps in clarissimum quemque civium Sueton, Tiber. 53. de Agrippina Germanici. *Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiæ agerentur, & Capitolino Jovi donum ex auro sacearetur.*

Sic & Tacitus lib. 14. 64. ubi de nece Octaviæ Neronis uxore. *Quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecatur. Additurque*, &c. *dona ob hac templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut quicumque casus temporum illorum nobis vel aliis auctoribus noscent, præsumptum habeant, quotiens fugas & cædes jussit princeps, totiens grates diis actas, quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis insignia fuisse.*

1. *L. P. & Gallus Asinius.*] Vereor ut elapsum exscriptori sit aliquod nomen. Divinabam olim, *Pætus Gallus Asinius.* Pætos sane illo ævo in Senatu fecisse, docet liber xv. ubi Cæsonius Pætus. Quid si etiam, *L. P. & Gallus Asinij*? ut prænominibus distinguat plures ejus gentis. Nam Asinij Galli aliquot Senatores, imo consulares, uti infra dicam, *Lipsius.*

L. P. & Gallus Asinius] Non tres sed duo tantum fuisse videntur, neque ambo Asinij, sed distinguendum, *L. Publius*, *Gallus Asinius*, &c. ut tamen adhuc pro *Publio* aliud nomen gentis substituendum arbitrer, quod mihi quidem jam non succurrit: nisi forte *L. Paullum*, quo consule mortuus est Augustus, aut *L. Plancum*, cujus in superiori libro mentio, substituamus *Freinsh.*

Non duo *Asinij* isti, nam clare & expresse habet auctor, *& Gallus Asinius.* non etiam leg. *L. Publius*, sed potius *L. Pætus*, aut *L. Paulus*, vel quod aliud tale familiæ nomen.

2. *Facta & de Mathematicis*] Imo reperita potius. Nam veteri lege edictoque, pridem amota è Repub. illa pestis.

Anno urbis DC. XIV. *M Popillio Lænate Cn. Calpurnio Coss. C Cornelius Hispalus prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex urbe atque Italia jussit: levibus atque ineptis ingeniis, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem injicientes.* ait Valerius libro primo. Anno DCCXXI. M Agrippa ædilis τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν: *Astrologos & Vates eje-*

1 extra portam Exquilinam, cum 2 classicum canere jussissent 3 more 33
prisco advertere. Proximo senatus die multa in luxum civitatis dicta

INTERPRETATIO.

imperassent. Primo die quo Senatus habitus est, pleraque prolata sunt contra luxuriam civium Rom. à Q. Haterio consulari, & Octavio Frontone, qui praeturam obie-

NOTÆ.

quand in sanguine civium puras manus abstinuerunt; at ubi pro libidine dominantium insontes cædi, vel nocentes plecti cœperunt, in nova republica, legibus actum est novis. Ideoque jam interpretatione prudentum, non potest quis sic damnari, ut de saxo præcipitetur; auctore Modestino L. xxv. D. de pœnis *Vertranius.*

1. *Extra portam Exquilinam.*] Supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portas. credo, ne frequenti sanguine & cæde, contaminari oculi civium, aut delibari videretur libertas De quo more Plautus,

——Credo ego istoc exemplo tibi,
Esse eundum actutum extra portam, dispessis manibus.
Patibulum quom habebis.

Itaque & carnifex domicilium habuit extra urbem Cic pro Rabirio perduellionis reo: *sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex consisteret, quem non modo foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu Censoriæ leges, atque urbis domicilio carere voluerunt.*

Ideo Plautus,

Extra portam Metiam currendum est prius,
Lanios inde accersam duo cũ tintinnabulis

Intelligit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad solemnem suppliciis locum. Imo Coriarij, ac Vespillones urbe submoti, pari causa. Morticinia enim tractant Artemidorus lib. 1. cap 53. τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν, πᾶσι πονηρόν· νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης καὶ τῆς πόλεως ἀπῴκισται *Coriariam exercere, malum omnibus. Corpora enim mortua attrectat cerdo, ideoque ab urbe secluditur.* Porta *Metia* eadem est cum *Esquilina.*

Exquilinam.] *Exquilina*, vel Æsquilina porta in latere orientali Romæ antiquæ, & ut videtur in Esquilina regione quinta Urbis. Hodie non extat, fuit verò prope portam *Sanlorenzo*, in parte Orientali Romæ modernæ, & in regione *Monti.* ex Roma antic. Nardini lib 1 c.9 &c. *Tillemontius.*

2. *Classicum canere.*] Cum civi rei capitalis dies dicta esset, classicum in celeberrimis urbis locis canebat, & postremo ante januam damnati Plutarchus in Gracchis. *Patrius nobis mos est, si quis capitis accusatur, neque obaudit, ad ejus fores mane tubicinem ire, & classicum canere, nec ante judices sententiam de eo ferre.* Seneca lib. 1 de ira; *Itaque & si perversa induenda magistratui vestis, & convocanda classico concio est, procedam in tribunal, non furens nec infestus, sed vultu legis, & illa solennia verba gravi magis, quam rabida voce concipiam.*

In commentario M Sergij apud Varronem, lib. 5. de LL *Quo die comitia erunt, in arce classicum canat, ondo (sic emendo) circumque muros, & ante privatu hujusce T. Quintij Trogi scelerosi hominis hosticum (lege hostium) canat, & ut in campo cum primo luci adsit.*

Cum classicum.] Puto, cum reus non compareret, classicum ad fores ejus canebat, forte & aliis locis urbis. sicque citabatur, & etiam, cum puniretur, eo loci quo necabatur, etiam classicum canebat, sicque puto intelligendum Tacitum hoc loco.

3 *Mori prisco advertere.*] Ut eum infœlici arbori alligatum virgis cædi, &

33 [1] à Q. Haterio consulari, Octavio Frontone [2] prætura functo: decretumque [3] *ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent*,

INTERPRETATIO.

rat, *cautumque*, ne fierent vasa ex auro solido adponendis epulis, ne pan-

NOTÆ.

postremo securi percuti juberent. Lib 5. *Placitum posthac, ut in reliquos Sejani liberos adverteretur.*

1. *à Q. Haterio.*] Q Haterius qui consul, Octavius Fronto qui prætor fuerat, Libonem impellente luxu ad nimias spes prolapsum arguentes, longa oratione in corruptos civitatis mores invecti sunt, unde decretum partum, ne escaria vasa ex solido auro fierent.

2. *Pratura functo.*] Non temere dictum puto Tacito *praturâ functus*: nam inter hunc & *pratorium*, illis quidem temporibus, nonnihil interfuisse deprehendo. quapropter frequentissime sic loquitur auctor, ut *functus consulatu*, 1. 39. *pratura* 2 67. 3. 31. 5. 8. & alibi: quod genus loquendi, an in vetustioribus repetiatur, ambigo.

Plane enim ortum puto sub principibus, quum jam *insignia* magistratuum ornamentaque, puta *consularia*, *pratoria*, *quastoria*, &c. beneficio principis tribui obtinuisset: quum hi qui ea consequuti fuerant, *consulares*, *pratorij*, &c videri vellent, neque minus cæteri aliqua appellatione hos præminere niterentur. sicut etiam Dio à veris consularibus atque prætoriis distinguere videtur hos repentinos & factitios, *qui consulatu aut pratura functi videbantur*: hoc est, habebantur eodem loco, quo ij qui magistratus eos gessissent.

Interim *pratorij* vocabulo vetus etiam significatio mansit, ut iis quoque tribueretur, qui reveta magistratu functi erant, neque minus tamen interdum in speciem transiret, ac *pratura functis* opponeretur. sicut *adoptionis* vocem, aliaque hoc genus, modo generis, modo speciei appellationem esse constat.

Sic etiam *triumphalis senex* appellatur Vespasianus H. 4. 8. quum nondum triumphasset, sed tantum triumphalia adeptus fuisset sub Claudio & Suet. Vespasiano cap. 4. narrat. Atque hoc sensu videntur apud eundem Sueton Ner. c. 30. accipi posse *triumphalium virorum patrimonia.* Sic apud nostrum Poppæa *triumphales avos* jactat. qui autem intelligantur: elatum est ex 13. 45. *Poppaa Sabina T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, illustri memoria Poppai Sabini consulari & triumphali decore prafulgentis.*

Jam autem constat ex nostro 4. 46. eum tantum *insignia triumphalia* (nam triumphus ipse privatis decerni olim desierat) accepisse. Quo modo igitur hi *triumphales* ob insignia triumphi, non ob ipsum triumphum, ita *consulares* & *pratorij* similem ob rationem, quia ornamentis consularibus, prætoriisve donati.

Pratura functo.] Ut distinguas à *pratorio*, qui habuisset tantum *insignia pratoria*, non autem vere functus prætura esset, sic *consularis*, sic *triumphalis* dicebatur sub principibus, qui ornamenta consularia, qui insignia triumphi obtinuisset.

Itaque qui *quastura*, qui *pratura*, qui *consulatu* functus erat *Quastorius*, *Pratorius*, *Consularis* dicebatur; at vice versa, non omnis *Quastorius*, *Pratorius*, aut *Consularis* dici potuit *quastura*, *pratura*, aut *consulatu* functus. Tales factitii homines habebant insignia honoris, quamvis honorem non obtinuissent. Ita tamen ut si talis *consularis* verum consulatum adeptus esset, secundùm consul vocaretur, quod in Augusto cœpit, qui primus habuit *insignia consularia*, ut Tiberius *triumphalia*.

3. *Ne vasa auro.*] Dio lib 57 ad annum 769 *Edixit Tiberius ne quis serica veste uteretur, ne quis aurea vasa, nisi ad*

1 *ne vestis serica viros fœdaret.* Excessit Fronto, ac postulavit 2 *modum argento, supellectili, familiæ.* Erat quippe adhuc frequens Senatoribus,

INTERPRETATIO.

nus sericus viros dehonestaret. *Vltra progressus est Fronto, & flagitavit* moderationem argento, utensilibus & mancipiis. *Nam erat etiam tum in usu patribus, loco*

NOTÆ.

rem sacram haberet. dubitantibus nonnullis, an argenteis etiam, quæ aureis emblematis cælata essent, interdixisset; facturus hac quoque de re edictum, Emblematum vocabulum in eo poni, quia Græcum esset, prohibuit: quamquam Latinum, quo id interpretaretur, nullum esset. Non addit Græcus Dio, quod addi debuit, per circumlocutionem id exprimi jussisse Cæsarē in edicto, seu potius senatusconsulto. tantum honoris habitum linguæ victrici

Ne vasa auro.] Teste Athen. lib. 6. *Per quam rarus olim procul dubio fuit apud Græcos usus auri, argentumque in fodinis paucum: Quapropter Philippum Regis Alexandri magni patrem Duris scripsit exiguam auream phialam quam penes se habebat, in lecto cubantem, pulvinari semper subdidisse. Atrei vero aureum agnum, cujus causa deliquium solis accidit, & mutatum regnum est, multaque tragœdia ea de re conscripta, phialam auream fuisse, tradit Herodotus Heracleotes, in cujus medio aurea fuit agni imaguncula.* Thyestes fratri Atreo surripuit agnum aureum, uxorem stupravit, regnum ademit, filium comedendum apposuit, hoc scelus sol exhorrescens defecit.

Auro solida.] Vetere Repub. pauca habuerunt vasa aurea, nisi forte ad sacra. mentio apud Livium *aurei Gutti.* Sed *ad sacra*, ut puto, destinati. At postea teste Plinio lib 33. 11. *Asia primum devicta luxuria in Italiam immissa est, aurum magno in pretio haberi cœpit Si quidem L. Scipio in triumpho transtulit vasorum aureorum pondo C. millia.* habuerunt *pocula aurea*, etiam *scyphos aureos* Cic. in Verrem. habuere & *matellas aureas* quibus ventris onus exciperent.

Martial.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro
Basse, bibis vitro.

1. *Ne vestis serica.*] Distincta genera vestium olim *Byssina, Bombycina, Serica.* Serica ex arborum lana conficitur, Byssina è lino, Bombycina eadem cum Cea, seu Coa, hodieque manet. Ceteræ exolevere, maleque & imperitè hæc tria confunduntur ab auctoribus. Byssus è terra gignitur ut linum, Bombycina è verme, Sericum lana arborem fuit apud Seres Indos Virg.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Seneca poëta: *quæ fila ramis ultimis Seres legunt.* Plinius: *Seres lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.* Marcellinus lib. 23. *Apud Seras sublucida silvæ, in quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtemine conficiunt Sericum,*

Seneca lib. 7. de benef. *Video sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit, quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur. ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.* si muliebrem pudorem & corpus molle fœdat serica vestis, quanto magis & viros fœdabit vestis illa pellucida?

Juven.

Acer & indomitus libertatisque magister
Cretice pelluces.

2. *Modum argento.*] Id est, certum pondus numerumque definiri voluit: sos

si quid é Republica crederent ; loco sententiæ promere. Contra Gallus Asinius disseruit : *Aucta imperii adolevisse etiam privatas opes, idque*

INTERPRETATIO.

sententia proferre, si quid esse è Rep. putarent. Econtra Gallus Asinius censuit, prolato imperio, etiam increvisse privatas divitias, idque non insolitum, sed ex anti-

NOTÆ.

pondo argenti, tot servos, talem supellectilem.

Modum argento] Quantum cuique argenti facti, quantique pretii utensilia, & quantum servorum numerum habere liceret.

Argento.] Haud dubie aucti opibus Romani habuerunt supellectilem argenteam, præsertim post Asiaticos, Pœnos, Gallosque devictos tum enim tota luxuria simul juncta est. Plinio teste *L. Crassus ii tot sciphos argenteos habuit Mentoris artificis manu cælatos : confessus, quos est nunquam se iis usi propter verecundiam ausum, erant enim centum sestertiorum pondo.*

Habuerunt & *lances argenteas*. Refert Plinius fuisse Romæ lances centenis libris argenti quingentas, multosque ob eas proscriptos fuisse. In balneis *solium* fuit *argenteum* Plin. *Mulieres in balneis, soliis argenteis utebantur ad luxum*, habebant & *scaphia argentea*, quibus lotium exciperent. Habuerunt & *vasa coquinaria* ex argento.

Habuit mox Heliogabalus teste Lamprid. *cucabos argenteos*, & *mensas ac capsas argenteas*. In usu fuere etiam *repositoria argentea* quibus mensæ fulcirentur, nempe emblematis argenteis ornata & illigata, fuere & vasa argento circumclusa Cæsar 6 bell Gall vasa hæc *ab labris argento circumcludunt*..

Habuerunt & vasa argentea aureis crustis illigata. Martialis *chrysendeta* vocat.

Alia *vasa argentea pura* (vocat Tullius *argentum purum*) id est quæ nullo ornatu, aut emblemate decora. Alia *vasa argentea cælata*, quibus insculpebantur varia signa & simulacra deorum, erant alia vasa *sigillata*, id est sigillis seu signis deorum, vel etiam Heroum, aut animalium exornata, quæ quia adjicerentur, vel avellerentur, pro libito *Emblemata* dicta. De tali luxu.

Plin lib 33 11. *Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana (etenim tabernas mensis adoptavimus) nunc anaglypta, in asperitatemque excisa, circa linearum picturas quærimus. Jam vero & mensis Repositoria imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera, & interest quamplurimum lima perdiderit. Vasa coquinaria ex argento Calvus Orator fieri queritur. At nos carrucas ex argento cælare invenimus.* Infra ibid. *Lectos vero mulierum jam pridem totos operiri argento & triclinia quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio eques Rom. non ut operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem & aureos fecit.*

Addit ibid. de ævo principum Plinius. *Nostraque ætate Poppæa conjunx Neronis principis, delicatioribus jumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat.*

Etiam lib. 33. 12. *Argenti usum in statuas primum ad honorem divi Augusti in adulationem temporum transisse falso existimatur.* Nam Pharnaces & Mithridates habuerant aurea, quæ in triumphis Rom. translatæ Mox Romani principes ut semper crescunt ingenia luxus, aureas statuas habuere etiam Iconicas, & forte ad magnitudinem corporis expressas.

Compedes aureas & *argenteas* sibi faciebant *fœminæ plebis*, aliquando & *annulos argenteos*, &c. *Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ebore etiam fasti-*

non

non novum, sed è vetustissimis moribus. [1] *aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam; &* [2] *cuncta* [3] *ad Rempubl. referri: qua tenui, angustas civium domos; postquam eo magnificentiæ venerit* [4] *gliscere singulos,* [5] *neque in familia & argento, quæque ad usum parentur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis.* [6] *distinctos senatus & equitum census, non quia diversi naturâ, sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent,* [7] *talesque ad requiem animi, aut salubritatem corpo-*

INTERPRETATIO.

quissimis instituris, alias apud Fabricios opes, alias apud Scipiones, & omnia ad Rempub. revocari, qua modica, tenues civium familias fuisse, sed ubi eò amplitudinis provecta fit, singulos crescere, & nihil esse immodicum aut tenue in servitiis & argento, quæque ad necessitatem aut ministeria comparantur, nisi ex sorte & conditione possessoris, diversas patrum & equitum opes, non quia distinct à natura, sed ut ordine, gradu, & honoribus præcellant, talesque opes quæ-

NOTÆ.

dito, cælentur argento, vaginæ batillis, baltei laminis crepitent. Jam verò pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, fæminæ laventur, &, nisi argentea folia fastidiant, eademque materia & cibis & probris serviat. videret hæc Fabricius, & stratas argento mulierum balineas.

1. *Aliam apud Fabricios.*] Apuleius Apol. *Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Lælius, quantam Scipio, quantam Crassus Dives; at enim, nec Crassus Dives, quantum volebat.* Quam *pecuniam* vocat Tacitus, hic, *rem familiarem*, idem autem uterque vult.

2. *Cuncta ad Rempub. referri.*] Sic enim splendor civium & magistratuum Roman. ostentabatur legatis provinciis, & sociis Regibus, talique ornatu excepti deliniebantur. demulcebanturque externi populi Tacit. lib. 3. 55. *Dites olim familiæ nobilium aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabebantur Nam etiam tum plebem, socios, regna colere, & coli licitum: ut quisque opibus, domo, parata speciosus, per nomen & clientelas inlustrior habebatur.*

3. *Ad Rempub.*] Hæc enim omnia ad Reipub, modum referri solent, quæ quamdiu tenuis ac modica fuit, angustis humilibusque casis contenti fuimus; sic *Freinsh.* quasi prout Respub. fuerit, ita & familiæ, seu fortunæ privatorum. possit tamen etiam sumi, quasi paupertate & disciplina, bonisque moribus civium steterit, dein adoleverit, & increverit Respub. mox & splendore opum, atque magnificentia etiam magis adaucta, & usque in summum illud fastigium evecta fit. sed primus sensus magis placet.

4. *Glisceere singulos.*] Hic *glisceere singulos*, est *augeri* opibus, *crescere* paratu, & nitore instrumenti, rerumque necessariarum ad victum & cultum.

5. *Neque in familia.*] Fallitur qui vel in familia servorum, argenteis vasis, aliaque supellectile, modum aliunde, quam ex fortuna opibusve possidentium exigat. Non enim nimia videri debet, vel familia, vel supellex, vel aliud hujusmodi, si facultates respondeant; sicut è contra in his omnibus nemo tam tenuem modum præfinire possit, quin pauperi nimius & inconveniens futurus sit.

6. *Distinctos senatus.*] Ut quis inter Senatores equitesve censeatur, opus est, ut tantum pecuniæ habeat, quantum vel illi, vel huic ordini præstitutum est, qui quidem ipsi ex magnitudine census inter se distincti sunt.

7. *Talesque ad requiem animi.*] Quid est illud, *tales*? censeo rescribendum, *do-*

rum parentur. nisi forte clarissimo cuique [1] *plures curas, majora pericula subeunda; delinimentis curarum & periculorum carendum esse.* Facilem adsensum Gallo [2] sub nominibus honestis [3] confessio vitiorum, & si-

INTERPRETATIO

rantur ad oblectamentum animi aut sanitatem corporum, nisi forte plures labores, majora discrimina sustinenda illustrissimo cuique, solatia autem sollicitudinum & discriminum nulla habenda sint. Facta *sub speciosis vocabulis confessio fla-*

NOTÆ.

gnationibus antistent, aliisque, ad requiem. Ideo (inquit bonus patronus luxuriæ) repertum est discernere censum senatorum, equitumque à plebe: non solum ut loco, ordine, dignitate, præmineant, sed etiam supellectile, veste, aliisque, quæ animo aut corpori cara. Potes etiam legere, *ita aliis quæ ad.* minusque recedes à scriptura. *Lipsius.*

Talesque ad requiem animi.] Nil ibi turbandum. *Talesque*, nempe *census* senatorum & equitum, qui census sic distincti, non quia diversi natura sint equites aut senatores à plebeiis; sed ut nobiles illi *locis, ordinibus, dignationibus antistent*, talesque census *ad requiem animi, aut salubritatem corporis parentur;* qui enim plures curas & labores sustinent Reipub. causa, ita & frui requie, per vices & pluribus deliniri voluptatibus honestis debent. Et nihil certius, promptiusque, tum ad animi, quam corporis requiem, quam magnæ opes, quam res familiaris largior.

1. *Plures curas.*] Liv. 5. 4. *Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Labor voluptasque dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt juncta.*

2. *Sub nominibus honestis.*] Speciosa nomina, sed vera flagitia erant, ex luxu quippe & sumptu insano, vesana consilia, res novæ & civiles motus. in quibus tota spes obæratorum. De qua re facunde Tacit. lib. 1. hist. 21. *Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul extimulabant: luxuria etiam principi onerosa; inopia vix privato toleranda.* Nempe illum extimulabant, ut auderet occidere Gabbam & invadere imperium. & ibid. 30. de eodem Othone. *Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. perdere iste sciet, donare nesciet.* Et hoc etiam mox aversati sunt in privatis, luxuriosi ipsi principes, teste Tacit. 4. 55. *postquam cadibus sævitum* (in privatos) *& magnitudo famæ exitio erat, cæteri ad sapientiora convertêre.*

Honestis.] Qui similes Gallo patres, facile adsensi, confessique sunt luxum & vitia sua, velata nominibus & verbis honestis in speciem. Illa autem *nomina honesta* descripsit supra Tacit. cum dicit, *aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam.* Sic sanctissimis nominibus maxima tegebantur vitia. Cum dicit *cuncta hæc ad Rempub. referri*, cum dicit *distinctos senatus, & equitum census.* cum dicit *tales census ad requiem animi: aut salubritatem corporis parari.* Hæc in speciem honesta, sed quæ vera excusant, occultantque flagitia qui luxus, qui splendor & magnificentia civium, si quando sociis & Regibus externis inliciendis subserviunt, his tamen sæpe premitur, subvertiturque Respub. Nam ex luxu æs alienum, ex ære alieno bella civilia oriuntur.

3. *Confessio vitiorum.*] Immo impudentia, inquit, plurium, qui prætextu & vocabulis *commodorum & necessariorum* luxuriam suam tantum non prodebant, & palam confitebantur, & quod hæc istis similes audiebant. *Confessio* est illorum qui post Gallum sententias dixe-

militudo audientium dedit. Adjecerat & Tiber. [1] *non id tempus censuræ:* [2] *nec, si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem.* Inter quæ [3] L. Piso

INTERPRETATIO.

gitiorum simul *& conformitas audientium facile expressit, ut Gallo adsentirentur. Addiderat etiam Tiberius*, non esse id tempus censuræ, & si qua res in moribus va-

NOTÆ.

re: *Similitudo audientium* est illorum, qui non sunt locuti, sed verbo aut manu promissa assensére, aut denique pedibus in eam sententiam iêre. Defendere turpia instar est confessionis infitorum vitiorum. Ludit pari suavitate lib. 14. *Adverso rumore Senecæ erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.*

Confessio vitiorum.] Alij putant esse confessionem solius Galli, alij esse confessionem patrum, qui Gallo facile adsentiuntur. Sed, puto, confessio est, & Galli, & etiam aliorum patrum. Confessio Galli est, qui luxum & vitia sæculi nominibus honestis tegit. Confessio est aliorum patrum, qui similes Gallo, idem cum illo sentiunt, & tacitè confitentur. Confessio etiam vitiorum est in ore ipsius principis, qui adserit palam non id esse *tempus censuræ*, confessio Galli confessionem aliorum secum traxit, similitudo audientiũ adsensum omnium.

Confessio vitiorum.] Gallo facile assensi sunt reliqui, qui quod ipsi similiter animati essent, gratum habebant extitisse virum primarium, qui iisdem, quibus ipsi tenebantur, vitiis se teneri confiteretur, & tamen obtegendæ eorum turpitudini honesta nomina repetire potuisset. *Freinsh.* Confessio vitiorum communium fuit in Asinio Gallo. in cæteris qui audiebant, adsentiebanturque conscientia & tacita confessio eorumdem flagitiorum erat.

1. *Non id tempus censuræ.*] Quippe adhuc metuebat Tiberius multa. Liviam, Germanicum, Clementem, multos procerum. nondum satis imperij securus censorem agere noluit. Comiter habitum populum sub Augusto statim ad severa & immitia retrahere non est ausus.

2. *Nec*, &c. *defuturum.*] Non defore, qui majori cum auctoritate patres ad emendandum hortaretur. *Freinsh.* Et certe Tiberius videtur arguere Frontonem non esse idoneum tantæ rei auctorem. Sic sæpe sententia placet, at sententiæ auctor displicet, vel ob aliquam aliam circunstantiam rejicitur. se ipsum censorem futurum innuit Tiberius. sic infra multa utilia Reipublicæ proponit Thrasea apud Senatum; sed quorum auctor displicebat, quæ tamen ipsa auctore Cæsare mox constituebantur.

3. *L. Piso.*] Pisones jam olim ingenio feroces, ut stirpe nobiles. Festus. *Pisones seu Calphurnios à Calpho Numa Regis filio oriundos ferũt; quatuor enim Numa filios genuit, Calphum, ex quo Calphurnij, Pomponem, unde Pomponij, Pinum, unde Pinarij originem duxerunt, & Mamercum, unde Mamerci* Cicero Philip. 12. *L. Pisonis amplissimi viri præclara vox à te non solum in hoc ordine Pansa, sed etiam in concione jure laudata est. Excessurum se ex Italia dixit, deos penates & sedes patrias relicturum: (si quod dij omen averterent) Rempub. oppressisset Antonius.*

De nostro hoc Seneca l. 1. de ira c. 15. *Cn. Piso fuit memoria nostra, vir à multis vitiis integer, sed pravus: & cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci jussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit: Damnatus extra vallum ductus est, & jam cervicem porrigebat, cum subito apparuit ille qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præ-*

34 [1] *ambitum fori*, *corrupta judicia* [2] *sævitiam oratorum accusationes minitantium* increpans, [3] *abire se & cedere urbe*, *victurum in aliquo abdito & longinquo rure* testabatur: simul curiam relinquebat. Commotus est Tiberius, & quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque ejus impulit, ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent. Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit; [4] vocatâ in jus Urgulania, quam supra leges amicitia Augustæ extulerat. nec aut Urgulania obtemperavit, in domum Cæsaris spreto Pisone vecta; aut ille abstitit, quamquam Augusta [5] *se violari &*

INTERPRETATIO.

cillaret, non defuturum, qui vitia corrigeret. *Interea L. Piso incusans* ambitionem fori, judicia labefacta, violentiam delatorum, qui accusationes minitabantur, adfirmabat exire se, & è civitate abscedere, vitamque acturum in aliqua secreta, & procul amota villa; *eodemque tempore è Senatu se proripiebat. Motus est Tiberius, & licet leni sermone mitigasset Pisonem, etiam adfines illius incitavit, ut abscedentem retinerent auctoritate aut precibus. Dein idem Piso par liberæ indignationis specimen exhibuit, in jus adesse jussa Vrgulaniâ quam gratia Liviæ supra leges evexerat, nec tamen Vrgulania obedivit, in penates Tiberij delata contempto Pisone; nec ille destitit, licet Augusta quereretur* se lædi & minui majestatem. *Tiberius*

NOTÆ.

positus, condere gladium, speculatorem jubet: damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam. Nam militem fortuna reddiderat. ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones, conscendit tribunal furens Piso, ac jubet duci utrumque, & eum militem, qui non occiderat, & eum qui non perierat.

1. *Ambitum fori.*] Alij patres, ut mos fuit, loco sententiæ promptetant quod è Repub censebant: & in luxum civitatis invecti erant. At Piso majus argumentum assumit *ambitum fori*, *corrupta judicia*, minas & sævitiam accusatorum increpat, simul curiam relinquebat. sic posthac Thrasea pari libertate & constantia Senatu egressus est, cum legeretur epistola Neronis, qua parricidium suum palam confitebatur. Sed ea constantia utrique exitio fuit. Attamen sic etiam manebat imago Senatus, manebat imago libertatis, dùm mansit ea constantia in patribus.

2. *Sævitiam oratorum.*] potius *delatorum*, quippe quam metuendi jam, & in posterum essent, uno Libonis exemplo satis compertum Pisoni erat.

3. *Abire.*] Sic & olim ingruente sæva dominatione Decemvirorum senatores urbe abscedebant in prædia amota, testis Livius lib. 3. 38 Ubi de Decemviris. *Patrum haud fere quisquam in foro, in urbe rari erant, indignitate rerum cessérant in agros, suarumque rerum erant, amissa publica: tantum ab injuria se abesse rati: quantum à cœtu, congressuque impotentium dominorum se amovissent, Postquam citati non conveniebant, demissi circa domos apparitores, simul ad pignora capienda, scitatumque num consulto detrectarent? referunt Senatum in agris esse.* Sic & infra Thrasea, sæviente Nerone in hortis suis extra urbem habitabat, curiamque & civitatem, & Rempub deserebat.

4. *Vocata in jus.*] Nempe ab ipsa repetebatur pecunia, incertum an nomine debiti, an multæ, infra *deferri Augusta, pecuniam quæ petebatur, jubet.*

5. *Se violari.*] Id est lædi se, seu dignitatem & majestatem suam imminui.

imminui quereretur. Tiberius 1 hactenus indulgere matri civile ratus, ut *se iturum ad prætoris tribunal, adsuturum Vrgulaniæ* diceret, processit palatio, 2 procul sequi jussis militibus. spectabatur occursante populo 3 compositus ore & sermonibus variis 4 tempus atque iter ducens, donec propinquis Pisonem frustra coëuntibus, deferri Augusta pecuniam quæ petebatur juberet. Isque finis rei, ex qua neque Piso inglorius, & Cæsar majore fama fuit. Cæterum Vrgulaniæ potentia adeo 5 nimia civitati erat, ut testis in caussa quadam quæ apud senatum tractabatur, venire dedignaretur; 6 missus est prætor, qui domi interrogaret: cum virgines 7 Vestales in foro & judicio audiri,

INTERPRETATIO.

civilis ingenij se existimans, eo usque concedere parenti suæ, ut assereret se iturum ad prætoris tribunal, patrocinaturum Urgulaniæ, *progressus est è Regia, eminus sectari jussis custodibus. Conspiciebatur occurrente plebe compositus vultu, & diversis colloquiis tempus & viam trahens; donec adfinibus Pisonem frustra retinentibus præciperet Livia, afferri pecuniam quæ postulabatur. Isque exitus rei, ex qua, neque Piso sine decore fuit, & Cæsar majorem gloriam adeptus est. Cæterum auctoritas Vrgulaniæ adeo immodica in urbe fuit, ut adesse testis nollet in quadam causa quæ apud patres agebatur, prætor missus est, qui in ædibus ipsius eam audiret, cum* tamen *priscus mos obtinuerit, ut sacerdotes Vestæ adessent in foro & judicio, quo-*

NOTÆ

Quippe majestas & Cæsarem, & matrem illius complectebatur, teste Tac. in eo lædebatur Augusta, quod amicam Urgulaniam suam, quam protegeret, & in palatio haberet, divexarent, eamque ut unam è multis in forum & jus ire cogerent, præter voluntatem dignitatemque Augustæ.

1. *Hactenus indulgere matri.*] Nec tamen Tiberius affectui matris eo usque indulgere voluit, ut Urgulaniam eximeret, gnarus eam rem in civitate regiis imperiis nondum adsueta invidiosam fore. id tamen putavit non incivile fore, si se ad prætoris tribunal iturum diceret. *Freinsh* Imo id civile, ut cum maxime visum est in principe, qui sic verum *principem*, non *dominum* ageret, & ex civilitate illa principali, *Cæsar majore fama fuit*

2. *Procul sequi jussis*] Ne, si cum ipso irent, principem magis quam advocatum agere velle videretur.

3. *Compositus ore.*] Ita vultum composuit, ut nihil inde iræ, vel commotionis emicaret.

4. *Tempus*, &c. *ducens.*] Forte ut spatium adhuc daret Pisoni, si resipisceret, & propinquis ejus, si illum à tali pervicacia absterrerent, vel Urgulania debitam pecuniam offerret.

Tempus atque iter ducens.] Forte tempus itineris tantum ducebat *variis sermonibus*, ne moræ tæderet, nullo alio consilio aut proposito.

5. *Nimia civitati.*] In tantum fastigium evecta Urgulania, ut civitati juri æquo adsuetæ, nimia ejus potentia atque intolerabilis videretur.

6. *Missus est prætor.*] Quod in egregiis personis observari Paulus jubet, lxv. de jurejurando: *ad egregias personas, eosque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad jurandum.*

7. *Vestales in foro.*] Sic auditæ virgines illæ in causa Milonis, & aliæ fœminæ nuptæ, sed post virgines. Asconius in argumento orat pro Milone. *Virgines*

35 quotiens teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. [1] Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret, Cn. Piſonis & Aſinij Galli ſuper eo negotio diverſas ſententias noſcere. Piſo, 2 *quamquam abſuturum ſe dixerat Cæſar, ob id magis agendum* cenſebat, *ut abſente principe*, 3 *ſenatus & equites poſſent ſua munia ſuſtinere, decorum Reipub. fo-*

INTERPRETATIO.

ties teſtes vocarentur. Haud memorarem res eo anno dilatas, niſi expediret noſſe varias ſuper ea re opiniones Cn Piſonis, & Aſinij Galli. Quamvis dixiſſet Tiberius ſe abſuturum urbe. *Piſo* tamen *ſtatuebat* propterea magis agenda tractandaque negotia eſſe, ut amoto principe patres & equites liberè poſſent exercere ſua munia. Id ex dignitate Reipub. futurum. *Et quia Piſo occuparat ſpeciem libertatis,*

NOTÆ.

quoque veſtales dixerunt, mulierem ignotam veniſſe ad ſe, quæ Milonis mandato votum ſolveret, quod Clodius occiſus eſſet. Vltima teſtimonium dixerunt Sempronia Tuditani filia, ſocrus P. Clodij, & uxor Fulvia.

1. *Res eo anno.*] Petrus Pithœus adverſariorum lib. 11. cap. ultimo, hanc rerum prolationem refert ad ferias, quæ quotannis indicebantur, meſſium ac vindemiarum tempore; tunc enim negotia ſilebant, liteſque differebantur. Hunc ſenſum ego certe non improbaverim. Movent me primum verba, *eo anno*, quæ ſignificare videntur morem ſolemnem.

Dein verba, *haud referrem*: quaſi dicat, ut præteritorum annorum geſtis haud retuli. Cicero pro L. Muræna: *ſapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia, quæ neque extra Romam rebus prolatis, quicquam valet.* Idem ad Att. lib. 7. ep. 11. & lib. 14. ep. 5. *Pichena.*

Res eo anno prolatas.] Poſſit inferri ex eo loco Taciti, *res* non eſſe *prolatas* ſingulis annis; cur enim diceret *eo anno* prolatas, ſi proferuntur quotannis? cur diverſæ eſſent patrum ſententiæ ſuper ea re ſi hoc ſolemni & ſtato tempore fieret: cur diceret Piſo abſente Cæſare *magis agendum*? imo nihil agendum prorſus fuit in ſenatu, ſive adeſſet, ſive abeſſet Cæſar, ſi ſolemni & certo tempore anni res proferri mos fuit.

Itaque quantum patet ex illo loco, nec quotannis res differebantur, nec ſtato tempore; nam videtur ibi, hinc ſumi occaſio proferendi negotia, quia *abſuturum ſe dixerat Cæſar.* unde & *ſpeciem libertatis Piſo præceperat* qua *ob id magis agendum cenſebat.* Igitur non certum neque ſtatum tempus res proferendi, ſi tum *magis agendum* fuit. Neque hunc ſenſum admittas. *Res eo anno prolatas haud referrem*, quemadmodum nec in præteritis annis retuli.

Imo ſenſus Taciti eſt ſe non relaturum res *eo anno* dilatas, fuiſſe (quia res vulgaris & levis momenti) niſi interfuiſſet ſcire diverſas ſuper eo negotio clariſſimorum patrum ſententias, itaque gravi de cauſa refert Tacitus prolatas eſſe res eo anno; non ergo omnibus & ſingulis annis res proferri conſuetum; Prolatæ res, quoties feriæ occurrerent, non alias ſolemniter omnibus annis. Et videtur opus fuiſſe ſenatuſconſulto, quoties extra ordinem & ſolemniter proferrentur. & in id prolatæ hæ ſententiæ patrum.

2. *Abſuturum ſe dixerat.*] Atqui non abfuit, ut è ſequentibus omnibus colligas. Ita eſt: ſed dixerat, ut ſæpe, & hæc talia ex uſu aut cauſa ſimulabat

Quamquam abſuturum.] Id potius dictum videtur ex perſona Taciti, quam Piſonis. Attamen alij aliter ſentiunt.

3. *Senatus & equites.*] Id decorum

re. Gallus, [1] quia speciem libertatis Piso præceperat, *nihil satis inlustre, aut ex dignitate populi Romani, nisi coram & sub oculis Cæsaris: eoque* [2] *conventum Italiæ, & adfluentis provincias, præsentiæ eius servanda* dicebat. Audiente hæc Tiberio ac silente, magnis utrimque contentionibus acta; sed res dilatæ. Et certamen Gallo adversus Cæsarem exortum est. nam [3] censuit *in quinquennium magistratuum comitia* 36

INTERPRETATIO.

censuit *Gallus*, nihil satis clarum esse aut decorum populo Rom. nisi coram & in conspectu principis: Ideoque concursum Italiæ, & confluentes provincias reservanda ejus præsentia. hæc magnis utrimque studiis agitata præsente Tiberio, & tacente, attamen negotia prolata. *Etiam Gallo suborta contentio est adversus principem, quippe disseruit* habenda esse comitia magistratuum in quinque an-

NOTÆ.

Reipub. si absente licet principe nihilominus appareret senatum & equites penes quos judicia erant, officium suum implere & exsequi posse. *Fronsh.* Non agitur ibi an senatores, & equites possent sua munia implere, sed an liberè possent præsente principe. major ea species Reipub. & libertatis, si etiam absente principe conveniret Italia, confluerent provinciæ ad senatum, fere, ut vetere Republica florente.

1. *Quia speciem libertatis.*] Contra Gallus, qui & ipse alias speciem libertatis usurpare solitus erat, quum eam à Pisone præreptam esse videret, contrarium ei censuit. *Fronsh.* bene *speciem libertatis*, quia tum temporis remanebat tantum imago, & inane libertatis simulacrum, non vera libertas, quæ pridem oppressa & extincta, in cujus locum successerant illa inania & fictitia commenta patrum adulantium, & inservientium, qui quo majorem speciem libertatis præsumere videbantur, eo in majus servitium ruebant. fictaque & umbratili illa libertate fœde abutebantur, ut veram sinceramque libertatem prorsus amitterent, ac Rempub. subverterent.

2. *Conventum Italiæ.*] Quum ad judicia tantus hominum concursus fieri soleret, ut quidam quasi conventus Italiæ haberi possent.

Conventum Italiæ.] Accipiunt, quasi de certo indictoque conventu loqueretur. Sed, nisi fallor, de fortuito, atque consueto Tacitus sentit, ponitque vocabulum hoc pro concursu, sive confluxu totius Italiæ, quam, ut apparet, apud senatum frequentia negotia tractare contingebat: non simul universam, sed ut cuique municipio, aut etiam singulis, negocium esset. Nominavit autem *conventum*, non propria vocis significatione volens uti, sed extollens causarum, quæ apud patres agerentur, momentum, *conventui* eam affluentiam assimilat.

Dicebatur autem *conventus* auctore Festo, *quum à magistratibus, judicij causa populus congregatur. Erant enim in provinciis statuti conventus per rectores earum ad judicia facienda.* Exempla hujus rei, vel apud unum Plinium in prioribus libris sunt frequentissima; etiam in uno capite undetrigesimo quinti lib. complura. ubi simul ipsius rei naturam licet deprehendere. *Conveniunt Lycaones, Appiani, Eucarpeni, &c. Et Alabanda libera, quæ conventum eum cognominavit. Longinquiores eodem disceptant fere.* Tum, *Sardiana nunc appellatur ea jurisdictio. conveniuntque in eam extra prædictos, Macedones Cadueni, &c*

3. *Censuit in quinquennium.*] Non a se id invenit Gallus, sed imitari decretum

C. Cæsaris voluit, de quo Appianus, in persona M. Antonij, II. civil. *Nos enim prope omnes, alij gessimus magistratus electi à Cæsare, alij jam nunc gerimus, alij geremus etiam ab eo designati. Nam in quinquennium, ut scitis, urbanos, annuosque magistratus, & item provinciarum aut exercituum præfecturas ordinavit.* De quo etiam Sueton. sentit c. lxxvi. in Julio: *Magistratus in plures annos ordinavit.*

In quinquennium.] Censuit Gallus, ut magistratus in quinquennium designarentur, ut statim sciretur quis eorum quoque anno magistratum initurus esset, & cum ex legatis legionum aliqui nondum prætura functi essent, ij jam tum prætores destinarentur. exque iis & aliis quos vellet Cæsar, duodenos in singulos ejus quinquennij annos candidatos nominaret.

In quinquennium.] Duplex est hujus loci sententia. Prima, ut magistratus crearentur, munus suum per quinquennium obituri. Altera, ut proximo quinquennio magistratus inituri, omnes uno die designarentur, ut scilicet annuo magistratu functis, ab aliis rursus è designatis succederetur. Primum innuunt verba: *Superbire homines etiam annua designatione; quid si honorem per quinquennium agitent?* Alteram probo. Nam quid sibi volunt verba Tiberij: *Grave moderationi suæ, tot eligere, tot differre?* Nam si duodecim nominasset, numerum quidem non auxisset. Tacitus de eodem lib. I. *Candidatos præturæ duodecim nominavit.*

Quid igitur verbum, *tot*, quod augmentum exprimit? præterea, commodior est sententia verbis Taciti; nam nihil necesse est mutare verba, *in annos singulos*, quæ Lipsius corrigit, *in annos quinos*. Idem enim est, duodecim in annos singulos, quod sexaginta in quinos nominare. Videtur etiam ex numero aucta principi potestas: ideoque ait, *Grave moderationi suæ.* Exemplis etiam juvatur opinio, cum Cæsarem & Augustum in plures annos magistratus ordinasse, auctores tradant: De quinquennalibus autem magistratibus, nusquam, ut opinor, nisi per prorogationem. Clarè Appianus 2. civil. ὡς γὰρ ἐπὶ χρόνιον στρατείαν ἰὼν, ἐπὶ πενταετὲς ᾕρητο. Et in oratione Anton. ἐς γὰρ πενταετὲς (ὡς ἴστε) καὶ τὰ ἀστικὰ ἡμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο. *tamquam ad longum bellum exiret, in quinquennium electus est. Et in orat. Antonij. Quippe in quinquennium, ut scitis, urbanos magistratus, & quæ annua sunt, & præfecturas provinciarum & legionum ordinavit.* Idem significavit Sueton. in Cæsar. 76. *Eadem licentia spreto patrio more, magistratus in plures annos ordinavit.* De Augusto narrat Dio lib. 53. prope finem. *Augustus forè decem tantum prætores, quia pluribus opus non erat, constituit, idque in plures etiam annos. quorum reliqui eadem quæ prius officia exequerentur, duo vero administrationi singulis annis præessent.*

Etiam Lipsius idem sentire videtur, cum dicat, Gallum imitatum fuisse Cæsaris decretum ab Appiano, ut supra, relatum. Neque obstant Taciti verba, *quid si honorem per quinquennium agitent?* cum de honore designatorum intelligenda sint: qui quodammodo magis quam ipsi magistratus superbire videntur.

Atque idem innuunt verba: *superbire homines etiam annua designatione.* ubi designationem expressit, non magistratum. At, non omnes lx. designati, honorem per quinquennium agitaturi erant. Immo duodecim per annum, duodecim per biennium, &c. falsus ergo Tacitus. Sed in majori termino includitur minor, satisque fuit Tiberio expressisse, quod maxime erat absurdum in sententia Galli.

Unum adhuc monebo, mihi videri Tacitum verbis illis, *magistratuum comitia*, de prætorum tantum comitiis intelligere, qui sermonem quodammodo referat ad ea, quæ lib. I. de iisdem prætoriis comitiis tradidit. Hic enim non nisi de prætoribus loquitur, cum de comitiis consularibus jam suo peculiari loco tradiderit in fine libri primi.

Alibi etiam observavi, *magistratuum* appellatione, prætores tantum à Tacito

habenda:

habenda :[1] *utque legionum legati, qui ante praeturam ea militia fungebantur, jam tum praetores destinarentur* : [2] *princeps duodecim candidatos, in annos singulos nominaret.* Haud dubium erat, eam sententiam al-

INTERPRETATIO.

nos, & ut legati legionum, qui id muneris obirent ante adeptam praeturam, jam designarentur praetores: Caesar eligeret duodecim candidatos in singulos annos hujus quinquennij. *Haud dubium erat eam opinionem profundius perrumpere, &*

NOTÆ.

designari. nam lib. xi. de se ipso loquens, ait. *Isque* (id est ludis secularibus) *intentius affui sacerdotio Quindecimvirali praeditus. ac tum Prator. quod non jactantia refero, sed quia Collegio Quindecimvirûm antiquitus ea cura, & magistratus potissimum exsequebantur officia carimoniarum.* Intelligit enim *magistratus*, id est praetores.

1. *Utque legionum legati.*] In exercitu duplices legati, Consulares & Praetorij. *Consularis.* legatus toti exercitui, *Pratorius*, legioni uni praesidebat. At ecce Gallus, quia multae legiones, & plures sane quam quotannis praetores (nam ad xxv. aut xxvi. illo aevo erant:) Gallus, inquam, hic blanditum legatis ivit, & ut putabat, Caesari. Voluit illos, qui ab eo praepositi legioni ante praeturam, jam praetores designatos eo ipso facto esse; & sequenti anno inire. Quid amplius? *duodecim candidatos in singulos annos à principe nominari.*

Sed cujus rei candidatos? legationis, an praeturae? si istud, tum augeatur valde Praetorum numerus, aut certe Praetoriorum: quod tamen Gallus callidè suasit, novo praetextu reperto, quia Caesar juraverat (1. Annal.) se numerum duodenarium in praetoribus non excessurum. At nunc potest excedere, sed alio titulo & mantello. An placet legationis candidatos accipi? & ut Caesar quotannis omnes illos nominet. solusque comitia haec peragat? neque id sperno: sed sprevit valde Tiberius, qui totum hoc caput ejus sententiae nec refutatione, imo nec repetitione dignum censuit: & in oratione rejicit prius caput tantum, de magistratibus in quinque annos. *Lipsius.*

2. *Princeps duodecim candidatos.* Ita intelligo, ut sive de destinatis, seu de signatis praetoribus in quinquennium, sive etiam de legatis legionum, destinatis etiam praetoribus eligeret, seu nominaret duodecim, quos vellet candidatos in singulos annos. Ita ut veluti bis comitia praetorum transigeret princeps: nempe initio cujusque quinquennij, & quolibet anno ineunte; ita ut initio quinquennij tantum ordinaret comitia praetorum, in universum. At initio cujuslibet anni candidatos, seu designatos nominaret, eligeret, id est, ipsis anni ordinem adsignaret, vel si vis, ita ut statim initio cujusque quinquennij omnia ita ordine disponeret, ut singulis annis totius quinquennij, suos duodecim candidatos attribueret, quos eligeret pro arbitratu, & ex designatis simpliciter, & ex legatis legionum.

Neque existimo cum Lipsio eam intentionem Galli fuisse, ut augeretur numerus praetorum supra duodenarium, hoc praetextu, quod destinarentur praetores legati legionum. Nam postquam prompsit sententiam suam Gallus *in quinquennium magistratuum comitia habenda; utque legionum legati, &c. jam tum praetores destinarentur*; statim etiam addit, *princeps duodecim candidatos in annos singulos nominaret.* Duodecim candidatos nempe, quos ex omnibus seligeret, sive ex legatis, sive ex aliis, & quibus suum annum assignaret, sive ordinem

tius penetrare; & 1 arcana imperii 2 tentari. Tiberius tamen

INTERPRETATIO.

secreta dominationis inquiri. Attamen Tiberius tanquam adcresceret ejus aucto-

NOTÆ.

suum in quinquennio daret, nec dicit legatos legionum jam tum esse prætores, eo ipso, quo legati essent, sed tantum dicit destinari prætores sicut & alios, qui ordinariis comitiis designantur.

Neque dubites cum Lipsio, *cujus rei candidatos, an legationis, an præturæ?* quis enim sibi fingat *candidatos legationis?* quis talia comitia imaginetur, quibus *candidati* præfecti legionum designentur? nemo id certe cogitaverit, neque ipse *Gallus*, qui censebat legatos legionum jam tum destinandos esse prætores de præsenti; & in futurum, eo ipso, quo impositi legionibus essent, eo ipso prætores destinatos esse: quos nempe ut candidatos potuit princeps eligere suo ordine & suo anno, ut præturâ verè fungerentur, sicut & alios candidatos.

At legiones erant 24. vel 25. hoc ævo. Certe multi legati legionum jam prætura functi erant, priusquam imponerentur legioni. Posito quod duodecim essent aut quindecim legati, qui nondum præturam obiissent, certe destinabantur tantùm prætores in quinquennium, non vero in unum annum. Et semel legati impositi legioni, non statim mutabantur, & alij succedebant, idcirco paucis aditus patebat, & propterea numerus prætorum non augeri debuit, in illa sententia Galli. si decem, aut duodecim essent legati, nondum prætura functi, qui destinarentur prætores in quinquennium: duo ex illa militia assumi poterunt in quemlibet annum. Cætera loca alij designati obtinebant. Quid incommodi? sed ea omnia sprevit veteris prudentiæ pervicax Tiberius.

1. *Arcana imperij.*] Quare? quia validi nimis illi electi fuissent, & potuissent tractu in principem coire. Item, odia ferebantur in ipsum, & fortasse conspiratio, à repulsis. Et sane ea mens Taciti; quod verba illa mox ostendunt: *favorabili oratione vim imperij tenuit:* quæ resoluta igitur, & velut enervata fuisset, illa sententia. Nam addo etiam, inter arcana imperij esse, ut princeps gratiæ & beneficij sit potens; at vix, vel nullo modo haberet eam potentiam, in tam longum tempus honoribus semel datis. *Lipsius.*

Arcana imperij tentari.] Multum enim ea ratione potestati principis decessisset, quippe magistratibus in quinquennium constitutis, neque eos qui interim displicerent, amoliri potuisset, neque alios, quibus faveret, promovere; atque ita potestas eligendi, quam singulis annis exercere poterat, multum accisa, & tantum ad singula quinquennia redacta fuisset. Illa ratio prætermitti non debet, quam elicimus ex his verbis Galli: *utque legionum legati, qui ante præturam ea militiâ fungebantur, jam tum prætores destinarentur.* Vides hic etiam *arcana imperij*, vel maxime versari: Hac enim sententia fibula injicitur Cæsari, & potestati nominandi *præturæ candidatos* arctiores limites ponuntur. Malebat Tiberius, quos vellet candidatos nominare ex omnibus, quam teneri ad nominandos eos legionum legatos, qui nondum præturam gessissent. Minus enim potest, qui potestatem nominandi, & destinandi candidatos intra certos ordines constrictam habet, quam qui ea amplissima, & plane libera, atque ad omnes se se extendente est instructus.

2. *Tentari.*] Tentabantur arcana imperij, præcipue, quia sic penetratum altius foret, quosnam princeps admoveret, destinaretque Reipub. capessendæ, quosnam removeret à Reipub. tamquam sibi infensos, & suspectos, aut indignos,

[1] quasi augeretur potestas ejus [*], disseruit : [2] *Grave moderationi suæ, tot eligere, tot differre, vix per singulos annos offensiones vitari, quamvis repulsam [3] propinqua spes soletur : quantum odij fore ab his qui ultra quinquennium proiiciantur : unde prospici posse, quæ cuique tam longo tempo-*

INTERPRETATIO.

ritas censuit. Importunum modestiæ suæ, tot nominare, tot prolatare, ægrè quotannis declinari odia, licet proxima spes repulsam sublevet. quantas offensiones futuras ab his qui differantur ultra quinque annos; unde prævideri posse, quis tanto temporis intervallo cuilibet animus, familia, opes; [*]fastu efferri

NOTÆ.

& certe, vel indigni, vel suspecti videri possent, qui in tam longum tempus differrentur; nec solummodo dilati, sed rejecti omnino putari possint.

De cætero ambigua res, & satis incertum, an sic augeretur, vel minueretur potentia principis. an decrescebat potestas illius, cum duodecim in annum unum consules simul eodemque tempore designabat, cum hos sigillatim in duos menses, binos eligere posset, an decrescebat potestas Cæsaris Dictatoris, qui teste Suetonio in multos annos magistratus ordinavit, qui omnia sic dare properabat, ut amicos & fautores remunerare citius posset?

Attamen in necessitatibus principum, hæc tantum sic festinata putem, sed talibus largitionibus subvertebatur Respub. & legum ordo *subverti leges, quæ sua spatia exercendæ candidatorum industriæ, &c. statuerint.* Julius & Augustus Cæsares, qui talia præmia festinabant, ut dominationem sibi adsererent, suam potestatem augebant ad præsens, ea arte multis amicis, fautoribusque adversus hostes suos comparatis, seu potius corruptis; sed in futurum Rempub. subvertebant, de qua parum solliciti, modo se tuerentur, vindicarentque. & maxime distinguendum inter principes, qui securi imperij, & Reip. & eos qui inhiant novæ dominationi, nondumq; stabilitæ. eo malo exemplo Othones, & Vitellij partum scelere imperium, pessimis artibus firmaturi, multa ex Rep. omnia *dabant*, seu potius *perdebant.* Tacitus lib. 3. hist. 55. de Vitellio. *Ipse nihilò solito luxu remittens, & diffidentia properus, festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat: fœdera sociis, latium externis dilargiri; his tributa dimittere; alios immunitatibus juvare: denique nulla in posterum cura, lacerare imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: stultissimus quisque pecuniis mercabatur: apud sapientes cassa habebantur, quæ neque dari, neque accipi, salva Repub. poterant.*

1. *Quasi augeretur.*] Augebatur enim potestas, cum in ejus manum comitia tot annorum, nova ratione, darentur. *Lipsius.* Sic augeri potestatem suam videri voluit Tiberius, quamvis revera sic minueretur vis principis, subverteretur que Respub sic eam olim everterat. Cæsar Dictator, & alij post ea.

2. *Grave moderationi.*] Semper se consuevisse moderari potentiæ suæ, neque permittere, ut ultra, quam libera civitate dignum esset, excresceret. Eam modestiam professo principi onerosum esse, si arbitrium ei permittatur, ut tot candidatos simul eligeret.

3. *Propinqua spes.*] Quamquam eam repulsam longe æquiori animo ferre possint, propterea quod uno tantum anno interposito, denuo adipiscendi honores spes fieret. *Freinsh. Propinqua* intelligi possit, vel de anno proximo, vel saltem de annis proxime sequentibus, quibus, se voti compotes futuros, sperant, qui repulsam passi sunt.

ris spatio [1] *mens , domus , fortuna ?* [2] *superbire homines etiam annua designatione : quid si honorem per quinquennium agitent ? quinquiplicari prorsus magistratus , subverti leges , quæ sua* [3] *spatia exercendæ candidatorum industriæ , quærendisque aut potiundis honoribus statuerint.* [4] Favorabili in speciem oratione [5] vim imperij tenuit , [6] censusque quorundam senatorum juvit. quo
37

INTERPRETATIO.

homines , etiam annua electione : quid si dignitatem per quinque annos cogitent ? in quintuplum augeri omnimodo magistratus , labefactari leges , quæ sua tempora præscripserint explorandis candidatorum ingeniis , petendisque, aut fruendis dignitatibus ? *Civili & æqua in speciem sententia vim dominationis retinuit , facultatesque nonnullorum è patribus auxit. quo magis stupendum , quod*

NOTÆ.

1. *Mens , domus , fortuna.*] *Quæ mens* : utrum nimirum bona , an animus Reip. infensus 4. 70. 6. 24. Non ex hac tantum continuatione spei, sed undecumque. *Domus*, familia, gens, cognatio & necessitudines : nam & horum peccata poterant efficere , ut aliquis in suspicionem veniret, & potestas ei male credi videretur. *Fortuna* , res familiaris , integra, an attenuata.

2. *Superbire.*] Nempe enim honore designatorum magistratuum longiori tempore , & quidam eorum usque ad quinquennium perfruerentur.

3. *Spatia exercendæ.*] Tot mensibus , aut diebus petant , & in candida sunto : tot deinde adepti gerant Neque enim solemniter petere toto anno licebat. Atq; hoc est *spatium exercendæ candidatorum industriæ* , olim legibus finitum.

4. *Favorabili.*] Sic elusâ Galli sententiâ civilibus , & magnæ moderationis imaginem præferentibus verbis, principatus sui nervos retinuit. *Freinsh.*

Favorabili in speciem oratione.] Cum censeret Tiberius non debere eligi , aut designari *magistratus* , seu prætores (de his enim præcipue intelligere videtur Tacitus) *in quinquennium* , ipsius oratio *favorabilis* videbatur Reipub. legibus , magistratibus , & ipsi senatui , & civitati , cujus leges immotas retinere videbatur , sed *videbatur* tantum *favorabilis*. *In speciem* tantum *favorabilis* erat Reipub. seu libertati, at revera sibi principatum , seu monarchiam sic asserebat , retinebatque Tiberius.

Respublica & *principatus* fere opponuntur apud Tacitum. Itaque dum Tiberius *favorabiliter* pro *Repub.* loqui videretur , *in speciem* , revera *principatum* retinuit , sibique firmavit. *Species* & *vis* , seu *res* sæpius opponuntur apud Tacitum. *Species* est tantum phasma , & rei imago inanis , seu illusio. At *vis* res ipsa est. Sic lib. 13 9. *Ne Corbulo omnium ora in se verteret , corpore ingens , verbis magnificus , & super experientiam , sapientiamque etiam specie inanium validus.* *Vis* & *res* in Corbulone fuit *experientia* , & *sapientia*. At *species* & *inania* fuerunt, quod esset *corpore ingens*, & *verbis magnificus*. *Vis* enim , & summæ virtutes reperiri possint in viro staturæ modicæ. ut multis exemplis constat.

Inania hæc describit Tacit. ubi de Tiridate l. 15. 31. Frater Tiridatis Pacorus *petierat, ne quam imaginem servitij Tiridates perferret ; neu ferrum traderet , aut complexu provincias obtinentium arceretur , foribusve eorum assisteret , tantusque ei Romæ , quantus Consulibus, honor esset. Scilicet externæ superbiæ sueto , non erat notitia nostri , apud quos vis imperij valet, inania transmittuntur.*

5. *Vim imperij tenuit.*] Quasi vis imperij ipsius minueretur ea designatione magistratuum in quinquennium.

6. *Censusque quorumdam Senatorum.*] Sic fecit Augustus, quo sibi gratiam con-

magis mirum fuit quod 1 preces M. Hortali nobilis juvenis, in paupertate manifesta, superbius accepisset. Nepos erat oratoris Hortensij, inlectus à divo Augusto liberalitate 2 decies sestertiûm ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curiæ adstantibus, loco sententiæ, 3 quum in palatio senatus haberetur, modò Hortensij inter oratores sitam imaginem, modò Augusti intuens, ad hunc modum cœpit: *Patres conscripti, hos quorum numerum & pueritiam videtis, non sponte sustuli, sed quia princeps monebat: simul 4 majores mei meruerant, ut posteros haberent. nam*

INTERPRETATIO

adrogantius audisset preces M. Hortali nobilis adolescentis in egestate comperta. Nepos erat Hortensij oratoris, incitatus à D. Augusto munificentiâ decies sestertiûm, ut assumeret conjugem, procrearet sobolem, ne stirps nobilissima deficeret. Igitur quatuor filiis in vestibulo senatûs adsistentibus, vice sententia, cum in palatium patres vocati essent, modo conspiciens effigiem Hortensij positam inter oratores, modo Augusti imaginem; *sic orsus est.* Patres conscripti, hos quorum numerum, & teneram ætatem intuemini, non mea voluntate suscepi, sed quia princeps jubebat, etiam *quia* patres mei digni habiti erant, qui nepotes haberent.

NOTÆ.

ciliaret: sic Julia Augusta, quæ equitum pauperiorum virgines maritabat: sic multi postea imperatores fecere, quo dominationem amicitia, majestatem familiaritate, & beneficiis firmarent. Sic apud Sueton. Vespas. 17. *In omne hominum genus liberalissimus, explevit censum senatorium: consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit.*

1. *Preces M. Hortali.*] Ortalus scribitur in Suetonio: *Plerosque modestia & pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortensij oratoris nepotem, qui permedica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat.* Ortalus igitur Hortensiæ gentis cognomen. Cicer. ad Attic. l. 4. *Ortalus in ea causa fuit, cujusmodi solet.*

Infanda quædam de hoc ipso, nisi fallor, Hortensio Valerius Maximus narrat. l. 3. *Jam Q. quidem Hortensij, qui in maximo & ingenuorum civium, & amplissimorum proventu, summum auctoritatis atque eloquentia gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abjectiorem, & obscœniorem vitam exegit: ad ultimumque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit: quam avi pro salute civium in foro excubuerat.* Sed hic Ortalus Hortensij nepos, numquid ex filio? apparet. Nam Valerius *Hortensium* appellat. Attamen filius magni illius oratoris, bello civili Brutiano periit, præmature. Velleius: *Eadem Lucullum, Hortensiumque eminentissimorum virorum filios fortuna abstulit.* Sed debuit scilicet jam tunc prolem sevisse, & reliquisse in urbe.

2. *Decies sestertiûm.*] Is est ipse census senatorius, qui sub Augusto fuit; nam auxit eum & produxit. Sunt ista *viginti-quinque millia Philippicûm.* Sunt viginti quinque millia coronatorum, seu septuaginta quinque millia librarum.

3. *Quum in palatio senatus.*] Ille igitur, quum senatus in palatio convenisset, & in causa quæ tractabatur, ipsius sententia rogaretur, surrexit, & oculis modo in Hortensij effigiem conjectis, quæ inter imagines oratorum in palatio dedicata fuerat; modo in D. Augusti simulacrum, &c.

4. *Majores mei meruerant.*] Etiam quia

ego qui non pecuniam , non ſtudia populi , neque eloquentiam 1 *gentile domus noſtræ bonum* 2 *varietate temporum accipere vel parare potuiſſem , ſatis habebam , ſi tenues res meæ* 3 *nec mihi pudori , neq cuiquam oneri forent.* 4 *juſſus ab imperatore , uxorem duxi. En ſtirps & progenies* 5 *tot conſulum, tot dictatorum.* 6 *nec ad invidiam iſta , ſed conciliandæ miſericordiæ refero.*

INTERPRETATIO.

Quippe ego, qui neque opes excipere , neque amorem civium , nec eloquentiam avitum familiæ noſtræ decus , viciſſitudine temporum , aſſequi potuiſſem, contentus eram , ſi anguſtiæ rei familiaris , nec mihi dedecori , nec aliis moleſtiæ forent. jubente principe uxorem accepi. En ſoboles , en genus & ſanguis tot conſulum , tot dictatorum. Nec ad ſuperbiam hæc , ſed ad movendam com-

NOTÆ.

injuriam me facturum putarem clariſſimis majoribus meis , ſi domum eorum nulla ſobole procreata exſtingui, & memoriam hominum æternum nomen meritorum obſoleſcieri pateret , &c.

1. *Gentile domus.*] De quo Valer. l. 8. 3. *Hortenſia vero Q. Hortenſij filia, cum ordo Matronarum gravi tributo à Triumviris eſſet oneratus , nec quiſquam virorum patrocinium eis accommodare auderet. Cauſam fœminarum apud Triumviros, & conſtanter, & feliciter egit. Repræſentata enim patris facundia , impetravit , ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Revixit tum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius, verbiſq; filiæ aſpiravit, cujus ſi virilis ſexus poſteri vim ſequi voluiſſent , Hortenſiana eloquentiæ tanta hæreditas una fœminæ actione abſciſſa non eſſet.*

Sic & Quintil. *In parentibus vero, quàm plurimum eſſe eruditionis optaverim. Verum nec de patribus tantum loquor. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem , cujus doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus , & Lælij filia reddidiſſe in loquendo paternam eloquentiam dicitur. Et Quinti Hortenſij filiæ oratio apud Triumviros habita legitur , non tantum in ſexus honorem.* Similitudo ingenij in filiis & nepotibus quandoque repræſentatur. Cicer. Tuſcul. 1. de Panætio. *Vult enim, quod nemo negat , quicquid natum ſit , interire : naſci autem animos , quod declarat eorum ſimilitudo , qui procreantur ; quæ etiam in ingeniis, non ſolum in corporibus apparent.* Vera & certa eſt illa ſimilitudo naturæ , ſed falſum id quod infertur , & diſertè mox refellit Tullius. Sic & tres Curiones ordine fuerunt eloquentiſſimi oratores , quaſi tradito à natura , & per manus ingenio.

2. *Varietate temporum.*] Propter varios ſuperiorum temporum tumultus, caſuſque , neque majores mei magnas opes , aut populi favorem, aut etiam eloquentiam , quæ noſtræ domus velut hæreditarium bonum olim fuit, mihi relinquere potuerunt , neque ego propria induſtria aut ingenio comparare.

3. *Nec mihi pudori.*] Ne aut mihi pudori foret inopia ſi uxorem , liberoſque honeſtè ſuſtentare non poſſem , aut moleſta tam illis ipſis meis , quam aliis etiam , à quibus alimentorum ſubſidia petenda nobis eſſent.

4. *Juſſus ab imperatore.*] Non ex vi legis Juliæ de maritandis ordinibus juſſus Hortalus, ſed pro ea poteſtate, qua ſuperior amicus , minori ſuaſit matrimonium , cujus & dicitur *auctor* Suetonij Tiberio 47.

5. *Tot conſulum.*] Ubi iſti tot conſules , tot dictatores ? certe in Hortenſia gente unum *dictatorem* reperias, & *conſulem* unum. *Dictatorem* anno urbis CDLXVII. ſeceſſione plebis *Conſulem* , Q. Hortenſium , hujus avum. Sed intelligi poſſunt majores illius , etiam ex gente materna.

6. *Nec ad invidiam.*] Quod non ideo

adsequentur florente te Cæsar, quos dederis honores; interim Q. Hortensij pronepotes, divi Augusti alumnos, ab inopia defende. [1] Inclinatio senatus incitamentum Tiberio fuit, quo promptius adversaretur, his ferme verbis usus: *Si quantum pauperum est, venire huc, & liberis suis petere pecunias cœperint; singuli numquam exsatiabuntur, Respub. deficiet. nec sane ideò à majoribus concessum est* [2] *egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat, loco sententiæ proferre, ut privata negotia, res familiares nostras hinc augeamus, cum invidia senatus, & principum,* [3] *sive indulserint largitionem, sive abnuerint. non enim preces sunt istuc, sed ef-* 38

INTERPRETATIO.

miserationem memoro. Adipiscentur vigente te, Cæsar, quas tribueris dignitates, interim adversus egestatem tuere pronepotes Q. Hortensij, & D. Augusti alumnos. *Amor seu favor Patrum causa Tiberio fuit, quo impensius obsisteret, ad hunc fere modum differens:* si quotquot inopes sunt, huc confluere cœperint, & proli suæ opes postulare, numquam singuli explebuntur & Respub. exhaurietur. nec propterea veteribus placitum est exire aliquando extra rem propositam in senatu, & id pro sententia promere, quod è Repub. esse videatur, ut privatas res, & domos nostras ditemus, cum offensione patrum & imperitantium; sive liberalitatem concessetint, sive negarint. Non enim voces supplices sunt

NOTÆ.

dico, quasi miseriam nostram indigner, aut iis qui ex inferioribus locis ad honores opesque pervenerint, quidquam invideam: sed ut misericordiam nobis conciliem. Non quod invideam iis qui ad dignitates & opes evecti sunt, non quod indigner in principes, qui alios spretis aliis, cives evexêre; suum cuique meritum, sua cuique fortuna aut gratia sit, nemini invideo aut in invidiam adducere volo.

1. *Inclinatio senatus.*] Quare illa impedivit, aut arcuire potius debuisset incitare. Nam videri volebat omnia per senatum agere. Sed hic aliud. ista *inclinatio* popularitatem quamdam referebat, & severum principem, quasi ad famam & gratiam componebat: quod spretum Tiberio. Fortasse etiam, quia sponte volebat dare, & solus gratiam habere, non ab aliis invitatus.

Inclinatio senatus.] Plin. paneg. *An parum sæpe experti sumus hanc esse rerum conditionem, ut senatus favor apud principem aut prosit, aut noceat? Nonne paulo ante, nihil magis exitiale erat, quam illa principis cogitatio? hunc senatus probat, hic senatui charus est: oderat quos nos amaremus, sed & nos, quos ille.*

2. *Egredi, &c. relationem.*] Dionys. lib. 11. ubi Valerius senator respondet Decemviris, qui illum vetabant proferre id quod è Rep censeret. *At non de his, inquit, dicturus assurrexi, sed de aliis majoribus, magisque necessariis, de quibus primum senatum commonendum existimo,* &c.

Si quis senator loqui vellet, sententiam non rogatus, veniam à consule petebat, sic Capitolin. in Max. *Vectius Sabinus ex familia Vlpiorum, rogato consule, ut sibi dicere, atque interfari liceret. sic orsus est, &c.*

Licebat etiam, senatori venia petita, interrogare eos qui in senatum inducebantur. Livius lib. 20. ubi de legatis Carthag. *cum more tradito à patribus, potestatem interrogandi, si quis quid vellet, legatos, prætor fecisset,* &c.

3. *Sive indulserint.*] Posse loco sententiæ proferre quidpiam, non ideo institutum, ut privata negotia curemus, idque tam importune, ut senatus, atque imperatores, sive petitionibus hu-

flagitatio intempestiva quidem & improvisa , cum aliis de rebus convenerint patres , 1. consurgere , & numero atque ætate liberûm suorum urgere modestiam senatus , 2 eamdem vim in me transmittere , ac velut perfringere ærarium : quod si ambitione exhauserimus , per scelera supplendum erit. dedit tibi , Hortale , divus Augustus pecuniam , sed non compellatus , nec ea lege ut semper daretur. 3 languescet alioqui industria , intendetur socordia , 4 si nullus ex se metus , aut spes ; & securi omnes aliena subsidia exspectabant , sibi ignavi , nobis graves. Hæc atque talia , quamquam cum adsensu audita ab his , quibus omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est , plures per silentium , aut occultum murmur excepere. sensitque Tiberius. & cum paulum reticuisset , *Hortalo se respondisse* ait : *ceterum si patribus videretur , daturum liberis eius 5 ducena sestertia singulis , qui sexus virilis essent.* egere alij grates ; siluit Hortalus ,

INTERPRETATIO.

illud , sed expostulatio importuna quidem , & inopinata , cum aliis de negotiis vocati sint patres , assurgere , & multitudine atque pueritia filiorum suorum premere modestiam patrum , eandemque vim in me transferre , & quasi ærarium perrumpere : quod si favore & inani gloria exhauserimus , per crimina replendum erit. Tibi , Hortale , D. Augustus opes elargitus est , sed non coactus , nec ea conditione , ut tibi semper donaretur pecunia , alioqui torpebit animus , increscet segnities , si nulla ex se formido , vel spes , & si cura vacui omnes aliena auxilia sperabunt , sibi inertes , nobis importuni *Hæc & similia , quamvis cum plausu accepta ab illis , qui cuncta dominantium decora atque indecora extollere laude consueverunt , plures* tamen *silentio , aut secreto murmure excepere. quod & animadvertit Tiberius , qui cum tantisper siluisset , dixit* se respondisse Hortalo : cæterum , si placeret senatui , se largiturum filiis ejus ducenta sestertia singulis , qui mares essent. *Alij gratiam retulere ; reticuit Hortalus , an metu , an paterna claritudinis*

NOTÆ.

jusmodi annuerint , sive adversati sint , invidiæ , calumniisque malevolorum objiciantur , qui aut nimiam eorum profusionem , si quid largiantur , invideant , aut si negent , nimium rigorem incusent.

1. *Consurgere.*] Nam ad dicendam sententiam surrexit Hortalus. Moris autem fuisse consurgere in dicenda sententia Poëta ostendit Æneid. 11. *Tum Drances idem infensus* , &c. *Surgit , & his onerat dictis.*

2. *Eamdem vim.*] Primo , inquit , *urgent modestiam senatus* , denique velut *vim* mihi adhibent , & *ærarium perfringunt. Vim* dico , quia velut pro sententia dicunt , & senatus assensum capiunt , aut captant : cui parere me sit necessum.

3. *Languescet alioqui industria.*] Industria hominum evanescet , desidia augebitur , omnes enim cogitabunt non opus esse , ut in suis laboribus spem sustentationis collocent , aut etiam ex sua pigritia & inertia paupertatem metuant

4. *Si nullus*] Si nullus de seipsis metus est in futurum , si nullam in suo labore aut industria spem constituunt , sed tantum in aliena , seu publica liberalitate , senescet industria , &c.

5. *Ducena sestertia.*] Sunt quinque millia coronatorum , seu quindecim millia librarum.

lus ,

lus, pavore, an avitæ nobilitatis, etiam inter angustias fortunæ, retinens. neque miseratus est posthac Tiberius, quamvis domus Hortensij [1] pudendam ad inopiam dilaberetur. Eodem anno mancipii unius audacia, ni maturè subventum foret, discordiis armisque civilibus Rem- 39
publicam. perculisset. Posthumi Agrippæ servus nomine *Clemens*, comperto fine Augusti, pergere in insulam [2] Planasiam, & fraude, aut vi raptum Agrippam [3] ferre ad exercitus Germanicos, non servili animo concepit. ausa ejus impedivit tarditas onerariæ navis: atque interim patrata cæde, [4] ad majòra & magis præcipitia conversus, [5] furatur

INTERPRETATIO.

memor, etiam inter inopiam rei familiaris. neque postea Tiberius ipsius misertus est, licet familia Hortensij indecoram ad egestatem decideret. Eodem anno servi unius temeritas dissensionibus, bellisque, civilibus perturbasset Rempublicam, ni propere obviam itum foret. Mancipium Posthumi Agrippæ vocabulo Clemens, *nunciata morte Augusti, haud servili ingenio agitavit, ire in insulam Planasiam & dolo, seu vi sublatum Agrippam rapere ad legiones Germanicas. consiliis ejus obstitit, quia serius appulsa est navis oneraria: atque interim perpetrata nece* Posthumi, *ad grandiora & magis vesana convertens animum, furto aufert reliquias* Agrippæ, *& delatus*

NOTÆ

1. *Pudendam ad inopiam.*] Sic & contigit in familia Curionum quasi quodam excellentissimorum oratorum simili fato. tertius quippe Curio etiam ad fœdam inopiam nequitia sua abstractus, teste Valer. lib. 9. 1. *Consimilis mutatio in domo Curionum exstitit: si quidem forum nostrum, & patris gratissimum supercilium, & filij sexcenties sestertium æris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore. & in eisdem penatibus diversa secula habitarunt: frugalissimum alterum, alterum nequissimum.*

2. *Planasiam.*] Ubi herus ipsius exsul agebat. eo proficisci destinaverat, eumque sive fraude, sive vi, custodibus eripere, &c Solinus cap 8 *Aut Planasiam de facie supina freti, sic vocatam, uel ab Vlyssis erroribus.*

Planasiam.] *Planasia* insula Hetruriæ provinciæ in mari Tyrrheno. hodie *Pianosa*, prope Elbam insulam, magno duci Toscanæ paret. *Tillemonius.*

3. *Ferre ad exercitus.*] Quibus, cum propter patris memoriam gratissimum fore intelligebat. Suet. Oct. 19. *Audasius atque Epicadus Juliam filiam, & Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus destinaverant.* Tib 3. *Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit.* Noster 4. Annal. 67. *ultroque struebantur, qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus.*

4. *Ad majora.*] Comparat invicem ausa Clementis, seu cœpta illius, ita ut primo conceperit *fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos*, quod cum non potuisset exsequi, & jam occisum Posthumum reperisset, jam *ad majora, & magis præcipitia conversus*, quam quæ primò agitaller; *furatur cineres Agrippæ*, & se ipse Agrippam, Cæsaremque & filium Augusti fingit, ac mentitur. quæ certe longe *majora*, quam quæ primo servus conceperat:

5. *Furatur cineres.*] Quare hoc? anne, ut constaret eo argumento mortuũ Posthumum, quem vivum ille, & se esse, credi

cineres, vectusque 1 Cosam Etruriæ promontorium, ignotis locis sese

INTERPRETATIO.

Cosam promontorium Etruriæ, invius locis se se occultat, donec comam barbamque

NOTÆ.

volebat? an caritate in dominum fecit, & a' bis sepultus? *Lipsius*

Furantur cineres.] In paraphrasi sic exposui, *ne mortis illius* (Agrippæ) *argumentum forent.* magis quia Taciti sententia, ex universo hoc loco prope considerato emergens, ita postulare videbatur; quam quod ipsa res mihi credibilis videretur. Si enim Ægyptio more conditum fuisset corpus, agnoscerem pretium, quod in eo auferendo Clemens quæsivisset: at in confusis cineribus, quodnam indicium superesse potuit, quo potius Agrippæ, quam cujuscumque hominis viderentur? *Freinshemius.*

Sciebant qui interfecerant Posthumum quo loco is interfectus crematus & sepultus esset, sciebant & multi ejusdem loci accolæ, ostendebantque haud dubie bustum, seu tumulum, per admirationem, ut in Cæsare & filio Augusti, & qui per summum scelus Liviæ & Tiberij occisus esset. forte & usurpatum quod olim in Pompeio Magno,

——— *ne levis aura retectos*
Auferret cineres saxo compressit arenam.

Itaque compertus locus, compertum & monumentum, quo compositi cineres Posthumi erant, ideoque illos furatur servus Clemens, ut sic dubia & incerta mors Posthumi esset, dubiaque spargeretur provinciis, & toto imperij orbe, de illo Cæsare fama, & ne ipso facto convinci mendacij posset. Certe cineres illius utcumque confusi, sed locus cinerum, non confusus, aut incertus, imo manifestus & compertus, qui propterea vacuus & inanis relictus à servo, simul incertam relinquebat mortem Posthumi, incertamque famam illius, quod unum intendebat Pseudo-Agrippa

Furatur cineres.] Furtoque subductis Agrippæ cineribus, ne mortis illius argumentum forent, in Cosam, &c. trajecit. *Freinsh.*

Cineres.] Forte hoc idem veritus Tiberius postea dissipat reliquias filiorum Germanici, postquam eos occiderat. Sueton. 55. *amborum sic reliquiis dispersis, ut vix quandoque colligi possent.* neque id de cineribus præcise intelligendum; nam si dispersi cineres illorum essent, numquam colligi potuissent. de ossibus id capiendum. Tacit. de Varianis reliquiis *medio campi ossa albentia*, & Suet. Calig. 3. de Germanico. *Cæsorum clade Variana veteres, ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, & comportare primus aggressus est.* Et certe tandem extincto Tiberio, illas reliquias, seu ossa fratrum collegit ipse Caïus apud Sueton. 15. *Confestim Pandateriam & Pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit, &c.* Furabatur haud dubie cineres Posthumi Clemens ille, ne quod vestigium mortui Agrippæ appareret; sicque se fingere, & ferre Agrippam posset audacius, certiusque.

Haud dubie crematum corpus *Posthumi* pro more Rom dein *ossaq; lecta cado*, ut ait Virgil nempe ex busto & igne, quæ ossa *reliquiæ* & *cineres* etiam vocantur, Reliquiæ illæ conditæ cado, seu urna, quæ urna dein inferebatur tumulo, hujusmodi reliquias, seu cineres disturbavit, arripuitque Clemens servus, ne monumentum aut vestigium ullum Posthumi mortui remaneret, quo falsitatis convinceretur. de ossibus ex busto lectis, sic Lucanus lib 8 ubi de Pompeio Magno,

——— *non hac in sede quiescent*
Tam sacri cineres sed te Cornelia Magne,
Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam, Et infra
——— *Semiusta rapit, resolutaque nondum*
Ossa satis nervis, & inustis plena medullis,
Æquorea restinguit aqua, congestaque in unum,
Parva clausit humo, &c.

Sic forte perfunctoriè sepultus Posthumus, velut invitis imperitantibus

1. *Cosam Etruriæ promontorium*] Co-

abdit, 1. donec crinem, barbamque promitteret. nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat. tum per idoneos, & secreti ejus socios, crebrescit *vivere Agrippam*, 2 occultis primum sermonibus, ut vetita solent; mox vago rumore apud imperitissimi cujusque promptas aures, aut rursum apud turbidos, eoque nova cupientes. atque ipse adire municipia obscuro diei, neque propalam aspici, neque diutius iisdem locis. 3 sed quia veritas visu & mora; falsa festinatione, & incertis valescunt, 4 relinquebat famam, aut præveniebat. Vulgabatur interim per Italiam *servatum munere deûm Agrippam*, crede-

INTERPRETATIO.

prolixam haberet. Quippe ætate & specie à domino non differebat, tum per idoneos, & arcani ejus conscios, vulgatur Agrippam spirare, secretis primum colloquiis, ut prohibita solent, dein incertà famâ apud ignorantissimi cujusque pronas aures, avidasque, aut etiam apud seditiosos, ideoque nova appetentes, atque ipse circumire cœpit *oppida, inclinata jam die, neque publicè, & aperte videri, neque diu in eadem regione, sed quia veritas præsentia, & tempore invalescit, ut falsitas properando, & ambiguis crescit; relinquebat famam, aut prævertebat. Interea crebrescebat fama per Italiam,* incolumem esse beneficio deorum Agrippam; rumo-

NOTÆ.

ram seu *Cosam*, puto esse promontorium, quod olim *Telamon*, hodie *mons Argentarius* dicitur. Argumento est, quod *Cosa* oppidum, cui hodie *Orbetello* nomen est, antiquitus in cacumine ejus promontorij erat. Vulgatum autem est, idem nomen esse, & oppidis, & montibus, fluviisque, in quibus, aut ad quos oppida sita sunt. Ad radices autem ejus promontorij est portus Herculis. Addo ex Rutilij Itinerario 1. 294.

Sardoam lepido præcipitante fugam
Littore namque Cosa cognatos depulit hostes,
Virtutem Catuli Roma secuta ducis.

Ubi *Cosa littore* hoc ipsum Taciti promontorium intelligi, docet historia. Flor. 3. 23. Lepidus *incruenta fuga Etruriam; inde Sardiniam recessit* Freinsh.

Cosam.] *Cosa*, vel Cossa, urbs Hetruriæ provinciæ in ora maris Tyrrheni, hodie non extat, ex ejus ruinis crevit *Ansedonia*, urbs agri Senensis in ora: paret magno duci Toscanæ, *Tillemonius*.

1. *Donec crinem.*] Donec capillus barbaque cresceret in eum modum, quo Agrippa ob mœrorem exsilij, cura corporis formæque neglecta, usus erat. *Freinshem.* Forte sic se vultumque componebat servus, ne perinde facile agnosceretur, promissa barba squallidus, & veluti mutatus à se ipso, quasi mæstitia carceris & exsilij, ut sic minus facilis cognitu esset.

2. *Occultis primum.*] Primo occultis susurris, ut solet fieri, in sermonibus, quibus periculum subest.

3. *Sed quia veritas.*] Sed quia noverat veritatem eo magis elucere, quo diutius, exactiusque tractatur & inspicitur, præstigias autem & mendacia maxime latere, verique speciem servare, si properanter, & rectè peragantur, ex urbibus discedere solebat, antequam fama adventus ejus pernotuisset, & venire priusquam adventurum esse quisquam audivisset. *Freinsh.*

4. *Relinquebat famam.*] Priusquam innotesceret veritas posset, famam relinquebat, ut sic potius vaga & incerta esset, quam nota & comperta, *aut præveniebat*, ita ut nempe improvisus esset adventus illius, sicque statim homines de-

batur Romæ : jamque 1. Hostiam invectum multitudo ingens ; 2 jam in urbe 3 clandestini cœtus celebrabant : cum Tiberium anceps cura

INTERPRETATIO.

ri fides habebatur in urbe : jamque delatum Hostiam magna frequentia populi, jam Romæ clam coeuntes præsentem celebrant : tum Tiberium ambigua sollicitudo divexare

NOTÆ.

cipetet, qui agnoscendi tempus non haberent Cum ècouttà si expectatus advenisset, dispositis ad id, firmatisque animis potius, faciliusque cognitus esset dolus, sicque *præveniebat* sui *famam*, ut potius incerta foret quam penitus cognita.

Relinquebat famam] Statim abeundo, scilicet, ptiusquam bene innotesceret : *præveniebat* autem ex inopinato, celeriter se sistendo. Ita parum gnaros relinquebat, parum providis se sistebat.

1. *Ostiam invectum multitudo ingens celebrabat.*] Hoc est multi jam per omnem videlicet Italiam dicebant Agrippam ingressum esse Ostiam : eam, inquam, rem licet falsam, ut videtur, celebtabant sermonibus ; idque clarum ex eo, quod intersetit : *jam in urbe clandestini cœtus*. Freinsh.

Tacitus nartat, simul egtessus in terram esset, incessisse per vias, circumfusum, comitatumque magna freqnentia vulgi gaudentis, gratulantis, deducentis, mirantis. Et quid in eo novi ? Pseudograechi & Pseudomarij juxta magnos concutsus fecerunt. Neque abhortet, quod præcedit, *adire obscuro*, &c. & *relinquebat*, *aut præveniebat*. Sic tum illic. postea Ostiæ aliter : cresceunt enim & in scelere ac fraude animi : tutsusque pto occasione minuuntur.

Quos progtessus, regressusque accutatè satis annotavit Tacitus. Ostiæ effuderant se se. In urbe sub oculis principis minus audebant. Ant si audebant, ipse dimisit illos monitos conducere magis rebus suis, ut minus conspectus Romam inttaret. Postquam igitur mœnia irrepsit, coitiones interim clandestinæ ad eum fiebant, donec matûta, si datetut, fieret seditio. *Gronovius.*

Ostiam invectum.] Jam Ostiam invectum Pseudo-Agrippam multitudo ingens celebrabat, frequentabat, stipabaturque palam, ac publice, quia temoti ab urbe, nempe 16. millibus, & à conspectu impetitantium, magis audebant. forte etiam, quia minus prudentes viri municipales. *Jam in urbe* præsentem *clandestini cœtus celebrabant*, ut qui ptudentiotes essent, vel metuentiotes principis.

Et inferri potest ex verbis Taciti captum esse in urbe, operâ Sallustij. Primo, quia pet milites urbanos haud dubie *Prætorianos* id exsecutus est. Præterea, quia *vinctum clauso ore in palatium traxere*, nempe ex urbe ipsa, in quam advectus erat Hostiâ, à paucis diebus, ut conjicere est.

Quid sit *celebrare*, disces ex Cicer. ad Attic. 4. 1. *Similis frequentia me usque ad capitolium celebravit.* Et lib. 1. de oratore *Testis est hujusce Q. Mucij janua atque vestibulum, quod maxima quotidie frequentia civium celebratur.*

Hostiam.] Ostia, urbs Latinotum populorum in Latio, ad oram maris Tyrrheni· hodie nomen tetinet. urbs est Campaniæ Romanæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

2. *Jam in urbe.*] Dio lib. 57. ad annum 769. *In Galliamque profectus multos ibi, multos etiam in Italia sibi adjunxit : denique Romam quoque ad avitum imperium recuperandum contendit. Itaque tumultu propterea in urbe coorto, multisque ei accedentibus, sapienter eum Tiberius per quosdam, qui ipsi quoque ejus se factionis socios simularent, in suam potestatem redegit.*

3. *Clandestini cœtus.*] Jamque in ur-

distrahere, vine militum 1 servum suum coërceret, an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret. modo nihil spernendum, modo 2 non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. postremo dat negotium Sallustio Crispo: ille è clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, 3 simulata conscientia adeant, offerant pecuniam, fidem, atque pericula polliceantur. Exsequuntur ut jussum erat. dein 4 speculati noctem incustoditam, acceptâ idoneâ manu, vinctum 5 clauso ore in palatium

INTERPRETATIO.

cœpit, *an vi militum, mancipium suum comprimeret, an vanam persuasionem serie temporis senescere pateretur. Alias nihil temnendum* putabat, *alias non omnia formidanda, inter verecundiam & formidinem, incertus animi agitabat. Tandem rem mandat Sallustio Crispo; ille è clientibus duos assumit (nonnulli milites fuisse memorant) & eos præmonet, ut societatis conscios se fingentes*, illum *conveniant, exhibeant nummos, fidelitatem, & eadem discrimina subituros promittant. Faciunt, ut imperatum erat. exin contemplati noctem improvisam, assumpto agmine sufficienti, ligatum, obstructo gutture, in Regiam adduxere. interrogante Tiberio*, qua ratione

NOTÆ.

be multi clam coëuntes illum celebrabant, frequentabant, salutabant, aliisque officiis & honoribus prosequebantur.

1. *Servum suum coërceret.*] Rectum est. Et si enim Clemens hic servus Agrippæ olim, tamen nunc Tiberij, fuit, ad quem scilicet universa Agrippæ hæreditas venerat. Omnes liberti servique, & alia Cæsarum, ad principem qui successisset fraude, vel cæde prioris Cæsaris, pertinebant; vocabanturque semper *liberti Cæsaris*, libertorumque officia præstare tenebantur.

Servum suum coërceret.] Multo efficacius τὸ *suum* Justin lib. 42. *Phraates legatos statim ad Cæsarem mittit, servum suum Tiridatem, & filium suum remitti sibi postulat.*

2. *Non omnia metuenda.*] Reputabat non esse dignum tanti principis fastigio, omnia formidare. ita pudebat fateri se, ex causa tam vili, metum concepisse, & tamen timebat, ne, quamquam parva scintilla, nisi prospiceretur, in atrox incendium erumperet.

3. *Simulata conscientia.*] Quin *simulata conscientia*, id est, fingentes se conscios, ac participes eorum, qui jampridem illius adventum optarint, & expectarint, adeoque conspirationis pro servato munere deûm Agrippa factæ, & velle omni modo Augusti sanguinem adversus inimicos tueri.

Simulata conscientia adeant.] Jubet simulare ipsos, se totius fabulæ conscios esse, eique adjumento fore, ut consilium suum ad exitum perduceret, neque ullius periculi metu, fidem quam ei daturos, data etiam ipsis pecunia, quam offerrent Clementi, quo magis fidem illi facerent, se serio agere.

4. *Speculati noctem.*] In occasionem intenti, noctem observarunt, ubi securum, nec pro suo more sollicitum, & complicum, custodia septum, nacti, vinxerunt hominem: quumque principis epistolas haberent, quibus præscriptum erat, ut ubicumque essent, milites darentur, quotquot peterent. tantum illorum numerum assumpserunt, quantus adversus Clementis fautores, si liberare voluissent, sufficeret.

5. *Clauso ore.*] Ore obturato, ne Agrippam se esse clamans, favore hominis

traxêre. percunctanti Tiberio, *Quomodo Agrippa factus esset?* respon-
disse fertur, 1 *Quomodo tu Cæsar.* Ut ederet socios, subigi non po-
tuit. 2 nec Tiberius pœnam ejus palam ausus, in secreta palatij parte
interfici jussit, corpusque clam auferri. & quamquam multi è domo
principis, equitesque ac senatores, sustentasse opibus, juvisse consi-
41 liis dicerentur, 3 haud quæsitum. Fine anni 4 arcus propter ædem 5 Saturni

INTERPRETATIO.

Agrippa factus esset? *dicitur respondisse*, Qua ratione tu Cæsar. *Compelli nequaquam potuit, ut conscios promeret, nec Tiberius supplicium ejus publice ausus, intra penetralia Regiæ trucidari jussit, & cadaver secretò abjici; & licet plures è familia Cæsaris, equitesque, ac patres suspectarentur juvisse eum pecunia, fovisse consiliis, nulla quæstio habita. Sub exitum anni consecrantur arcus juxta templum Saturni, ob recuperatas aquilas cum Varo perditas, duce Germanico, & au-*

NOTÆ.

obvios in itinere, aut plebem urbanam ad seditionem concitaret.

1. *Quomodo tu Cæsar.*] Significabat se astu & dolo Agrippam factum esse, itidem ut Tiberius astu & dolis Liviæ Cæsar effectus erat. Similis historia in Xiphilino, de Bulla latrone, qui sub Severo captus, & interrogatus à Papiniano præfecto, juris nostri asylo, cur latrocinaretur. *Et tu*, inquit, *cur Præfectus es?*

Quomodo tu Cæsar.] Dio lib. 57. id sine interrogatione expressit, *ὥσπερ καὶ σὺ Καῖσαρ. Quemadmodum & tu Cæsar.*

2. *Nec Tiberius palam ausus.*] Quum non constaret, quanta vel multitudo consciorum, vel etiam opes essent, non ausus est Tiberius eum palam supplicio afficere.

3. *Haud quæsitum.*] Prudentissimè. Nam sive vicisset, sive ignoscere voluisset, multos sibi inimicos reddidisset. Simile quid narratur de Cæsare, cum reperisset multas literas ad Pompeium scriptas. item de Pompeio.

Haud quæsitum.] Nec ultra in socios illius inquisivit, sed consultius putavit, extincto capite hujus motus, totam rem sua sponte considere, quam intento metu mortis, multos potentium hominum ad novam conspirationem, qua se tuerentur, compellere.

Haud quæsitum] Certe tunc temporis quærere non ausus est Tiberius, quia etiam tum vivebat bono publico Germanicus; sed hæc odia in longum jaciebat, recondebatque veterator ille, ut suo tempore erumperent. haud dubiè conscios istos, alium alia causa interfecit, sed postea.

Habemus luculentum exemplum in Pisone. infra lib. 4. 21. *Cessurum se urbe ob factiones accusatorum in senatu clamitaverat, &c. Quæ in præsens Tiberius civiliter habuit: sed in animo revolvente iras, etiam si impetus offensionis languerет, memoria valebat.* Sic supra lib. 1. 31. *Omnesque præter Lepidum variis mox criminibus, struente Tiberio, circumventi sunt.*

4. *Arcus.*] Supple Tiberij Cæsaris. fuit in clivo Capitolino, & in octava regione Romæ antiquæ. ex Rom. antic. Nardini lib. 5. cap. 6. pag. 246. *Tillemonius.*

5. *Saturni.*] Templum, vel ædes, in foro Romano, & in regione octava Romæ antiquæ. Hodie *Sant Adriano* Ecclesia campi *Vaccino*, in regione *Campitello.* & in Roma moderna ex Roma Nardini lib. 5. cap. 6. pag. 242. &

1 ob recepta signa cum Varo amissa, 2 ductu Germanici, 3 auspiciis Tiberij; & 4 ædes 5 Fortis fortunæ Tiberim juxta in hortis,

INTERPRETATO.

spice, seu principe Tiberio, & fanum Fortis fortunæ prope Tiberim in hortis, quos Julius Dictator plebi Rom. supremis tabulis donaverat. dicatur *sacellum familiæ Ju-*

NOTÆ.

imagine Faldæ, &c. *Tillemonius.*

1. *Ob recepta signa.*] Vidi nummum æreum, in vicino agro Clivensi nuper effossum, qui hujus rei disertam injicit mentionem. Is altera parte repræsentat currum triumphalem, inque eo stantem Germanicum, manibus habenas, ac Aquilam tenentem, addito, GERMANICUS CÆSAR. Altera parte idem imperator conspicitur, capite laurea revincto, manu itidem Aquilam militarem complexus, adscripto hoc elogio. SIGNIS RECEPTIS. DEVICTIS. GERMANIS. R S

Miror superbam inscriptionem. Magis hic ex vero Tacitus, qui subdit, Germanicum tantum de Cheruscis, Cattisque, & Angrivariis, quæque aliæ nationes usque ad Albim colunt, triumphasse. Et omnium verissime alibi, Germaniam à Romanis magis triumphatam fuisse, quam victam l. de Mor. Germ. *Boxhorn.*

2. *Ductu Germanici, auspiciis Tiberij.*] Suet. in Aug *partim ductu, partim auspiciis suis.* Apud Plin. lib. 3. cap. 20. Extat de eodem Augusto vetus inscriptio: *Quod ejus ductu, auspiciisque gentes Alpinæ omnes, quæ à mari supero ad inferum pertinebant sub imperium populi Romani sunt redactæ.* Q Curtius lib 6. *Quorum alia ductu meo, alia imperio, auspicioque perdomui. Ductu*, id est per seipsum; *auspiciis*, quando per legatos bellum agitur.

3. *Auspiciis Tiberij.*] Principum, seu potentiorum nomen Tropæis inscribi tantum solebat, nulla cæterorum ducum, aut vulgi gloria, quamvis virtute sua ipsi hostes debellassent. Licet ipsi, & Regem, & populum præliis servassent. Hinc Euripidis versum temere jactavit Clitus inter eas epulas, quibus occisus est ab Alexandro magno, qui ob hoc unum facinus gloriæ magnitudinem imminuit. Sic habes apud Julianum Imperatorem.

Οἴ αἰ μοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται,
ὅταν τροπαῖον πολεμίων στήσῃ στρατός.
καὶ ὁ Διονύσιος παῦσαι, εἶπεν, ὦ παππίδιον, τοιαῦτα λέγων· μή σε οὗτος ὁποῖα τὸν Κλῖτον ἔδρασεν ἐργάσηται.

Proh dij! quam perversus mos obtinuit in Græcia, cum exercitus Tropæum statuit de hostibus. Et Dionysius, desine, inquit, mi pater, talia dicere. ne tibi idem faciat, quod Clito.

4. *Ædes.*] Vovebant ante bellum templa quæ post ea dicabant, bello confecto, ex manubiis structa. Nec sine titulo, qui indicabat quos hostes delevissent, aut cepissent, ut patet de Pompeio Magno apud Plinium l. 7 26. *Hos ergo honores urbi tribuit* (Pompeius) *magnus Imperator bello 30 annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hominum centies vicies semel centenis 83 millibus. depressis, aut captis navibus 846. oppidis, castellis, 1538. in fidem receptis, terris à Mæotis lacu ad rubrum mare subactis, votum merito Minervæ. Hoc est Breviarium ejus ab Oriente*

5. *Fortis fortunæ*] Antiqui *forctum* dicebant pro bono unde *forctis*, qui bonus & frugi. In XII. Tab. *Sanatibus idem quod forctibus jus esto* Ex eodem *forctunus*, unde *fors forctuna*, id est bona. Recentiores absolute *fortunam*, de bona proprie, ac secunda, prosperaque. Hinc *fortuna* pro bonis *S. masius.*

Fortis fortuna.] Alij sumunt quasi *fors fortuna*, fortuita, seu casualis sit; alij fortem fortunam intelligunt de *bona, prosperaque* fortuna. Sed non video qui differant *fors* & *fortuna*; neque bona

sacra montium, fluminum, 1 præliorum: bellumque, quia conficere prohibitus erat, 2 pro confecto accipiebatur. augebat intuentium visus eximia ipsius species, 3 currusque quinque liberis onustus. sed

INTERPRETATIO.

omnium, certaminum, & bellum quod patrare, & profligare impeditus fuerat, pro patrato habebatur. accendebat desideria spectantium excellens forma Cæsaris, orisque dignitas & currus quinque liberos vehens. at subibat secretus pavor, incessebatque animos co-

NOTÆ.

poris nullæ urbes in Germania, sed tantum pagi.

Simulacra montium, fluminum.] Ovid. de Ponto. Eleg 1.

Protinus argento versos imitantia muros,
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminaque & montes, & in altis pascua silvis,
Armaque cum telis in strue juncta suis.

Horat. l. 2. Ep. 1.

Captivum portatur ebur, captiva Corinthus

Flor. *Rhenus, Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Altera laurus Ægyptia. Tunc in ferculis Nilus: Arsinoe, & ad simulacrum ignium ardens Pharus.* Plin. l. 50. 5. ubi de Balbo. *Ipsum in triumpho præter Cydanum & Garaniam, omnium aliarum gentium, urbiumque nomina, ac simulacra duxisse.* Ibant autem urbes certo ordine, vel pro nobilitate, & fama opum, vel prout expugnatæ erant, vel pro ratione situs.

1. *Præliorum.*] In triumphis fuit prælatus *titulus* urbium & nationum, quas subegerant. *Præfatio* vocabatur. Plin lib. 7. 26 de Pompeio. *Triumphi vero, quem duxit ad tertium Calend. Octobris. M. Messala, M. Pisone Coss. præfatio hæc fuit. Cum oram maritimam à prædonibus liberasset, & imperium maris populo Romano restituisset: ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, insula Creta, Basternis. & super hæc de Regibus Mithridate, atque Tigrane triumphavit.*

2. *Pro confecto.*] Quamquam non plane confectum erat bellum, tamen in animis hominum, quantum ad gloriam ducis, pro confecto habebatur. Nec dubitabant, quin brevi perdomiturus Germaniam esset, nisi invidia Tiberij amoveretur. *Freinsh.* Forte potius ipse Tiberius bellum *pro confecto* haberi voluit, ut Germanicum ablegaret in Orientem. Sic Nero clausit Jani templum *tam residuo bello quam nullo*, inquit Suetonius, quod falsum; quia revera supererat bellum; sicque potius consulebant oculis & speciei, quam veritati.

3. *Currus quinque liberis.*] Ex triumphantium ritu, qui pueros minores in curru, grandiores interdum equis triumphalibus imponebant. Cicero pro Murena, Plutarchus, Suetonius, alij.

Quinque liberis.] Qui haud dubie fuerunt Nero, Drusus, Caius, qui Antrij natus, & mox princeps, Agrippina & Drusilla: Nam postea Livilla in Oriente nata. Sed an puellæ, etiam curru triumphali vectæ? nisi forte in novam ostentationem maximæ fœcunditatis; ita ut uterus Agrippinæ matris etiam triumpharet; Messalina Claudij mox Carpento vecta, triumphum Claudij secuta est. Ævo principum cum triumpharet Cæsar, seu princeps, currum ejus prosequebantur liberi, dextris alter, alter vero sinistris equis quadrigæ triumphalis invecti, & etiam legati triumphi insignibus decorati; sed in equis, seorsim à curru, non *funalibus*, quandoque & *pedibus* sequebantur currum Cæsaris Sueton. Tib 17. *Triumphum quem distulerat, egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetraverat.* idem Suet.

ſuberat occulta formido reputantibus, *haud proſperum* 1. *in Druſo patre ejus favorem vulgi: avunculum ejuſdem Marcellum flagrantibus plebis ſtudiis, intra juventam ereptum: breves & infauſtos populi Romani amores.*
42 Ceterum Tiberius, nomine Germanici, 2. trecenos plebi ſeſtertios viritim dedit, 3 ſeque collegam conſulatui ejus deſtinavit nec ideo ſinceræ caritatis fidem adſecutus, amoliri juvenem ſpecie honoris ſtatuit,

INTERPRETATIO.

gitantium haud fauſtum in Druſo genitore illius ſtudium plebis: Avunculum ipſius Marcellum ardenti amore vulgi, intra adoleſcentiam raptum. Nec fauſtos populi Romani adfectus. *Ceterum Tiberius largitus eſt plebi trecenos ſeſtertios ſingulos ſeu per capita, nomine Germanici, & ſe collegam ipſius conſulatui deſignavit. Nec propterea veri & genuini amoris fidem adeptus, amandare adoleſcentem prætextu*

NOTÆ.

Domit. 2. *Triumphum utriuſque* (patris fratriſque) *ſedaceum, quo albo comitatus eſt* Tiber., 6. *Tiberius pubeſcens Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali, cum Marcellus Octavia filius dexteriore veheretur.*

Videntur triumphalia ornamenta vulgata ſub Claudio, & deminuta. Sueton. Claud. 17. ubi de triumpho Britannico *Triumphavitque maximo apparatu*, &c. *Currum ejus Meſſalina uxor Carpento ſecuta eſt. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, ſed ceteri pedibus, & in prætexta; Craſſus frugi equo phalerato, & in veſte palmata, quod eum honorem iteraverat.*

Ubi vides triumphalia adeptos inceſſiſſe pedibus per urbem, neque veſtem triumphalē habuiſſe ſed tantum prætextam, quæ toga communis omnium magiſtratuū fuit, & ſolus *Craſſus* Celete vectus iniit urbem & currum principis ſecutus, & habuit veſtem *palmatam*, quæ eadem cum *triumphali* fuit. Aderant Silanus, puto, & Pompeius generi Cæſaris, qui talia *triumphi inſignia* adepti ſunt. omnes tamen illi *ſtatua triumphali* donati ſunt.

1. *In Druſo.*] Sic Tac. lib. 2. 82. *Vera prorſus de Druſo ſeniores locutos, diſplicere regnantibus civilia filiorum ingenia, neque ob aliud interceptos, quam quia populum Rom. æquo jure complecti reddita libertate agitaverint.*

Sic & Sueton. Tiber. 50. *Odium adverſus neceſſitudines in Druſo primum fratre detexit, prodita ejus epiſtola, qua ſecum de cogendo ad reſtituendam libertatem Auguſto agebat, &c.* Idem Claud. 1. Druſus creditur, *nec diſſimulaſſe unquam priſtinum ſe Reipub. ſtatum quandoque reſtituturum, ſi poſſet. Unde exiſtimo nonnullos tradere auſos, ſuſpectum eum Auguſto, revocatumque ex provincia: & quia cunctaretur, interceptum veneno.* De Auguſto, ſeu de veneno refellit Suetonius. Attamen, quod Marcello, quod Druſo contigit fatis adverſis hoc Germanico, & liberis Germanici, contigit & Tito, *qui amor ac deliciæ generis humani*, non tantum populi Romani, appellari meruit.

2. *Trecenos plebi ſeſtertios.*] Tres aureos Romanos, noſtros ſeptem Philippos, vel ducatones argenteos, & dimidiatum. *Gronovius.* ſunt ſeptem coronati noſtri, & prætetea dimidius, ſeu viginti duæ libræ. & decem aſſes.

3. *Seque collegam conſulatui ejus deſtinavit.*] In exitium Germanici; nemo enim fuit collega Tiberij, quin paulo poſt perierit, neque etiam filius ipſius Druſus immunis à tali exitio fuit.

Sic aſſumpſit conſulatum, & fecit Sejanum collegam, ut illum perderet Suet. Tib. 65. *Nam primo ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit,*

1. struxitque causas, aut forte oblatas arripuit. 2. Rex 3. Archelaus 4 quinquagesimum annum, Cappadocia potiebatur, invisus Tiberio, quod eum 6 Rhodi agentem 7 nullo officio coluisset, nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus; 7 quia

N TERPRETATIO.

dignitatis decrevit, & molitus ipse causas, vel casu datas ambitiose occupavit. Rex Archelaus quinquaginta ab hinc annis Cappadociam obtinebat infestus Tiberio, quod ipsum Rhodi manentem nullo obsequio demeruisset. Nec id Archelaus per fastum neglexerat, sed ex familiarium Augusti consilio; quia dum vigeret C. Cæsar, qui

NOTÆ.

in quinto consulatu, quem longo intervallo absens obtid ipsum susceperat.

Collegæ Coss. Tiberij periere omnes. Dio lib. 57. *Quum Tiberius in quarto suo consulatu Drusum secundo consulem collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Druso perniciem vaticinati sunt. Neque enim ullus ejus in consulatu collega, nisi violenta morte obierat, exemplo Quintilij Vari, Cn. Pisonis, ipsiusque Germanici. Talem Tiberius quemdam tota vita genium sortitus erat, uti quidem videtur. Ita Drusus quoque & Sejanus eodem modo perierunt.*

1. *Struxitque causas.*] Ut prætextum haberet, partim ipse occasionem præbuit, ut in propinquis provinciis aliqui motus orirentur, partim eos, qui sua sponte oriebantur, avide amplexus est.

2. *Rex Archelaus.*] Is Rex Cappadocum, nempe ex posteris Archelai, Mithridatis præfecti. Archelai Judæi frater Alexander Archelai Cappadocis filiam Glaphyram uxorem habuit.

3. *Archelaus.*] de quo Dio l. 57. *Cappadocia Regem Archelaum, infensus ei, quum olim sibi is supplicasset, suoque patrocinio fuisset usus, quum à popularibus apud Augustum accusaretur, Rhodi se neglexisset, at Caium* (Cæsarem Augusti filium) *in Asiam venientem officiosè coluisset, insimulatum, quasi novis rebus studeret, Tiberius evocavit Romam, ac senatus iudicio tradidit hominem, non senectute modo extrema, sed podagra etiam confectum vehementi, ac delirare creditum, & certe olim mente captus fuerat, ita ut tutorem ejus regno daret Augustus; tunc vero sanus mente impotem se animi simulabat, ut sic saluti sua consuleret*, &c. Idem habet Sueton. Tib. 8. *Civilium officiorum rudimentis Regem Archelaum*, &c. *Augusto cognoscente defendit.*

4. *Quinquagesimum annum.*] Justa putatio. Cepit enim regnum ab Antonio, anno orbis DCCXVIII. Consule Dionem lib. xlix

Nullo officio Quod verum de Archelao Cappadoce, ne confundas cum Archelao Judæo.

5. *Cappadocia.*] Latè sumpta, regio est orientalis Asiæ minoris peninsulæ. hodie hic sunt præfecturæ *Sivvas*, & *Marasch* ferè integræ, partesque præfecturarum *Caramania*, & *Trebisonda* in Natolia regione; atque pars major præfecturæ *Erzerum* in Turcomania regione, & forsan pars aliqua præfecturæ *Cars* in Georgia regione. Omnes sub imperio Turcarum Asiatico *Cappadocia propriè dicta* pars est Cappadociæ latè sumptæ, ubi nunc est pars magna præfecturæ *Caramania* in Natolia, &c. ex chartis, & Tabulis Nicolai, & Gulielmi Sanson, quibus semper usi sumus in his notis, nisi aliter notetur. *Tillemonius.*

6 *Rhodi.*] Rhodus, una insularum Sporadum, & prope Asiam minorem. hodie *Rhode* prope Natoliam peninsulam sub Dominio Turcarum Asiatico. *Tillemonius.*

7. *Quia florente Caio Cæsare.*] Quia ab intimis Augusti amicis monitus fue-

florente Caio Cæsare, missoque ad res 1 Orientis, intuta Tiberij amicitia credebatur. Ut 2 versa Cæsarum sobole, imperium adeptus est; elicit Archelaum matris litteris, quæ non dissimulatis filij offensionibus, clementiam offerebat, si ad precandum veniret. ille ignarus doli, vel si intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat: exceptusque 3 immiti à principe, & mox 4 accusatus in senatu: 5 non ob crimina quæ fingebantur, sed 6 angore, simul fessus senio, & 7 quia regibus 8 æqua nedum infima insolita sunt, finem vitæ 9 sponte

INTERPRETATIO.

ad res Orientis componendas *missus fuerat, periculosa Tiberij gratia existimabatur. Ubi* vero *extinctis* aut subversis *Augusti liberis, rerum potitus est* Tiberius, *evocat Archelaum* Liviæ *parentis epistolis, qua non occultatis Tiberij odiis, veniam Regi exhibebat, si ad rogandum ventitaret. Ille fraudis inscius, vel si dolum agnoscere putaretur, vim timens, Romam festinat, exceptusque inexorabili à principe, dein & accusatus apud patres; non ob scelera, quæ* falso *objiciebantur, sed agritudine animi, simul & confectus senectute, & quia principibus paria, nedum in-*

NOTÆ.

rat, ne eum coleret, & per hoc C. Cæsaris Agrippæ filij, & ab Augusto adoptati inimicitiam provocaret. qui & missus ad componendum Orientem proximus imperij successor habebatur. & moleste ferebat, si quis Tiberium cultu aut officiis demereret.

1. *Res Orientis.*] Oriens fuit, ut plurimùm Romani imperij pars Asiatica, ubi *Asia minor, Syria, & Armenia,* regiones latè sumptæ. hodie in eo tractu sunt *Georgia Natolia, Turcomania, & Souria,* vel *Seristan*, regiones imperij Turcici Asiatici, hæ regiones cum vicinis, vulgò à Francis nunc vocantur *le Levant.* Tillemonius.

2. *Versa Cæsarum sobole.*] Exhausta Cæsarum domo. *Freinsh* Id non satis verum: nam manebat Posthumus, florebat Augustus caput Cæsarianæ gentis, ut orbis & imperij

3. *Immiti à principe.*] Non ut promiserat Livia, lenem, atque propitium Cæsarem invenit Rex Archelaus, imo plane inexorabilem offendit. sed femina in id subornata, ut Regem dolo falleret, inliceretque: quemadmodum Tiberius delusit alios Reges, suis ipsorum amicis usus. sic facilius eos subvertebat. Unde patet Reges ipsos, si fortuna mutet, paucos, vel forte etiam nullos amicos invenire.

4. *Accusatus in senatu.*] Quod novis rebus studeret.

5. *Non ob crimina.*] Intelligebat adversus iram principis parum præsidij in innocentia sua fore, sicq; angore, metuque, simul etiam ob provectam ætatem infirmus in urbe moritur.

6. *Angore.*] Suet. Tib. 49. *Cn. Lentulum augurem, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vitæ ab eo actum.*

7. *Quia regibus.*] Quum insuper accederet indignitas rei, quæ ipsi tanto intolerabilior videbatur, quod, ut Rex, non consueverat æquali cum aliis hominibus gradu contentus esse, nedum in infimam reorum, & de capite causam dicentium conditionem se demittere.

8. *Æqua, nedum infima.*] De conditione hîc, statuque hominum, non de jure, vel injuria sermo est: Regum summus est gradus, civium æquus, reorum infimus, qui hic innuitur.

9. *Sponte, an fato.*] Neque satis constat, an ipse sibi mortem consciverit, an naturali fato extinctus sit.

an fato implevit. Regnum [1] in provinciam redactum est. 2 *fructibusque ejus levari posse* 3 *centesima vectigal* professus Cæsar, ducentesi-

INTERPRETATIO.

feriora insolentia sunt, quæsita, *seu voluntaria morte, vel suo fato interiit. Regnum provinciæ formam accepit, & Tiberius testatus* reditibus ejus minui posse tri-

NOTÆ.

1. *In provinciam redactum est.*] Non nunc quidem, sed paulo post à Germanico misso ad res Orientis. infra. *At Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepere.* Strabo l.12. *Nunc quidem ignoramus primam ordinationem Cappadociæ magnæ. Nam mortuo Archelao, qui in ea regnarat, Cæsar cum senatu, decrevit ipsam esse provinciam Romanorum.* Dio lib. 57. *Dein Cappadocia quoque Romanorum juris effecta, equitique regenda data est*, nempe Tiberio principe. Nam regnum Cappadociæ à Tiberio primum in provinciam redactum, consensu traditum est.

In provinciam.] Propter assiduos barbarorum incursus Cappadociæ castra, & legiones duas addidit Vespas. scil. XII. *fulminatricem*, & XV. *Apollinarem*, teste Dione. *Consularemque* rectorem imposuit pro *Equite Rom.* Sitque limitum imperij Rom. numerus auctus est, & decem fuerunt. Nempe *Limes* Germaniæ *superioris*, *& inferioris* super Rhenum, *Dalmatia*, *Pannonia*, *Mœsia* super Danubium, *Britannia*, *Cappadocia*, *Syria*, *Ægypti*, *& Africa*.

In provinciæ formam redigere nihil erat aliud, nisi leges domesticas adimere, & Romanas dare, ac Prætorem, qui quot annis provinciam ex legibus datis administraret, instituere. ex quo fonte, illud Suetonij fluxit, de Gallia ulteriore: Cæsarem Galliam omnem præter socios, ac bene meritas civitates in provinciæ formam redegisse, eique in singulos annos stipendij nomen imposuisse.

Neque vero sola tributi annui impositio provinciam efficit, cum id multis sit etiam Italicis, & exteris imperatum, qui tamen in provinciæ formam non sint relati, sed legum domesticarum, & patriæ libertatis ademptio, & Prætoris, qui eos regat institutio, regat autem, ita, ut & jus de rebus privatis dicat, & causas publicas cum consilio cognoscat, & imperium, atque exercitum belli gerendi causa habeat, &c.

Leges autem, quibus singulæ provinciæ factæ sunt, aliæ, atque aliæ fuerunt, pro arbitrio Imperatoris, cujus ductu, atque auspiciis in ditionem venissent, & legatorum, quos senatus ab urbe, parta victoria, sive quinque, sive decem, cum mandatis misisset, ut communi consilio rem conficerent, & provinciam pro meritis ordinarent.

2. *Fructibusque ejus.*] Tributum *Centesimæ* posse minui propter novos reditus, quos Cappadocia Reipublicæ præbitura esset.

3. *Centesima vectigal.*] Onus hoc impositum urbi, & Italiæ, post bella civilia ab Augusto: anno, nisi erro DCCLIX. Quo tempore ærarium militare institutum, ut tradit Dio lib. 55. Colligo ex verbis Taciti, quæ l. 1. *Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare ærarium eo subsidio niti.* Non aliud autem hoc vectigal, quam centesimus rerum in auctione venalium nummus.

Auctor sic interpretandi Suetonius, qui ducentesimam auctionum appellat, in Caligula cap. 16. *Ducentesimam auctionum Italiæ remisit.* Ubi bene Turnebus emendat, *centesimam.* Bene, inquam, maximus ille Criticus ævi nostri, Nec juvat Suetonij receptam lectionem hic locus Taciti. quia ille idem Tiberius, quasi pœnitentia beneficij *cente-*

mam in posterum statuit. Per idem tempus Antiocho 1 Comagenorum. Philopatore 2 Cilicum regibus defunctis, 3 turbabantur nationes, 4 plerisque Romanum, aliis regium imperium cupientibus: & provinciæ 5 Syria atque 6 Iudæa, fessæ oneribus, deminutionem tri-
43 buti orabant. Igitur hæc, & de Armenia quæ supra memoravi; apud patres disseruit; *nec posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi, nam suam ætatem vergere, Drusi nondum satis adolevisse.* Tunc decreto patrum permissæ Germanico provinciæ, quæ mari dividuntur, 7 majusque imperium 8 quoquo adisset, quam his qui sorte aut missu princi-

INTERPRETATIO.

burum centesimæ, *ducentesimam in futurum constituit. Eodem tempore Antiocho Comagenorum & Philopatore Cilicum regibus extinctis, populi dissentiebant, plerisque penes Romanos* imperium, *aliis penes Reges esse volentibus: & provincia Syria, atque Judæa exhausta tributis minui onera postulabant. Igitur ista, & quæ supra de Armenia tradidi, apud senatum retulit:* nec posse turbatum Orientem ordinari, aut pacari, nisi prudentia Germanici. quippe se jam ætate provectum, Drusum nondum *adhuc satis maturum annis esse. Tunc Senatusconsulto decreta Germanico provincia, quæ mari separantur, & major potestas quocumque se contulisset, quam illis qui*

NOTÆ.

simam iterum instituit, *ducentesima* sublata.

Clare Dio lib. lviii. Καὶ μετὰ τῦτο τέλος τι διακοσιοςὸν ἔχον ἐς ἑκατοςὴν ἤγαγε.

Post ea (nempe post extinctum Sejanum) *tributum quo ducentesima solvebatur, in centesimam impulit.* Non narrat id Tacitus. fateor, quia omnis historia extincta. At Dio idem; ubi de Caligula, sibi constans, *centesimam* ab eo sublatam ait, non *ducentesimam*. Vide ejus verba *Lipsius.*

1. *Comagenorum*] Comagena, vel Euphratensis. provincia Syriæ regionis, ad Euphratem fluvium. Hodie pars orientalis præfecturæ *Alep*, in Souria regione imperij Turcici Asiatici. *Tillem.*

2. *Cilicum.*] Cilicia. provincia Asiæ minoris peninsulæ ad fretum Ciliciæ partem maris Mediterranei. hodie pars *Caramania* provinciæ, vel pars præfecturæ *Cypri*, aut *Chipre* insulæ, in parte meridionali Natoliæ regionis, sub imperio Turcico Asiatico. ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

3. *Turbabantur nationes.*] Inter causas sponte oblatas, quod Antiocho Comagenorum & Philopatore Cilicum regibus mortuis, &c. Accessit ad hæc, quod Syria, &c.

4. *Plerisque Romanum*] Nobilibus: aliis *regium*, plebe. Josephus.

5. *Syria.*] Syria provincia regionis cognominis, & ad mare Syriacum. hodie pars occidentalis præfecturæ *Alep* in Souria regione imperij Turcici Asiatici. *Tillemonius* de Syria regione dictum in notis. ad cap 4. supra.

6 *Atque Judæa.*] Duplex est, nempe Judæa latè sumpta provincia Syriæ regionis. hodie nomen antiquum retinet vocatur etiam *Terra sancta.* est sub Præfecto Damasci in Souria regione, Turcici imperij Asiatici. *Judæa* vero proprie dicta, pars est meridionalis provinciæ supra dictæ. *Tillemonius.*

7. *Majusque imperium.*] Id eximium jus tributum etiam olim Pompeio Magno, bello in Piratas. Quod ait, sorte, aut missu: dividit Proconsules à Prætoribus, legatisque. Ut verè notavi lib. 1. suprà.

8 *Quoquo adisset.*] Patres decreverunt, ut Germanicus transmarinas pro-

pis obtinerent. Sed Tiberius demoverat Syriâ 1 Creticum Silanum per adfinitatem connexum Germanico; quia Silani filia Neroni vetustissimo liberorum ejus pacta erat: præfeceratque Cn Pisonem ingenio violentum, & obsequij ignarum, insita ferocia à patre Pisone, qui 2 civili bello resurgentes in Africa 3 partes acerrimo ministerio adversus Cæsarem juvit: mox Brutum & Cassium secutus, concesso reditu, 4 petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto 5 consulatum accipere. Sed præter paternos spiritus, uxoris quoque 6 Plan-

INTERPRETATIO.

Sorte, aut jussu Imperatoris præessent. Sed Tiberius depulerat Syria Creticum Silanum affinitate conjunctum Germanico; quia filia Silani desponsa erat Neroni maxime natu filiorum illius: & imposuerat Cn. Pisonem natura ferocem, & obsequela inscium, ingenita, innataque contumacia à parente Pisone, qui inter arma civilia reviviscentes in Africa partes, flagrantissima opera, contra Cæsarem fovit, sustentavitque: dein cum pro Bruto & Cassio stetisset, permisso reditu, nullam dignitatem ambivit, donec ipse ultro rogaretur ab Augusto, ut oblatum consulatum assumere vellet. *Sed præter ferociam, ipsi à patre insitam, addebat illi animos etiam conjugis Plan-*

NOTÆ.

vincias regeret, & quia singulæ suos moderatores habebant, cautum est, ut ubicumque ipse præsens esset, majorem, superioremque potestatem haberet, quam ordinarij rectores. qui sorte, aut jussu principis provintias obtinerent.

1. *Creticum Silanum.*] Ex Junia familia hic Silanus, sed adoptione in Cæciliam transierat Itaque nomina illi, Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. Ex Dione, Cassiodoro, aliisque qui scripserunt fastos. Consul fuit anno urbis DCCLX. cum Nerva Siliano

2. *Civili bello.*] Ita est, & nominat semel, iterumque inter duces adversarios Hirtius tersissimo belli Africi commentariolo. *M. Petreius, & Cn. Piso cum equitibus Numidis mille centum electis, peditatuque ejus generis satis grandi occurrunt.* Item ante: *Adrumeti Cn. Piso cum Maurorum circiter tribus millibus apparuit.*

3. *Partes.*] Pompeianas nempe, seu Reipub & libertatis, vel partes *Causæ.* erant, & partes Catonis, ue & Bruti, qui neque Pompeiani, neque Cæsariani, uni vere & sincere pro libertate, & salute civium pugnabant.

4. *Petitione honorum.*] Post necem Cæsaris, percussores ejus Brutum & Cassium sequutus est, iisque interfectis, quum ei redeundi in urbem potestas facta esset, reversus est quidem: sed ut re ipsa ostenderet cum Reipub. statum sibi non placere, noluit Magistratum petere, ita ut coactus fuerit Augustus, ad cujus invidiam res pertinebat, ultro consulatum ipsi deferre.

5. *Consulatum accipere.*] Consul fuit Cn. Calpurnius Piso cum ipso Augusto, anno DCCXXXI. de ministerio ejus in bello Africo, vide, si lubet, Hirtium initio libri.

6. *Plancina nobilitate.*] A Dione *Munatia Plancina* dicitur: ut certum sit eam celebris illius *L. Munatij Planci* filiam fuisse, aut neptem. Nominat hanc ipsam Romæ lapis in ædibus Cæsiis. DIS. MANIBUS. L. MUNATI PLANCINÆ L. POLYCLITI. Id est Plancinæ liberti.

Nobilitate accendebatur.] Hoc est, quia ditem, & nobilem uxorem habebat, superbior erat redditus, diversum est dicere, extimulatum ab uxore fuisse, ut quidam accepit, qui & sequentium, *vix Tiberio concedere*, &c. causam huic

cinæ nobilitate & opibus accendebatur. 1 vix Tiberio concedere, 2 liberos ejus ut multum infra despectare: nec dubium habebat, se delectum, qui Syriæ imponeretur, ad spes Germanici coërcendas. credidere quidam data & à Tiberio occulta 3 mandata, & Plancinam haud dubiè Augusta monuit 4 muliebri emulatione Agrippinam insectandi, 5 divisa namque & discors aula erat; tacitis in Drusum, aut Germanicum studiis. Tiberius ut proprium, & sui sanguinis Drusum fovebat: Germanico alienatio patrui amorem apud cæteros auxerat, & quia claritudine materni generis anteibat, avum Marcum Antonium avunculum Augustum ferens. 6 contra Druso proavus eques Romanus, 7 Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur. & conjunx Germanici Agrippina, fœcunditate ac fama 8 Liviam uxorem

INTERPRETATIO.

cinæ splendor & opulentia. Ægrè principi cedere, filios ejus ut longe infra se despicere, nec dubitabat se adscitum, qui Syriæ præficeretur, ad vota Germanici comprimenda. Existimavere nonnulli etiam illi data à Tiberio secreta mandata, & procul dubio Livia *suasit Plancinæ, ut fœmineo livore Agrippinam lacesseret. Quippe diducta in* partes, *& dissentiens aula erat, occulto in Drusum, vel Germanicum favore. Tiberius ut genuinam, & propria stirpis Drusum juvabat: alienus erga Germanicum Tiberij animus favorem ipsi apud omnes alios intenderat; etiam quia nobilitate materna originis præcellebat, avum habens M. Antonium, & avunculum Augustum. At Druso proavus eques Romanus Pomponius Atticus longe infra Claudiorum nobilitatem existimabatur, & uxor Germanici Agrippina numerosa prole, & decore pudicitiæ an-*

NOTÆ.

feminæ adsignat, præter auctoris meutē.

1. *Vix Tiberio*] Fastu attollebatur in tantum, ut ipsi Tiberio ægre cederet, certe filiis ipsius Germanico, atque Druso se multo potiorem duceret

2. *Liberos ejus.*] Germanicum intellige, & Drusum.

3 *Mandata.*] Alij etiam credidere occulta opprimendi Germanici mandata Pisoni à Tiberio data fuisse.

4. *Muliebri.*] Plinius panegyr. de uxore & sorore Trajani *Nihil est tam pronum ad simultates quam æmulatio, in fœminis præsertim: ea porro maxime nascitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardescit invidia, cujus finis est odium. Quo quidem admirabilius existimandum est, quod mulieribus duabus in una domo, parique fortuna, nullum certamen, nulla contentio est.*

5 *Insectandi.*] Non muto, & si dictio non trita. Sic lib. xv. *Vologesi penitus infixum erat arma Romana vitandi.*

6. *Contra Druso*] Contra Pomponius Atticus, ex cujus filia M. Agrippa Vipsaniam Drusi matrem genuerat, quum tantum eques Rom. fuisset, antiquissimam Claudiorum nobilitatem (unde tam Germanico, quam Druso paterna origo erat) dedecere putabatur.

7 *Pomponius Atticus.*] Qui collocavit filiam suam virginem M. Agrippæ, ex qua nata est *Vipsania Agrippina*, quæ auctore Augusto nupsit Tiberio, qui ex ipsa habuit Drusum, de quo hic; sicque proavus maternus Drusi fuit Pomponius Atticus.

8 *Liviam uxorem*] Livia, seu Livilla uxor Drusi, & soror Germanici quæ se municipali adultero, Seiano nempe, polluit,

Drusi

Drusi præcellebat. sed fratres egregiè concordes, & 1 proximorum certaminibus inconcussi. Nec multo post Drusus in 2 Illyricum missus est, 44
ut suesceret militiæ, studiaque exercitus pararet; simul juvenem urbano luxu lascivientem melius in castris haberi Tiberius, seque tutiorem rebatur, utroque filio legiones obtinente. 3 Sed Suevi prætendebantur auxilium adversus Cheruscos orantes. nam 4 discessu Romanorum, ac vacui externo metu, gentis adsuetudine, & tum æmula-

INTERPRETATIO.

tebat Liviam, conjugem Drusi, sed fratres eximie consentientes, & propinquorum, seu amicorum contentionibus immoti manebant. Et paucis interjectis diebus Drusus proficisci in Illyricum jussus est, ut ibi rudimenta belli deponeret, amoremque militum sibi conciliaret: etiam putabat Tiberius adolescentem urbana luxuria procaciter agitantem melius fore in castris; & se securiorem credebat, *cum duo filij exercitibus praessent. Sed prætexebantur Suevi opem rogantes contra Cheruscos. Quippe abscedentibus Romanis, & exempti pavore externo, more nationis, & tum contentione decoris, vires in se.*

NOTÆ.

& conscia fuit veneni Druso mariro dati, quo periit. Hinc fama pudicitiæ præcellebat jam tum Agrippina Germanici.

1. *Proximum.*] *Proximi* sunt non tantum propinqui, seu adfines. Sed etiam amici comites, domesti, liberti, clientes circumstantes, interventores, salutantes. &c.

2. *Illyricum*] Latè sumptum, regio est in latere meridionali Europæ, à Romanis divisum fuit in *Illyricum Orientis*, & *Illyricum Occidentis*. Hodie in ea regione sunt pars *Allemania* ad meridiem Danubij fluvij, cum illa parte *imperij Turcici Europai*, quæ est inter Danubium fluvium, sinum Venetum, mediam Albaniam, Macedoniam, Archipelagum, mare Marmaræ, & mare Nigrum, seu Majus; hæ regiones nunc parent Allemaniæ Imperatori, Reipublicæ Venetæ, summo Turcarum Imperatori, & aliis. Fuit etiam *Illyricum* propriè dictum, quod *Illyris*, & *Dalmatia* etiam vocatum est, pars erat Illyrici Occidentis ad mare Adriaticum. hodie plurima pars est *Dalmatia*, *Croacia* & *Bosnia*, atque ferè dimidia pars *Servia*, & aliquid *Istria*, & *Carniola*, quæ provinciæ parent omninò, aut ex parte Turcis, Allemannis, & Rebuspublicis Venetæ & Ragusensi. vulgo *l'Esclavenie*. Tillem.

3. *Sed Suevi prætendebantur.*] Merus prætextus fuit, Tiberioque dissimulatus, qui juvenem urbano luxu amoveret; nulla enim ope adjuti Suevi. *missus* tantum *Drusus pacis firmator*, seu potius doli & discordiarum artifex, ut in gente simplici, & nondum artibus dominantium facta. *Germanos* intelligo, qui libertatem suam Germanicam armis tuebantur, artium aulicarum inscij hactenus.

4. *Discessu Romanorum.*] Haud dubiè amoto Germanico, & in urbem profecto, simul & abscesserant legiones, & citra Rhenum (respectu Galliæ nostræ) redierant, relictis tamen castellis, præsidiisque certis locis. Hinc *vacui externo metu* Cherusci & Suevi, pro more gentis periculorum, & decoris avidæ, *arma in se verterant* Suevi auxilium rogabant adversus Cheruscos. sed neutris missum, pro more principum Roman qui se barbarorum armis numquam immiscuere, ut neque barbaros suis.

tione gloriæ, arma in se verterant. vis nationum, virtus ducum in æquo: sed Maroboduum regis nomen [1] invisum apud populares; Arminium pro libertate bellantem favor habebat. Igitur non modo Cherusci, sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum: sed è regno etiam Marobodui Suevæ gentes [2] Semnones [3] Langobardi, defecere ad eum, quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugisset; non aliam ob causam, quam [4] quia fratris filio juveni, patruus senex parere dedignabatur. Diri-

INTERPRETATIO.

converterant. opes gentium pares; *strenuitas ducum æqualis, sed titulus Regis Maroboduum infensum* Germanis *reddebat. Arminius pro libertate dimicans studia popularium paraverat. Itaque non solum Cherusci & auxiliares eorum, veteres Arminij copia, capessere arma, sed etiam è provintia Marobodui Suevi populi Semnones atque Langobardi descivere ad illum, quibus adjunctis prævalebat, nisi Inguiomerus cum agmine clientum transivisset ad Maroboduum; non alia ratione, quam quia patruus natu grandis obsequi nolebat fratris filio juniori. ordinantur acies æqua-*

NOTÆ.

1. *Invisum apud populares.*] Jure. Nam hic Maroboduus adolescens Romæ benigne ab Augusto habitus, reversus ad suos, artes & servitutem intulit externas. de quo jucunda, & necessaria scitu Strabo lib. 7. *In hac Germaniæ parte est etiam Hercynius saltus, & gentes Suevorum: quarum aliæ ipsam incolunt silvam, ut Colduli.* (Suspecta lectio, nec eam gentem nominatam alibi reperio) *in quibus est & Boviasmum*, (forte *Beyhaimum*, vera scriptura, quasi Boiorum domus) *Marobodui regia: in quem locum cum alios complures transtulit, tum populares suos Marcomannos. Occupavit enim dominationem privatus post reditum suum Roma; ubi juvenis vixerat, & beneficiis ab Augusto affectus fuerat. Reversus autem regnavit, & subjecit sibi, præter dictos Luios* (omnino scribo *Λυγίυς*, sive Lygios, quæ præcipua Suevorum gens Tacito) *magnam nationem, Zumos, Butones* (lego, *Guthones*) *Mugilones, Sibinos, & inter ipsos Suevos, magnum populum Semnonas.* Ex his clara illa Taciti, quæ sequuntur, Maroboduum *Hercyniæ latebris defensum; Cæsaris satellitem.* magisque è Velleio. *Lipsius.*

2. *Semnones.*] Semnones Suevi populi Germaniæ ad Albim fluvium. hodie pars major Landgraviatus *Thuringiæ*, & Marchionatûs *Misniæ* in circulo Saxoniæ superioris, & omnis Episcopatus *Halberstad* in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

3. *Langobardi.*] Cognominati *Suevi*, populi Germaniæ ad Albim fluvium.. hodie pars occidentalis Marchionatus *Brandebourg* in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

4. *Quia fratris filio juveni.*] Juvenili prorsus ætate res magnas gessit: decus illud Germaniæ. Varum fudit anno vigesimo sexto ætatis. Maroboduum nunc, anno XXXV. facile collectu ex Tacito, qui eum triginta septem annos vitæ, duodecim imperij explesse scribit. Obiit autem anno DCCLXXII. biennio post hanc pugnam.

Quia fratris.] Segimeri. Vellei lib. 2. *Juvenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, nomine Arminius, Segimeri principis gentis ejus, filius, ardorem animi vultu, oculisque præferens, assiduus militiæ nostræ prioris comes, & jam civitatis Romanæ jus*

guntur acies pari utrimque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus, aut disjectas per 1 catervas: quippe longa adversus nos militia insueverant 2 sequi signa, subsidiis firmari, dicta imperatorum accipere. At tunc Arminius equo conlustrans cuncta, ut quosque advectus erat: *Recuperatam libertatem, trucidatas legiones, 3 spolia adhuc & tela Romanis direpta in manibus multorum*, ostentabat. *contra fugacem Maroboduum* appellans, 4 *praeliorum expertem*, 5 *Hercinia latebris*

INTERPRETATIO.

li hinc & illinc alacritate, fiduciaque, nec ut apud barbaros palabundis incursionibus, aut per catervas inconditas, atque inordinatas. Nam diuturno adversus nos bello didicerant sequi vexilla, subsidiariis copiis muniri, jussis ducum obedire. At tunc Arminius equo circumvolitans ordines, ut singulos accesserat: memorabat vindicatam libertatem, caesas legiones, spolia etiam tum & arma Romanis ablata in dextris plurimorum *ostendebat*. & contra pronum in fugam Maroboduum *dicens*, certaminum ignarum, protectum latibulis Herciniae silvae, & statim largitioni-

NOTÆ.

equestremque consecutus gradum.

1. *Catervas.*] Urget lib. 2. cap. 2. *Galli, atque Celtiberi, pluresque barbaricae nationes catervis utebantur in praelio, in quibus erant sena millia armatorum.* Forte sic, ut opponerent catervas legionibus Romanis.

2. *Sequi signa.*] Didicerant signa observare, neque uno impetu, aut etiam singulorum arbitratu, in hostem ferri, sed exercitum in plures partes distribuere, quarum aliae aliis pugnantibus, sicubi usus postularet, subsidio esse posset, & imperia ducum expectare. Vide Tacit. Germ.

3. *Spolia.*] Victo, aut vi, aut per insidias hoste, spoliabatur miles armis, veste, sarcinis. Tac. lib. 15 cap. 15. de Armeniis. *Mancipia, aut jumenta agnoscentes, abstrahentesque. Rapta etiam vestes, retenta arma, pavido milite.*, Romano nempe.

Spolia] Ostendebat spolia, vestimentaque, & arma in Romanam formam facta, quibus adhuc multi milites sui instructi erant.

4. *Praeliorum expertem.*] Arminius non tantum Romani belli tempora respicit, verum omnino praeliorum imperitum vocat. Posset enim alias cum Romanis quidem non pugnasse, cum aliis autem, & forte vicinis suis saepius; sed hic omnium praeliorum peritia ei adimitur, non Romanorum solummodo.

5. *Hercinia latebris.*] Dierum haec sexaginta iter occupabat. Pomp. Mela. Latitudo novem dierum iter expedito patet. Caesar lib 6.

Hercinia latebris.] Hercinia sylva Germaniae regionis ad meridiem, circa Albim fluvium, &c. hodie multis in locis excisa est, major pars regnum Bohemiae circumdat, & ab incolis vocatur *Behemer Vvaldt*, id est sylva Bohemiae. *Tillemonius.*

Hercinia latebris.] Hercinia silva, Hercynia, Hercina Claudian. silva Germaniae maxima, longa itinere 60. dierum, teste Mela, longa 9. teste Caes. cujus partes sunt Bacenis, Bohemica, Gabrera, Martiana, & Semana, multis in locis excisa, ubi urbes & oppida, & pagi nunc sunt.

Varia habet nomina pro locorum varietate; nam in Brisgoia apud Friburgum *Schvvartzvvaldt*, id est sylva nigra appellatur apud Heedelbergam *Vdenvvaldt*, vel *Odevvaldt*. Id est Othonia silva inter Herbipolim & Bambergam, *Steygervvald*, *Stubigervvald*. Id est silva regia. ad confluentiam Loriae cum Moe-

defensum ; ac mox per dona & legationes petivisse fœdus ; proditorem patriæ , satellitem Cæsaris , haud minus infensis animis exturbandum , quam Varum Quinctilium interfecerint. meminissent modo tot præliorum , quorum eventu , & ad postremum ejectis Romanis , satis probatum , 1 *penes utros summa belli fuerit.*
46 Neque Maroboduus jactantia sui , aut probris in hostem abstinebat : sed Inguiomerum tenens , *Illo in corpore decus omne Cheruscorum , illius consiliis gesta quæ prospere ceciderint*, testabatur , 2 *vecordem Arminium , & rerum nescium , alienam gloriam in se trahere , quoniam tres* 3 *vacuas*

INTERPRETATIO.

bus ambiisse societatem pacemq; Rom. proditorem Germaniæ *suæ* mancipium Tiberij , juxta infestis odiis depellendum, ac Varum Quintilium trucidarint tantummodo recordarentur tot certaminum , quorum exitu , & tandem expulsis Romanis satis demonstratum esse , penes quos victoria fuerit. *Neque Maroboduus ostentatione sui temperabat , aut contumeliis in hostem , sed Inguiomerum manu demonstrans , prædicabat* , illo in viro gloriam omnem Cheruscorum , sapientia illius actas res , quæ feliciter evenerint , vesanum Arminium , & rerum ignarum , alienum decus in se vertere , quia tres legiones milite vacuas , & Imperatorem doli inscium , per

NOTÆ.

no , *Vvestervvaldt* , circa Magontiam , Francphordiam , & Asciburgium *Spesbart.* in Thuringia juxta fines Franconiæ , & Vaitlandiæ , *Thuringervvaldt* , in comitatu Mansfeldensi in Saxoniæ faucibus , *Ausfden hartz* in Bohemia *Behemervvaldt* , saltus Germanici in universum à Livio nominatur.

1. *Penes utros summa belli fuerit.*] Quidam accipiunt de præsenti bello Marobodui cum Arminio , & *fuerit* interpretantur *futura sit.* Ego cum aliis malui *fuerit* habere pro præterito , & referre ad bellum Ariminij cum Romanis.

2. *Vecordem Arminium.*] *Vecors* Tacito non significat *timidum* , ut quidam accipiunt , sed amentem potius , temerarium , & stolide ferocem. Sic 1. 32. 4. 22. 11. 26. 4. 61. & alibi.

3. *Vacuas legiones.*] Dicitur *vacua* provintia , cujus Prætor , seu Rector mortuus est , vel decessit & defunctus imperio est. Sic dicitur *vacua* domus , cujus mater familias repudiata , seu extincta est. Sic *vacua* fœmina , quæ virum non habet. Sic Quintilian. declamat. *vacuam formam* dixit de meretrice. Sic dicuntur *vacuæ* cohortes , seu legiones , cum otiosæ sunt , cum in subsidiis locantur , cum armatæ nondum pugnant , & imperium ducis expectant. etiam *vacua* dicuntur legiones & *semiplena* , cum exauctorati *veterani* sub alio vexillo , non sub aquila retinentur. cum missi sunt procul à legione *vexillarij* multi. cum per diversa præsidia sparsus miles , aut cum concesso *commeatu* , vel clade aliqua exhaustæ sunt legiones , vel alia simili causa. quandoque in varios belli usus separantur à legione sua cohortes , vel ipsi milites sub vexillis , tanto robore & numero , ut veluti destitutæ & desolatæ aquilæ videantur , & tum vocantur apud Tacitum *vana nomina legionum.*

Tres vacuas legiones.] Cur vacuæ illæ legiones Vari fuerint , rationem affert Dio lib. 56. *Neque igitur legiones , ut decet in hostili solo , continebat , frequenter enim multos milites concedebat barbaris invalidis opem rogantibus , velut ob custodiam , seu præsidium locorum quorumdam , vel ad capiendos latrones , etiam & ad deducenda quædam usui necessaria.* Sic Germani ipsi quasi in fide manerent ,

legiones : & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit ; magna cum clade Germania , & ignominia sua , cum conjunx , cum filius ejus servitium adhuc tolerent. At se duodecim legionibus petitum duce Tiberio , illibatam Germanorum gloriam servavisse. mox conditionibus æquis discessum : 1 neque pœnitere quod ipsorum in manu sit , integrum adversus Romanos bellum , an pacem incruentam malint. His vocibus instinctos exercitus propriæ quoque causæ stimulabant. cum à Cheruscis , Langobardisque , 2 pro antiquo decore , 3 aut recenti libertate ; & contra , augendæ dominationi certaretur. Non alias majore mole concursum , neque ambiguo magis eventu , 4 fusis utrimque dextris cornibus. Sperabaturque rursum pugna , ni Maroboduus castra in colles subduxisset. Id signum perculsi

INTERPRETATIO.

scelus fefellerit , ingenti damno Germaniæ , & infamia sua , cum uxor & filius ejus etiam nunc servitutem subeant. At se , duodecim legionibus oppugnatum , ductu Tiberij , intactum intemeratumque Germanorum decus defendisse , & statim æquali utrinque fœdere abscessum *fuisse* : neque erubescere , quod ipsorum in potestate sit, an velint integrum illibatum contraque Romanos bellum , an pacem sine clade, *bello* anteponant. *His verbis accensos exercitus propria etiam rationes incitabant , cum Cherusci & Langobardi pro vetere gloria , vel pro recuperata nuper libertate* pugnarent , *& contra dilatando imperio dimicaretur* à Rege. *Nunquam alias majore vi aut robore pugnatum ; neque incerto magis exitu , profligato hinc & illinc dextro cornu. Expectabaturque iterum certamen , nisi Maroboduus copias in juga montium*

NOTÆ.

subsidium postulantes multis locis distrahebant vires Rom. Et certe illi præter genium gentis multo astu usi sunt in fallendo Varo : Vellejus testis & Dio , qui sic habet infra de barbaris iisdem , *καὶ ἀπεκτόνατες τοὺς παρὰ σφίσιν ἕκαστοι στρατιώτας, οὓς πρότερον ᾐτήκεσαν. Nationes postquam, occidissent apud se , quæque, milites quos antea petierant*, à Varo , nempe, velut auxilij egentes. Hinc vacuæ legiones Vari , & parum validæ. hinc clades, & exitium.

Tres vacuas legiones.] Id per invidiam dictum , nec tamen sine vero. Dio dicit, auxilia à Varo Germanos petiisse , ut sic debilitarent vires Rom. quæ dux iners ipsis ultro concedebat, per nimiam securitatem , & socordiam.

1. *Neque pœnitere.*] Diluit probrum , quod objecerat supra Arminius , nempe *per dona & legationes petiisse* fœdus à Romanis & prodidisse Germaniam. Ideoque Maroboduus addit , neque se *pœnitere* ejus fœderis, per quod fecisset , ut in sua, suorumque potestate esset , eligere, utrum utilius sit , aut integris viribus novum bellum gerere cum Romanis , aut incruenta pace perfrui.

2. *Pro antiquo decore.*] l. de Germ. mor. Tacit. *Longobardos paucitas nobilitat , quod plurimis ac valentissimis nationibus cincti , non per obsequium , sed præliis periclitando tuti sunt.*

3. *Aut recenti libertate.*] Recuperaverant Longobardi nuper libertatem , cum defecerant ad Cheruscos & Arminium, itaque pro nova ista libertate pugnabant, etiam pro vetere gloria Tac. de Germ. mor. Rex Maroboduus , & populares ipsius, augendæ dominationis , seu regni finium propagandorum causa certabant.

4. *Fusis utrimque dextris.*] Ex utroque exercitu dextrum cornu ab hostili sinistro superatum.

fuit : & transfugis paulatim nudatus , [1] in Marcomannos concessit, misitque legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Responsum est , *non jure eum adversus Cheruscos 2 arma Romana invocare , qui pugnantes in eundem hostem Romanos nulla ope juvisset.* Missus tamen Dru-
47 sus , ut retulimus , 3 pacis firmator. 4 Eodem anno 5 duodecim

INTERPRETATIO.

subtraxisset. Id documentum victi aut exterriti fuit , & sensim destitutus perfugis, ad Marcomannos se recepit , misitque oratores ad Tiberium rogaturos opem. Responsum est, non merito jure eum implorare auxilium Romanorum adversus Cheruscos, qui bellantibus adversus eundem hostem Romanis, nullas suppetias tulisset. *Attamen missus Drusus, qui pacem componeret , ut memoravimus. Eodem anno duodecim clara*

NOTÆ.

1. *In Marcomannos.*] Marcomanni, quorum sedes primum tenuere Boij origine Galli, unde regio dicta Boiohæmum, qua voce utuntur Tacitus & Velleius. Dicitur aliter hic tractus Hercynius saltus à Strabone , quo pervenisse ait Cæsar Volcas, & Tectosages , eò venit Maroboduus cum suis Marcomannis, & Hedusiis , & Harudibus apud eos diu regnavit Maroboduus, qui Romæ vixerat multis ab Augusto beneficiis affectus , & domum regressus sibi peperit regnum , domuitque Lugios , Lemovios , Guthones, Burgundiones , teste Strabone , regnumq; ad posteros per longam seriem transmisit. *La Boheme.*

In Marcomannos.] Marcomanni populi Germaniæ regionis ad meridiem, & ad Albim fluvium. Hodie *Bohemia* regnum propriè dictum , in Allemania. *Tillemontius.*

2. *Arma Romana invocare.*] Tacit. lib. de Germ. mor. *Vis & potentia Regibus ex auctoritate Romana , raro armis nostris, pecunia juvantur.*

3. *Pacis firmator.*] Missus tamen est Drusus, qui ad bellum componendum, pacemque impetrandam, servandamque auxilio esset. Hoc prætendebat Tiberius, sed longe alio consilio missus erat Cæsar , nempe ut discordiam inter barbaros sereret. Unde exilium, exiliumque Marobodui regis, & divisio Germanorum. hæ perpetuæ artes Tiberij adversus reges externos.

4. *Eodem anno.*] Terræ motus hujus mentio Plinio : *Maximus terræ , memoria mortalium exstitit motus Tiberij Cæsaris principatu* XII. *urbibus Asiæ una nocte prostratis.* Bonum Orosium quam fugit ratio , qui hunc tremorem terræ ad tempus refert mortui nostri Servatoris ? quod nos quidem scimus totis quatuordecim annis posterius fuisse.

De eodem Strabo , lib. 12. *Et quæ de Sipylo , deque ejus subversione dicuntur , non oportet fabulam censere. Nam & nunc Magnesiam , quæ sub ipso est , terræ motus dejecit ; quando & Sardes , & alias illustres urbes pluribus locis labefactavit. Instauravit autem princeps , pecunias largiens , sicut & pater ejus* (Augustus) *antea , in simili clade , Trallianis & Laodicenis subvenerat.*

5. *Duodecim.*] At tredecim eas facit Eusebius in Chronico , sed nominibus valde corruptis. *Tredecim urbes terræ motu corruerunt. Ephesus , Magnesia , Sardis , Mosthene , Megachyere , Cæsarea Philadelphia , Hımolus , Temis , Cuma , Myrrhiña, Apollonia, Diabırcania.* Emendabis *Mosthene , Æga , Hierocæsarea, Philadelphia , Tmolus , Temnus , Cuma , Myrina , Apollonia, Hyrcania.*

celebres Asiæ urbes conlapsæ 1 nocturno 2 motu terræ, quo improvisior 3 graviorque pestis fuit. neque solitum in tali casu effugium subveniebat 4 in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. 5 *Sedisse immensos montes, visa in arduo quæ plana fuerint,* 6 *effulsisse inter ruinam ignes* memorant. Asperrima in Sardianos lues

INTERPRETATIO.

civitates Asiæ terræ motu per noctem subversæ, quominus prævisa clades, eo majori exitio fuit. Neque consuetum in ejusmodi discrimine succurrebat remedium profugiendi in campos, qui divisis hiatu terris absorbebantur. Tradunt subsedisse vastos montes, conspecta in sublimi, quæ in plano fuerint, emicuisse flammas inter casum illum, cladimque. Gravissima in Sardianos pestis multum in ipsos eosdem miserationis movit.

NOTÆ.

1 *Nocturno motu.*] Quia noctu contigit ille terræ motus; ideo nullum subsidium, aut remedium suppetebat, & quia subito terræ hiatu subsedere terræ, & statim absorptæ sunt urbes, nec sic *in aperta* fugæ locus fuit.

2. *Motu terræ.*] Plin. 2. 79. *Ventos in causa esse non dubium reor. Neque enim unquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari, caloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant, subtracto omni spiritu qui vehit: nec unquam nisi post ventos conditos, scilicet in venas & cavernas ejus occulto afflatu. Neque aliud est in terra tremor, quam in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.*

Motuum hæc genera refert Aristoteles. *Recessus, hiatus, successionem, impulsionem, inclinationem, vibrationem.*

Plin. lib. 2. 80. *Varie itaque quatitur (terra) & mira eduntur opera, alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnumquam etiam ignibus, calidisve fontibus, alibi averso fluminum cursu,* &c. *Nec simplici modo quatitur unquam, sed tremit, vibratque. Hiatus vero alias remanet, ostendens quæ sorbuit, alias occultat ore compresso, rursusque ita inducto solo, ut nulla vestigia extent, urbibus plerumque devoratis, agrorumque tractu hausto,* &c. *Autumno, ac vere terræ crebrius moventur, sicut fiunt fulmina. Inde, Gallia, & Ægyptus minime quatiuntur, quoniam hic æstatis causa obstat, illic hyemis.*

Et infra 81.] *Navigantes quoque sentiunt non dubia conjectura, sine flatu, intumescente fluctu subito, aut quatiente ictu. Intremunt vero, & in navibus posit, æque quam in ædificiis, crepituque prenuntiant.*

Motu terræ.] Plin. 2. 84. *Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu 12. urbibus Asiæ, una nocte prostratis,* &c. *Nec vero simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut majus ostentum. Nunquam urbs Roma tremuit, ut non esset, futuri eventus alicujus id prænuntium*

3. *Graviorque pestis.*] Forte accidit ut noctu ingrueret ea lues, atque ita imparatos, inopinantesque, quanto improvisiore, tanto graviore calamitate involveret.

4. *In aperta.*] Qui in ædificiis vacua loca fugere tentabant, nihil ad salutem promovebant, quia terra passim aperiebatur, & in tanto terrore discurrentes subitis hiatibus absorbebat.

5. *Sedisse immensos montes.*] Juvenal. sat. 6. *Nutare urbes, subsidere terras.* Et Sallustius in fragm. *Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere.*

6. *Effulsisse.*] Ita ut inter hanc colli-

plurimum in eosdem misericordiæ traxit. nam 1 centies sestertium pollicitus Cæsar, & quantum ærario, aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. 2 Magnetes à Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. 3 Temnios, 4 Philadelphenos, 5 Ægeatas, 6 Apollonienses, quique 7 Mosceni aut 8 Macedones Hircani vocantur, & Hierocæsaream, 9 Myrinam 10 Cymen, 11 Tmolum levari idem in tempus tributis; mittique ex senatu placuit, qui præsentia spectaret, refoveretque. delectus est:

INTERPRETATIO.

Quippe Cæsar promisit illis *centies sestertium, indulsitque quantum Reipublicæ, aut Cæsari solvebant, in quinque annos. Magnetibus à Sipylo eandem stragem clademq; passis, eadem indulgentia subventum. statutum est Temnios, Philadelphenos Ægeatas, Apollonienses, & qui Mosceni, aut Macedones Hyrcani appellantur, & Hierocæsaream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari oneribus, etiam in quinquennium; & mitti è patribus, qui præsentia viseret, instauraretque. assumptus est M. Aletus è* VIIIs.

NOTÆ.

sionem, & veluti ruinam omnium rerum, frequens ignis emicuerit.

1. *Centies sestertium.*] Sunt ducenta & quinquaginta millia coronatorum, seu septingenta & quinquaginta millia librarum.

2. *Magnetes à Sipylo.*] Magnesia ad Sipylum, urbs Lydiæ provinciæ in Asia minore, hodie *Magnesa*, urbs præfecturæ Natoliæ versus medium. in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

3. *Temnios.*] Temnos, urbs Æolidis provinciæ ad Hermum fluvium, in Asia minore.

4. *Philadelphenos.*] Philadelphia, urbs Lydiæ vel Mysiæ provinciæ, in Asia minore hodie nomen antiquum retinet apud Græcos recentiores, à Turcis vero nuncupatur *Allah-Scheir*, vel *Alla-chari*, urbs est præfecturæ Natoliæ circa medium, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

5. *Ægeatas.*] Ægæ oppidum Æolidis provinciæ intus. Plin. lib 5. c. 30. in Asia minore. *Tillemonius.*

6. *Apollonienses.*] Apollonia urbs, & Apolloninses populi Teuthraniæ, seu Mysiæ provinciæ, & Pergamenæ jurisdictionis, in Asia minore. ex Plinij lib. 5. cap. 30. hodie forsan *Judaj*, oppidum Natoliæ præfecturæ versus Occidentem, &c. *Tillemonius.*

Mosceni & Macedones sunt duo populi distincti.

7. *Mosceni.*] Vel Mossini, populi Pergamenæ jurisdictionis, Plinio lib 5. c 30. aliter *Mosteni*, oppidum Lydiæ provinciæ Ptolemæo, in Asia minore. hodie *Mostena*, oppidum Natoliæ præfecturæ versus medium. *Tillemonius.*

8. *Macedones.*] Macedones Hyrcani cognominati, populi Smyrnæi conventus. Plinio lib 5. c. 29. in Jonia, vel Æolia provinciis Asiæ minoris. *Tillem.*

9. *Myrinam.*] Myrina quæ est *Sebastopolis* Plinio, urbs Æolidis maritima hodie nomen antiquum retinet in Natolia.

10. *Cymen*] Cyme vel Cumæ & Cuma, urbs Æolidis provinciæ ad oram, in Asia minore. hodie *Foia Nova*, urbs præfecturæ Natoliæ in ora, &c *Tillem.*

11. *Tmolum.*] *Tmolus* (ex quo Pactolus fluvius) *Tomalitzes*, nunc Leunclavio mons Phrygiæ majoris, in confinio Lydiæ ad fluvium cognominem in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influentem. Forte mons ipse, & fluvius, & urbs ad radices montis posita, ejusdem nominis fuerunt.

Tmolus.] Mons Lydiæ provinciæ,

M. Alerus

M. Aletus 1 è prætoriis, ne consulari obtinente 2 Asiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Magnificam in publicum 48
largitionem auxit Cæsar haud minus grata liberalitate, quod 3 bona

INTERPRETATIO.

prætoriis, ne consulari regente Asiam, contentio inter æquales, & hinc impedimentum existeret. Splendidam in vulgus munificentiam cumulavit Cæsar, perinde læta in publicum largitione, quod opes Æmiliæ Musæ divitis intestatæ postulatas in fiscum con-

NOTÆ.

ad cujus radices fuit urbs ejusdem nominis, ut ait Tacitus, & Eusebius ad annum MM. CCC. Id etiam probat Gallandus vir doctus pag. 234. & 241. libri inscripti. *Réponse à la Critique du voyage de Grece par I. Spon.* &c. Lugduni 1679. in 12. *Tillemonius.*

1. *E prætoriis*] Quia Asia cum à viro consulari regebatur, metuebant, si etiam consularem ob hanc causam mitterent, neutrum alteri concessurum esse, atque ita rem non recte administratum iri: itaque virum prætorium eo miserunt.

2. *Asiam.*] Asia minor, quæ propriè *Asia* dicitur, pars est occidentalis Asiæ minoris peninsulæ, & ad mare Ægeum, &c. Hodie pars magna præfecturæ *Natolia*, vulgò *Beglerbeglic de Natolie* in Natolia peninsula, & regione imperij Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

3. *Bona Æmiliæ Musæ.*] Æmiliam hanc *Musam* libertam fuisse, id primum pono; argumento cognominis Græci, quod scio notam servitutis. Ideo in Tacito legerim, *Musa L. Locupletis*, id est, *Liberta locupletis*, usitata formula scribendi. Sed cur, inquies, bona ejus petita in fiscum? cur non data patrono, patronisve, ut lex jubet? Julianus ait, l. 3. de bon. libert. *Si libertus intestato decesserit, patronum aut filium, neptemve ejus ad successionem vocari, indubitatum est.* Ulpianus ait l. 2. de suis her. *Liberto intestato mortuo, primum suis deferri hereditatem verum est: si hi non fuerint, tunc patrono.* Hæc si vera, quis locus potuit esse fisco?

An forte nec suus hæres huic *Musæ*, nec patronus quisquam superfuit? tale aliquid elicias ex Taciti verbis, dum ait, *Lepido concessit, cujus è domo videbatur:* quasi ambiguum de domo, patronoque fuisset. Erant autem non Romæ solum, sed & in provinciis *Procuratores*, sive *Rationales*, qui bona ejusmodi caduca legerent, tollerentque. Strabo de Ægypto. Ἄλλος δὲ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. *Est & alia propria (sic appellant) ratio. quæ examinat bona caduca, seu vacantia, quæ ad Cæsarem pertinere debent.* nempe ratio, seu *rationalis* Græcis λογιστὴς, Gallis *Maistre des Comptes.* Lips.

Bona Æmiliæ Musæ] Ambigi video, cur hæc bona petita in fiscum: & placuisse viris magnis, Æmiliam libertam, & libertam sine patrono fuisse. Hoc postremum causam aliquam dederit confiscandis bonis, quasi vacantibus; illud non item. Nunquam enim jus principi in bona libertorum, sive testamento facto, sive intestato morientium, nisi suorum, eodem jure, quo privati utuntur scilicet.

Nam de Cerylo Vespasiani non est, quod ita fluctuent viri docti, quem certum est mihi, aut ipsius Vespasiani, aut alienjus è proximis ejus libertum fuisse. Torrentius vult *Latinum* fuisse: sed in *Latini* bonis quid juris fisco? immo libertum imperatoris ipsius, aut alienjus è propinquis; nam & in libertos propinquorum *jus* nobis *semissis*, si moriuntur sine liberis *testati*; *assis*, si *intestati*. paragrapho *multis*, instit de succ. libert. quod

est ex veteri jure, ut docet L. Liberto 17. D. de bonis libert. & aliæ.

Indeque explicandus & ille locus è Suetonij Nerone; *Ante omnia instituit, ut è libertorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quæ fuissent illa familia quas ipse contingeret.* Qui locus haud dubiè capiendus de libertis, qui sine patrono.

Si enim patronus fuit, cur deminutum jus ejus fraudati suo semisse? Et omnino de iis qui liberti fuerant eorum, quos Tiberius, Caius: Claudius, Nero ipse nobiles, & illustribus è familiis occiderant, bona eorum voluit cogi in fiscum Nero, quasi sua; quippe qui liberti eorum essent, quos ipse cognatione contingeret: id enim ex nomine apparet.

Et hoc est quod ait *sine probabili causa*: qui nimirum patronum vivum non haberent, à quo id nomen; nam si habent, nullum jus fisci aut Cæsaris. *Semissem* quidem habebat jure; sed voluit etiam *alterius semissis semissem*, hoc est, *Dodrantem*, si ea lectio recta.

Nam credere in bona libertorum quorumlibet *jus semissis* fisco fuisse divinare est: præcepta enim iis esset omnis testamenti facultas, altero jam semisse debito patronis.

Et in eo loco Suetonij *cogeretur ei*, id Suetonij, *cogeretur ei*, id est fisco principis; propria voce *cogendi*, quam observabis fere semper in hoc jure. Infra lib. 5. *Ablata ærario, ut in fiscum cogerentur*, & in D. Marci constitutione, institut. de eo cui lib. cau. 60. add.

Non ergo jus fisco aliud in bona libertorum alienorum, quam bonorum vacantium, scilicet idem quod in bona ingenuorum: quo ego jure capio delata *Æmiliæ* bona ad fiscum; ingenuæ, ac sine successione mortuæ.

Ita enim fit l. *Quidam*, §. *quoties*. de legat. 1. & passim apud veteres scriptores. Verum ea restituta familiæ Lepidæ, quasi gentili; quippe, cui nomen idem. *Domus* ergo *pro familia*, *gente*, ut sæpe. *Mercerus*.

Æmiliæ Musa.] Princeps habuit *jus patronatus*, seu *jus semissis*, quod idem est, in bona libertorum suorum, in bona item libertorum, qui fuerant propinquorum ipsius, cum illi propinqui obierant sine liberis, utpote qui esset hæres talium propinquorum, & ipsorum juri patronatûs succederet. Habuit idem jus in bona libertorum omnium, qui fuerant priorum Cæsarû liberti, licet priores Cæsares nullo gradu cognationis cõtingeret.

Succedebat enim, & excipiebat velut hæres, eo ipso quo salutatus erat Imperator, omnes opes principis, omnia instrumenta imperij & Reipub. inter quæ, & liberti Cæsarum, & jus patronatûs esse censebatur. Sic Galba, qui nullo gradu contingebat familiam Cæsarum, excepit, & habuit in sua potestate libertos omnes Neronis, & priorum Cæsarum; sic & Vespasianus, & alij principes, qui mox successere.

Æmiliæ Musæ locupletis.] Quantum patet ex Tacito diversis locis. Liberti dites facti ex administratione bonorum patroni, vel ex illius largitione, & beneficiis, vel etiam ope & favore, licet manumissi, tamen aliqua officia adhuc præstare tenebantur patronis, & id *jus patronatus* appellabatur.

Attamen illi liberti pro servili ingenio sæpe ingrati fiebant, ita ut patronos nobiles, vel in exilium amandatos, vel sævitia dominantium interfectos statim oblivíscerentur, & abnegarent; ita ut, si quando ab exilio reverterentur patroni, nullam opem, nullum officium illis præstarent liberti, adeo ut interfectorum, aut patronorum filios, aut nepotes fraudarent jure suo.

Et ut id impune agere facilius possent, sese insinuabant liberti illi in potentiorum domos, vel etiam in familiam principis, vel etiam quandoque mutabant nomen, ne manumissionis, aut familiæ, & nominis patroni sui vestigium ullum extaret; nomen enim patroni ferebant manumissi.

Cujus rei exemplum habes apud Suetonium Vesp. 23. *& maxime de Cerylo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se & Lachetem mutato nomine cœpe-*

Æmiliæ Musæ locupletis intestatæ petita in fiscum, Æmilio 1 Lepido,

INTERPRETATIO.

cesserit Æmilio Lepido, cujus familiam contingere ipsa *videbatur*, *& bona Patulei*

NOTÆ.

rat ferre. Vespasianus illum deridet his verbis,

ὦ Λάχης Λάχης ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἔσῃ κήρυλος, *O Laches Laches, cum mortuus fueris, rursus diceris Corylus.* Id est, licet nunc mutes nomen, licet dum vivis te *ingenuum* simules, venditesque, tamen statim post mortem *libertus* eris, & *fiscus*, repetet ex te jus, quod habet in bona libertorum, post eorum obitum.

Itaque in bona Liberti, qui sine liberis decederet, & cui nullus esset patronus, aut patroni hæres, *fiscus* habuit jus, velut *in bona vacantia*; ut etiam in ingenui hominis, & ad locum Suet. Ner. 32. *Ante omnia instituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, siqui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret.* Puto, hic agitur de illis libertis, qui se potentioribus patronis insinuabant, & qui sine probabili causa nomen illustris familiæ usurpassent, quæ Neronem contingeret.

Itaque Nero se talium libertorum fert patronum, sed cum patronus tantum haberet *semissem* bonorum liberti mortui, tum egens Nero vult non solum exigi *semissem*, sed etiam præterea *semissem alterius semissis*, ita ut *dodrans* successionis ad illum perveniret.

Igitur *jus patroni* in libertos suos, & in libertos propinquorum *semissis*, si moriuntur sine liberis testati, *assis* si intestati.

Nec video ullum fuisse jus fisci in bona libertorum, vivente patrono, aut hærede. Quid enim profuisset ipsis mutare nomen, aut se insinuare procerum vel ipsius principis familiæ? servassent fisco, quod abstulissent patrono. Non potuissent testari, & jus patroni sic videretur abolitum. Itaque nullum jus Tiberio aut fisco in bona Æmiliæ Musæ, nisi ut in bona vacantia, sive fuerit illa ingenua, sive liberta, & cum probabiliter contingeret familiam Lepidi, *cujus è domo videbatur*, vel ut *manumissa* ab aliquo propinquo, vel propinqua istius gentis, vel ut *ingenua*, sic jure merito Tiberius ipsius bona Æmilio Lepido tradidit.

Haud dubie intelligendus Suetonius, ita ut Nero egens, & ad rapinas animum convertens eum πόρον, seu modum cogendi pecunias excogitarit, nempe è libertis locupletioribus, qui se propinquorum ipsius domibus insinuarant sine probabili causa, & talium patronorum nomina falso induerant.

Nam si tales liberti ex probabili, & justa causa contingerent domos propinquorum Neronis, qui mortui essent, certe ex natura rei, & jure patronatus potuit Nero illorum bona sibi vindicare.

Neque opus fuit ullo edicto, decreto, aut lege noua, ideoque dicit, *qui sine probabili causa*, & velut jure in tales libertos animadvertit, hinc intra semissem non se continet, quod fuit jus veri patroni, sed ad dodrantem extendit, seu jus, seu pœnam.

Dico *pœnam*, quia plurimi haud dubie se subtraxerant minoribus patronis, forte exsulibus, vel etiam occisis, vel forte viventibus ut Caio, Claudio, vel illorum propinquis potentioribus, se marte suo attribuerent, consecrarent, faventibus ejusdem farinæ hominibus libertis, nempe gratiosis, ut fit. vel etiam flagitiis, & malis artibus, ut in tali urbe & aula, proceribus adrepebant.

Nec ineptum commentum Neronis fuit, quippe liberti illi locupletissimi, de quibus dici potuit, quod de Pallante, & Narcisso, statim divitem principem fore, si cum duobus libertis pecunias partiretur.

1. *Lepido tradidit.*]Bona Æmiliæ, quæ

pianum, Cornelium Sullam, 1 Q. Vitellium movit senatu, aut sponte cedere passus est. Iisdem temporibus Deûm ædes vetustate aut igni 49
abolitas 2 cœptasque ab Augusto, dedicavit: 3 Libero Liberæque & Cereri 4 juxta Circum maximum, 5 quam A. Posthumius dictator vo-

INTERPRETATIO

natu ejecit, aut ultro exire permisit. Eodem tempore delubra numinum antiquitate, aut incendio subversa, & incheata ab Augusto consecravit: Baccho, Proserpinaque, & Cereri prope Circum maximum, quod fanum A. Postumius dictator voverat; eademque in area templum Flora extructum ab Lucio & Marco Publiciis adilibus &

NOTÆ.

1. *Q. Vitellium.*] Is frater Lucij Vitellij, qui pater principis, de quo Sueton. Vitell. 2. *Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio, secerni minus idoneos Senatores, removerique placuisset.*

2. *Cœptasque ab Augusto.*] Huc spectat quod refert Sueton. Aug. 31. *Proximum à diis immortalibus honorem memoria ducum prastitit, qui imperium populi Rom. ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cujusque, manentibus titulis, restituit, & statuas omnium triumphali effigie, in utraque fori sui porticu, dedicavit.*

Cœptas.] Quæ templa illa, quæ Augustus instaurare cœperat, absoluta sunt, & à Tiberio dedicata.

3. *Libero, Liberaque, & Cereri.*] Pro *Libera* Proserpinam accipiendam arbitror. Diodorus in IV. auctor est ex Jove Cererem Liberum genuisse. In antiquis spectationibus legitur hujusmodi Epitaphium. *Fab. Acconiae. Paulinae. C. F. Aeconij. Catulini. V.C. expraef. consul. ord. uxori. Vecti. Praetextati. V.C praef. & cens. des. sacratae. apud Eleusinam. deo Baccho. Cereri, & Corae. sacratae. apud Laernam. Deo. Libero. Cereri. & Corae. sacratae. apud Æginam. deabus Taureboliae. & Hierophrantiae.* Aleiatus.

Sic quoque Livius dixit l. 41. extremo: *Supplicatio ad Cereris, Liberi liberaque fuit.* Ædis autem illius ab A. Posthumio votæ meminit Dionys. lib. 4. extremo, & M. Tullius 11. de natura deorum.

Libero.] Ædes Liberi vel Bacchi, Liberæ, seu Proserpinæ, & Cereris, in regione undecima Romæ antiquæ, & ad radices montis Aventini hodie locus est circa sanctam Anastasiam, ecclesiam collegiatam, & tituli Cardinalis presbyteri in regione *Ripa*, & in Roma moderna. ex Romæ antic. Nardini lib. 7. c. 3. p. 421. & imagine Romæ modernæ à I. Falda in æs incisâ 1676. *Tillem.*

Libero.] Ædes Liberi, Liberæque, & Cereris, quam A. Postumius dictator in prælio cum Latinis ad Regilli lacum voverat.

4. *Iuxta circum.*] Circus maximus, ædificium regionis cognominis sive undecimæ, in parte quasi media Romæ antiquæ. hodie *Cerchio Massimo*, ruinæ & horti regionis *Ripa* in Roma hodierna versus Orientem & Meridiem. Vide Romam antic. Nardini lib. 7. cap. 2. *Tillemonius.*

5. *Quam A. Postumius dictator.*] Bene, *quam.* his enim tribus unum templum. A solo Dionysio copiosa lux huic loco; lib. 6. de A. Postumio: ἀπὸ δὲ τῶν λαφύρων ἐξελόμενος τὰς δεκάτας, ἀγῶνάς τε καὶ θυσίας θεοῖς ἐποίει καὶ ναοὺς κατασκευάσαι ἐξεμίσθωσε Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ καθ' εὐχήν. *Cum ex spoliis hostium selegisset decimas, ludos, seu spectacula & sacrificia diis fecit, locavitque struendum templum Cereri & Libero & Proserpinæ ex voto.*

Vovit igitur A. Postumius, sed dedicavit. C. Cassius consul. Idem Dionysius, fine ejusce libri: *Cassius alter consul relictus Romæ, templum interim Cereris, Liberi Liberaque dedicavit, quod est in ex-*

verat : eodemque in loco 1 ædem Floræ, ab Lucio & Marco Publiciis ædilibus constitutam : & 2 Jano templum, quod apud 3 forum olitorium 4 C. Duillius struxerat, qui primus rem Romanam prospere

INTERPRETATIO.

Jano delubrum quod in foro Olitorio ædificarat C. Duillius, qui primus Romanorum navali prælio vicit, & triumphum maritimum de Carthaginensibus reportavit.

NOTÆ.

tremo Circo maximo super ipsos carceres situm, votum olim ab A. Postumio dictatore, &c.

Est autem *Liber*, Bacchus : *Libera*, soror ejus Proserpina, nati ex Cerere uterque ; ideo ordo decentior in Dionysio, qui matrem religiosè ubique præponit, quam in nostro qui posthabuit. *Libera* autem alias *Cora*.

Lapis Romæ, DEO. BACCHO. CERERI. ET CORÆ. SACRATÆ APUD ÆGINAM. Estque eadem cum Proserpina. è Solino tolli velim glossema cap. 11. *Quem propter est demersum foramen, quo ditem patrem ad raptus Proserpinæ liberè exeuntem fama est in lucem ausum.* scribe, *ad raptus Liberæ. exeuntem.* &c., *fama est lucem ausum.* Adde Livij locum lib. 3. *Familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberaque venum iret.*

Quam A. Posthumius.] Hic devictis Volsceis triumphans de spoliorum decimis ludos, & sacra Diis fecit 11. talentorum impendio, & ædem locavit Cereris, Liberi, Liberæque. Nam initio belli laboratum erat victûs inopiâ, ideoque inspectis libris Sibyllinis, voverat dictator, si imperij sui tempore uber proventus esset, se illis templa structurum, & annua sacra instituturum. Dionys. lib. 6. *Circus* autem *Maximus*, est tota illa planities inter *Palatinum*, & *Aventinum*.

1. *Ædem Floræ.*] Fuit in regione undecima Romæ antiquæ. ex Rom. ant. Nardini lib. 7. cap. 4. pag. 422. *Tillemonius.*

2. *Jano templum.*] Fuit in regione undecima Romæ antiquæ. ex Rom. ant. Nardini lib. 7. cap. 4. pag. 431. *Tillemonius.*

Jano.] Victis nempe apud insulas Ægates Carthaginensibus.

3. *Forum olitorium.*] In regione una decima Romæ antiquæ. hodie locus est in regione *Ripa*, inter Ecclesiam *Santa Maria in portico*, palatium *Savelli*, &. pontem Fabritium, vel *quatro capi*; in parte ferè media Romæ modernæ. ex Roma ant. Nardini lib. 7. cap. 4. p. 431. & Imagine I. Faldæ, & Greg. de Rossi. *Tillemonius.*

4. *C. Duillius.*] Ædes Jani ad infimum Argiletum, in foro Olitorio fuit : & structam volunt Livius, atque alij à Numa. An aliud ab illo templum noster igitur intelligit ? an restitutum, aut amplius structum, à Duillo fuit ? hoc putem. *Lipsius.*

Duillius.] Hoc antiquum nomen. Sed ut ex *duello bellum*, ex *duis*, *bis*, sic ex *Duilio* fecere *Bilium*. Cicero in Oratore. Quintil. lib. 1. cap. 4. *Consuetudo fecit ex duello bellum : unde Duilios quidam dicere Bilios ausi.* Et inde hic consul semper in libris Polybij vocatur *Albios* corruptè pro *Βιλιος*.

S. Hieronymus l. 1. adversus Jovinianum. *Duilius qui primus Romæ navali certamine triumphavit Biliam virginem duxit uxorem.* Ubi Petrus Ciaconus homo admirabili doctrinæ copia præditus, è veteribus libris, non *Duilius*, sed *Bilius* legit, & *Biliam* eadem gente, qua virum suum fuisse ortam judicat. *Duilium* tamen sæpius legas. Cicero de Senectute : *C. Duilium. M. F. qui Pœnos classe primus devicerat.*

mari gessit, triumphumque navalem 1 de Pœnis meruit. 2 Spei ædes à Germanico sacratur: hanc Atilius voverat eodem bello. 3 Adolescebat interea lex majestatis. & Apulejam Variliam 4 sororis Augusti neptem, quia probrosis sermonibus divum Augustum, ac Tiberium, & matrem ejus 5 inlulisset, 6 Cæsarique connexa 7 adulterio teneretur, majestatis delator arcessebat. *De adulterio satis caveri lege Julia visum: majestatis crimen distingui* Cæsar postulavit: *damnarique si qua de Augusto inreligiosè dixisset: in se jacta nolle ad cognitionem vocari.* Interrogatus à consule *quid de his censeret, quæ de matre ejus locu-*

INTERPRETATIO.

Spei fanum ab Atilio votum eodem bello Germanicus dedicavit. Interea gliscebat, ingravescebatque lex majestatis, & hujus criminis delator accusabat Apulejam Variliam neptem sororis Augusti, quod contumeliosis verbis D. Augustum, ac Tiberium, & matrem ejus irrisisset; & quod propinqua Cæsaris, adulterij culpa fœdaretur. De adulterio satis caveri lege Julia *sancitum est. Tiberius rogavit* ut causa majestatis divideretur, damnareturq; Apuleia, si qua in Augustum impiè protulisset; in se dicta nolle in quæstionem adduci *adfirmavit. At sciscitante consule,* quid de his statueret, quæ de parente ejus Augusta male dixisse rea accusare-

NOTÆ.

Ammianus lib. 26. *Duilium accepimus veterem, post gloriosa illa navalis rei certamina, id sibi sumpsisse, ut tibicine leniius præcinente, rediret ad sua post cœnam.* At Livius eum illi perpetuo honorem habitum esse narrat. In fastis quoque Capitolinis, & in fragmento nusquam extat nomen integrum. Horatius: *Bilius in Fausta Sulla gener.*

1. *Pœnis.*] Pœni, qui & Carthaginenses populi, Carthago vero fuit urbs Africæ provinciæ ad mare Africum. hodie in ruinis jacet, & nomen retinet antiquum, est in regno Tunetano, & in Barbaria. *Tillemenius.*

2. *Spei ædes.*] In foro Olitorio, & in regione undecima Romæ antiquæ. ex Nardini Roma ant. lib. 7. cap. 4. p. 432. *Tillemenius.*

Spei ædes.] Spei quam A. Atilius Calatinus, eodem bello Punico primo, voverat.

Spei ædes.] Cicero II. de legibus: *Recte etiam à Calatino Spes consecrata est.* Liu. lib. 23. *Ædem Spei, quæ in foro Olitorio est, fulmine tactam.*

3. *Adolescebat.*] Lex majestatis tum jussu Tiberii acriter exercita invalescebat

4. *Sororis Augusti neptem.*] Utrius sororis? Octaviæ majoris, an minoris? Sane de minoris liberis aut conjugio, nihil legi: si majoris, oportet aliquam Marcellarum (duæ fuerunt) nuptam in gentem Apuleiam, & liberos habuisse.

Facit, quod Dio Cassius duobus locis (lib lxv. & lxvi.) *Sext. Apuleium*, qui consul fuit in Augusti morte, *συγγενῆ Αὐγούστου* appellat, *cognatum Augusti.*

5. *Inlusisset.*] Neque enim contumeliæ sine convitio, sine irrisione, contemtu aut ludibrio, forte adludere potuit ad injuriam qua corpori suo illuderet per adulterium, nempe *Cæsari connexa.*

6. *Cæsarique connexa.*] Duplex crimen in hac inscriptione Majestatis. Prius, convitia in principes: alterum, adulterium. Quomodo istud? quia, inquit, *Cæsari connexa.*

Est enim interpretatio ab ipso Augusto petita, *qui culpam inter viros ac feminas vulgatam* (noster 3. Annali) *gravi nomine. læsarum Religionum, ac violatæ Majestatis appellabat.*

7. *Adulterio.*] Quod adulterij com-

ta secus argueretur, reticuit: dein proximo senatus die, illius quoque nomine oravit, *ne cui verba in eam quoque modo habita criminiforent.* liberavitque Apuleiam lege majestatis; 2 adulterii graviorem pœnam deprecatus, *ut exemplo majorum* 3. *propinquis suis*

INTERPRETATIO.

tur, *tum siluit*: sed *mox primo senatus die, illius etiam verbis rogavit*, ne cui sermones in eam quovis modo prolati crimini darentur. *Exemitque Variliam crimine Majestatis; & cum acerbius adulterij supplicium condonari feminæ postulasset*

NOTÆ.

perta esset, eoque crimine domum Cæsaris, quem propinquitate contingebat, dehonestaret.

1. *Ne cui verba.*] Petiit, ut si Variliæ de Augusto, qui in deorum numerum relatus esset, parum religiose, reverenterque loquuta esset, puniretur, & ne verba quoquo modo jacta in se vel in matrem ad cognitionem vocarentur.

2. *Adulterij graviorem pœnam.*] Relegatio legitima pœna adulterij fuit, ut vel ex Cornelio jam licuit, & observare licebit. Sed si pro nefario scelere, nulla fere mitior intelligi pœna potuit, quæ nec civitatis, nec alia ulla rei jura læderet, quæret aliquis, cur veluti graviorem Tiberius molliri pœnam à Senatu precaretur.

Duplex fuit relegatio in perpetuum, & ad tempus: potuit ergo Tiberius pro jure affinitatis orare, ne perpetua Variliæ indiceretur relegatio. At exoravit, ne ex vi legis Juliæ, sed ex more veteri damnata adulterii puniretur: quod datum Cæsaris gratiæ, Apuleiaque Varilia cognatis remissa fuit.

Vetustiores enim, ait Livius, *mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animadvertebatur.*

Inde est, quod Publilia & Licinia nobiles feminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, causa cognita, cum prætori vades dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt, ut ait Florus ex Livii 48.

Inde quoque est, quod *matronas prostrata pudicitia, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui majorum more, de communi sententia coërcerent*, auctor fuit Tiberius, teste Suetonio.

Quod moris specie retentum ex lege Romuli ius olim fuerat ex illius verbis: *Adulterij convictam vir & cognati, uti volent, puniunto.*

Verum Apuleiæ delator, & extraneus, qui publico judicio accusarent, non defuit. Igitur non debuit cognatis remitti sine precibus, & intercessione Cæsaris, qui fortasse nondum auctor juris ejus extiterat.

Sane cum necessarium exilium triplex Martiano sit, nempe certorum locorum interdictio, lata fuga, & insulæ vinculum l. v. D. de interdictis, & releg. cognatis Variliæ suasit Cæsar, eam ultra cc. lapides ab urbe removere, leviori multo pœna, quam si assignata insula, & ejus insulæ egressu damnatæ interdictum fuisset.

Mos autem ille vetus, ut alia pleraque Romanorum instituta, ex Romuli lege regia descendit, de qua hoc sensu Dionysius Antiquitatum lib. secundo scripsit. *Si mulier aliquid peccasset ex lesi mariti arbitrio pœnam luebat, & de delictis, quibus erat violata pudicitia, cognati cum ipso cognoscebant.*

3. *Propinquis suis.*] Quod ait exemplo majorum satis notum est ex lege Romuli uxorem ita fuisse in manu viri, ut de crimine ejus omni, cum propinquis cognosceret, statueretque. Dionysius au-

ultra

1 *ultra ducentesimum lapidem removeretur* 2 suasit. 3 Adultero Manlio Italiâ atque Africâ interdictum est. De prætore in locum 4 Vipsanij 51 Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romæ erant.) 5 Haterium

INTERPRETATIO.

set, *monuit* ut pro more majorum à cognatis suis ultra ducentesimum milliare amoveretur. *Vatilia adulter Manlius ex Italia atque Africa pulsus est. Orta est contentio de substituendo prætore in locum Vipsanij Galli, qui e vivis excesserat. Germanicus & Drusus (nam adhuc in urbe erant) tuebantur Haterium Agrippam*

NOTÆ.

ctor lib. 11. & Cato. *Vir cum divortium facit (ita lege) mulieri judex, procensorque est. Imperium quod videtur habet. Si quid perversè tetréque factum est à muliere, multatur, si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.*

Livius lib 39. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent. Si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animadvertebatur.*

Suetonius in Tiberio: *Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui, more majorum de communi sententia coercerent, auctor fuit* Tacitus lib. 13. *Plautius prisco instituto, propinquis coram, de capite, famaque conjugis cognovit, & insontem nuntiavit.* Adi & Valerium l b. 6. c. 3.

1. *Ultra ducentesimum.* Ultra 200. lapidem in eum locum relegaretur, quem statuissent propinqui & cognati illius.

2. *Suasit.*] Tiberius in clementiam pronus, graviorem adulterij pœnam deprecatus, persuadet propinquis ipsius Vatiliæ, ut exemplo majorum ipsi, sententia sua, illam ultra ducentesimum lapidem removerent. Sunt 66. leucæ Gall. an locum certum exsilij statuerent ipsi propinqui dubium est.

3. *Manlio Italia.*] Hinc disces pœnam legis Jul. *de adulteriis relegationem* scriptam fuisse. Juliam enim Augusti filiam, & alias complures relegatas in insulam novimus.

Manlio ab urbe remoto, nulla insula assignata, Italia & Africa interdicitur; quæ pœna simplex relegatio est, ut ab Ulpiano didici, l. 7. D. de interd. & relegatis.

Unum tamen ex libris civilibus huc translatum volo, quod ex legis præscripto Papinianus creditur respondisse: *duos adulterij marem & fœminam, propter commune crimen simul, non jure, nec à viro postulari convenit.* l. 39. paragraph. 6. D ad legem Juliam, de adulter.

Quare quis Manlium una cum Vatilia delatum, ut criminis consortem, non sine auctore negaverit. Cornelius tamen infra libro quarto: *Aquiliam*, inquit, *adulterij delatam, cum Vario Ligure, &c. exilio punivit.* & infra, *de adulterio Pulchra & Furius damnantur.*

Verum neque delatus cum Aquilia Varius, sed Aquilia ob adulterium cum illo commissum, accusata fuit: quod tamen de Pulchra, & Furio non ita liquet.

Equidem apud Plinium lib. 4. Epist. refertur ex cognitione Cæsaris damnato adultero, admonitum maritum, ut perageret accusationem, de qua ibi. *Vertran.*

4. *Vipsanij Galli.*] Quem puto filium fuisse Asinij Galli & Vipsaniæ, M Vipsanij Agrippæ filiæ. Nam Gallus post matrimonium Tiberij cum Julia, à Tiberio vacuam duxerat, unde hic *Vipsanius*, si bene conjicio. *Aurelius.*

5. *Haterium Agrippam.*] Est is, qui

Agrippam propinquum Germanici fovebant : contra plerique nitebantur , 1 ut numerus liberorum in candidatis præpolleret , quod lex jubebat. 2 lætabatur Tiberius cum inter filios ejus & leges senatus disceptaret 3 victa est sine dubio lex , 4 sed neque statim , & paucis suffragiis , quomodo , etiam cum valerent , leges vincebantur. Eodem
52 anno cœptum in Africa bellum , duce hostium Tacfarinate. is natio-

INTERPRETATIO.

cognatum Germanici : contra multi contendebant , ut numerus filiorum in candidatis prævaleret , quod lege cautum erat. gaudebat Tiberius , cum inter liberos ejus , legesque dijudicarent Patres. Lex dubio procul superata est ; sed neque propere , & paucis faventibus , qua ratione , etiam cum vigerent , leges superabantur. Eodem anno ortum in Africa bellum duce barbarorum Tacfarinate. Is origine Numida , qui in exerci-

NOTÆ.

supra tribunus plebis fuit : *Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei , increpitusque est Asinii Galli oratione.* De propinquitate nihil mihi compertum.

1. *Vt numerus liberorum.*] Non ergo prorsus libera comitia illa Patrum , sed devincta lege. Legem quam intelligit est *Papia* ; quæ in magistratu & sorte provinciarum , prætulit improlibus eos , quibus proles.

Noster lib. 15. *Percreverat ea tempestate pravissimus mos , cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum , plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios. præturasque & provincias inter patres sortiti , statim emitterent manu, quos adoptaverant,* ubi clarè de Præturis , ut hic. Simile in tribunatu.

Plin lib. 7. *Calestrium Tironem familiarissime dilige. Ille me in tribunatu liberorum jure præcessit; ego illum in Pretura sum consecutus , cum mihi Cæsar annum remisisset.*

Numerus liberorum.] Lege cautum erat , ut ex duobus candidatis , pluribusve idoneis præferretur ille , qui plures liberos haberet.

2. *Lætabatur Tiberius.*] Neque Tiberius sententiam suam , vel auctoritatem interposuit , qui ea libertatis simulacra libenter præbebat Senatui , gaudebat hoc spectaculo , ex quo potentiæ suæ magnitudinem satis colligere poterat , quum jam filiis ipsius tantum auctoritatis esset , ut legibus , quibus omnes obedire oportebat adæquarentur, dubiusque inter utramque partem disceptaret Senatus , utri plus deferret.

Lætabatur.] Ultro relinquebat hanc *speciem* libertatis , & Reipub in re levi, sed *species* fuit hactenus , donec ficta illa libertas etiam interiret.

3. *Victa est.*] Vertit interpres Gallicus. Victa est lex paucis suffragiis , nec statim , quomodo & vincebantur leges, cum vigerent. bene.

Victa est.] Victa lex est, sed post longam contentionem , neque multis suffragiis , eodem plane modo , quo olim etiam intemerata adhuc Reipub. libertate , quum maxima legum auctoritas esset , aliquoties evenit , ut vincerentur.

4 *Sed neque statim & paucis suffragiis.*] Non statim victa est lex favore Cæsarum seu filiorum principis , sed solummodo post contentiones plurimas , cessit lex favori. & *paucis suffragiis* etiam victa est.

Quod summum argumentum est adhuc floruisse Rempub vignisse libertatem aliquam in Patribus qui tuerentur legem, neque cederent statim ita ut parum abfuerit quin lex vinceret gratiam, auctoritatemque dominantium : adeo multi senatores tuebantur legem , ut fere paria utrimque suffragia fuerint

Attamen hoc fuit discrimen veteris po-

ne 1 Numida in castris Romanis 2 auxiliaris stipendia meritus, mox desertor, vagos primum, & latrociniis suetos ad prædam & raptus congregare; dein more militiæ 3 per vexilla, & turmas 4 componere, postremò non inconditæ turbæ, sed 5 Musulanorum dux haberi. valida ea gens, & 6 solitudinibus Africæ propinqua, 7 nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma 8 Maurosque accolas in bellum traxit. dux & his Mazippa. divisusque exercitus: ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos castris attineret, disciplina & imperiis suesceret: Mazippa levi cum copia incendia, & cædes terrorem

INTERPRETATIO.

tu Romanorum inter auxiliares militaverat, dein relictis castris, palantes initio & latrocinari solitos ad prædam & rapinas contrahere cœpit. *dein ex militari disciplina per cohortes & alas ordinare. Denique non disjecti inordinatiue agminis, sed Musulanorum dux appellabatur. Fortis ea natio & vicina desertis Africa, nullis* ibi *adhuc oppidis exstructis, capessit arma, & Mauros contermminos in* societatem *bello acciuit. iis etiam præerat Mazippa;* sicque *partiti* sunt *copias, ut Tacfarinas robora virorum, & Romano more armatos in vallo, seu munimentis contineret, ut sic militia, & mandatis*

NOTÆ.

puli Romani quod tunc uni, non ordini, singulis, non publicè vicerint, qui legem suis suffragiis vicerunt. sed de his alibi.

1. *Numida.*] Numidia, provincia Africæ minoris ad mare Africum. hodie *Constantina* provincia regni *Alger*, in Barbaria, *sub clientela* Turcarum. *Tillemonius.*

2. *Auxiliaris.*] Inter auxiliares, *Numidas* nempe.

3. *Per vexilla & turmas.*] Singulis centuriis, singula vexilla erant. Turma est equitum 32.

Per vexilla & turmas.] Per *vexilla*, id est, *per cohortes*, quæ peditum, per *turmas*, seu per alas, quæ equitum.

4. *Componere.*] Ita auctus erat, ut in faciem disciplinæ militaris, equites suos, peditesque, illos in turmas, hos in vexilla distribueret.

5. *Musulanorum.*] Misulani, vel Musulani civitas, vel natio libera Africæ propriè dictæ intus, & in finibus Numidiæ provinciæ ex Plinio lib. 5. cap. 4. & Ptolemæo. *Tillemonius.*

Musulanorum dux.] Duas in his partibus gentes nobiles, & vetustas memorat Plinius: unam *Musulanorum*, alteram *Maurusiorum.* Illam exstinctam scribit idem suis temporibus, licet hodie etiam longe clarissima dicatur apud illas gentes, ut ait Leo Africanus. A. lib. 4. Ann *Musulamos*, eos appellat, quod rectius videtur ex Ptolemæo.

6. *Solitudinibus.*] Ea gens solitudinibus Africæ propinqua est, nec urbes in iis locis erant, quibus velut frænis incondita populorum multitudo coërceretur.

7. *Nullo etiam tum.*] Nullas urbes ævo Tiberij habuere illi Nomades, neque forte etiam ævo Taciti, unde facilitas belli capessendi, & difficultas eos coërcendi: postea deductæ sunt coloniæ quibus ad obsequium cogerentur, & sensim mansuefierent.

8. *Maurosque.*] Mauri populi Mauritaniæ. Mauritania verò fuit regio Africæ citerioris ad Oceanum Atlanticum, & ad mare Mediterraneum. hodie regnum *Fez*, partesque majores regnorum. *Maroc* & *Alger*, in Barbaria. *Tillemonius.*

circumferret. compuleramque 1 Cinithios haud spernendam nationem in eadem; cum Furius Camillus 2 proconsule Africæ, legionem, & quod sub signis sociorum, in unum conductos ad hostem duxit. modicam manum si 3 multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares: sed nihil æque cavebatur, quam 4 ne bellum metu eluderent. spe victoriæ 5 inducti sunt, ut vincerentur. Igitur legio medio, leves cohortes, duæque alæ in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectavit. fusi Numidæ, multosque post annos 6 Furio nomini partum decus militiæ. 7 nam post illum reciperatorem urbis, filiumque ejus Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memoravimus, bellorum expers habebatur. 8 Eo

INTERPRETATIO.

ipse milesque assuesceret. Mazippa cum expedito agmine ignem, ferrumque & formidinem passim inferret. Traxerantque in easdem partes *Cinithios gentem haud temnendam, cum Furius Camillus proconsul Africæ adversus hostem duxit legionem, & quotquot sub vexillis auxiliares erant, simul* ideo *contractos, congregatosque. tenue agmen, si turbam ingentem Numidarum atque Maurorum inspiceres; sed nihil perinde metuebatur, quam ne prælium formidine detrectarent, spe vincendi incitati sunt, ut vincerentur. Igitur legio in acie, expedita cohortes, duæque alæ in cornibus ordinantur. Nec Tacfarinas certamen abnuit. Fugati Numidæ, & post multas ætates Furiæ genti quæsita belli gloria. quippe post illum vindicem Urbis, & filium ejus Camillum, penes alias domos imperatorium decus fuerat. Atque ille, de quo retulimus, militiæ rudis existimabatur, eoque*

NOTÆ.

1. *Cinithios.*] Cinithij, populi Africæ minoris ad Tritonem fluvium, ex Ptolem. lib. 4. c. 3. *Tillem.*

Cinithios.] Sunt in Africa *Cinithij*, qui à Ptolemeo *Cinithæ dicuntur*, ubi de Numidica Africa, & non longe à Tritone fluvio, ut sunt Cinyphij, à flumine dicti Cinypho. *Aurelius.*

2. *Proconsul Africæ.*] Africa proconsulatus, & provincia Africæ minoris, ad mare Africum. hodie pars regni *Tunis* in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemontius*

3 *Multitudinem.*] Sed numerus ille ingens non modo non deterruit Camillum, imo ad victoriam magnopere contulit, quia nihil æque metuebatur, quam ne arma Rom. diductis copiis eluderent.

4. *Ne bellum.*] Ne nempe bellum belli metu effugerent, ne pugnæ cum Rom. conserendæ metu bellum eluderent, vitarentque.

5. *Inducti sunt.*] Effectum est, ut spe victoriæ obtinendæ illecti Afri ad manus venirent, & à Romano milite, qui ad pugnam statariam exercitatus erat, vincerentur.

6. *Furio.*] Post Camillum, qui Romam à Gallis captam recuperavit, atque illius filium nemo in illa domo imperatoria laude floruit.

7. *Nam post illum.*] Tamen ex eadem gente duo adhuc triumphi notantur, alter P. furij de Galleis, anno DXXX, alter L. Furij Purpureonis de eisdem Galleis DLIII Hujus autem Camilli, de quo nunc, filius credo fuit, qui imperium temporibus Claudij frustra sibi vindicavit *Lipsius.*

8. *Eo pronior.*] Eo pronior fuit & promptior Tiberius ad celebrandas Camilli res gestas, quod *bellorum expers habebatur*: nam si belli fama, & imperatoria laude conspicuus fuisset, eo lentius eum

pronior Tiberius 1 res gestas apud Senatum celebravit: & decrevere patres triumphalia insignia. quod Camillo 2 ob modestiam vitæ impune fuit. Sequens annus Tiberium tertio, 3 Germanicum iterum consules habuit. sed eum honorem Germanicus iniit apud urbem 4 Achaiæ 53
5 Nicopolim, quo venerat per Illyricam oram, viso fratre Druso in 6 Dalmatia agente, 7 Hadriatici ac mox 8 Ionij maris adversam navigationem perpessus. igitur paucos dies insumpsit reficiendæ classi, simul sinus 9 Actia-

INTERPRETATIO.

promptior Tiberius laudavit res gestas illius *apud Patres, qui decreto concessere ei ornamenta triumphalia, quod Camillo propter moderationem animi innocuum fuit. Sequente anno Tiberium tertium, Germanicum secundum consulatum obtinuere. Sed eam dignitatem Germanicus auspicatus apud civitatem Achaiæ Nicopolim, quo appulerat per Illyricam provinciam, viso fratre Druso; qui tum in Dalmatia versabatur, cum improsperam navigationem Adriatici pelagi, ac mox Ionij expertus esset. Igitur aliquot*

NOTÆ.

apud patres, plebemque celebrasset. Neque enim magnas virtutes sectabatur Tiberius.

Eo nunc pronior Tiberius, quod talem delegisset, qui tamen *rebus par* esset, & famam, seu opinionem sui superasset.

1. *Res gestas.*] Quod in causa fuit cur Tiberius, qui eminentes civium virtutes suspectabat, metuebatque, promptius, magisque fida oratione res ejus gestas apud Patres laudaret.

2. *Ob modestiam.*] Quia honorem illum modeste ferebat, neque se ob res præclare gestas extollebat, invidiam suspicionemque Tiberij, quibus viros claros, & rerum avidos insequebatur, inconcussus evasit.

3. *Germanicum iterum.*] De isto Germanici consulatu marmor Brixiæ GERMANICO CÆSARI. TI. F. AUG N. PONTIF. Q. COSS. II. D. D *Aurelius.*

4. *Achaia Nicopolim.*] Bene latè *Achaia* nomen sumit, non pro Græcia solum (quod alibi annotamus) sed pro Epiro, ubi sane hæc urbs est, ab Augusto structa ad Ambracium sinum: monumentum scilicet victoriæ Actiacæ. Credo ideo, quia illo ævo tota hæc regio uni præsidi permissa, ideoque & nomine uno dicta.

5. *Nicopolim.*] Nicopolis, urbs Albaniæ regionis minoris, ad sinum Ambracium, in Epiro provincia Græciæ. hodie *Prevetza*, arx regiunculæ *Larta*, & ad ostium sinus *de l'Arta*, in Epiro. hodie provincia imperij Turcici Europæi. ex Ptolem. lib. 3. cap. 14. &c. *Tillemonius.*

6. *Dalmatia.*] Vel Illyricum propriè dictum. vide notas sup. ad cap. 44.

7. *Hadriatici.*] Hadriaticum, seu Adriaticum, & superum mare, pars maris Mediterranei alluens oram septentrionalem Italiæ, Illyricum occidentale, & partem Græciæ regionis. hodie *Golfe de Venise*, nomen antiquum etiam retinet, & inter Italiam hodiernam, imperiumque Turcicum Europæum, &c. *Tillem.*

8. *Ionij.*] Ionium mare, pars est maris Mediterranei alluens partem meridionalem & orientalem Italiæ regionis, partemque lateris occidentalis Græciæ regionis hodie vocamus, *mer Ionienne*, vel *mer de Grece*, est inter oram orientalem, & meridionalem regni Neapolitani, partemque oræ occidentalis Romeliæ regionis. *Tillem.*

9. *Actiaca.*] Suet. Aug 18. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludosque illic quinquennales constituit, & ampliato veteris Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat*

-cà victoriâ inclitos, & 1 sacratas ab Augusto manubias, castraque Antonij cum recordatione majorum suorum adiit namque ei, ut memoravi, avunculus Augustus, avus Antonius erant, magnaque illic imago 2 tristium lætorumque. Hinc ventum 3 Athenas, fœderique sociæ, & vetustæ urbis datum, 4 ut uno lictore uteretur. Excepere

INTERPRETATIO.

dies reparandis navibus impendit, eodemque tempore sinus Actiaca pugna celebres, & dicata ab Augusto spolia, munimentaque Antonij non sine memoria avorum suorum invisit, quippe, ut retuli, is avunculum Augustum, & avum Antonium ferebat, ingensque illic species rerum adversarum, secundarumque. Hinc Athenas venit, & id tributum societatis fœderata & antiqua civitatis, ut unus ei lictor praeiret. Illum excepere

NOTÆ.

usus, exornatum navalibus spoliis Neptuno ac Marti consecravit.

Et infra Aug. 96. *Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini: bestia Nicon, erat nomen. utriusque simulacrum æneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.*

Actiaca.] Actium promontorium, & oppidum Acarnaniæ regionis minoris ad sinum Ambracium, in Achaia provincia Græciæ. hodie promontorium vocatur *Cabo Figalo*, est ad sinum *de l'Arta*, in Livadia seu Achaia provincia imperij Turcici Europei, *Actium* vero oppidum nunc est castellum vulgo *Dardanello*, ad os sinus Artæ, *Tillem.*

1 *Sacratas ab Augusto manubias.*] Ex quibus templum Apollini struxit Augustus, ludosque quinquennales instituit. Sueton Aug 18.

Dio lib. 51. ait Augustum lapidibus quadratis, locum, in quo tetenderat, & castra habuerat à fundamentis struxisse, & rostris captarum navium instruxisse apud Nicopolim.

2. *Tristium, lætorumque.*] Tristium, si Antonium spectaret; lætorum, si Augustum. Et ipse ab utroque, in utrumque adfectus.

Tristium.] Quia Augustus Germanici magnus avunculus, Antonius avus fuerat, eodemque in loco vestigia celebratissimæ pugnæ admonebant, cum, & maximæ calamitatis quam Antonius ibi incurrisset, & maximæ felicitatis, quam Augustus inde reportasset, varia lætorum, tristiumque imagine.

3. *Athenas.*] Athenæ nunc *Setine* Græciæ clarissima urbs armis quondam, & literis; à Cecrope condita, & sic de Minervæ nomine dicta. Nunc obscurior arcem habet munitissimam. urbs archiepiscopalis.

Athenas.] Athenæ, urbs Atticæ regionis minoris, in Achaia provincia. hodie vocatur *Athina*, à Turcis & Græcis recentioribus. urbs est Achaiæ, seu Livadiæ provinciæ, in Turcico imperio Europæo *Tillem.*

4. *Uno lictore.*] Athenis non duodecim lictoribus (ut mos consuli) sed uno stipatus incessit. Hoc dedit honori priscæ & clarissimæ urbis, ut apparatum fortunæ minueret Imitatu primorum consulum qui secures abjecere. populum venerantes & quandoque fasces submiserunt.

Uno lictore uteretur.] Vim, terroremque imperij Romani ostendebant, *lictores, secures, fasces.* Ideo cum, adempto illo metu, magistratus quasi ad amicos agere volebant, removebant *insignia* potestatis.

Sic Antonio olim in eadem urbe (ait Appianus.) ἐξῄει ἄνευ σημείων σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, ἐς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις. *Antonij egressus erant sine insignibus potestatis cum duobus amicis, & duobus assecla*

2 Græci [3] quæsitissimis honoribus , vetera suorum facta , dictaque

INTERPRETATIO.

Athenienses eximiis honoribus , prisca suorum facinora, dictaque exhibentes , (sic pa-

NOTÆ.

tantummodo ad magistrorum disserta-tiones , auditionesque. Et Tiberius Rhodi , *genus vitæ admodum civile instituit sine lictore aut viatore , gymnasia interdum obambulans* Sueton. cap. 11.

1 *Græci.*] Populi Græciæ. Græcia vero regio est Europæ veteris in latere meridionali. hodie pars major præfecturæ *Romelia* , vulgo *Beglerbeglic de Romelie* cum Insulis adjacentibus sub præfecto *Maris*, seu *insularum* in Turcico imperio Europæo hæc regio ferè tota est sub dominio Turcarum. quod superest Reipublicæ Venetæ paret , ex chartis & tabulis Geograph. Sansonis. *Tillem.*

5. *Quæsitissimis.*] Sic Pompeius olim Athenis exceptus *quæsitis* etiam & fere divinis honoribus. Sic Plutar. in Pomp. *Non tamen Athenas pertransiit , sed cum ascendisset , remque divinam diis fecisset , populumque pro concione salutasset , cum statim abiret , legit scriptos in se versus , & ille , qui intus urbem inscriptus erat , sic habuit.* Quantum tu te nosti hominem , tantum deus es tu. *qui vero extra portam sic.* Te expectavimus , adoravimus , vidimus , deduximus. Græce sic habent. ἐφ' ὅσον ὂν ἄνθρωπος οἶδας , ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός. τὸ δὲ αὐτὸς προσεδεχόμεθα προσκυνοῦμεθα , εἴδομεθα , προπέμπομεθα·

2 *Vetera suorum facta, dictaque.*] Alij intelligunt vetera Atheniensium facta, dictaque . quibus ipsi olim ejusmodi magnorum hospitum adventum honestassent,

Alij sentiunt Athenienses vetera suorum facta dictaque inter alia prætulisse, ex quibus nimirum constaret , quanta fuisset , vel etiam quantopere nunc æstimanda esset ea respublica , quæ tanta veterum ducum , terum , consiliorumque gloria , atque magnitudine circumfusa, inter omnium maxima & antiquissima nunc haberet præsentem Germanicum , nobilissimi sanguinis , nobilissimæque virtutis principem intueri.

Vertit Italus interpres Davensatius , quasi ante Germanicum advenientem , seu obviam illi ferrent Athenienses vetera suorum majorum dicta , factaque.

Alamus interpres Hispanus , quasi exhiberent illi , seu ob oculos ponerent prisca dicta , factaque patrum suorum.

Interpres Gallicus , quasi prætulerint celeberrima facta , dictaque majorum inscripta , insculptaque in tabulis , &c. sed sensu inepto & insulso.

Quasi vero tabulis æneis , vel marmoreis insculpserint totam historiam ducum Miltiadis, Aristidis, Cimonis, Themistoclis, Alcibiadis, Phocionis , &c.

Quasi vero totam eloquentiam Periclis Lysiæ, Gorgiæ, Isocratis , Platonis , Æschinis , totque aliorum clarissimorum Oratorum prætulerint.

Potius est Athenienses prætulisse , jactasse , ostentasseque in concionibus , quibus Germanicum salutarunt , exceperuntque , veterem suorum ducum gloriam , seu virtutem bellicam , illamque in majus extulisse , celebrasseque.

Hæc sunt *facta* quæ exhibebant , ostentabantque , ut majus ex tali honorante populo decus , in Germanicum esset , nam certe decus eo majus , quo à majori , nobiliorique exhibetur.

Dicta autem , quæ illi prætulerunt Germanico obviam euntes, fuit tota illa gloria , quæ eloquentia tot præstantissimorum oratorum Athenis olim parta erat , & qua posteri fruebantur.

Itaque Athenienses , ut majori decore ornarent , exciperentque Germanicum , veterem suorum ducum gloriam , & priscorum oratorum suorum eloquen-

54 præferentes, 1 quo plus dignationis adulatio haberet. Petitâ inde 2 Eubœâ, tramisit 3 Lesbum, ubi Agrippina novissimo partu Juliam edidit. tum extrema Asiæ, 4 Perinthumque ac 5 Byzantium 6 Thracias urbes, mox 7 Propontidis 8 angustias, & 9 os Ponticum intrat, cupidine veteres locos, & fama celebratos noscendi; pariter-

INTERPRETATIO.

cis, bellique artes veterum ostentabant) *atque jactantes, quo plus dignitatis inesset adsentationi illorum. Hinc advectus in Eubœam, transmeavit Lesbum, ubi Agrippina postremo enixa Juliam peperit. tum ingreditur extremas Asiæ* oras, *Perinthumque, ac Byzantium civitates Thraciæ, mox fretum Propontidis, & ostium Ponticum init, desiderio visendi antiquas regiones, famaque inclytas, & simul reficiebat recreabatque provin-*

NOTÆ.

riam præferebant, ostentuique habebant.

Nec abs re cum Germanicus ipse utrasque partes egregie sustineret, cum pari gloria belli & eloquentiæ floreret, cum *ex utroque* vere *Cæsar* esset. sed ex brevitate Taciti majestas simul, & obscuritas nascitur.

1. *Quo plus dignitatis.*] Utque tam prona adulatio, non etiam indecora videretur, sed aliquid dignitatis haberet, memoraverunt, quibus factis, dictisque majores sui diversis temporibus ejusmodi magnorum hospitum adventum ornassent. *Freinsh.*

2. *Eubœa*] Insula Achaiæ provinciæ in mari Ægæo. hodie *Negrepont* in Archipelago sub præfecto maris, vel insularum, in Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

3. *Lesbum.*] Lesbos, una Sporadum insularum in mari Ægæo. & ante Troada provinciam Asiæ minoris. hodie *Metelin* prope Natoliam, in Archipelago, sub præfecto maris vel insularum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillem.*

4. *Perinthum.*] Perinthus, oppidum Europæ provinciæ, in Thracia regione, & ad Propontidem. hodie *Perintho*, oppidum Romaniæ provinciæ ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Europæo. *Tillem.*

5. *Byzantium.*] Et deinde Constantinopolis, urbs Europæ provinciæ, in Thracia regione, & ad Bosphorum Thracium. hodie à Turcis vocatur *Stambol*, & à Francis *Constantinople*, urbs est Romaniæ provinciæ in Turcico imperio Europæo; & ad fretum Constantinopolitanum, ad Marmaræ. Turcarum imperatores eam sibi Regiam constituerunt *Tillem.*

6. *Thracias*] Thracia, pars vel regio Illyrici orientis ad pontum Euxinum, Propontidem, & mare Ægæum. hodie *Romania* provincia & *Bulgariæ* pars, versus occidentem & orientem hibernos, in Turcico imperio Europæo. fuit etiam sub Romanis *Thracia*, provincia Thraciæ regionis jam dictæ hodie pars *Romania* provinciæ, &c. *Tillem.*

7. *Propontidis.*] Propontis, pars maris interni sive Mediterranei, alluens oras Thraciæ & Bythiniæ regionum. hodie vocamus *mer de Marmora*, vel *mer Blanche*, irrigat oras Romaniæ, & Natoliæ provincias imperij Turcici Europæi, & Asiatici. *Tillem.*

8. *Angustias.*] Intelligit partem septentrionaliorem Propontidis, & ubi incipit Bosphorus Thracius, de quo infra dicemus. *Tillem.*

9. *Ponticum.*] Id est Bosphorus Thracius, fretum, sive os quo pontus Euxinus in Propontidem se exonerat, inter Thraciam provinciam Europæ, & Bithyniam provinciam Asiæ. hodie vocamus *Detroit de Constantinople*, vel *Canal de*

que

que provincias internis certaminibus, aut magiſtratuum injuriis feſſas refovebat. atque illum in regreſſu 1 ſacra Samothracum viſere nitentem, obvii aquilones depulere. 2 Igitur Ilio, quæque ibi varietate

INTERPRETATIO.

cias inteſtinis diſcordiis, aut rectorum flagitiis & iniquitatibus exhauſtas. atque illum in reditu myſteria Samothracum intueri conantem, contrarij aquilones dejecere, Igitur viſo Ilio, quaque ibi viciſſitudine fortuna, & Romana gentis exortu ſuſpicienda

NOTÆ.

la mer Noire, eſt inter Romaniam, & Natoliam provincias imperij Turcici Europæi & Aſiatici. *Tillem.*

1. *Sacra Samothracum.*] Samothracia inſula non eadem cum Imbraſia, ut cenſet Muſarum decus, nec Imbraſus fluvius, ſive Parthenius in hac, ſed in Ionica Samo, quæ ideo *Parthenias* dicta, ut diſcimus ex Strabone, Plinio, & Hygino. Euſtathius: Ἡ δὲ θρακία σάμος λέγεται καὶ σαμοθράκη συνθέτως. καλεῖται καὶ ὕστω πρὸς διαστολὴν in Theſauro Geographico, quem vide.

Ideoque firmanda in Varrone priſca lectio. *Terra & cælum, ut Samothracum initia docent, ſunt Dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samothracia* (non *Ambracia*, aut *Imbraſia.*) *ante portas ſtatuit duas viriles ſpecies aheneas, dei magni: neque ut volgus putat, hi Samothraces dij, qui Caſtor & Pollux: ſed hi mas & femina. & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic Divi potes; & ſunt pro illis, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοί.*

Initia quæ Varro dicit, ſunt hæc ſacra, de quibus noſter, ſacra religioſa in primis etiam apud Romanos. Ideo Poëta ſatyricus: *Juret licet & Samothracum, Et noſtrorum aras.*

Suidas: *in Samothracia quadam erant cærimonia, quibus initiari videbantur ad avertenda certa quadam pericula. Erant etiam ibi myſteria Corybantum & Hecates.*

Propter religionem loci, confugiebant illuc olim nocentes, ut colliges ex 2. Anthologiæ, & facto Perſei Macedonum regis, apud Livium. Adde Strabonem lib x. *Lipſius.*

Sacra Samothracum.] Samothrace eſt inſula in mari Ægæo, oppoſita Thraciæ. In ea fiebant myſteria Corybantum, quos & *Cabyros*, & *Telchinas*, & *Idæos dactylos* vocabant, ſimilia Orgiis Bacchi, aut cybeles, tumultus & inſaniæ plena, unde κορυβαντιᾷν Ariſtophani in Veſpis, eaque de cauſa vocat eam Dionyſius κορυβάντιον ἄστυ.

Magna in veneratione erant apud veteres, & qui eorum dæmonum nomina edidicerant, in terroribus ea pronunciabant, ſeque ita putabant tutos fore.

Plutarchus libello Quomodo quis ſentiat ſe profeciſſe in virtute. *Qui didicere nomina Idæorum Dactylorum, his utuntur adverſus pavores, velut alexicacis, ſeu remediis, quietè ſingula pronunciantes.*

Quo reſpiciens Ariſtophanes in Pace, ita, conſpecto bello, vindemitorem loquentem facit. ἄνδρες τί πείσομεθα; νῦν ἀγὼν μέγας. Ἀλλ' εἴτις ὑμῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει μεμυημένος, νῦν ἐστιν εὔξασθαι καλόν. *O viri, quid faciemus? nunc magnum diſcrimen inſtat. Sed ſi quis veſtrum initiatus eſt myſteriis Samothracum, nunc certe precari opera pretium ſit.* Cur *Dactyli* dicti ſint, cauſa eleganter à Diomede grammatico refertur.

Samothracum.] Samothrace, inſula Thraciæ regionis in mari Ægæo. hodie *Samandrachi* prope Romaniam provinciam in Archipelago, Turcis paret. *Tillemonius.*

2. *Igitur Ilio quaque.*] Simili fere modo, lib. 2. hiſt. 4. *Titus ſpectata opu-*

fortunæ ; & nostri origine veneranda , relegit Asiam [1], appellitque

INTERPRETATIO.

sunt, *relegit Asiam acceditque Colophena , ut Clarij Apollinis oraculum consuleret.*

NOTÆ.

lentia, denisque Regum , quaque alia latum antiquitatibus Græcorum genus incerta vetustati affingit , &c.

Igitur aliaque.] Sic vetr. turbatus locus, aut mutilus. Si turbatus tantum, sic reponito. *Atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem , aliaque , qua ibi varietate fortuna , & origine nostri veneranda , obvij Aquilones depulere. Igitur relegit Asiam.* Sed quæ varietas fortunæ, aut origo Romanorum, in Samothrace ? Principem Trojanæ generis inde: à Trojanis autem Romani. Dionysius lib. 1. Dardanus facit in hanc insulam venisse, quæ tunc *Melane* dicta, & pulsum inde sterilitate soli, devenisse in ea Phrigiæ loca, ubi post Troja. Ideò olim *Dardania* dicta Samothrace , ut Plinius auctor.

Bene ergo *origine nostri*, sed & Varro 2. humanarum. *Dardanum deos penates ex Samothrace in Phrygiam, Æneam ex Phrygia in Italiam advexisse* , tradidit. Et quædam huic rei suggeret Servius in illud Vatis magni, *antiquam exquirite matrem.*

Varietatem fortunæ, vel ad Dardanum refer, vel ad Romanos, qui ex tam parvis magni. Fieri tamen potest , ut mutilus locus sit , fueritque aliquid de *Ilio* , etiam insertum , fonte non dubio Romulæ gentis. *Lipsius.*

Igitur aliaque qua ibi.] Subscribo uni Freinshemio , cujus ipsa prorsus conjectura olim & mihi nata est : ut pro *aliaque qua* sit : *Ilio quaque.* Intelligimus Trojæ reliquias conspectas Germanico, non quum transiret angustias Hellesponti , & ad στόμα πόντου properaret , ut vult Salinerius (etsi præter ea *extrema Asia* à Lesbo conscendenti, brevis cursus Seston, & ad Europæum Hellesponti , ac Propontidis latus fuerit,) sed regresso , cum & alia superiora lateris Asiatici eum prælegisse otiosius credibile est.

Ibi forte navibus ad Sigæum appulsis venit ei in mentem de Samothracum diis venerandis, jamque eo velis, & remis tendebat ; sed illum è Septentrionum filiis , præcipue quem Trasciam vocant, pertinaciter adversus, ab incepto desistere compulit.

Igitur Ilio quaque ibi , hoc est, igitur continuato itinere ab Ilio, quod redux à Bosphoro Thracio tenuit, & illis, quæ istic loci, vel quod varia sorte celebris fortunæ ludus fuerunt, nunc splendida regna, nunc rudera, & cadavera civitatum, vel quod inde origo Romanæ gentis descendit , conspecta nec sine sacro horrore, & religione quadam visenda ; his inquam relictis, ut inceperat , Asiæ oram legere pergit. Ideo relegit. *Gren.*

Igitur alia.] Sic in veteribus. Repone: *Igitur Ilio quaque ibi varietate fortuna*, & tepete voces illas supra : *visere nitentem. Igitur* viso *Ilio* , nam sæpe sic eandem vocem refert Tacitus ad plura , licet diversa, ut sæpe dixi. Sic igitur intellige, quasi scripsisset ; Igitur viso Ilio, & iis quæ ibi varietate fortunæ, & nostri origine veneranda sunt, relegit Asiam, &c.

Et in hoc nulla difficultas, præsertim pro genio Taciti , in quo multa sæpe per mentem suppleri debent, res enim breviter exequitur, & se lectori suffurari gaudet , nisi admodum attentus sit. forte scripserat ; *Igitur viso Ilio , aliisque qua ibi varietate fortuna* , vel quid simile , ita ut vox similis aliam similem ejecerit ; sed nobis sufficit , habere verum Taciti sensum , licet aliqua vocula desit.

Ilio.] Ilium adpulsus est, inspexitque vestigia antiquitatis , quæ ibi monstra-

1 Colophona, ut 2 Clarij Apollinis 3 oraculo uteretur. Non femina illic, ut apud Delphos, sed certis è familiis, & ferme 4 Mileto accitus sacerdos, numerum modo consultantium, & nomina audit: tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua: 5 ignarus plerumque litterarum & carminum, edit responsa versibus, compositis super rebus, quas quis 6 mente concepit. & ferebatur Germanico

INTERPRETATIO.

Non mulier illic, ut apud Delphos, sed è certis familiis, & plerumque Mileto evocatus sacerdos, numerum tantummodo interrogantium, & vocabula percunctatur. Tum in speluncam descēdens, cum è sacro fonte lympham potavit, rudis ferme litterarum & versuum, promit responsa, stricta oratione, de rebus, quas quis animo agitavit, & dicebatur Germanico properam mortem *prædixisse, per ænigmata, ut oracula solent. At Cn. Piso,*

NOTÆ.

bantur, non tantum ob originem Romanorum, quorum majores cum Ænea inde profecti creduntur, veneranda; verum etiam ob varietatem fortunæ, per quam urbs olim florentissima, tum in modici oppidi speciem redacta, ex veteri magnificentia, nihil præter informia tudera præferebat.

1. *Colophona*] Colophon, urbs Ioniæ provinciæ ad oram maris Ægæi, in Asia minore. hodie non est amplius. *Till.*

Colophona Clarij.] Claros navale Colophoniorum Plinius lib. 2. cap 103. *In Apollinis Clarij specu lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula, bibentium breviori vita.* Plin. 5. 29. & 6. *Epheso Manteium aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, Haleso affluente: inde Apollinis Clarij fanum* Tertull. de Anima. *Lymphaticos efficit Colophonis scaturigo dæmoniaca.* Euseb. de præp. Evang. l. 2. c. 5. *Castalius & Colophonius fontes.*

2. *Clarij Apollinis.*] Apollinis Clarij fanum, & specus fuit in Colophone oppido Ioniæ provinciæ ex Plinio lib. 2. c. 103. & l. 5. c. 29. *Tillem.*

Clary Apollinis oraculo.] Strabo tamen, qui huic ætati compar, ita loquitur de hoc oraculo, tanquam nullum tunc fuerit. κολοφὼν πόλις ἰωνικὴ, καὶ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτὲ παλαιόν. *Colophon urbs Ionia, & prope ipsam lucus erat Apollinis Clary, in quo & olim erat oraculum vetus.*

3. *Oraculo uteretur.*] Dixit Græcorum more, uti oraculo, pro *oraculum consulere.* Illi enim dicunt χρῆσθαι, ac mihi videtur exoticum illum sermonem Græcorum imitari voluisse, novitatis aucupio gratiam elocutioni quærens. *Turnebus.*

4. *Mileto.*] Miletus urbs maritima Ioniæ provinciæ, in Asia minore. hodie in ruinis jacet. vocatur *Palastchia*, est in præfectura Natoliæ ad Archipelagum; sub Turcico imperio Asiatico ex itinerario I Spon. *Tillem.*

5. *Ignarus litterarum.*] *Liberalium* studiorum, alij tamen accipiunt pro ipsis *elementis.*

6. *Mente concepit.*] Nutu oracula reddebant, ut sola mente consulebantur. Sic & ipse Ammon hircino capite & pelle amictus, multis ceremoniis celebratus. Hunc sacerdotes quum responsa peterent, aurato navigio vectare, & patrium carmen canere, eoque propitiato petentibus responsa dare solebant, quæ non verbis, sed nutu, signisque subobscuris ab Ammone edebant.

[1] per ambages, ut mos oraculis, [2] *maturum exitium* cecinisse. At Cn.
55 Piso quo properantius destinata inciperet: civitatem Atheniensium [3] turbido incessu exterritam 4 oratione sæva increpat; obliquè Germanicum perstringens, *quod contra decus Romani nominis, 5 non Athenienses tot cladibus 6 extinctos, sed 7 colluviem illam nationum comitate nimia coluisset. hos enim esse Mithridatis adversus Sullam, Antonij adver-*

INTERPRETATIO.

quo citius aggrederetur ea quæ struebat animo; ingreditur *urbem Atheniensium, turbulentoque agmine perculsam, verbis atrocibus incusat, indirectè Germanicum incessens,* quod præter dignitatem Romani nominis, nimia urbanitate demeruisset, non *priscos illos* Athenienses & tot casibus exitiisq; deletos, sed fœdam illam coïtionem gentium, quippe hos esse socios Mithridatis contra Sullam, & Antonij adversus Augustum.

NOTÆ.

1. *Per ambages.*] Virgil.
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrēdas canit ambages, antroque remugit
Obscuris vera involvens.

2. *Maturum exitium.*] Imo *Immaturum* fuit & acerbum exitium, certe Immaturo fato abreptus est Germanicus, nempe tertio & trigesimo ætatis anno, sed *maturum* fuit exitium, si spectes tempus mortis, quod prope instabat, si festinatam ante tempus, & maturatam perniciem consideres. Sed tamen etiam immaturum, & acerbum illud funus, si naturam intueris, si ætatem qua periit spectes.

3. *Turbido incessu.*] Noster Jurisconsultus in L. Observare de offic. Procons. D. *Recte*, inquit, *& ordine faciet, si edictum decessori suo miserit* (loquitur de Proconsule) *significetque quo die fines sit ingressurus. Plerumque enim incerta hæc, & inopina turbant provinciales.*

4. *Oratione.* Quam habuit pro concione apud populum, puto, in theatro, ut mos Græciæ fuit, nec tot tantaque flagitia ipsis exprobare potuit, nisi oratione perpetua.

5. *Non Athenienses.*] Plutar. in Sylla. *Sero tandem vix misit de pace duos vel tres compotorum suorum, quibus, cum nihil salutare afferrent, sed tantummodo Theseum & Eumolpum, & Medorum bella jactarent, Sylla, abite, inquit, ò boni homines, & sermones istos vobis servate. Ego enim non philologus Athenas, missus sum, sed vindex & subversurus eos, qui ad hostem defecerunt.*

6. *Extinctos.*] Idem Plut. in Sylla. *Cum decus veterum Atheniensium celebrasset Sylla, dixit se gratificari, seu condonare quidem multos paucis, vivos mortuis.* quæ certe explicant ea quæ supra Tacitus habet cap. 53. *vetera suorum facta dictaque præferentes.* quod præcipue intelligo de Atheniensibus, qui sibi uni pacis belliqne artes vindicarunt.

Exstinctos.] Nam post tot clades nihil veteris, verique Atheniensium sanguinis superesse; sed variatum nationum, quæ eo confluxerint, fœdam colluviem, quæ nunquam fida Romanis fuerit, sed modo cum Mithridate adversus Sullam, modo cum Antonio, &c.

7. *Colluviem.*] Justinus lib. 2. cap. 6. *Quippe non advena, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit: sed eodem innati solo, quod incolunt, & quæ illis sedes, eadem origo est.*

Colluviem.] Sic vocat Athenienses, vel quia revera confluxerant Athenas multi Barbari opportunitate portus, marisque, seque societate, & nuptiis, veris, veteribusque familiis se immiscuerant, vel quia tum degeneraverant illi à fama, virtute, doctrinaque & ceteris bonis artibus veterum Atheniensium.

sus divum Augustum socios. etiam 1 vetera objectabat, quæ in Macedones improspere, 2 violenter in suos fecissent; offensus urbi propria quoque ira; quia Theophilum quendam 3 Areo judicio falsi damna-

INTERPRETATIO.

prisca quoque exprobrabat, quæ adversus Macedonas infeliciter, immaniter in suos egissent: infensus civitati proprio etiam odio, quod obtestationibus suis non donarent quendam Theophilum, Areopagitarum decreto, falsi condemnatum. Deinde propera na-

NOTÆ.

Sicque illos opponit, eum vocat *colluviem*, priscis illis Atheniensibus, qui se αὐτόχθονας dicebant, id est procreatos in ipsa, seu ex ipsa eadem terra, quam incolerent; ita ut nulla commixtione aliorum populorum infecti, aut contaminari, sed sinceri essent, genuinique populi; & ut habet Tacitus de Germanis cap. 3. *Germaniæ populos nullis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & sinceram, & tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur.*

Constat autem nullos socios olim admisisse in urbem veteres Athenienses, & paucos civitate sua donasse, nec eum extraneis fœminis matrimonio copulatos, alioqui pueri ex iis procreati, nothi, & illegitimi habebantur.

1. *Vetera.*] Obsoletaque crimina iis objiciebat, quod nimirum per superbiam, atque contumaciam adversus Macedonum Reges, imperium, opes, denique libertatem amiserint.

2. *Violenter in suos.*] De qua re legendus Valer. Max. 5. 3. *Lucet Marathon Persicis trophæis: Salamis, & Artemisium Xerxis naufragia numerantur: prævalidis manibus exhausta mœnia, pulchrioribus operibus consurgunt: harum rerum auctores ubi vixerint, ubi jacent, responde. Nempe Thesea parvulo in scopulo sepeliri, & Miltiadem in carcere mori, & Cimona paternas induere catenas, & Themistoclem victorem victi hostis genua complecti, Solonemque cum Aristide, & Phocione penates suos ingrata fugere coëgisti, cum interim cineribus vestris fœde ac miserabiliter dispersis, Oedipodis ossa, cæde patris, nuptiis matris contaminata, inter ipsum Areopagum, divini, atque humani certaminis venerabile domicilium, & excelsis præsidiis Minervæ arcem, honore aræ decorata, quasi sacrosancta colis.*

3. *Areo judicio.*] Græce Ἄρειος πάγος, Martius vicus, vel Colliculus, id nomen reste Pausania in Atticis, adeptus; quod Mars ibi primus, Halirrhotio interfecto, judicio se sistere fuerit coactus.

Hic senatus Areopagitarum, quem velut alteram anchoram populari imperio adhærere voluerat Solon, judicium exercebat *de cæde, vulnere de industria, facto, de incendio, veneno*, si quis eo dato necem attulisset, & *parricidio*, iis tamen exceptis, qui *adulterum* deprehensum cum uxore *interfecissent.*

Præcipue vero *de impietate*, sicut apparet ex eo, quod de Theodoro illo Atheo narrat Laërtius. Refert idem Socratem ab Areopagitis damnatum, quod non eosdem, atque civitas Deos putaret, & *nova numina* inveheret.

Fuit hæc curia judicum Atheniensium sita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια, quæ vocant, ut testatur Pausanias: ideoque *Areopagus* vocata est, quasi *Martius collis*; vel quod Marti consecratus esset collis iste, vel quod primus Mars (ut fabulantur) cædis causam in eo judicio dixisset.

Antequam actio intenderetur, cogebantur actor, & reus gravissimo se jurejurando obstringere, & bis inde causam orare.

tum, precibus suis non concederent Exin navigatione celeri [1] per Cycladas, & compendia maris, adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum, haud nescium quibus insectarionibus peritus foret: sed tanta mansuetudine agebat, ut cum orta tempestas raperet in abrupta, possetque interitus inimici ad casum referri, miserit triremes, quarum subsidio, discrimini eximeretur. Neque tamen mitigatus Piso, & vix diei moram perpessus, linquit Germanicum, prævenitque. & postquam Syriam ac legiones attigit, [2] largitione, ambitu, infimos manipularium juvando, cum [3] veteres centuriones, severos tribunos demoveret, locaque eorum clientibus suis, vel deterrimo cuique attribueret, [4] desidiam in castris, licentiam in urbibus, vagum ac lascivientem,

NOTÆ.

vigatione per Cycladas, qua brevissimum mari iter erat, attigit Germanicum Rhodi, haud ignarum, quibus probris lacessitus foret: sed is adeo leniter se gerebat, ut cum saviente procella, in scopulos abriperetur Piso, *possetque exitium infensi* hominis *in fortunam refundi, miserit naves, quarum ope, periculo eriperetur. Neque propterea placatus Piso, &* vix unius *diei spatium moratus, deserit Germanicum, prævertitque. Et ubi Syriam ac legiones adsecutus est, liberalitate & ambitione vilissimos caligarum fovendo, cum vetustos centuriones, & disciplina tenaces tribunos depelleret, muniaque illorum amicis & fautoribus suis, vel pessime cuique concederet, inertiam in castris, lasciviam in oppidis;*

NOTÆ.

Judices autem sedebant in duobus *argenteis scabellis*, quorum unum, teste Pausania, *conteumelia*, alterum *impudentia* dicebant, atque ita noctu, & sub dio, summo cum silentio, audiebant causas, adempta conciliandorum affectuum facultate, ne judicum animus à norma recti deflecteret. Nemo judex recipiebatur, nisi nobilitatis & virtutis probatæ, nemo, nisi qui magistratu fungeretur aut functus esset; in quibus ipse *Rex sacrorum*, sed deposita corona judicabat.

Areo judicio] Lego *Areo judicio*, hoc est, judicio Arei pagi, τῷ ἀρειωπαγίῳ. Dicasterij horum nomen erat apud Athenas, ἀρειοπαγῖται, ubi capitales causæ cognoscebantur. *Rhenanus*.

1. *Per Cycladas.*] Cyclades, insulæ Achaiæ provinciæ Græciæ, in mari Ægæo. hodie Franci vocant *les Cyclades*, sunt in Archipelago, & sub præfecto maris, sive insularum, in Turcico imperio Europæo. *Tillem.*

Cycladas.] Cyclades insulæ maris Ægæi numero 50 sic dictæ, quod veluti circulum inter se faciant, Aliis 54. Quæ unà cum Sporadibus dicuntur. *l'Isole delle Arcipelago.*

2. *Largitione ambitu.*] Nullo ambitionis genere abstinuit, quo militem sibi conciliaret, sed muneribus, comitate, alloquijs, ostentatione curæ, quam pro eo gereret, quamque sollicite rationem ejus haberet, adjuvando etiam infimos, &c.

3. *Veteres centuriones.*] Veteres militiæ centuriones removebat, ut novos in illorum locum substitueret, hacque arte clientes proveheret, sibiq; sic plures conciliaret, devinciret.

4. *Desidiam.*] Patiendo ut miles in castris sine labore & opere, in urbibus licenter ageret, per agros autem suo arbitratu vagaretur, ita corrupit, &c.

per agros militem fineret, eò usque corruptionis provectus est, ut sermone vulgi *parens legionum* haberetur. Nec Plancina se intra decora feminis tenebat; [1] sed exercitio equitum, [2] decursibus cohortium interesse: in Agrippinam, in Germanicum contumelias jacere: quibusdam etiam bonorum militum ad mala obsequia promptis, quod *haud invito imperatore ea fieri* occultus rumor incedebat. Nota hæc Germanico; sed [3] præverti ad Armenios instantior cura fuit. [4] Ambigua gens 56
ea antiquitus, [5] hominum ingeniis, & situ terrarum, quo [6] nostris pro-

INTERPRETATIO.

palabundum ac procacem in agris militem permitteret, eo usque depravationis venit, ut fama *&* *rumore plebis* pater legionum *æstimaretur. Nec Plancina se continebat intra ea quæ decent matronas, sed exercitationi equitum, decursionibus cohortium adsistere* cœpit, *inque Agrippinam, & Germanicum convitia effundebat: nonnullis etiam proborum militum pronis ad mala officia, quia secreta fama spargebatur* ea sic agi, non improbante principe. *Comperta hæc Germanico* erant, *sed festinare in Armeniam impensior sollicitudo fuit. Incerta ea natio jam olim, & hominum indole, & natura loco-*

NOTÆ.

1. *Exercitio equitum.*] Nam & decursionibus equitum peditumque, quum nempe turmæ, cohortesve itinere & cursu exercerentur, interesse solebat.

2. *Decursibus cohortium interesse.*] Alia hæc decursio ab illa funebri, de qua dixi. Nam hæc exercitatio fuit solita usurpari ter quot mensibus, ex institutione divi Augusti. Vegetio *campicursio* dicitur: quem vide lib. 1. cap. 27. & lib. 3. cap. 4.

Campestris decursio Suetonio, in Galba: *campestrem decursionem scuto moderatus.* in Nerone: *Indictaque decursione prætorianis scutum sua manu prætulit.* Et sane indecorum, fœminam in his spectari, & velut moderari.

3. *Præverti ad Armenios.*] Ita infra: *aut si quando ad interna præverterent.* Curtius 6. *Tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti optimum ratus.* Apuleius Apol. 11. *Nunc tempus est ad epistolas Pudentillæ præverti.* Plautus, & Livius quoque, sed sine præpositione.

4. *Ambigua gens.*] Armenii ob mobilitatem ingenii, situmque locorum, jam olim neutri parti firmiter addicti sunt, sed inter duo maxima imperia positi, modo cum Parthis, modo cum Romanis, simultates exercent. Romanos ut alienigenas odio habent, & gloriæ, potentiæque Parthorum, quamvis vicinorum & consanguineorum invident, & licet neutri potestati pares sint, tamen pro ingenio, sæpe negotium utrique exhibere possunt, quia duobus æmulis imperiis interjecti, semper adversus vim unius, opibus alterius proteguntur.

5. *Hominum ingeniis, & situ terrarum.*] Opponit terras ingeniis hominum, quæ varia variis locis. Tertul. lib. de anima. *Thebis hebetes, & brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi, dicendique acutissimos, ubi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua, Comici Phrygas timidos illudunt. Salustius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulsat, mendaces Cretas etiam Apostolus inurit.*

6. *Nostris provinciis late prætenta.*] Sic Virg. dixit,

——— *Prætentaque Syrtibus arva.*

Et Valer. 5. Argonaut.

Horruit immensum Ponti latus, horruit omnis.
Armenia prætentus Iber.

vinciis latè prætenta, penitus ad 1 Medos porrigitur, maximisque imperiis interjecti, & sæpius discordes sunt, adversus Romanos odio, & in Parthum invidia. Regem illâ tempestate non habebant amoto Vonone: sed favor nationis inclinabat in Zenonem 2 Polemonis regis 3 Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta & cultum 4 Armeniorum æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat. Igitur Germanicus in urbe 5 Artaxata, adprobantibus nobilibus, circumfusa multitudine, 6 insigne regium capiti ejus imposuit. cæteri venerantes regem,

INTERPRETATIO.

rum. eo situ posita regio, quo nempe *provincias nostras late contingit, & penitus ad Medos extenditur, sicque inter validissimas dominationes locati, etiam plerumque dissentiunt, offensione in Romanos, & æmulatione adversus Parthos. Rex eo tempore nullus erat, disturbato Vonone; sed studia gentis prona in Zenonem filium Polemonis regis Ponti, quod is à primis annis mores & ingenia, institutaque Armeniorum imitatus, venatione, conviviis, quæque alia barbari æmulantur, primores, populumque sibi perinde conciliarat. Itaque Germanicus in oppido Artaxata adsentientibus proceribus, & circumstante plebe, diademate caput ejus redimivit, ceteri adorantes regem,* Artaxiam *ap-*

NOTÆ.

1. *Medos.*] Media regio Asiæ maxima inter Armeniam majorem, Parthiam, atque Hyrcaniam, mare Caspium attingens, vulgò *Servan.*

2. *Polemonis regis Pontici.*] Melius, *regis ponti.* Polemo autem Zenonis Rhetoris filius ad regnum pervenit concessu Antonij & Augusti. de quo vide Dionem in actis anni DCCXXIX. uxorem habuit Pyrhodorim: quam mire à prudentia, aliisque virtutibus laudat Strabo, & quæ nunc, mortuo marito, præerat rebus regni.

Polemoni illi filius item Zeno, qui nunc Armeniæ datus rex. Strabo lib. 12. τῶν δὲ τῆς Πυθοδώριδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιῴκει τῇ μητρὶ τὴν ἀρχὴν, ὁ δὲ νεωστὶ κατέσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς. *Filiorum Pythodoridis, ille quidem privatus regebat imperium, simul cum matre, alter vero nuper rex Armeniæ majoris constitutus est.*

3. *Pontici.*] Pontus, pars septentrionalis Cappadociæ regionis latè sumptæ, & ad pontum Euxinum, in Asia minore peninsula. hodie hic sunt præfecturæ *Sivvas*, & *Trebisonde*, in parte Septentrionali & orientali Natoliæ peninsulæ, sub Turcico imperio Asiatico. ex chartis Sansonis. *Tillem.*

4. *Armeniorum.*] Illi inter vim & opes triusque imperij Rom. & Parthici ambigui ingenio, ut & fide, inde & inter se dissentiunt, cum alij pro Parthis, alij pro Romanis sentiant, vel etiam toti in utramvis partem rapiuntur, etiã quandoque in neutram partem proni. sed ambigui quoquomodo trahuntur, vel vi Parthorum, vel opibus Romanis. hoc situs terrarum facit, & ut situs locorum est, ita & ingenium mortalium. Sic & fere nunc etiam ambigui inter Turcas & Persas. agunt. nec enim genius loci aut gentis, temporibus mutatur.

5. *Artaxata.*] Urbs Armeniæ majoris. hodie *Karasbag*, urbs provinciæ *Iran*, seu *Karasbag* in regno Persiæ. ex chartis Gulielmi Sanson. *Tillem.*

6. *Insigne regium.*] Zenonem itaque regem Armeniæ dedit Germanicus, sed sine ullo, ut vides, bello. addo, nec metu belli. Mirum igitur à Suetonio

Artaxiam

1 *Artaxiam* consalutavere; quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis. 3 At Cappadoces in formam provinciæ redacti 4 Q. Ve-

INTERPRETATIO.

pellavere, quod illi nomen imposuerant ex vocabulo civitatis. At Cappadocibus ad provinciæ instar constitutis impositus est Q. Veranius legatus, & nonnulla ex regiis

NOTÆ.

scribi, Calig. c. 1. Germanicus *ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armenia Regem devicisset, Cappadociam in provinciæ formam redegisset, Antiochiæ obiit.* Quem, sodes, ille regem deuicit? auctoritate tota res perfecta, non armis. Videbar apposite corrigere, *dejecisset.* Sed nec id plene verum. quia Vonones à Silano dudum regno amotus, ante Germanici adventum. Itaque corrigas potius, *regem dedisset.* Lipsius.

1. *Artaxiam.*] Forte mutabant nomen, cum reges salutabantur, vel novum nomen honoris causa sibi adscribebant; igitur iste Zeno consalutatur *Artaxias* ex nomine urbis *Artaxata*, in qua diademate redimitus est. quid refert unde, aut à quo nomen illud acceperit urbs Artaxata? sic ornatur urbs, ornatur & novus rex, qui antea Græculi nomen habuit; id non parum conferebat ad favorem & amorem civium, qui nomine primariæ suæ civitatis cum decoratum voluere.

Artaxiam] Regem salutaverunt Artaxiam appellantes ex nomine urbis, quæ regni caput erat. Sic enim apud illos more receptum est. *Freinsh.* Imo & urbs illa *Artaxata*, de qua hic sermo est, sic appellata fuerat à Rege, qui illam condidit. Hæc appellatio honore reciproco attributa olim urbi, de nomine regis conditoris, dein & nomen novo Regi ex vocabulo urbis datum.

2. *Ex nomine urbis.*] Mirum. cum jam ante plures reges eo nomine fuerint: & urbs ipsa potius nomen habuit ab aliquo regum, uti Tinagrocerta. *Lipsius.*

Sic etiam hodie mutant primum suum nomen Reges Persarum, si quando propter calamitatem aliquam populi, vel etiam ob morbum in quem apti inciderint, rursus inaugurantur, ex consilio Chaldæorum, seu Magorum, qui continui in aula principis Sicque veluti nova auspicia, & quasi magis fausta capientes, aliud nomen assumunt; sicque tanquam novi Reges, & veluti novo regno cum illo nomine accepto, se fœliciores in futurum fieri arbitrantur.

Forte aliqua simili causa inditum tale novum nomen novo Regi Armeniorum, eo die quo inaugurabatur, vel ut sic in vulgus favor cresceret.

3 *Cappadoces.*] Cappadocia regio est Asiæ ampla, ad mare Euxinum, inter Galatiam & Armeniam, usque ad Ciliciæ fines extensa, Tauro monte separante. urbes olim celebres Trapezus, Comana, Pontica, Comana Cappadociæ, Amasea, Cæsarea, Tyana, Sebaste. hodie florent *Amasia*, *Trapezus*, *Nicopolis* & *Neocæsarea* in regione quam vocant, *Toccato.*

At Cappadoces.] Nec satis tutum fuit præficere Equitem regioni nuper in provinciam redactæ. Itaque pretium fuit. initio illi imponere legatum, seu prætorem: Attamen postea forte committi potuit Equiti, præsertim sub Caligula, cujus imagines, & signa legionum veneratus est Artabanus, Parthorum rex, itemque sub Nerone Vologeses.

Sed postea cum dissiderent vicini Cappadociæ Arminij inter Parthos, Romanosque, legiones, & consularem virum imponere necessum fuit, quod & fecit Vespasianus.

4 *Q. Veranium.*] de quo vir doctus sic

ranium [1] legatum accepere : & quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium [2] speraretur. Comagenis Q. Servæus
57 præponitur tum primum [3] ad jus prætoris translatis. Cunctaque socialia prospere composita non ideo lætum Germanicum habebant, ob superbiam Pisonis, qui jussus partem legionum ipse, aut per filium in Armeniam ducere, utrumque neglexerat. [4] Cyrri demum apud hiberna decumæ legionis convenêre, firmato vultu, Piso adversas me-

INTERPRETATIO.

vectigalibus dempta, quo leniorem dominationem Rom. sperarent. Q. Servaus præficitur Comagenis, tum primum transductis ad potestatem prætoris. Omnesque res sociorum feliciter ordinata non ideo tamen gaudio Germanicum adficiebant, propter adrogantiam Pisonis, cui cum imperatum esset, ut partem legionum in Armeniam ipse duceret, vel per filium, utrumque spreverat. Denique Cyrri apud præsidia decimæ legionis invicem occurrêre, ore composito, Piso contra formidinem, Germanicus ne minitari videretur:

NOTÆ.

habet. Videtur ergo Onosander, qui sub Romanis vixit ætate, ut sentio, Neronis, qui etiam opus suum homini Rom. Q. Veranio dedicavit, quem Veranium eum esse suspicor, cum doctis viris, qui Didio Gallo, in rebus Britannicis, successit. *Salmas.*

1. *Legatum accepere.*] *Legatum*, nonne, id est, *Prætorem*, sive *Proprætorem*? ita enim dicti, qui in Cæsaris provincias missi: & hos omnes legi reperio è Senatu. Si ita est, quis Dionem nobis conciliet, super eadem re scribentem? *Secundum hæc, & Cappadocia Romani juris facta, & equiti regenda permissa.*

Si enim Equiti quomodo Legato? fateor in minores provincias sæpe Equites missos, imo & Libertos, sed cum *procuratorum* titulo, non *legatorum*. Tamen à Dione & Tranquillus est, in Vesp. cap. 8. *Cappadociæ, propter assiduos Barbarorum incursus, legiones addidit, consularemque rectorem imposuit pro Equite Romano.*

Ego censeam primo quidem Legatum impositum: sed post id mutasse. Dionem autem oculos habuisse in eo quod obtineret, non quod obtinuisset. *Lipsius.*

2. *Speraretur.*] Nota τὸ *speraretur* ironice dictum. Nam frustranea, atque irrita spes plebis. ut *ad nova ferme imperia.* Nam mutato statu *magis alij homines quam alij mores.* eadem incumbunt onera, & semper gravia populis *magna imperia.*

3. *Ad jus prætoris.*] Verius esset, *Proprætoris*: sed ista miscentur, & passim in Tacito *Prætor, Proprætor, Legatus*, in munere eodem. Strabo ad hanc rem. *Comagene, modica regio urbem munitam habet Samosata, in qua Regia fuit, nunc in provinciam redacta est.*

Ne moveat te, quod Suetonius provinciam eam factam primum vult à Vespasiano cap. 8. Quia Caligula 4. regibus eam iterum tradiderat, ut narrat Dio 59. *Antiocho*, inquit, *Antiochi filio Comagenem paternum regnum adjectis Ciliciæ maritimis dedit.* Uti ergo Caligula Tiberij, sic Caligulæ decretum Vespasianus rescidit.

4. *Cyrri.*] Cyrrus, & forte Cybros, urbs Cyrrhisticæ regiunculæ, in Syria provincia. hodie *Quennaserin*, aut *Bogras* oppidulum præfecturæ Aleppi, in Souria Turcici imperij Asiatici regione ex Plinio lib. 5. c. 23. Ptolemæo lib. 4. cap 15. & chartis Sansonis. Plin. de la Rue & Janssonij. *Tillem.*

tum, Germanicus ne minari crederetur; & erat, ut retuli, clementior. sed amici [1] accendendis offensionibus callidi, intendere vera, adgerere falsa, ipsumque & Plancinam, & [2] filios variis modis criminari. postremo paucis familiarum adhibitis [3] sermo cœptus à Cæsare, [4] qualem ira, & dissimulatio gignit. Responsum à Pisone

INTERPRETATIO.

& erat ut memoravi, mitior ille; *sed familiares incitandis odiis astuti, augere vera, accumulare mendacia, ipsumque & Plancinam, & liberos diversis modis incusare. demum paucis intimorum adscitis* arbitris, *colloquium incepit Cæsar, quale odium & dissimulatio suggerit. Respondit Piso, qualia supplex, simulque & pervicax, abste-*

NOTÆ.

1. *Accendendis.*] Quamquam miti esset ingenio Germanicus, tamen amici ipsius, comitesque, ut solet fieri, privati commodi, odiique causa gaudebant simultatibus istis, & offensiones callide augere noverant: partim exaggerando quæ facta erant: partim etiam quæ non facta erant, fingendo, variisque criminibus insectando Pisonem, &c.

2. *Et filios criminari.*] Hæc de dissidio, & calumniis inter Pisonem, & Germanicum, quique partium utriusque ibi erant. Sed quomodo filios criminantur? sane unus ibi *M. Piso* filius: & *Cnæus* alter, *omne hoc tempus in urbe egit*, quod ipse Tacit. infra l. 3. scripsit, nec paternæ fortunæ aut crimini potuit adjungi. vide an non *filium*; nisi & Cnæus Romæ aliquid in Germanicum, aut criminati universe sunt filiorum superbiam, contumaciam, aut tale. *Lipsius.*

Et filios.] *In stirpe nodum* quærunt. oratorie id dictum Tacito Sufficiebat alterum ex filiis incusari, ut sic loqueretur auctor noster. Sic etiam vulgo loquimur cum de patre, cum de uno tantum filio agitur. præsertim cum per odium aut contemptum quidpiam dicimus. nec cuncta historiei ad pondus verborum, sed potius rerum examinanda sunt, & potius intelligenda, *ut sunt, quam ut dicuntur.*

Filios. A. Gellius lib. 2. 13. *Antiqui oratores, historiæque, aut carminum scriptores, etiam unum filium, filiamve, liberos, multitudinis numero appellarunt.*

3. *Sermo cœptus.*] Exorsus est sermonem, qualis proficisci solet ex animo, qui æger ira, & tamen commotione sua dissimulanda occupatus est.

4. *Qualem ira & dissimulatio.*] *Legunt qualem ira dissimulatio* Sed frustra. Nam *ira dissimulatio* talis potest esse, ut frontem, & verba præferat summopere amantium: at *ira & dissimulatio* est, ubi insignis, & nota ira, sic insigni comprimitur animo, ut identidem erumpat, ac sese male tegat.

Accipe igitur; qualem vicissim nunc ira, nunc ejus dissimulatio gignit. Qualis solet alternari, inter eos, qui eodem tempore, eodemque congressu, frænos iracundiæ modo relaxant, modo adducunt. *Gronovius.*

Qualem ira.] Non alternatim, ut vult interpres. sed qualem simul ira & dissimulatio gignit; id est qualem sermonē, ira, sed simulata, qualem ira operta per simulandi artem gignit, quippe iram suam erumpere non patitur Cæsar.

Irascebatur Germanicus, sed iram leniebat & dissimulabat, ne ferocem & væcordem hominem magis irritaret, Germanicus iram tegit, premitque vultu, alter precibus agit, ut apud Cæsarem, & supplex aliquatenus pervicaciam celat, ideoque ambo *discesserunt opertis odiis.*

1 precibus contumacibus, discesseruntque 2 opertis odiis, postque ra-

INTERPRETATIO.

runtque pressis & reconditis odiis, & postea raro conspectus apud tribunal Cæsaris

NOTÆ.

1. *Precibus contumacibus.*] Illa contraria videntur, & revera sunt, *contumacia*, ac *preces*. Sed ea opposita loquendi ratione uti amat Tacitus, & singularem non elegantiam modo, sed vim etiam habet in iis, sive moribus, sive ingeniis, sive factis, sive dictis describendis, in quibus diversas ob causas, diversa & contraria concurrunt, & aliquid ex utrisque mixtum est.

Ita hic, sic *preces contumaces*. sic initio hujus libri, *segnis equorum cura*. lib 1. *arrogans moderatio*. Ann. 4. *ignoti ex fama*. faciunt etiam huc ista; *sermo cœptus à Cæsare, qualem ira & dissimulatio gignit*. hoc ipso libro: *pro Plancina cum pudore & flagitio disseruit*. Et *adeo vertit, ac miscuit ira, ac clementia signa*. annal 3. & alia ejusmodi infinita.

Precibus contumacibus.] Ut Jupiter apud Nasonem *precibusque minas regaliter addit*: quibus petebat Piso, ne ea, quæ Reip. causa, & ex instituto egisset, in suam contumeliam verteret (ut Pompeius apud Cæsarem initio belli civilis) simul demonstrabat, si tamen id faceret, atque indignaretur, se id, susque, deque ferre, ut Cicero ad Appium 3. fam. 7. forsan adjiciebat scire velle, quot sibi sint domini: Tiberio putasse soli rationem actorum reddendam. *Grenov.*

2. *Opertis odiis.*] Eruditissimus vir *apertis*. Ego nequeo videre, quo pacto odia ab eo aperiantur, cujus sermo est, *qualem ira & dissimulatio gignit*: neque facile persuadear, illum simultatis affectus effudisse, qui precibus contumacibus objecta sibi deprecatur. *responsum à Pisone precibus contumacibus.*

Uterque igitur, (quantum in se fuit) odia tunc dissimulavere: verum iis invitis emicuerunt quædam scintillæ animi alienati, quem postea Piso detexit, qui alioquin iiæ potens non erat. *Rarus in tribunali Cæsaris Piso, & si quando adsideret, atrox, & dissentire manifestus.* Salin. Quod ad vocem *opertis* mihi quidem Lipsij conjectura valde probatur Nam ex antecedentibus, & sequentibus mutuo odia satis declarantur, nec ideo *aperta* dicuntur, quia Germanicus & Piso ea patefecerint, inimicitiamque indixerint; sed quoniam ipsis inter se, & eorum amicis manifesta erant, licet ab utrisque male dissimularentur. Alteram tamen vocem non sperno, quæ & in se commodum sensum habet *Pich.*

testet in autographo unico, haud id temere sollicitaverim, facto ex *opertis* contrario ejus *apertis*. Si enim tunc odia palam profitebantur, cur infra sequitur? cap. 70. *componit epistolas, queis et amicitiam renuntiabat.* extatque diserte l. 6. Ann. cap. 29. hujusmodi demum amicitiarum diremptionem, *finem gratiæ ponere.* Gruterus.

Scio *offensarum operta* in 3. histor Attamen omnino Lipsio subscribo, & plane alterum τὸ *opertis* alienum puto. Naturaliter enim evenit, ut ex hujusmodi colloquiis, inter ingenia præsertim dissociabilia, exeant professi inimici. Et tum quæ præcedunt, tum quæ sequuntur, alterum firmant.

Si odiis opertis discessissent, lenes querelas expurgatio, hanc ejus qualiscumque acceptio, & rursus aliqua mutuæ fidei species, sollicitosque vultus læti excepissent. At hic sermo ira & dissimulatione mixtus, dein preces arrogantes ac nihil cedentis, quid possunt gignere aliud quam odia retecta & apparentia?

Jam si nolebat sciri Piso se cum Germa-

rus in tribunali Cæsaris Piso; & [1] si quando adsideret, atrox, ac dissentire manifestus. vox quoque ejus audita est in convivio, cum apud Regem [2] Nabatæorum [3] coronæ aureæ magno pondere Cæsari, &

INTERPRETATIO.

Piso, & si aliquando adesset, ferox, ac discordia compertus. vox etiam Pisonis *excepta est in epulis, cum coronæ aureæ maxime graves Cæsari & Agrippinæ apud Regem Nabatæorum tribuerentur, & levioris ponderis Pisoni aliisque;* Illud convivium ap-

NOTÆ.

nico in gratia non esse, cur rarus in tribunali Cæsaris? cur austerus? cur diversa semper sententia? stultitiam Cicero vocat *in obscuro odio apertas inimicitias* ostendere 5. Fam 10. Denique innata utrique indoles, hoc est, & simplicitas Germanici, & ferocia Pisonis, satis refutare vulgatum videntur.

Quæ Gruterus urget, ad ea responsio facilis. Aliud è colloquio *discedere odiis apertis*, hoc est ..ita ut alienatorum animorum signa satis apparuerint, aliud denunciare inimicitias, & omnem consuetudinem rumpere.

Velim scire Lucullus & Pompeius in Galatia digressi ne fuerint etiam *opertis odiis*. quippe *certatum inter imperatores jurgiis*, inquit Velleius.

Item an non postea quoque vixerint *apertis odiis*, quum Pompeius in provincia Luculli acta rescinderet. Lucullus Pompeij acta confirmari à senatu prohiberet. πολιτικῶς δ' ἦν μετὰ ἐκ τῆς στρατηγίας διαφορὰ πρὸς Λούκουλλον, ait Plutarchus. Neutrum tamen alteri amicitiam libello renuntiasse legimus.

Sed *eum finem gratiæ* ponebant. Sed quibus libuisset; non utique omnes. sed qui simpliciter in gravissimis offensis agerent tamen, non ita præfestine, quos honoris collegium, aut provinciæ societas conglutinasset, etiam post manifesta odia. *Gronovius.*

Opertis odiis.] Quod raro post ea adsederit Piso in tribunali cum Cæsare, id denotat *odium*, sed adhuc *opertum*, nam adhuc tamen colloquia, & sermonem miscebat cum Cæsare Piso, etiam & conviviis iisdem, quibus Germanicus, interveniebat. quod argumentum est, nondum plane erupisse Cæsarem & Pisonem, sed adhuc dissimulasse mutuo.

Quod & indicant illa: *Responsum à Pisone precibus contumacibus*, quo videas *contumaciam*, sed tamen simul & *preces*. his adde lenitatem & clementiam Germanici, ex his colliges *opertis odiis* discessisse adhuc. & si erupisset penitus Cæsar, jam tum amicitiam renuntiasset Pisoni ex ingenio suo, & antiquis moribus. Audi Sueton. Calig. 3. *Obtrectatoribus etiam qualescumque, & quantacumque de causa nactus esset, lenis adeo & innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti clientelas diu vexanti, non prius succensere, in animum induxerit, quam veneficiis quoque, & devotionibus impugnari se comperisset.*

Opertis odiis.] Ita tamen discessum est, ut nondum plane odia mutua detegerent. *Freinsh.*

1. *Si quando.*] Si quando veniret in consilium Cæsaris, adsideretque satis ostendebat, nihil sibi placere eorum, quæ Cæsar ageret.

2. *Nabatæorum.*] Nabatæi, populi Arabiæ Petrææ regionis. hodie portio est in parte quasi media regionis *Barraab*, seu Arabiæ Petrææ. *Tillem.*

3. *Corona aurea.*] Coronæ conviviorum è floribus, foliisque vulgatæ. non æque ex auro, quas tamen non solum in illo Orientis luxu, sed etiam Romæ usum aliquem habuisse discas ex Capitolino: qui in Ælio Vero scribit. *Data etiam convivis aurea, atque argentea pocula, &*

Agrippinæ, leves Pisoni & cæteris offerrentur; 1 *principis Romani*;

INTERPRETATIO.

parati Imperatoris Rom. non Parthorum Regis filio: *simulque depesuit coronam, &*

NOTÆ

gemmata: coronas quin etiam datas lemni scis aureis interpositis, & alieni temporis floribus.

Item Ulpiano. De auro & argento legato, *cedent igitur gemmæ falis vel lancibus, inclusa auro, argentove. sed & in coronis mensarum, gemmæ coronis cedent, & hæ mensis.*

At in Ægypto hunc morem Justinus tangit lib 18. *Missi*, inquit, *à Senatu in Ægyptum legati, cum ingentia sibi à Ptolemæo rege missa munera sprevissent, interjectis diebus, ad cœnam invitatis, aurea corona missa sunt, quas illi honoris causa receptas, postera die statuis Regis imposuerunt.*

Etiam Polybius l. 15. qui offendit tamen regibus tantum ex auro dari solere, aliis alias. Itaque narrat de Aristomene quodam, qui Agathocli, etsi non regi, per adulationem ejus generis imposuit. *Primus hic enim Agathoclem ad se in cœnam invitans, auream ei coronam dedit, soli omnium convivarum; quod solis regibus tribui mos est.*

Neque scio an huc faciat, quod Laërtius in Xenocrate scribit: *aurea corona donatum in præmium multa potationis.* certe ad convivia etiam spectat.

Corona aurea magna pendere.] Solebant antiqui in compotationibus coronas gestare, ut est apud Aristophanem in Equitibus, ubi Poëta ὥσπερ (ait) κωμάζειν σέβεσθαι μὴ ἔχω δίψη δ' ἀκλαυτί. invehitur enim in Cratinum tanquam ebrium & insanientem. Meminit & Diogenianus, unde Plauti carmen in Pseud. *Quid ego video? cum corona ebrium Pseudolum tuum!*

Æneæ coronæ, & corneæ, ante aureas, Romæ per hyemem, ubi natura flores negaverat, Plinius 21. 2. Sane Crassus dives primus ex auro & argento invenit, Plinius ibidem 3. Licet priore ævo solis diis aureæ darentur, Dio 44.

Corona aurea.] Convivis distributæ apud Athen. 12. *Posidonius l. 28. hist. scribit Antiochum regem Grypum cognomine, ad Daphnem celeberrimos conventus agentem, advenientes splendidissime accepisse. Primum enim integra cibaria fuisse distributa, deinde vivos etiam anseres, lepores, capreos: convivis coronas aureas datas, argentea vasa multa, servitia, equos, camelos, & eum qui singulis astabat puerum, &c.*

Etiam lib. 4. idem auctor sic habet. *Apud Macedonas*, inquit, *ut jam tibi significavi, nuptiale convivium Caranus, cum exhiberet, convocati ad id viginti fuere, quibus statim, ut accubuerunt, dono data sunt argentea phialæ, singulis una. Antea quoque aurea corolla, priusquam ædes intreiret, æstimata quinque aureis, unusquisque coronatus erat.*

De veneno per flores & corollas epulis dato lepidè Plin. l. 21. c. 3. *Et apud Græcos quidem de coronis privatim scripsere Mnestheus atque Callimachus medeci, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue, odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatra solertia. Namque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius Reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pavere ejus lusisse, extremis coronæ floribus, veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate, invitavit Antonium ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? ergo concerpta in scyphum, incipienti haurire, opposita manu: en ego sum, inquit, illa, chare Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves. adeo mihi, si possim sine te vivere; occasio, aut ratio deest. Inde eductum custodia bibere jussit, illico expirante. &c.*

Corona.] Coronam abjicit Piso, multisque verbis in luxum talium conviviorum invehitur, quo rerum agendarum tempus, per otium & lasciviam tereretur.

1. *Principis Romani.*] Quasi dicat, luxum illum alienum Romanis moribus

" *non Parthi regis filio eas epulas dari*: abjecitque simul coronam, & multa in luxum addidit, quæ Germanico, quamquam acerba, tolerabantur tamen. Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venere. mise-

INTERPRETATIO.

plurima in luxuriam adjecit, quæ Germanico licet molesta, tamen ferebantur. Interea advenere legati à rege Parthorum Artabano: miserat, qui amicitiam, ac societatem

NOTÆ.

bus, dignum Parthorum fastu & superbia.

Principis Romani.] Apud Cornelium, infra lib 1. hist. Galba Pisonem adoptans. *Neque* hic inquit, *ut in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, & cæteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.*

Sentiebat igitur Piso in dandis coronis non adeo magnum fieri oportuisse discrimen inter se & Germanicum, quamvis enim principis filius esset Germanicus, tamen esse ejus principis, qui non subjectos, ut servos, sed regendos, ut liberos & amicos, cives suos accepisset.

Itaque non dari epulas filio Parthorum regis omnium *domini*: sed filio *principis* Romani, amico, & prope æquali cum civibus jure viventi. *Ferretus.*

1. *Non Parthi regis filio.*] Quasi diceret non oportuisse inter se & Germanicum tantum discriminis interponi. apud Parthos quidem ita comparatum esse, ut unus imperet, ceteri omnes servi sint.

Itaque si Parthorum regis filium convivio exciperet, posse ipsum multum supra reliquos suos proceres honorari, sed apud Romanos non eandem esse rationem, qui nullum Regem aut dominum, sed tantum principem, seu primum civium adgnoscant, qui tamquam filiis pater & dux liberis hominibus civiliter præsit, neque ceteris nobilibus, seu proceribus potentia admodum præster, aut utatur. *Freinsh.*

Apud Parthos rex vocabatur *Rex Regum*, & *dominus*, & adorabatur à subditis, velut à servis; at apud Romanos *Cæsar* vocabatur & *princeps*, qui imperabat, non *Rex*, non *dominus*, neque *mores* fastum, aut *nomen* Regium usurpabat; sed civili ingenio utebarur, neque se supra cives efferebat, nisi virtute, & admiratione. Ad fastum Parthicum respexit Virgil cum ait,

Præterea Regem non sic Ægyptus & ingens,
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus, Hydaspes.

Supple: colit, veneratur.

Non Parthi regis.] Certe luxus Parthorum non fuit major quam Romanorum, sed superbia Parthorum, & præcipue Regum major fuit quam Cæsarum, ideo dicit Piso, seu Tacitus tantum discrimen inter coronas oblatas Germanico & Pisoni, magis convenire superbiæ Parthi Regum Regis, quam Germanico Cæsari, filioque principis Rom.

Quippe Cæsares hactenus longe modestiores quam externi illi Reges. Cæsares vim imperij retinebant, cætera velut inania spernebant, ut inquit Tacitus, ubi de Tiridate rege.

Sic autem habet l. 15. 31. Tiridates *digressus Pacorum fratrem apud Medos, Vologesen* Regem Parthorum *Ecbatanis reperit, non incuriosum fratris: quippe & propriis nuntiis à Corbulone petierat, ne quam imaginem servitij Tiridates*, (veniebat in urbem diadema, seu regnum Armeniæ à Nerone accepturus.) *perferret; neu ferrum traderet, aut complexu provinciæ obtinentium arceretur: foribusve eorum assisteret, tantusque ei Romæ, quantus consulibus honor esset. scilicet externa superbia sueto non erat notitia nostri: apud quos vis imperij valet, inania transmittuntur.*

rat *amicitiam ac fœdus* 1 memoraturos, *& cupere* 2 *renovari dextras, daturumque honori Germanici, ut ripam* 3 *Euphratis accederet: petere interim, ne Vonones in Syria haberetur, neu proceres gentium propinquis nuntiis ad discordias traheret.* Ad ea Germanicus, de societate Romanorum, Parthorumque magnificè; de adventu regis & cultu sui, cum decore ac modestia respondit. Vonones 5 Pompeiopolim Ciliciæ maritimam urbem amotus est. datum id non modo precibus Artabani, sed contumeliæ Pisonis, cui gratissimus erat, ob plurima officia
59 & dona, quibus Plancinam devinxerat M. Silano, L. Norbano Coss.

INTERPRETATIO.

memorarent, simulque velle instaurari fidem, tributurumque id decori Germanici, ut veniret ad littus Euphratis: interea poscere, ne Vonones in Syria maneret, neve nuntiorum opportunitate primores nationum ad dissensiones impelleret. *Ad ea respondit Germanicus de fœdere Romanorum & Parthorum amplissimis verbis; de accessu regis, & honore sui honeste simul & modeste. Vonones Pompeiopolim, maritimum Ciliciæ oppidum, amandatus est. idque concessum non solum legatis Artabani, sed & injuriæ Pisonis, cui Rex jucundissimus erat, ob multa officia & munera, quibus Plancinam demeruerat. M. Silano, L. Norbano Coss. Germanicus in Ægyptum se confert, vi-*

NOTÆ.

1. *Memoraturos.*] Qui amicitiæ suæ cum Romanis, fœderisque mentionem facerent, eamque novo fœdere sancirent rursus, innovarentque. datum id honori, famæque Germanici, potius quam Tiberij.

2. *Renovari dextras.*] In fœderibus dextræ, & in dextris religio. Plin. 11. c. 46 Extant nummi, in quibus sunt compactæ dextræ invicem cum hac inscriptione. CONCORDIA LEGIONUM. Et apud Triumviros, tres manus invicem se tenentes, nequitiæ & sceleris, & tyrannidis fœdus testabantur, cum hoc titulo. SALUS GENERIS HUMANI.

Dextra, inquit Plinius, *osculis aversa aperitur, in fide, recta porrigitur.* Dextras pro fide & fœderibus sumi, notumest: illis præsertim gentibus. Vide Curtium 6. 4.

3. *Euphratis.*] Euphrates, fluvius Armeniæ, Asiæ minoris, Syriæ, Assyriæ, Arabiæ desertæ, &c. regionum; in Persicum sinum cum Tigri fluvio defertur. hodie Franci vocant *Euphrato*, & à Turcis nominatur *Morat-son*. labitur per Turcomaniam, seu Armeniam hodiernam, Natoliam, Souriam, Diarbeck, & Beriaiam, seu Arabiam desertam, regiones imperij Turcici Asiatici, &c. & exonerat se in sinum Balsoræ, vel Elcatif. *Tillemon*,

4. *Neu proceres gentium.*] Ne commoditate viciniæ usus, Parthicas gentes crebris nuntiis, literisque turbaret.

Neu proceres gentium.] Nihil mutari placet: videtur enim & genus τῦ ἐν δεὰ δροῖ esse, & sermo legibus, pactionibus, conditionibus proprius: *ne sit, neu faciat.* Quare autem *proceres gentium* Germanicus, & Artabanus ingeniosissimo Mercero? Saltem tempus anguste captum, quasi Vonones Artabano tantummodo gravis vicinus, dum ipse & Germanicus in proximo,

Quin *proceres gentium* acceperim præfectos, & satrapas plurimarum gentium Parthis parentium, & discordias, rebelliones, defectiones, dissensiones Parthorum inter sese. Neque aliter Freinshemius, puto. *Gronovius.*

5. *Pompeiopolim.*] Pompeiopolis urbs. Ciliciæ marit. prius *Soli*, olim Episcop.

Germanicus

Germanicus [1] Ægyptum proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis. [2] ſed cura provinciæ prætendebatur, levavitque [3] apertis horreis [4] pretia frugum; multaque in vulgus grata uſurpavit [5] ſine milite incedere [6] pe-

INTERPRETATIO.

ſenda antiquitatis gratia, *ſed cura provinciæ prætexebatur, & reſeratis horreis, annonæ caritatem minuit, plurimaque in plebem læta præſetulit, ſine cuſtodibus* ambula-

NOTÆ.

ſub Archiep. Seleuciæ. nunc exciſa, & in vicum redacta. Paleſoli dicta; poſtea victo Mithridate à Pompeio Magno ſic appellata.

1. *Ægyptum.*] Ægyptus regio Africæ ad mare Ægyptiacum, partem maris Mediterranei, & ad mare Rubrum. hodie nomen antiquum retinet apud Europæos, ab indigenis Coptis, ſeu veris Ægyptiis dicitur *Maſſi*, à Turcis *Miſſir*, & à Judæis *Eretz Miſraim*; paret ſummo Turcarum imperatori. ex relatione Vanslebij, *Tillemon.*

2. *Sed cura provinciæ.*] Sed aliam itineris cauſam ipſe prætendebat, nimirum ut provinciam perluſtraret, & quæ in ea perperam agerentur, corrigeret.

3. *Apertis horreis.*] Publicis, opinor. ubi frumentum aſſervabant in plebis Romanæ, & quod ſupereſſet, in alios uſus. At ille in caritate annonæ, indigenis indulſit. *Lipſ.*

Apertis horreis.] Fertiliſſima, fœliciſſimaque totius naturæ regio Ægyptus fuit. Attamen indigebat aliquando annona, & auxilio Principis, Niloque Roma ſæpe reddebat vicem, cum non exundaret Nilus, abundabat munificentia Cæſaris.

Plin. Paneg. *Percrebuerat antiquitus urbem noſtram niſi opibus Ægypti ali, ſuſtentarique non poſſe: ſuperbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum paſceret tamen, quodque in ſuo flumine, in ſuis manibus, vel abundantia noſtra, vel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta quæ miſerat, deportataſque merces revexit. Diſcat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare,* &c.

Et infra. *Quam nunc juvat provincias omnes in fidem noſtram ditionemque veniſſe, poſtquam contigit princeps terrarum, qui fœcunditatem nunc huc, nunc illuc, ut tempus & neceſſitas poſceret, transferret, referretque: qui diremptam mari gentem, ut partem aliquam populi, plebiſque Rem. aleret, ac tueretur. Et cœlo quidem numquam benignitas tanta, ut omnes ſimul terras uberet, foveatque. Hic omnibus pariter. ſi non ſterilitatem, at mala ſterilitatis exturbat: Hic ſi non fœcunditatem, at bona fœcunditatis importat, hic æternis commeatibus Orientem, Occidentemque connectit, ut quæ ubique feruntur, quæque expetuntur, omnes gentes invicem capiant & diſcant, quanto libertate diſcordi, ſervientibus ſit utilius unum eſſe, cui ſerviant.*

4. *Pretia.*] Aperuit horrea publica, eoque facto effecit, ut nebulones, qui annonam flagellabant, ſi pecuniam conficere, merceſque ſuas diſtrahere vellent, ipſi quoque juſto pretio frumenta ſua vendere cogerentur.

5. *Sine milite.*] Qui hoc reprehendit Tiberius, idem olim Rhodi uſurparat, adeo facile crimen eſt, quod non placet imperitantibus. Sueton. Tib. 11. *Genus vitæ civile admodum inſtituit: ſine lictore aut viatore gymnaſia interdum obambulans, mutuaque cum Græculis officia uſurpans, prope ex æquo.* Et infra 13. *redegitque ſe depoſito patrio habitu ad pallium & crepidas*, &c.

6. *Pedibus intectis.*] Incedebat pedibus non ex Rom. more calceatis, obtectiſque, ſed ſoleatis, & prope modum nudis, ut Græci utebantur, quorum alium etiam cultum, habitumque uſur-

dibus intectis, & 1 pari cum Græcis amictu, 2 P. Scipionis æmu-

INTERPRETATIO.

te *soleatis pedibus*, *& simili cumGracis veste uti*, *Scipionis exemplo*, *quem eadem*

NOTÆ.

pabat, quia is Alexandriæ præcipue frequentabatur.

Pedibus intectis incedere.] Interpretor, incessisse crepidatum, palliatumque.

Pedibus intectis.] Id est, non *calceatis*, sed *soleatis*: quippe calceorum *aluta* tegit pedem, *solea* nudat. *Calceus* tibias vestit, *solea* plantas tantum. *solea*, ait Verrius Flaccus, *qua solo pedis subycitur.* Et ita *Thuscum calceamentum* accipio apud Virg. 8. Æneid.

Et Tyrrena pedum circumdat vincula plantis.

Quod ex Hesychio probat Turnebus. Suetonius ita scribit de Augusto. *Discalceatus ludis astivis interorat*, id est, *soleatus*. Et Asinius Pollio lib. 10. famil. scribens Ciceroni. *Cum quidem pransus, & nudis pedibus.* Apuleius *nudis & intectis pedibus* dixit 2. Metam.

Aliud autem est *mero*, vel puro pede. ut Juven. Sat. 3.

Observant ubi festa mero pede sabbata reges.

Nam *merus pes* totus in nudo, & purus, nec calceum, nec soleam habet. Prudentius dixit *mero calce*, in hymno D. Fructuosi. *stabat calce mero.* Aurel.

Quidam acceperunt pro tectis. qua quidem significatione reperitur etiam, sed hoc loco melior est *non tectis*. Nec tamen omnino nudis pedibus incedebat, sed calceos apertos gestabat, hoc est, soleas, Græco more. Tertull. de Pall. c 5. *Si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis certe viriles magis, quam in calceis.* Agell. 13. 20. *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infima teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt nonnunquam voce Graca crepidulas.* Plura Lipsius ad hunc locum Taciti. Patet hinc cur Francisci sodales appellentur. *Nudipedes.*

Intectis.] Quod ait Tacitus 1 pedibus intectis: non plane verum, sed in comparatione cum calceis Romanis. qui altiusculi, non solum imos pedes, sed tibias velabant crure tenus. Horat.

———nigris medium impediit crus.
Pellibus.

Titinius in Setina *jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas* Tertullianus de Pallio: *Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum.* Et exstat exemplum hodie in calceis Turcarum Pannoniorumque.

At crepidæ, soleæ, plantarum calceestantum imas tegebant, ceteris fere nudis. Ideo bene noster, *pedibus intectis* Hunc sensum firmat ipse, dum subdit: *P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam accepimus.* Scipio autem ibi crepidatus.

Livius: *Ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio, crepidisque inambulare in gymnasio.* Quod tamen molle & effeminatum censebatur: & Manilius delicatos insignit hac nota.

Feminea vestes, nexa sine tegmine planta.

Dio de Caligulæ ludis. *volentibus etiam discalceatis spectare permissum, quod usitatum olim; ut etiam quidam judicia hoc habitu, astatis tempore, exercuerint, & ipse Augustus ita sape spectarit astivos ludos. Omissu tamen à Tiberio.* ubi ἀνυπόδητοι verè verteris: *soleatos*, aut *crepidatos*. quomodo etiam convivia frequentabant Romani, calceis (qui inter forensia censebantur) omissis. In omni ergo remissione, per convivia, per ludos, per otium, Romani soleati.

1. *Pari cum Gracis amictu.*] Id est pallio. Apuleius enim Græcos, quod esset

latione, [2] quem eadem factitavisse apud [3] Siciliam, quamvis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius cultu, habituque ejus lenibus verbis perstricto, acerrimè increpuit, quod contra instituta Augusti, [4] non sponte principis, [5] Alexandriam [6] introisset. nam Augustus inter alia dominationis [7] arcana,

INTERPRETATIO.

usurpasse apud Siculos didicimus; licet etiam tum exardente bello Carthaginensium Tiberius, cum miti scripto cultum, habitumque ejus incusasset, vehementissime illum objurgavit, quod prater decreta Augusti, non ex voluntate Cæsaris, Alexandriam ingressus esset. Quippe Augustus inter alia imperij secreta, cum alias provin-

NOTÆ.

palliati, *palliata mendicabula* dixit. Inde *palliata* comediæ, non *togata*, quales Afranius fecit.

Pari cum Græcis amictu.] Quo aliquando utebantur etiam in urbe, nempe in conviviis & ludis. Sic infra lib. 14. 21. 22. sub Nerone cum *quinquennale ludicrum Romæ institutum est ad morem Græci certaminis.* infra. *Græci amictus, quos per eos dies plerique incesserant* (in ludis nempe) *tum exoleverant.*

2. *P. Scipionis æmulatione.*] P. Scipionem Africanum dicit, quem etiam eo nomine multi calumniati sunt: Fabius quidem Maximus eum ad corrumpendam disciplinam militarem natum esse dicebat. Livius lib. 29. *Ipsius enim imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio, crepidisque inambulare in Gymnasio, libellis etiam, palestraque operam dare.*

Magnam autem vim habet ad conciliandam imperatori benevolentiam victûs, cultûsque similitudo. Sic Alexander victo Dario Persas imitatus est. Quo facto Persarum quidem gratiam iniit, sed Macedonum adversus se odium concitavit.

Sic Caracalla in Germania Romano cultu deposito, *sagulis* argento intextis, Germanorum more utebatur, *flavam* etiam capiti *Cæsariem* imponens, forsan Germanum in modum. Herodianus lib. 4.

3. *Siciliam.*] Hæc Insula maris Mediterranei, Italiæ proxima. hodie nomen antiquum retinet apud Italos, Franci vero *Sicile* vocant: paret Regi Catholico. *Till.*

4 *Non sponte principis.*] Non voluntate, & permissu principis. Inde infra lib. 4. *exstructa jam sponte præfecti castra*: hoc est, jussu, & pro nutu Præfecti. Et 4. 51. *proxima sponte incolarum recepta*, id est, volentibus incolis.

5 *Alexandriã.*] Urbs hæc Alexandrinorũ Nomi, in Ægypto prima provincia Ægypti inferioris, sive Deltæ, & ad mare Ægyptium, totius Ægypti fuit caput. hodie apud Francos nomen antiquum retinet, & à Turcis vocatur *Scanderia*, urbs est partis *Bahri*, sive inferioris Ægypti.

Alexandriam.] Alexandria Ægypti, in ora, ab ostio Canopico 12. mil. pass. in occid. cognomento Magna, opus Alexandri Magni, *Scanderia* Turcis, & *Alessandria*, Italis, urbs Patriarch. & Empor. celebre. Olim ante Cairi erectionem (à quo quatridui itinere distat) clarior, ab Alexandro Magno Olymp. 112. condita.

6. *Introisset.*] Non tantum scripta epistola Germanicum objurgavit, sed & in senatu questus est. Sueton. Tib. 52. *Quod vere Alexandriam, propter immensam & repentinam famem inconsulto se adisset, questus est in Senatu.*

7. *Arcana.*] Quippe Augustus inter alia quæ ad confirmandam potentiam secreto sine facientia sub aliis, aliisque prætextibus ab eo introducta erant, hoc

1 vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus, aut [2] equitibus Romanis inlustribus; sepofuit Ægyptum [3] ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, [4] claustraque terræ ac maris, quamvis levi

INTERPRETATIO.

ciam ingredi senatori *liceret*, *excepit Ægyptum*, *prohibitis Patribus*, *aut notis*, *splendidisque equitibus Roman. illuc introire*, *nisi sponte principis*: *ne rugum inopia promeret Italiam*, *quisquis eam regionem*, *claustraque terra*, & *aquoris occupasset*,

NOTÆ.

quoque instituerat: ut ceteræ quidem provinciæ, velut olim prisca Repub. rectores acciperent ex primoribus civitatis; sed Ægyptus exciperetur: eamque nemo ex Senatoribus, aut etiam Equitibus Rom. illustribus, nisi sponte principis, ingrederetur.

Arcana.] Certe Italiam, Siciliam & Galliam Narbonensem, veluti suburbanas provincias adire Senatori, & aliis illustribus viris licuit. At alias provincias invisere, & inire, nisi commeatu obtento à Senatu, aut à Cæsare non licuit. sed sive ex munere & officio provincias obtinerent, adirentque, sive commeatu, & facultate sibi concessa, alias provintias, seu etiam regna pro usu & necessitate rerum adirent, nunquam tamen licuit ipsis ingredi Ægyptum, ævo principum, quocumque prætextu, Equitibus minus claris regenda tradebatur illa provincia. Hinc prudentiæ Augustææ pervicax admodum Tiberius, perpetuusque æmulator Augusti videri volens, acriter invehitur in Germanicum, qui ausus esset Ægyptum adire injussu principis, nec tantum privatim objurgavit filium, sed eum etiam in Senatu palã criminatus est.

1. *Vetitis.*] De quo sic Dio lib. 51. *Ægypto autem postea tributaria facta Cornelium Gallum præfecit. Multitudo sane hominum, urbium, & agrorum, ac mores ejus gentis leves, tum copia annonæ & pecuniæ efficiebant, ut non modo committere provinciam Senatori nulli auderet, sed & proficiscendi in Ægyptum potestatem, nisi ipse nominatim alicui permisisset, omnibus adimeret: adeo enim suspectos Ægyptios studii novarum rerum habebat, ut nemini eorum, Senatorem esse Romæ permiserit: sed cætera quidem (omnia) hodieque constant: Senatores autem Alexandriæ sunt, & esse cœperunt sub Severo imperatore: Alexandrinique in Senatum etiam Romanum adscripti sunt à filio hujus Antonino.*

2. *Equitibus. Romanis inlustribus.*] Ita conjunctim hæc accipienda sunt; ut quis eques Romanus esset, nec ex modicis, ut 1. 73. Sed illustribus, ut 4. 58. hoc est, qui ex equestri ordine, opibus & genere præcellerent, ut explicat Salmasius in epistola ad Gronovium, Elencho Antidiatribes Papinianæ præfixa.

Nam hæc interpretatio melior videtur illa Savilis ad H. 1. 2. ubi hunc locum referens, *illustres equites* Rom. putat intelligi, qui 16. 17. appellantur *dignitate Senatoria*.

Licet enim hos quam maxime illustribus connumerandos arbitrer, tamen præter hos, aliis quoque gradum hunc patuisse existimo.. Quo referendos arbitror, & *notos equites Rom.* apud Cæsar. de bell. civil. 3. 71. *Freinsh.*

3. *Sepofuit Ægyptum.*] Addita erat prohibitioni superstitio: Ferebatur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis litteris scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani, *fasces*, & *prætexta* Romanorum. Auctor Trebellius Pollio in lib de 30 Tyrannis.

4. Alexandriam Suetonius in Vespasian. vocat *claustra Ægypti*, Ammianus verticem omnium civitatum, ad finem libri 23. ubi multa de hac urbe narrantur cognitu dignissima.

4. *Claustraque terra ac maris.* Intel-

præsidio adversum ingentes exercitus insedisset. Sed Germanicus nondum comperto profectionem eam incusari, 1 Nilo subvehebatur, orsus oppido à 2 Canopo. Condidere id 3 Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus Græciam repetens, diversum ad mare, terramque 4 Libyam delatus. 60

INTERPRETATIO.

quantumvis medica manu contra magnos exercitus. Sed Germanicus nondum audito peregrinationem illam accusari, Nilo deferebatur, profectus ab urbe Canopo. Eam struxere Spartani ob tumulatum illic gubernatorem navis Canopum; qua procella Menelaus in Græciam remeans, dejectus est ad pelagus oppositum, regionem-

NOTÆ.

ligit Pelusium Paretonium, & Alexandriam. In Propertio.

Claustraque Pelusij Romano subruta ferro.

1. *Nilo.*] Nilus fluvius Æthiopiæ, & Ægypti regionum, in mare Ægyptium partem maris Mediterranei defertur. hodie *Nil.* in Abyssinia, Nubia, & Ægypto regionibus Africæ recentioris. *Tillem.*

2. *Canopo.*] Canopolis & Canobus, urbs Menelaites nomi, in Ægypto prima Ægypti inferioris provincia, & prope Canopicum, seu Heracleoticum ostium Nili fluvij. hodie forsan *Bochir*, vel *Boquir*, seu *Bichieri*, oppidum Cassilifatus, aut præfecturæ *Bechoire*, ut videtur, in parte *Bahri*, seu inferiore Ægypto. *Tillemon.*

Canopo.] Ammianus: *Canopus in duodecimo distinguitur lapide, quem, ut prisca memoriæ tradunt; Menelai gubernator sepultus ibi cognominavit. Ibi unum est ex septem ostiis Nili dignitate Alexandrino proximum.*

Hic Canobus à serpente, qui αἱμοῤῥοῦς vocatur, morsus interiit. Nicander in Theriacis. Ælianus de historia animal. lib. 14. cap. 13. hujus serpentis meminit, & Dioscorides lib 6. & Galenus libro de Theriaca ad Pilonem. *Muretus.*

Canopo.] Canopus, *Bochir* Zieglero. sive *Bichiers*, urbs Ægypti, olim Episcopalis apud ostium Nili ex ea Canopicum appellatum. ab Alexandria, 12 mil. pass. in ortum distans.

3. *Spartani.*] Sparta urbs olim armis floruit & legibus, Archiepiscopalis; hæc quandiu sine muris, fuit libera, ubi muris septa, illico serva facta est,

Spartani.] Sparta, vel Lacedæmon, urbs & caput Laconiæ regionis minoris, ad Eurotam fluvium, in Peloponneso provincia Græciæ. hodie ruinæ visuntur prope *Misitram* urbem Zaconiæ regiunculæ, & ad fluvium *Basilipotamo* in Morea provincia imperij Turcici Europæi. *Tillemon.*

4. *Libyam delatus. Inde proximum.*] Dispungit doctissimus vir aliter, atque ad hoc temporis factum. *Delatus inde proximum amnis os,* quasi Tacitus sit in manifesta pugna cum Homero, qui Menelaũ dicit, adita prius Ægypto, Sidonios, Erembos, inde Libyam devenisse. lib. 4. Odyss. 85. Occurrit itaque & sua distinctione, Tacitum se cum Homero conciliasse putat.

Verum Germanicus antiquitatis curiosus adit Canopum, quia ibi Serapidis templum. Strabo lib. 17. Intra tos Heraclium: deinde visit vestigia Thebarum. Hæc aperta ex vetere distinctione.

At per novam, Heraclium non aditur, & Cornelius non opportune verba facit, unde id nominis ei fluminis ostio datum sit. Insuper quid hoc monstri? Spartanos Canopum condidisse, cum ex Ægypto in Libyam delati sunt; immo cum ex Græcia illud ostium Nili tenuere; nec Menelaus Canopo discedens in Libyam solum defertur, sed plures per gentes, quibus omissis, non video cur tan-

1 Inde proximum amnis 2 os dicatum 3 Herculi, quem indigenæ o-

INTERPRETATIO.

que Libycam. Hinc venit in propinquum fluminis ostium sacratum Herculi, quem

NOTÆ.

tum Libyam nominaverit.

Non obstat, quod objicitur ex versibus Homeri. Nam non eo ordine aditæ gentes à Menelao, quo ab Homero scriptæ sunt. Phœnice profectò prius (si ordini credimus) quam Æthiopes petita fuit, cujus tamen Metropolis recensetur. Non ergo ad amussim hujuscemodi carminum res est metienda.

De Sidoniis equidem Phœnices loquitur Homerus, idque de Strabone petas, qui rationem reddit, cur generaliter facta Phœniciæ mentione, de Sidoniis iteratit. Adde non insubidè dici posse, non semel in Ægyptum Menelaum rejectum fuisse, antequam in patriam se reciperet.

De una appulsione, & inde ad alios peregrinatione lib. 3. Odyss. 299. Nestor qui jam dixerat, se à Troia socium reversionis habuisse Menelaum, primaque tempestate ventum plures ejus naves Cretam, quinque reliquas in Ægyptum dissipasse.

De altera, & inde in patriam prospera navigatione lib. 4. Odyss. 585. Menelaus, qui perfectis Hecatombis conrigit reditus innocuus ab Ægypto, nec per tot varias gentes erravit.

Quis neget igitur potuisse Menelaum prius in Libyam Mareotidem deferri, quæ Ægypto finitima? Plinius 5. 2. *ea, quæ sequitur regio Mareotis Libya appellatur, Ægypto contermina.*

Sed quid conjecturis indulgemus? Accepit noster Libyam pro Africa, ut Tertullianus, *Acon in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans.* Et id voluit, cum Menelaus ex Europa in Africam rejectus est, nempe in Ægyptum ejus provinciam.

Libya.] Regio Africæ ad mare Libycum, partem maris Mediterranei. hodie regnum & desertum *Barca*, in Barbaria, & Biledulgerid regionibus. Aliquando tota Africa, & pars ejus Septentrionalis dicta est *Libya*, sed hoc nihil ad rem. *Tillemon.*

1. *Inde proximum amnis os.*] Legit Acidalius, *inde ad proximum amnis os.* sed frustra; nam Tac. verba illa, *inde proximum amnis os* intellecta voluit ex sequenti membro τὸ *visit*, quasi esset: *inde visit proximum amnis os dicatum Herculi, mox Thebarum vestigia.*

Quod haud scio an satis consideraverit vir doctus, qui παραφράζει, *Abhinc proximum Nili ostium Heracleoticum appellatur*, quasi rationem hujus vocabuli tantum edat Tacitus; non vero ipsum os ingressum, & quæ circa occurrerent visenda, adiisse, & contemplatum esse significet Germanicum. Immo, *abhinc proximum Nili ostium adiit, Heracleoticum appellatum*, &c. Gronovius.

2. *Os dicatum.*] Heracleoticum, vel Canopicum, ostium Nili fluvij in Ægypto inferiore ad Occidentem. hodie quid sit certo non liquet, Nilus enim habuit olim septem ostia, nunc vero tantum tria habet, vel quatuor, si addideris Canalem, sive fossam Cleopatræ vulgò *Calitz*, qui fluit per Alexandriam, seu Scanderiam urbem. ex chartis Ptolemæi, Ortelij, & relatione Vanslebij. *Tillemonius.*

3. *Herculi quem.*] De Hercule Ægyptio videndus Herodotus in Euterpe. Mela lib. 3. Meminit & Arrianus lib. 11. de rebus Alexandri. Græcum Herculem suo posteriorem fuisse amplius decem millibus annorum, Ægyptij aiunt. Diodor. lib. 1.

rum apud se, 1 & antiquissimum perhibent, eosque qui postea pari virtute fuerint, 2 in cognomentum ejus adscitos. Mox visit 3 veterum Thebrnum magna vestigia. & manebant 4 structis molibus 5 lite-

INTERPRETATIO.

incola natum apud ipsos, & vetustissimum memorant, illosque qui deinceps simili fortitudine excelluerint, in cognomen ejus assumptos esse dicunt. *Dein vidit ampla vestigia priscarum Thebarum, & exstabant adhuc* impressi *molibus è saxo structis caracteres Æ-*

NOTÆ.

1. *[Et antiquissimum.*] Comparative dictum cape, *cæteris omnibus antiquiorem*, Non enim ut transferunt, *rem antiquam* aut *consuetudinem antiquam.* Freinsh.

2. *In cognomentum ejus adscitos.*] Hisp. *tomaron el mismo nombre*, quo non satis explicatur nominis ejus dignitas, quod non ex arbitrio cujusvis adsumptum est; sed qui digni videbantur, consensu quorundam populorum, cognomenti ejus honore Herculi sunt æquari, eique sensui optime servit verbum *adscitos.*

3. *Veterum Thebarum.*] Thebæ, quæ & ἑκατόμπυλοι, unde Juvenalis,

Atque vetus Thebæ centum jacet obruta portis.

Et Diospolis, & Heliopolis, antiquitus Ægyptus dicebatur, quod est nomen etiam Nili. Erat autem in Ægypto superiore, quæ ea ex urbe vocatur Thebaïs; eam urbem condidit Busiris. Ambitus mœnium complectebatur 140. stadia, id est 20. millia passuum.

Strabo ait è vestigiis constare eam longam fuisse circiter 80. stadia. Ex ea prodibant in bellum 20. millia curruum. Homerus Iliad. 182. α Eam diruit Cambises. Videndus Herodotus lib. 2. Strabo lib. 17. Diodorus in secunda parte libri primi.

Thebarum.] Thebæ, urbs Thebarum Nomi, in Thebaïde prima, Ægypti superioris provincia. hodie *Insine*, urbs ad ripam Orientalem Nili fluvij, in *Saïd*, sive Ægypto superiore. ex chartis Petri Duval, & relatione Vanslebij, &c. *Tillemonius.*

4. *Structis molibus.*] Intelligit obeliscos. de quorum frequentia, & notis consule omnino Ammianum, l. 17. atque in hac ipsa re nos etiam in Ægyptiis admirandis. *Lipsius.*

Structis molibus.] Qua voce non tam ædificia vulgaria ut alia insitatæ magnitudinis, nec fermè ulla re, præterquam ipso structuræ luxu, commendata, designantur, veluti Pyramides, obelisci, &c.

5. *Litera.*] Plin. lib 6. *Scripta stela lapidea literis incognitis*, vel quia exoleverat ea lingua, vel quia cognita tantum sacerdotibus, & doctioribus, non vulgo, neque externis gentibus.

Litera Ægyptia.] Plin l. 36. 8. *Trabes ex eo* (syenite lapide) *fecere Reges, quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis Numini sacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio. Primus omnium instituit Mitres, qui in Solis urbe regnabat, somnio jussus, & hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim scalptura illa, effigiesque quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ.*

Etiam Plin. ubi de duobus obeliscis, ex Ægypto Romam advectis lib. 36. 9. *Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Philosophiamque Ægyptiorum, ac opera continent.*

Literæ sacræ Ægyptiorum.] Diodorus sic lib. 4. cap. 1. ubi de Æthiopia. *Plurima etiam leges ab Æthiopibus sunt ad Ægyptum translata colonis, majorum servantibus instituta. Nam Reges deos existimare, sepulchrorumq; præcipuum studium habere, aliaque ejusmodi plura ex Æthiopum disciplina profecta sunt. Statuarum insuper magnarum usum, ac literarum formas ab Æthiopibus acceperunt, cum Ægyptij literis utantur propriis. Has quidem vulgo discunt*

ræ Ægyptiæ, [1] priorem opulentiam complexæ: jussusque è seniori

INTERPRÆTATIO.

gyptij, continentes magnitudinem vetustarum opum: imperatumque uni ex natu gran-

NOTÆ.

omnes: has vero quas sacras appellant, soli Sacerdotes norunt, à parentibus eorum privatim acceptas. Apud Æthiopes iisdem omnes figuris utuntur, &c.

Sed de Æthiopum literis, quas Ægyptij sacras vocant, ne quid de rebus priscis omittatur, dicendum. Sunt Æthiopum litera variis animantibus, extremitatibusque hominum, atque instrumentis, sed præcipue artificum, persimiles. Non enim syllabarum compositione, aut literis verba eorum exprimuntur, sed imaginum forma, earum significatione, usu, memoria hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem, crocodilum, serpentem, hominis oculum, manus, faciem, & cætera ejusmodi.

Accipiter rem denotat cito factam, quoniam hac aliarum ferme omnium avis sit velocissima. Transfertur hæc notatio ad domesticas res quæ velociter fiunt. Crocodilus malum significat.

Oculus justitiæ servator, & totius corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium dextera manus, digitis passis liberalitatē designat, sinistra vero, compressis, tenuitatem, atque avaritiam. Eodem modo & cæterarum corporis partium figura, atque instrumenta certum aliquid notabant. Quæ memoria hominum, longo usu, ac meditatione observata, è vestigio, quid ea exprimerent, internoscebant.

Igitur Ægyptij qui per notas & figuras sensus effingerent, si quem *memorem* significabant, *leporem*, aut *vulpem* arrectis auribus, quod summi essent auditus, & insignis memoriæ, effingebant: si vero malum, *crocodilum*, si velocem, *accipitrem*, si invidum, *anguillam*, quod cum piscibus esset insociabilis: si justum, *oculum*: si liberalem, *dextram manum* digitis passis: si avarum, iisdem *compressis* marmori insculpebant.

1. *Opulentiam.*] Diodorus sic l. 2. ubi de Sesostri Rege. *Fuere pedestres copiæ millia hominum sexcenta: equitum millia quatuor & viginti, Currus bello apti octo millia & viginti. Deinde varios duces ex iis qui una secum nutriti erant exercitus præposuit, viros exercitatos bello, & à pueris virtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingenti, fraterna omnes, mutuaque erga Regem benevolentia, quibus distribuit agros fertiles, ut rebus necessariis fulti, nulla que pressi inopia, liberius militiæ vacarent.*

Præparatis ad bellum rebus, primum Æthiopes, qui ad meridiem spectant aggressus, victos acie, tributum pendere compulit; hebenum, aurum, & Elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum classe quadringentarum navium missa, primus omnium longis navibus usus, & insulas omnes ejus ora sibi subdidit, & partes maritimas usque ad Indos subjecit.

Asiam quoque omnem pedestri exercitu devicit. Neque solum provincias expugnavit ab Alexandro postmodum subactas, sed & gentes quasdam, ad quas nunquam Alexander accessit. Nam & Gangen transiit, & universam Mediam usque ad mare Oceanum peragravit. Scytharum quoque gentem ad Tanaim usque fluvium, qui Europam ab Asia dividit, pertransiit, &c. Asiam quoque reliquam sibi parere coëgit. Cycladas insulas majori ex parte potitus est.

Transcendens in Europam, omnemque Thraciam pertransiens periculum exercitus subiit, tum propter inopiam frugum, tum locorum asperitate. finem expeditionis in Thracia statuens, multis in locis à se devictis, columnas erexit, quibus, his, quas sacras dicunt, literis, scriptum extat, hanc provinciam armis subegit, Rex Regum principantium Sesostris.

Infra Diodor. *Ipse summa humanitate erga omnes subditos usus est, & omissa post*

bus 1 sacerdotum 2 patrium sermonem interpretari, 3 referebat *habitasse quondam 4 septingenta millia ætate militari: atque eo cum exercitu 5 re-*

INTERPRETATIO.

dioribus sacerdotum, ut literas hasce *Ægyptias exponeret. Dicebat, interpretabaturque* septingenta millia hominum bello per ætatem idoneorum, olim *regionem* incoluisse,

NOTÆ.

novem annos armorum cura, statuit singulas gentes quot annis ad se dona in Ægyptum ferre. Duos propterea erexit obeliscos ex lapide duro, utrumque altum cubitis centum viginti: in quibus tum imperij magnitudinem, tum multitudinem vectigalium descripsit, addidit, & quas subegit nationes, &c.

Cum multis, ac præclaris facinoribus nobilitatus esset tum id magnificentissimum est habitum, quod cum nationes à se devicta, tum ij, quibus ea ma tradiderat, duces quoque quos diversis præfecerat provinciis, præstituto die in Ægyptum venientes ei dona offerebant: hos suscipiens benigne, aliis quidem in rebus, vario honore afficiebat: at si quando aut in templum iret, aut per urbem incederet; quatuor ex eis loco equorum, currui junctis ostendebat, cum cæteros omnes Reges, ducesque præclaros bello superasset, nullos sibi, neque virtute, neque rebus gestis esse comparandos.

1. *Sacerdotum.*] Valer. lib. 8. 7. Pytagoras *Ægyptum petiit, ubi literis gentis ejus assuefactus, præteriti ævi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium sæculorum observationes cognovit.*

Sacerdotum.] Lucan. 10.

——*Longis Cæsar producere noctem,*
Inchoat alloquiis: summaque in sede jacentem,
Linigerum placidis compellat Achorea dictis,
O sacris devote senex, quodque arguit ætas,
Non neglecto deis, Pharia primordia gentis
Terrarumque situs, vulgique edissere mores,
Et ritus, formasque deûm: quodcumque vetustis,
Insculptum est adytis, profer, noscique volentes,
Prode deos.

2. *Patrium sermonem.*] Alij omittunt, alij ad Romanum transferunt, quasi respectu Germanici *patrius* sermo dictus foret, quod non ita se habet; verum Ægyptius sacerdos jussus est *suum* hoc est Ægyptium sermonem complexas litteras interpretari Germanico, quod ille, quatenus conjecturæ locus est, non Romana, sed Græca potius lingua fuerit exsequutus.

3. *Referebat.*] Macrob. 2. 11. *Nunquam tamen, sive eluvio, sive exustio omnes terras, aut omne hominum genus, vel omnino operit, vel penitus exurit. Ægypto certe (ut Plato in Timæo fatetur) nunquam nimietas humoris nocuit, vel caloris. unde & infinita annorum millia in solis Ægyptiorum monumentis, librisque releguntur; certa igitur terrarum partes internecioni superstites, seminarium instaurando generi humano fiunt.* &c.

4. *Septingenta millia.*] Strabo *μυριάδας ἑκατόν* *fiut* 1000000.

5. *Regem Rhamsen.*] De hac tanta potentia Ægyptiorum nihil legi, nec facile credam. Nam quod Suidas ait, Thulin quemdam Ægyptium regem, & usque ad Oceanum imperium tenuisse, à quo dicta sit Thule: quid tam infaudum somniavit ullus ægrotus? nescio an hic sit Rhamses, quo regnante Ilium captum esse vult Plinius lib. 4 cap. 8. ubi tamen leges *Ramses* corrupte. *Lipsius.*

Regem Rhamsen Eadem dicuntur de Sesostride à Diodoro. *Muretus. Armais* apud Josephum, unde hos Reges depromsit Eusebius, frater Sesothios, ipso

gem Rhamsen Libya, 1 Æthiopia, Medisque & 2 Persis, & 3 Bactriano, ac 4 Scythia potitum; quasque terras Suri, Armeniique & conti-

INTERPRETATIO.

atque eo enm agmine Regem Rhamsen Libyam, Æthiopiam, Medosque & Persas, & Bactrianos, ac Scythas subegisse, *simul* eas regiones, quas Suri, Armeniique, & finitimi Cappadoces habitant, hinc provincias ad Bithyniæ, & inde ad

NOTÆ.

fratre expeditionem in Asiam faciente, invasit regnum Ægypti: unde postea à fratre expulsus est.

Iste *Sesothis* trinominis fuit, teste Manethone. Vocatus enim est *Ramesses*, & præterea *Ægyptos*. Sed Josepus hæc oomina permiscuit. Nam Sesothis Josephi est σέσωστρις Herodori, & σεσόωσις Diodori. *Scaliger*,

Ραμέσσης in obelisco apud Ammianum Marcellinum videtur esse, qui *Rhameses*, seu *Rhamesses* dicitur ab Eusebio io Chronico, & à Josepho io lib. 2. contra Apionem Ραμέσσης Ράμψης. Qui etiam alio nomine σέθωσις dicebatur, ut docet ibidem Josephus ex Manethone.

Herodorus io lib. 2. Sesostrim appellat eundem eum esse *Sesotim*, seu *Sethosim* Manethonis eum Herodoti Sesostri ex utriusque rebus gestis ioter se collatis recte probavit Scaliger in notis ad Eusebium oumero 530. Eundem Tacitus in libro 2. Ann. *Ramsem* vocat & de eo scribit, quæ optime io Sesostrem convenient.

1. *Æthiopia.*] Æthiopia, *Albexin* incolis, & *Abissia* nostris, regio Africæ amplissima cis, & ultra æquatorem circulum extensa, gemina est, una sub Ægypto ioter Nilum, & sinum Arabicum latè patens. Altera ultra æquatorem noo satis veteribus cognita.

Æthiopia.] Multiplex est apud veteres, nempe *Æthiopia late sumpta* pars est dimidia & meridionalis totius Africæ, ad oceaoum Æthiopicum seu Australem. hodie nomen antiquum apud nos etiam retinet: hæc Æthiopia latè sumpta divisa fuit in duas partes, illa quæ fuit versus occidentem & meridiem dicta est *Æthiopia interior*, ubi nunc sunt status *Congo*, regio & ora *Cafrorum*, imperia *Monomotapa*, & *Monoemugi*.

Pars vero altera, quæ fuit ad orientem, vocabatur *Æthiopia sub Ægypto.* hodie in ea parte sunt imperium *Abyssinorum Nubia* regio & oræ *Zanguebar*, *Aian* & *Abex*.

Fuit etiam Æthiopia propriè dicta, pars major Æthiopiæ sub Ægypto. hodie *Abyssinorum* imperium. ex Chartis & Tabulis Sansonis. *Tillemon.*

Ægyptus imperitavit Æthiopiæ & vicissim Æthiopia Ægypto Plio. *Ægyptiorū bellis attrita est Æthiopia, vicissim imperitando, serviendoque clara, & potens etiam usque ad Trojana bella, Memnone regnante, & Syria imperitasse eam, nostroque littori, ætate Regis Cephei, patet Andromeda fabulis.*

2. *Persis.*] Regio imperij Persarum, sive Parthorum, ad sinum Persicum. hodie *Chusistan*, *Fars*, *Kirman*, & *Mekeran*, provinciæ regni Persiæ. *Tillemon.*

3. *Bactriano.*] Bactriana, regio imperij Persarum, sive Parthorum ad mare Caspium. hodie pars provinciæ *Corasan* in regno Persiæ, parsque regionis *Mauvaralnahara* in magna Tartaria. ex Chartis Gulielmi Sanson, *Tillemon.*

4. *Scythia.*] Scythia, pars Septentrionalis Asiæ veteris. ad oceanum Scythicum. hodie pars major *Tartaria Magna*, parsque orientalior *Moscovia*, in Asia & Europa hodierna ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

qui Cappadoces colunt, 1 *Bithynum*, *hinc* 2 *Lycium ad mare imperio*, *tenuisse.* legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum, equorumque, & dona templis ebur, atque odores, quasque copias frumenti & omnium utensilium quæque natio penderet, haud minus magnifica, quam nunc 3 vi Parthorum, aut potentia Romana jubentur. Cæterum Germanicus aliis quoque 4 mira- 61

INTERPRETATIO.

Lyciæ usque pelagus obtinuisse. *referebantur etiam imperata populis vectigalia, quantum argenti & auri* exegissent, *quantum armorum, equorumque, & munera delubris, ebur, thura atque aromata, quæque copias annonæ, & omnium quæ ad usum, victumque necessaria sunt. quisque populus persolveret, haud minus ampla & ingentia, quam nunc dominatione Parthorum, aut imperio Rom. præcipiuntur. Ceterum Germanicus aliis*

NOTÆ.

1. *Inde Bithynum, Lycium.*] Referenda hæc sunt ad populos proximè nominatos, Syros, Armenios, Cappadocas: non universum Ægyptiorum imperium, quod his finibus velle includere ridiculum esset.

Bithynum.] Bithynia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad Septentrionem, & Occidentem, & ad Pontum Euxinum, & Propontidem. hodie pars septentrionalis & occidentalis præfecturæ *Natolia* ad mare Nigrum, & ad Marmare, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

2. *Lycium.*] Lycia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad mare Lyciacum partem maris Mediterranei hodie pars præfecturæ *Natolia* ad meridiem, & ad mare orientale, seu *de Levant*, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

3. *Vi Parthorum.*] Quidam accipiunt in malam partem, & *violentiam* interpretantur, quasi opponant dominationem sævam Parthorum, imperio Romanorum, quæ lenior, & veluti magis legitima dominatio sit. Sed *ad populum phaleras*. magna quæque imperia suas leges habent. sua tributa exigunt pari vi pari iniquitate: nec major, aut durior vis Parthorum, quam Romanorum. pari ingenio sunt imperitantes omnes & si diversi solo, locoque, aut etiam tempore forte agant. & ut habet Tacit. *magis alij homines quam alij mores.* Asinus Phædri, semper *feret clitellas.*

4 *Miraculis*] Nilus ipse magnum, benignum, & æternum miraculum fuit, ob magnitudinem, ob originem ipsius incognitam, ob ipsius inundationes annuas, quarum hactenus causæ latent quæ semper investigantur, nec unquam inveniuntur.

Visendus etiam lacus ille, in quo vaga perpetuo natat insula, de quo Mela lib. 1 cap 10. *In quodam lacu Chemnis insula, lucos, silvasque & Apollinis grande sustinens templum, natat, & quocumque venti agunt, pellitur.* Visendæ *Pyramides tricenum pedum lapidibus extructa, quarum maxima* (*tres namque sunt*) *quatuor fere soli jugera, sua sede occupat: tandem in altitudinem erigitur.*

Spectandus & *Mœris, aliquando campus, nunc lacus viginti millia passuum in circuitu patens, altior quam ad navigandum, magnis onustisque navibus satis est.*

Visendum & *Psammetichi opus, Labyrinthus, domos mille, & regias duodecim perpetuò parietis ambitu amplexus, marmore extructus, ac tectus, unum in se descensum habet intus pene innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus sed continuo amphractu, & sæpe revocatis porticibus ancipites, quibus subinde alium super alios orbem agentibus, & sub-*

culis intendit animum, quorum præcipua fuere [1] Memnonis saxea effigies, ubi radiis Solis icta est, vocalem sonum reddens [2] disjectasque inter & vix pervias arenas instar montium eductæ

INTERPRETATIO.

etiam miraculis visendis animum adjunxit, quorum eximia fuere simulacrum Memnonis e lapide, distinctas voces edens, cum lux solis percussit, & Pyramides in montium magnitudinem exstructa, emulatione & opulentia regum inter con-

NOTÆ.

inde tantum redeunte flexu; quantum processerat, magno & inexplicabili tamen errore perplexus est.

Visendus etiam fuit Apis ille, qui *populorum omnium Numen est, bos niger certis maculis insignis, & cauda, lingua que dissimilis alterum: raro nascitur, nec coitu pecoris (ut aiunt) sed divinitus, & cœlisti igne conceptus, diisque quo gignitur, genti maxime festus est.*

Invisendi, audiendique sacerdotes, qui *Ægyptios vetustissimos hominum prædicant*, nempe *trecentos & triginta Reges ante Amasin, & supra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt: mandatumque literis servant, dum Ægyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera, ac solem bis jam occidisse, unde nunc oritur. Viginti millia urbium Amasi regnante habitarent*, &c.

Spectandæ & clarissimæ urbes *Says, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantis, & Thebæ, utique (ut Homero dictum est) centum portas, sive (ut alij aiunt) centum aulas habens; totidem olim principum domos: solitasque singulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.*

1. *Memnonis saxea effigies.*] Visitur, ut Plinius vult, in Serapis templo forma colossi: *quem*, ait, *cotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt.* Juvenal.

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

Dimidium cur vocet: explicat Strabo: τοῦ δὲ ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμοῦ γενηθέντος, *alterius vero partes superiores, quæ ab cathedra erant, facto terræ motu subversæ sunt.* Qui etiam vidisse se ait, & cum multis aliis, circiter horam primam diei, sonitum aliquem audisse.

Philostratus ab Apollonio eam statuam in Æthiopia visam ait: & mentitur non insolens, sive ipse, sive impurus ille magus. Nam certum est in Ægypto fuisse. Vide præter alios Pausaniam in Atticis. *Lipsius.*

Memnonis.] Plin l.36.7. *Non absimilis illi (lapide quem basalten vocant, ferrei coloris, atque duritiæ) narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statuæ dicatus, quem quotidiano solis ortu, contactum radiis crepare dicunt.*

2. *Disjectasque inter & vix pervias.*] Inter incertas, & vix penetrabiles arenas. τὸ *disjectas* alij omittunt, alij ad Pyramides hoc vocabulum referunt. Nimirum fefelllit eos novitas rei, quum non imaginarentur, quid per arenas disjectas intelligendum foret. quod eos docere potuerat recordatio copiarum Cambysis, in his locis, per dispersas vento arenas obrutatum, apud Herodot. 3 26. *Freinshemius.*

Haud scio, an rectè intellexerit; certè loquitur quasi nolit intelligi. Quis enim assequitur *incertas arenas?* nam dispersas quis non putet passim jacentes, aut spargente aliquo, sive is ventus sit, portatas, & passim abjectas: ut apud Maronem, *pedibus qui spargit arenam, & ipsa ad pugnam proludit arena.*

Nec dum tamen ex his scias, quæ sint Tacito *arenæ disjectæ.* Quo vocabulo significat ille propsium hujus materiæ τὸ ἀσύνακτον, ἀσύγκλωτον quod singula corpuscula, vel singuli pulvisculi. ab aliis

[1] Pyramides certamine & opibus regum: [2] lacusque effossa humo, superfluentis [3] Nili receptacula [:] atque [4] alibi angustiæ, & [5] profunda altitudo, nullis inquirentium spatiis penetrabilis. Exin ventum [6] El-

INTERPRETATIO.

fusas, disperſasque temere, & vix penetrabiles arenas, stagnaque egestæ terra inundantis Nili alvei, & aliis locis arcta fossa, & immensa profunditas nullis scrutantium aut explorantium mensuris pervia. Dein petiit Elephantinen, ac

NOTÆ.

secedunt, eoque ad moliendum, aut accipiendo, suscipiendoque operi est inutilis. Unde ὁ λόγος: ὅτι ᾠκοδόμησε τὴν ὀικίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον Unde *proverbium: qui ædificavit domum suam super arenam*, &c

Merito Tacitus ad augendum rei miraculum addit, arenas inter *disjectas*, id est, solutas, dissociabiles, intractabiles ob segregem naturam, tantas moles structas. Nam etsi hæ vento quoque, ubique agitentur & jactentur, non sunt tamen, ubi sitæ Pyramides, Garamantum arenæ, quæ castra obruere possint.

1 *Pyramides.*] Pyramides Ægypti apud Memphin urbem, inter illam & Veldam, inter septem orbis miracula *Pharaons* teste Bellon. *Granari di Giosefo* Europeis teste Ortel. tres numero latæ longæque in altum, ad 4. terræ jugera teste Mela, à Nilo fluvio 4. mil. à Cairo 4. mil. antiquorum regum sepulcra. Pyramidum una à 360000. hominum, viginti annorum spatio constructa traditur, tanta impensa, ut in alliis, cœpis & raphanis 1800 talenta insumpta fuerint.

Pyramides.] Memphitites nomi Suve præfecturæ in Heptanomo, sive Ægypto media, & ad occidentem Nili fluvij. hodie adhuc visuntur ad occidentem, & meridiem Cairi urbis, *Vostani* parte media Ægypti regionis. *Tillemon.*

Pyramides.] Pyramides ab Ægyptiis Regibus ex affluentia divitiarum, & postquam ab uno cœpta res est, cæterorum æmulatione, instar montium exstructæ sunt.

2. *Lacusque.*] Item immensi lacus manu facti, terraque per ingens spatium effossa, ut Nilus, si præter modum exundasset, in eos dilaberetur, neque superstagnans agros perderet.

3 *Nili.*] Nilus, *Nil* Africanis, *Tacui* Abyssinis: & *Abanhi*, ubi Meroën insulam efficit. Fluvius Africæ maximus & notissimus, ex lacu amplissimo, ultra æquatorem oriens, longoque decursu in boream per utramque Æthiopiam & Ægyptum fluens.

Apud Memphim & Babylonem in plures alveos divisus, quorum duo extremi *Deltam* efficiunt figuram triangularem, cujus vertex est, ubi dividitur ad Babylonem, basis, ora littoralis inter Alexandriam & Pelusium latera, unum inter Babylonem & Alexandriam, alterum inter Alexandriam & Pelusium mare novem ostiis subit: quorum extrema, Canopicum ad occasum & Pelusiacum ad ortum.

4. *Alibi angustiæ.*] Denique angustæ quædam in flumine loca, in immensam altitudinem depressa, quæ nullis investigantium funibus, licet in maximæ longitudinis spatium inter se connexis inquiri, inveniri que possit.

5. *Profunda altitudo.*] ἄβυσσοι πηγαί. *Herodotus.*

6. *Elephantinen.*] Elephantine insula Ombites Nomi, in Thebaïde prima Ægypti provincia, & ad Nilum fluvium. *Tillemonius.*

Elephantinen.] Hæc insula infra novissimam cataractam habitatur, & est Ægyptiæ navigationis finis Plin. l. 5. 9. Strabo lib. 17. *In ea perpetuum est ver ar-*

phantinen ac [1] Syenen, [2] claustra olim Romani imperij; quod nunc [3] rubrum ad mare patescit. Dum ea æstas Germanico plures per provincias transigitur, haud leve decus Drusus quæsivit illiciens Germanos ad discordias; utque fracto jam Maroboduo usque in exitium insisteretur. Erat inter 5 Gotones nobilis juvenis nomine Catualda profugus olim vi Marobodui, & tunc, dubiis rebus ejus, ultionem ausus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptisque primoribus ad societatem, 6 inrumpit regiam, castellumque juxta si-

INTERPRETATIO.

Syenem limites olim Romanæ dominationis, quæ nunc ad Erythræum mare extenditur. Dum eam æstatem Germanicus multas per regiones traducit, haud tenuem gloriam adsecutus est Drusus, impellens Germanos ad dissensiones, utque victo jam Maroboduo usque in perniciem illius perseveraretur. Erat inter Gotones clarus adolescens, vocabulo Catualda, patria ejectus olim, potentia Marobodui, & tunc adversis rebus illius, vindictam sumere ausus. Is cum firmo agmine regionem Marcomannorum invadit, illectisque proceribus ad commilitium, invadit sedem regiam, arcemque prope structam.

NOTÆ

borum, ita ut ne vitium quidem palmites decerpant. Idem Plin lib 16 21. Est autem Elephantina Æthiopiæ vicina, quæ Elephantorum ferax, & non longe à Meroe

1 *Syenem* Plin 12 4 *Æthiopia forma, ut diximus, nuper allata Neroni principi raram arborem ebenum ad Meroem usque à Syene fine imperij, &c. esse docuit.*

In Elephantine puteus, qui indicat incrementa Nili. In Syene puteus, qui indicat solstitium. ibi dum sol in Cancro est, recta corpora nullam faciunt umbram. Lucan lib 2. *Atque umbras nusquam flectente Syene.*

Syenen.] Syene *Asna* teste Jo Leone, urbs Ægypti, olim Archiep. in Æthiopiæ confinio ad Nilum, olim *Rom.* imperij, sicut & nunc *Turcici*, terminus, inter Alexandriam *Ægypti*, & Meroëm, teste Plinio.

2. *Claustra olim Romani imperij.*] Alio sensu *claustra*, quam paulo ante; nam nunc terminum & finem intelligit, qui claudit Insertum hoc autem in gratiam, laudemque Trajani, qui res magnas gessit ad orientem, limitibus imperij ad Rubrum mare promotis

Eleganter apud Suidam scriptor incertus super hac ipsa re: *Imperium Romanum ipsum longe superavit Persarum atque Macedonum veterum imperia, quippe limites suos descripsit, ad orientem quidem Indos & mare Rubrum, & Nilum, & paludem Mæotin* & reliqua, quæ non dubie adtexit de rebus Trajani. Ita Tacitus lib. 4 *quanto sit angustius imperitatum*: præ quam nunc, videlicet meo ævo.

Claustra.] Terminos tum imperij Rom. quod nunc Trajani victoriis usque ad Rubrum mare protenditur.

3 *Rubrum mare.*] Erythræum Græcis, Arabiam felicem alluit, in duos sinus, Arabicum nempe, & Persicum dividitur.

Rubrum mare.] Pars est oceani orientalis, inter Arabiam regionem Asiæ, atque Ægyptum, & Trogloditicam regiones Africæ. hodie Franci vocant, *la mer Rouge*, & *mer de la Mecque*, vel *Golphe d'Arabie*. Tillemon.

5. *Gotones*] Populi Germaniæ ad Viadrum fluvium hodie pars media *Silesiæ* ducatus, sub regno Bohemiæ. *Tillemontius.*

6. *Inrumpit regiam.*] Boviasmum ubi

tum. veteres illic Suevorum prædæ, & [1] nostris è provinciis lixæ, ac negotiatores reperti, quos jus commercij, dein cupido augendi pecuniam, postremum oblivio patriæ, [2] suis quemque ab sedibus hostilem in agrum transtulit. Maroboduo undique deserto non aliud subsidium, quam misericordia Cæsaris fuit. transgressus [3] Danubium qua [4] Noricam provinciam præfluit, scripsit Tiberio, [5] non ut profugus, aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ. [6] *nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus, Romanam amicitiam pretulisse.* Responsum à Cæsare, *tutam ei, honoratamque sedem in Italia fore, si maneret;* [7] *sin rebus ejus aliud conduceret, abiturum fide qua venisset.* cæterum apud senatum disseruit, *non Philippum Athenienſibus,* 63

INTERPRETATIO.

Antiqua illic Suevorum opes, qua rapta bello erant, & è nostris regionibus lixa, ac mercatores inventi, quos fœdus ictum commercij causa, dein cupiditas amplioris fortuna, demum oblivio natalis soli, sua quemlibet à patria, hostilem in terram transmisit. Maroboduo undequaque destituto non aliud perfugium fuit, quam clementia princip. cum transmisisset Danubium; qua parte Noricam regionem prælabitur, comp. suit literas ad Tiberium, non ut fugiens, aut fractus animo, sed ex conscientia prioris fastigij; quippe plurimis gentibus nobilissimum olim Regem, ut ad se veniret compellantibus, Romanam fidem, societatemque antepofuisse. *Respondit Tiberius* securam ei, decoramque habitationem in Italia futuram, si moraretur, sin fortunæ ejus aliud conveniret, abscessurum eadem qua accessisset fide. *Ceterum retulit apud patres,* non Phi-

NOTÆ

regia Marobodui erat, & castellum prope situm occupat,

Inrumpit regiam.] Boviasmum in Hercynia silva, de quo attuli supra Strabonis verba.

1. *Nostris è provinciis lixa.*] Erant ibi non modo veteres Suevorum prædæ, sed etiam è nostris regionibus lixæ, mercatoresque, qui cum divitiis & mercibus à Catualda rapti eo loci sunt.

2. *Suis quemque ab sedibus.*] Blandiente lucro, paulatim patriæ suæ obliti, alij aliis ex terris eo commigraverant.

3. *Noricam.*] Noricum, pars, vel regio Illyrici occidentis. hodie pars ducatus *Bavaria*, cum Archiepiscopatu *Saltzburg* in circulo Bavariæ; nec non pars archiducatus *Austria*, & ducatuum *Styria Carinthia*, & *Carniola*, parsque comitatus *Cilley*, & Episcopatus *Brixen*, in circulo Austriæ, ex Chattis Sansonis. *Tillemontius.*

4. *Danubius.*] Danubius fluvius Germaniæ, Illyrici & Sarmatiæ regionum Europæ, in Pontum Euxinum labitur. hodie *Danauv* Allemannis, & *Dannbe* Francis, fluit per Allemanniam, & Turcicum imperium Europæum, Deinde cadit in mare Nigrum. *Tillemon.*

5. *Non ut profugus.*] Scripsit ad Cæsarem non demisse, abjecteque, ut supplex, sed eo spiritu, ut appareret, nondum eum prioris conditionis oblitum esse

6. *Nam multis nationibus*] Argumentum epistolæ fuit, non desperatione, aut aliorum suffugiorum inopia, se Cæsarem respicere; sed quia Romanorum honori hoc daret, ut ipsis potius beneficium hoc deberet, quam multis aliis nationibus, à quibus ut clarissimus modo Rex ultro vocaretur.

7. *Sin rebus ejus aliud conduceret.*] Quod si deinde, alibi locorum, conditionem suam meliorem reddere posse confi-

non Pyrrhum, aut Antiochum, populo Romano 1 *perinde metuendos fuisse.* Extat oratio qua *magnitudinem viri, violentiam subjectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hostis, suaque in destruendo eo consilia* extulit. Et Maroboduus quidem Ravennæ habitus, si quando insolescerent 2 Suevi; quasi rediturus in regnum ostentabatur. sed non excessit Italia per duodeviginti annos: consenuitque, multum 4 imminuta claritate, ob nimiam vivendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. pulsus haud multo post Hermundurorum opibus, & Vibilio duce, receptusque, 5 forum Iulium 6 Narbonensis Galliæ coloniam mittitur. Barbari utrumque comitati, 7 ne quietas provincias im-

INTERPRETATIO.

lippum Atheniensibus, non Pyrrhum, aut Antiochum Romanis perinde formidandos fuisse. *Manet oratio qua* amplitudinem Regis, ferociam subditarum ei nationum, & quam prope imminens Italiæ hostis, suasque in eo subvertendo artes celebravit. *Et Maroboduus quidem Ravennæ retentus, si quid aliquando auderent Suevi, tanquam reversurus in regnum exhibebatur: sed non exiit Italia per octodecim annos, & ibi senuit, haud parum deminuta gloria, ob immodicum vitæ studium. Eadem Catualdæ fortuna, neque aliud subsidium* fuit. *Ejectus non multo post viribus Hermundurorum & ductu Vibilij, exceptusque forum Iulium Narbonensis provinciæ coloniam amandatur. Germani utriusque comites, ne turbarent pacatas provincias, iis permixti*

NOTÆ.

deret, discessum ipsius eadem fide, neque minus tutum, expeditumque futurum, quam adventus fuisset.

1 *Perinde metuendos.*] Hos Reges non ita metuendos fuisse, ut Maroboduus iste, propter vim ingenij, opumque magnitudinem, timendus fuerit.

2. *Suevi.*] Suevi magna gens tenuere Mechelburgiam, Pomeraniam & Marchiam, dein circa Danubium concedere.

3. *Quasi rediturus in regnum.*] Eum Ravennæ habitare jussit, eo consilio, ut Suevos eo terrore, in officio contineret, formidaturos, si Romanos læderent, eos Maroboduum in regnum suum remissuros, eoque facto bellorum civilium in iis gentibus causam excitaturos esse.

4. *Imminuta claritate.*] Multumque de pristina ejus opinione decessit, quasi per ignaviam, & nimium vitæ amorem tandiu ibi hæsisset, nullumque recuperandæ prioris fortunæ conatum ostendisset.

5. *Forum Iulium.*] Oppidum Oxybiorum populorum, in Viennensi Tertia Narbonensis regionis provincia, & in Gallia hodie *Frejus*, urbs provinciæ & præfecturæ *Provence* prope oram, in regno Franciæ. *Tillemon.*

6. *Narbonensis Galliæ.*] Narbonensis, seu Viennensis; regio Galliæ ad mare Mediterraneum hodie pars orientalior Vasconiæ provinciæ latè sumptæ, aut *Gascogne*, omnes comitatus Foxensis, *Foix*, & Ruscinonensis *Roussillon* major pars Occitaniæ provinciæ, vulgo *le Languedoc*, omnes provinciæ Vivariensis *le Vivarais*, & Delphinatus, *le Dauphiné*, aliquid Bressiæ *la Bresse* cum balliviatu Gesiæ *Gex*, omnes ducatus Sabaudiæ *la Savoye*, comitatus Valesiæ, *le Vvallais*, Balliviatus *Bellinzone*, & *Locarno*, maxima pars status Pedemontij *le Piemont*, aliquid status Mediolanensis *le Milanois*, pars Montis Ferrati, *le Montferrat*, omnis præfectura provinciæ *la Provence*, &c. in regno Franciæ; & Italia hodierna, &c. ex chartis Sansonis. *Tillemon.*

7. *Ne quietas.*] Ne hominibus mitibus.

mixti

mixti turbarent, Danubium ultra inter flumina [1] Matum & [2] Cusum locantur, dato rege Vannio gentis 3 Quadotum. Simul nunciato 64
regem Artaxiam, Armeniis à Germanico datum, decrevere patres, *ut Germanicus, atque Drusus ovantes urbem introïrent*. ſtructi & 4 arcus circum latera templi Martis Ultor s, cum effigie 5 Cæſarum: lætiore Tiberio, quia pacem ſapientia firmaverat; quam ſi bellum per acies confeciſſet. Igitur Rheſcuporim quoque Thraciæ regem aſtu adgreditur. Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat; quo defuncto, Auguſtus 6 partem Thracum Rheſcuporidi fratri ejus, partem filio Cotyi permiſit. 7 In ea diviſione arva, & urbes, vicina Græcis,

INTERPRETATIO

mittuntur ultra Danubium inter amnes Marum & Cuſum, impoſito Rege Vannio nationis Quadorum. ibique ſedes illis aſſignanent. *Eadem tempeſtate cum auditum Romæ eſſet* Regem Artaxiam à Germanico impoſitum fuiſſe *Armeniis, cenſuit Senatus, ut Germanicus & Druſus civitatem inirent ovantes. Erecti etiam arcus circa muros ædis Martis Vltoris, cum imagine Cæſarum; gaudente magis Tiberio, quod pacem conſiliis & prudentia ſtabiliſſet, quam ſi bellum acie & prœliis patraviſſet, profligaviſſetque. Itaque dolo etiam adoritur Rheſcuporim Regem Thraciæ. Vniverſam illam gentem Rhœmetalces obtinuerat: quo exſtincto, Auguſtus partem Thraciæ Rheſcuporidi fratri illius, partem* alteram *filio Cotys tradidit. In ea partitione agri, & oppida, &*

NOTÆ

pacificiſque immixti per ingeniorum feroциam in tranquillis, quietiſque provinciis turbas excitarent.

1. *Marum.*] Marus fluvius Mariſus Marus Tacit. poſterioribus Maryſius, *Maros* Hungarice, *Merisch*, vel *Marish*. Germ. fluvius, Daciæ per Tranſylvaniam in Tibiſcum influens, ac Albam Juliam alluens.

Marus] Fluvius Quadorum, & Taracatriatum populorum, & Adrabæ campi, in parte meridionali Germaniæ; in Danubium fluvium ſe exonerat. hodie *Moraura*, in Moravia marchionatu regni Bohemiæ, in Auſtriæ archiducatu circuli Auſtriæ, & in regno Hungariæ, ex Cluverio lib. 3. c. 31. p. 120. German. ant. & Chartis Sanſonis. *Tillemon.*

2. *Cuſum.*] Cuſus fluvius Chryſius Jornandi teſte Rhenano *Kevez*, teſte Laz. & al. *Keureuz*. fluv. Daciæ per Tranſylvaniam in Tibiſcum fluens.

Cuſus.] Fuvius Taracatriarum populorum, in parte meridionali Germaniæ, in Danubium fluvium labitur, hodie *Vvag*, iu Hungaria ſuperiore. ex Clarerij lib. 3. c. 31. p 121 German. ant. & Chartis Sanſonis. *Tillemon.*

3. *Quadorum.*] Quadi Germaniæ populi, quos Jo. Debravius Sleſios *Sleſier* eſſe putat: Aventinus vero illos in Moravia fuiſſe ſcribit, eorumque tractum nunc *Martkfeld* & *Marckfelberg* appellari in Auſtria, trans Danubium, in Moraviæ confinio.

Quadi.] Populi Germaniæ ad meridiem. hodie *Moravia*, marchionatus regni Bohemiæ. *Tillemon.*

4. *Arcus.*] Arcus Druſi & Martis ædes fuerunt in prima regione Romæ antiquæ. ex Roma Nardini lib. 3. cap. 1. p. 71. & cap. 2. p. 79. *Tillemon.*

5. *Cum effigie Cæſarum.*] Germanici, & Druſi.

6. *Partem Thracum.*] Sic Auguſtus, ut diduceret, divideretque Reges, ut vires ſcilicet, opeſque Regulorum n-ſervientium minueret: nam ipſos Reges *inter inſtrumenta ſervitutis* habuit.

7. *In ea diviſione.*] Talis prope divi-

Cotyi ; [1] quod incultum , ferox , adnexum hostibus , Rhescuporidi cessit [2] ipsorumque regum ingenia , illi mite & amœnum , huic atrox, avidum , & societatis impatiens erat. Sed primo [3] subdola concordia egere. mox Rhescuporis egredi fines , vertere in se Cotyi data , & resistenti vim facere ; cunctanter sub Augusto , quem auctorem utriusque regni , si sperneretur , vindicem metuebat. enimvero auditâ mutatione principis , inmittere latronum globos , exscindere castella,
65 causas bello. Nihil æque Tiberium anxium habebat , quam [4] ne composita turbarentur deligit centurionem qui nuntiaret regibus , *ne armis disceptarent* : statimque à Cotye dimissa sunt , quæ paraverat , auxilia Rhescuporis ficta modestia . postulat *eundem in locum coïretur , posse de controversiis , colloquio transigi.* [5] nec diu dubitatum de tempore , loco, dein conditionibus : cum alter facilitate , alter fraude cuncta inter se concederent , acciperentque. Rhescuporis sanciendo , ut dictitabat,

INTERPRETATIO.

quæ proxima Græciæ , Cotyi evenit, quod desertum, agreste & contiguum hostibus , Rhescuporidi obtigit , ipsorumque Regum mentes perinde erant : Illi suavis animus , *comis & venustus , huic* ingenium *ferox , ambitiosum , & societatis intolerans erat. Sed initio fictam concordiam præ se tulere. dein Rhescuporis transire ditionis suæ limites, vindicare sibi , quæ Cotyi concessa , & reluctanti vim inferre, dubitanter sub Augusto, quem conditorem utriusque regni , formidabat ultorem , si contemneretur. Sed nunciato imperare* novum *principem , cœpit immittere latronum catervas. & expugnare arces , causas belli quærens. Nihil perinde Tiberium sollicitum tenebat , quam ne constituta , pacataque res moverentur , destinat centurionem , qui moneret reges* , ne bello contenderent. *Confestim Cotys dimisit copias , quas contraxerat. Rhescuporis subdola moderatione poscit* , ut eundem in locum conveniretur , posse controversias dirimi congressu & sermone. *nec diu deliberatum de die , loco , mox conditionibus : Cum alter simplicitate , alter dolo , omnia mutuo sibi donarent , adprobarentque, Rhescuporis firmanda , ut jactabat,*

NOTÆ.

sio Numidiæ inter Jugurtham , & Adherbalem apud Sallust.

1. *Quod incultum.*] Inculta ei regni pars , & tam ingeniis incolarum , quam hostium vicinitate ferox, Rhescuporidi permissa , accidítque , ut ipsorum etiam Regum mores sorti suæ responderent.

2. *Ipsorumque regum.*] Adeo hoc verum est , ut Cotys ille etiam litteris & poësi excultus fuerit. Ad eum enim Elegia 19. Ovidij lib. 3. de Ponto : & in hujus regno Vates ille exsulavit , quod scire volo juventutem.

3. *Subdola concordia.*] Primo simulaverunt concordiam , quum metum suum Cotys , cupiditatem Rhescuporis astutè tegerent.

4. *Ne composita turbarentur.*] In universum accipe. Ridicule enim ad Thraciam tantum trahas cum nonnullis. scilicet ea cura quietum sollicitabat.

5. *Nec diu dubitatum.*] De tempore loco , modoque congrediendi facile convenit : quia uterque omnia , quæ ab altero postulabantur haud cunctanter indulgebat , promittebatve , quamquam animo longe diverso. Cotys enim id agebat ex insita simplicitate , lenitateque ; Rhescuporis autem dolose atque perfide, quo deceptum his artibus inimicum fa-

fœderi, 6 convivium adjicit, tractaque in multam noctem lætitia, per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, & postquam dolum intellexerat, 2 *sacra regni, ejusdem familiæ deos, &*

INTERPRETATIO.

paci adjungit epulas, productoque in multam noctem epularum *gaudio, inter scyphos & compotationem, in vincla conjicit improvidum Cotyn, & postquam scelus agnoverat, obtestantem* sacra Regum, ejusdem gentis numina, mensæque, & hospitij præsides

NOTÆ.

cilius in fraudem inliceret.

1. *convivium adjicit.*] Putat Josephus Scaliger ad Varronem & Tacit. hoc verbo *adjicit*, hos alludere voluisse ad *cœnas adjiciales*: quæ erant, quotiens, aut inaugurandi alicujus gratia, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum. idque dicebant, epulum, aut cœnam adjicere. Idem sentit Fulvius Ursinus, in appendice ad Petrum Ciacconium de triclinio. Acuta quidem interpretatio; sed an vera, judicium alio rum erit.

Nam cum *adjiciales cœnæ* propriè essent augurales, seu pontificiæ, ut ex Plinio, ac Varrone colligitur, nulla est in hoc Taciti loco de sacerdotibus mentio: nisi dicas, hic de sanciendo fœdere agi, ac fœdera sacrosancta haberi: ergo tamquam religiosum convivium hoc appellari posse, quod admodum frivolum videtur. *Pichena.*

Vellem hoc Scaligero non venisset in mentem. Satis enim multos traxit etiam doctos viros. At sciant tirones *adyciales cœnas* esse nugas meras.

Aditiales dicendum, ut P. Faber, Gruterus, 1 ipsius monuere, ab aditu sacerdotij, vel adeundo sacerdotio. Veteres enim *aditus, aditi, ut Senatus Senati* dicebant. Et interpres optimus Suetonius in Claud cap 9 qui *aditialem* interpretatur. quæ daretur *pro introitu sacerdotij* Gronovius.

Fœdera sine sacrificio non fiebant, nec sacrificia sine conviivo. Plautus in Rud. *Quod prandium obsecro te? nempe rem divinam facitis* Heic Apul. 9. Met *Dominus aditum sacrificales epulas cum sacerdotibus Dei cœnitabat.*

Sed certe hic fictum, & mere commentitium convivium *aditiale*, de quo nusquam cogitavit Tacitus. adjiciebatur fœderi sacrificium, & sacrificio convivium; sed non ideo pontificia fuit cœna illa, vel adicialis. de sacerdotio ineundo nullatenus agebatur.

Convivium adjicit.] Sic in fœderibus adhibita sacrificia, conviviaque Tacit. 12, 47. ubi de Rhadamisto. *Adjicit jusjurandum non ferro, non veneno vim allaturum: simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificium imperatum dictitans, ut diis testibus pax firmaretur.* Sacrificium autem non temere sine convivio.

Sic & lib. 15. 30. ubi de fœdere inito cum Tiridate & Parthis: *Addidit gloriæ Corbulo comitatem, epulasque, &c. convivium buccina dimitti.* Quod hoc loco nostro lib. 2. 65. cogitant de convivio *aditiali*, quod Pontificum fuit somniant. Non magis *aditiale* id convivium fuit, quam jusjurandum Rhadamisti, quam convivium Corbulonis, qui *addidit* gloriæ, seu fœderi comitatem, epulasque.

2. *Sacra regni.*] Quid vocat *sacra regni?* puto ea quæ adhibito sacrificio de regnorum statu fiebant. forsan etiam dixit *sacra regni*, quod reges sacri, de sacris regni & arcanis, deos consulerent. Forsan etiam quod arcano quodam, & sacto fœdere omnes reges inter se sint colligati. *Aurelius.*

Regnum hic absolute capiendum est, non ad Thraciam restringendum. *Sacra regni*, sunt fas & jura, & honores consensu gentium regibus tribui solita. *Om-*

1 hospitalis mensas obtestantem, catenis onerat. Thraciaque omni potitus scripsit ad Tiberium, *structas sibi insidias, preventum insidiatorem*: simul bellum adversus [2] Basternas, [3] Scytasque prætendens, novis pe-
66 ditum & equitum copiis sese firmabat. Molliter rescriptum, *si fraus abesset, posse eum innocentia fidere: ceterum neque se, neque Senatum, nisi cognita causa, jus & injuriam discreturos. proinde tradito Cotye*
4 *veniret, transferretque invidiam criminis.* Eas litteras Latinius Pandus

INTERPRETATIO.

deos. *occupataque universa Thracia, composuit epistolas ad Tiberium*, sibi paratas insidias, & doli artificem prævertisse. *Eodemque tempore pratextu belli contra Basternas & Scythas, novis peditum & equitum viribus sese instruebat. Leniter responsum* est, *si scelus abesset*, posse illum conscientiæ suæ confidere: Ceterum neque se, neque Patres fas, nefasve dijudicaturos, nisi re prius examinata. Itaque dedito Cotye in urbem se conferret, & odium sceleris amoliretur. *Latinius Pandus Propra-*

NOTÆ.

nibus enim *gentibus*, ut gravissimus auctor Cicero pro L. Manilia cap. 9. adfirmat, *regale nomen magnum, & sanctum videtur*: Sallust. fragm. 6. 9. *Illis ingenita est sanctitas regij nominis.*

Hoc igitur voluit Cotys, sanctos, & inviolabiles esse reges: nec sine sacrilegio lædi. eoque provocari regiorum deorum iram, si quis adversus eos quid audeat. οἱ βασιλεῖοι θεοὶ sunt Plutarcho de fortuna Alexan. 2. 14. & aliis, quos citat Brissonius lib. 2. de regno Persarum.

Sacra regni.] Quamvis ille re intellecta, violari regiæ majestatis præsides deos, communisque familiæ gentilia sacra, ipsaque hospitij jura testaretur.

1. *Hospitales mensas.*] Notum de jure hospitij, diisque hospitalibus, qui sacra mensæ tueri putabantur, sicuti *regij dij* sacra regni.

2. *Basternas.*] Basternæ Plin. populi Sarmatiæ Europææ in regno Polonico contenti, apud oram maris Euxini, Peucinis, qui in Lituania censentur, finitimi.

Basternas.] Basternæ latè sumpti, populi Germano-sarmatiæ ad meridiem. hodie *Volhynia & Podolia* regiones status Poloniæ. Bastarnæ vero proprie dicti, sunt populi Bastarnorum jam dictorum. hodie pars meridionalis *Volhynia inferioris*. ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

3. *Scythasque.*] Cimmeria, quæ postea Scythia Europæa, sive parva Scythia, regio est meridionalis Sarmatiæ Europææ ad pontum Euxinum & Mæotim paludem. hodie pars major *Tartaria parva*, sub clientela Turcarum. fuit etiam in Europa *Scythia* altera, aliquando pars Mœsiæ regionis, postea vero provincia Illyrici orientis ad Pontum Euxinum. hodie pars orientalis & septentrionalis *Bulgaria* provinciæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

Scytasque.] Scythia provincia Asiæ gemina, citerior, quæ intra Imaum montem Ptolem. dicitur, inter Sarmatiam Asiæ, Scythiam alteram, ac inter mare Caspium, & Oceanum Scythicum in plures regiones divisa, quæ omnes sub uno Tartariæ nomine comprehenduntur, altera ulterior, seu extra Imaum montem (Imaus enim ingens inter has interjacet) & ipsa in plures divisa regiones quarum quæ ad ortum extenditur Sericæ contermina. *Cathay* nominatur, quæ ad occ. *Regnadi cembalu*, dicitur & *Mengul.*

4. *Veniret.*] Veniret in urbem, ostenderetque illum potius reum esse criminis, cujus famam, invidiamque hominibus, ex eventu rem æstimantibus,

Proprætor Mœsiæ, cum militibus quis Cotys traderetur; 1 in Thraciam misit. Rhescuporis: 2 inter metum & iram cunctatus, maluit patrati, quam incepti facinoris reus esse: *occidi Cotyn* jubet, *mortemque sponte sumptam* ementitur. 3 Nec tamen Cæsar placitas semel artes mutavit, sed 4 defuncto Pando, quem sibi 5 infensum Rhescuporis arguebat, 6 Pomponium Flaccum veterem stipendiis & arta cum rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Mœsiæ

INTERPRETATIO.

tor Mœsiæ misit eas epistolas in Thraciam, cum militibus, quibus Cotys dederetur. Rescuporis inter formidinem & iram consilij ambiguus, anxiusque, confecti potius, quam inchoati sceleris culpam habere maluit: interfici Corym *præcipit, fingitque* mortem eum ultro sibi consciuisse, *nec tamen Tiberius iusta semel consilia reliquit, sed mortuo Pando, quem sibi inimicum Rhescuporis incusabat, Pomponium Flaccum antiquum militia, & intima cum Rege amicitia, ideoq; magis idoneum ad inliciendum dolo, ideo præsertim Mœ-*

NOTÆ.

ipse interim sustineret.

1. *In Thraciam.*] Thracia regio maxima Europæ, mari Ægeo Propontideque ab Asia separatur; mare Euxino definita à Mysia super. & infer. Hæmo monte divisa, à Macedonia pariter Nesso fluvio disterminata, vulgo *Romania.*

2. *Inter metum.*] Ille diu incertus consilij, quum ex una parte perpetrandum facinus ira suaderet, ex altera metus Romanæ vindictæ obstaret, &c.

3. *Nec tamen placitas.*] Id quamquam vi aperta, & armis vindicandum videri potuisset, tamen Tiberius consilio semel approbato institit, ut astu potius rem conficeret, ut solebat.

4. *Defuncto Pando.*] Quidam interpretantur: eum decessisset provincia. Sed alij rectius *defunctum* accipiunt pro *mortuo.* Fefellit priores vetus Reipub. forma, quum annui Prætores essent, & administratione finita, provincia decederent. Hujus igitur generis hunc quoquoque Pandum fuisse putarunt.

Sed errant: nam Augustus (qui hæc mutavit) quos suis provinciis præficiebat: τῦτο ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατηγῶν χρῆσθαι, καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἱκανὸν χρόνον ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησεν, ait Dio lib. 53. iis *vocabulum* Proprætorum *dabat, & pro arbitrio suo tempus imperij eorum continuabat.* Jam vero *id quoque morum Tiberij fuisse* scimus, *continuare imperia; ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus, aut jurisdictionibus habere.* Tacit. 1. 80.

5. *Infensum.*] Quasi ille ob privatas simultates, causam suam falsis relationibus gravaret, &c.

6. *Pomponium Flaccum.*] Velleius: *Qua ille prudentia Rhascupolim interemptorem fratris sui filij Cotyis, consortisque ejusdem imperij, evocavit? singulari in eo negotio usus opera Flacci Pomponij consularis viri, nati ad omnia quæ recte facienda sunt, simplicique virtute merentis semperque captantis gloriam.*

Is est Tiberij compotor, & (ut ait Cicero de Antonio) compransor & collusor, quod noctem, continuumque biduum, epulando, potandoque cum Tiberio consumpsisset. Fuit, ni fallor, consul cum C. Cœlio Rufo, Dio l. 57.

Et ad eum, ut puto, scribit Ovidius in libris de Ponto. Ad Pomponium patrem refero, quod scribit Horat. sat. 4. l. 1.

—— *Numquid Pomponius istis,*
Audiret leviora, pater, si viveret.

Nam loquitur de ebrio filio, qui noster est Flaccus.

67 ſiæ præfecit Flaccus 1 in Thraciam 2 tranſgreſſus, per ingentia promiſſa, quamvis ambiguum, & ſcelera ſua reputantem, perpulit, ut præſidia Romana intraret. circumdata hinc regi ſpecie honoris valida manus, tribunique, & centuriones, 3 monendo, ſuadendo, & quanto longius abſcedebatur, apertiore cuſtodia; proſtremo gnarum neceſſitatis in urbem traxere. Accuſatus in ſenatu ab uxore Cotyis, damnatur, ut procul regno teneretur. Thracia in Rhœmetalem filium, quem paternis conſiliis adverſatum conſtabat, inque liberos Cotyis dividitur: iiſque 4 nondum adultis Trebellienus Rufus prætura fun-

INTERPRÆTATIO.

ſiæ praeſſe juſſit. Pomponius in Thraciam trajiciens, magnis promiſſis compulit Regem. licet animi incertum, & crimina ſua revelventem, ut propugnacula Rom. introiret. ubi ingreſſus eſt, mox *prætextu officij circumdatus Rex firmo agmine, Tribunique, & Centuriones hortando, monendo, & quo longius amovebatur, manifeſtiore ſatellitio, denique agnoſcentem anguſtias, quibus* conſtrictus *eſſet, Romam adduxere. Inſimulatus eſt apud Patres à conjuge Cotyis, decretumque ut longe à Thracia haberetur. Regnum diſtribuitur inter Rhœmetalem filium, quem paternis facinoribus reſtitiſſe compertum erat, & in filios Cotyis, iiſque adhuc impuberibus imponitur Trebellienus Rufus*

NOTÆ.

Pomponium Flaccum.] Eſt ipſe, de quo Ovidius lib 4. de Ponto eleg 9.

Præfuit his, Græcine, locis modo Flaccus & illo
Ripa ferox Iſtri ſub duce tuta fuit,
Hic tenuit Myſas gentes in pace fideli:
Hic arcu fiſos terruit enſe Getas.

Atque idem præfuit poſtea Syriæ, ut ſcribit noſter, l. 14.

1. *In Thraciam.*] Veriſimile eſt in fines, ſeu terras Thraciæ conterminas, & etiam in ipſos limites, fineſque Thraciæ progreſſum Flaccum, quaſi hoc amicitiæ & honori Regis tribueret, ut illum ipſum facilius in eadem loca illiceret, & exin promiſſis, multaque ſpe erectum, excitatumque, in præſidia Rom. ſenſim traxiſſe, quaſi eum honoraret, cum revera eum captivum paulatim, & in cuſtodia haberet

2. *Tranſgreſſus.*] In Thraciam ad Regem amicitiæ ſpecie venit, eumque permovit, ut loca, quæ Romanis præſidiis tenebantur, ingrederetur, quum enim ille ſatis ſibi conſcius facinorum; quidque iis commeruiſſet, diu agitaret, Flaccus & ſecuritatem, & omnia læta pollicitus pervicit, ut intraret Mœſiam. *Freinsh.*

Non forte proprie in Mœſiam, ſed in finibus, aliqua caſtella Rom. propius venit, ubi ſtatim valida manu, quaſi per honorem vallatus, partim ſponte, partim vi, ad interiora compulſus eſt, dein Romam tractus.

3. *Monendo, ſuadendo.*] Centuriones quaſi per benevolentiam, & velut ipſius commodi cauſa, monebant eum, perſuadebantque ut in urbem veniret, idque primo leniter & tutè; ſed quo longius eum à regno ſuo abduxerant, tanto manifeſtius parebat, non honoris, ſed cuſtodiæ cauſa, illos ipſi adeſſe, donec ſe plane deceptum animadverrit.

4. *Nondum adultis.*] Huc ſpectat quod habet Sueton. Auguſt 48 *Reges ſocios etiam inter ſemetipſos neceſſitudinibus mutuis junxit, promptiſſimus affinitatis cujuſque, atque amicitiæ conciliator & fautor: nec aliter univerſos quam membra, parteſque imperij, curæ habuit.*

5. *Qui regnum tractaret.*] Sueton. Aug. 48. *Rectorem quoque ſolitus eſt apponere ætate parvis, ac mente lapſis, do-*

regnum, interim tractaret, exemplo quo majores; 1 Marcum Lepidum 2 Ptolemæi liberis tutorem, in Ægyptum miserunt. Rhescuporis Alexandriam devectus, atque illic 3 fugam tentans, an ficto crimine, interficitur. Per idem tempus Vonones, quem 4 amotum in Ciliciam memoravi, corruptis custodibus effugere ad Armenios, inde in 5 Albanos 6 Heniochosque, & consanguineum sibi regem: 7 Scytarum conatus est specie venandi, omissis maritimis locis, avia saltuum 68

INTERPRETATIO.

prætura functus, qui Thraciam interim administraret, quo more veteres olim *miserant in Ægyptum M. Lepidum tutorem soboli Ptolemæi. Rhescuporis Alexandriam delatus atque illic sive fugam ausus, sive ementito scelere, trucidatur. Eadem tempestate Vonones quem amandatum in Ciliciam retuli, inlectis ad fraudem satellitibus, evadere ad Armenios tentavit, hinc in Albanos, Heniochosque, & propinquitate conjunctum sibi Regem Scytharum, prætextu venationis, relictis maritimis oris, in deserta sylvarum contendit, dein velocitate equi, ad fluvium Pyramum se contulit, cujus pontes indigenæ*

NOTÆ.

nec adolescerent, aut resipiscerent, ac plurimorum liberos, & educavit simul cum suis & instituit.

1. *Marcum Lepidum.*] Valerius Max. lib. 12. *Cum Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquisset, Senatus M. Æmilium Lepidum Pontif. Max. bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique, & integerrimi viri sanctitatem Reipub. usibus, & sacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur.* Justin. lib. 30. *Mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutoris nomine regnum pupilli administraret.* Exstant & Denarij argentei cum inscriptione, M. Lepidus Pont. Max. Tutor Reg. in parte versa caput turritum, subscriptum ALEXANDREA.

2. *Ptolemæi*] Ptolemæus Philopator ex Arsinoe Ptolemæum Epiphanem suscepit: quem moriens quinquennem reliquit. Ejus ætas cum contemptui esset, cumque Antiochus Magnus avunculus regno ipsius insidiaretur; missus à S. P. Q. R. Lepidus, qui & pupillum tueretur, & regnum. Polybius Josephus, Justinus. Sic etiam Antiochi Regis impuberi filio tres tutores missi sunt à Senatu. Zonaras.

3. *Fugam tentans.*] Paulo post interfectus est ob tentatam fugam; sive verum id crimen fuit, sive confictum, ut sub specioso quodã prætextu occideretur.

4. *Amotum in Ciliciam memoravi.*] Pompeiopolim, supra. Suetonius paulo aliter hæc narrat, & cum Tiberij probro: *Sed & Vononem Parthorum Regem, qui pulsus à suis quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliavit perfidia, & occidit.* Ut Taciti narratio est, Imperator extra culpam. *Lipsius.*

5. *Albanos.*] Albania, regio Asiæ ad mare Caspium. hodie pars major provinciæ *Scyrvvan* in regno Persiæ, & ad mare *Tabristan.* Tillemon.

6. *Heniochosque.*] Heniochi, populi Sarmatiæ Asiaticæ versus Pontum Euxinum. hodie pars regionis populorum, *Abassa* in Georgia, *Tillemon.*

7. *Scytarum.*] Scythæ populi Asiæ, alij citra Imaum montem positi, alij ultra de citerioribus intelligi hic locus debet, qui sunt inter Sarmatiam Asiæ, & ulteriorem Scythiam, inter mare Caspium, & Oceanum Scythicum. Nunc *Tartari*

petiit : mox pernicitate equi ad amnem [1] Pyramum contendit, cujus pontes accolæ ruperant [2] audita regis fuga; neque vado penetrari poterat. Igitur in ripa fluminis, à Vibio Frontone præfecto equitum vincitur. mox [3] Remmius [4] Evocatus [5] priori custodiæ regis adposi-

INTERPRETATIO.

absciderant, nunciata Regis fuga, neque vado transmitti poterat. Itaque in littore amnis eum Vibius Fronto Præfectus equitum assecutus, *vinclis onerat. Dein Remmius evocatus prima custodia Regis additus, veluti per iracundiam, illum ense transfodit, unde violentior suspicio, conscientia facinoris & timore judicij inter-*

NOTÆ.

vocantur. Plures fuisse Reges *Scytarum* verisimile est, ad unum ex illis confugiebat Vonones, qui sibi *consanguineus* erat, scilicet materna origine, nam paterna *Arsacides* fuit.

1. *Pyramum.*] Pyramus fluvius Cappadociæ, & Ciliciæ regionum, in mare Mediterraneum labitur. *Tillemon.*

2. *Audita Regis fuga.*] Prævenerat eum fama, & ut primum animadversa ejus fuga est, nuncij in omnes partes dimissi permoverant ejus fluvij accolas, ut pontem interrumperent.

3. *Remmius evocatus.*] Ita cognominatus forsan, quod ejus avus, aut pater, ex illa legione fuisset, quæ dicta est *Evocatorum*: quippe à Julio Cæsare militia soluta, & in Campania Capuæ degens, ab Octaviano Cæsare iterum coacta est, & sub signis locata: quæ operam ei navavit egregiam, fida sane & fortis legio. Dio *Aurelius.*

Hoc *Evocatum* vulgo majuscula E, scribunt, & pro nomine proprio habent: eademque opinio tenet omnes interpretes. Mihi non hominis, sed muneris, aut conditionis vocabulum est visum.

Dio lib. 45. *Et Evocatorum, seu vocatorum cohors, quos Ἀνακλήτους aliquis Græce appellet, quia militia defuncti rursus ad ipsam revocantur.*

Talis apud Cæsar. de bell. civil. 3. 91. *Erat Crastinus Evocatus.* Talis ille, cujus nomen non proditur. H. 1. 46. à quo Laco Præfectus est confossus; quo & ipso loco pro nomine viri proprio perperam habetur à versionibus.

4. *Evocato.*] Nomen militiæ fuit, non hominis. Tac. lib 1. hist. 46. ubi de cæde Galbæ: *De percussore non satis constat, quidam Terentium evocatum, alij Lecanium*, &c. ibid. 46. *Laco præfectus, tanquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad cædem ejus Otho præmiserat, confossus.* Sueton. Galba 9. *Delegit & equestris ordinis juvenes, qui manente anulorum aureorum usu evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent.*

5. *Priori custodia.*] Forte cum Antiochiæ esset Vonones, adpositus fuerat illius custodiæ Remmius ille, tamen quasi per honorem initio. nam ipsi Equites Rom. adpositi per honorem Regibus sociis, teste Sallustio.

Evocati. autem dignitati equestri pares, & veluti candidati hujus fastigij. & cum gazam regiam secum rex è Parthia attulisset, facile corrumpere auro potuit Remmium evocatum, ut ipsi effugiendi facultatem ultro conderet.

Eo magis, quod jam ipse tali custodiæ non præsideret, & alios penes esset cura & fides, nec forte tam strictè custodiretur Rex apud Pompeiopolim, utpote in locis amotis ab omni frequentia, & oris maritimis, quibus effugiendi equo, & venando, nulla data porta videbatur.

Evocatus autem non certæ militiæ adstrictus, potuit adhuc comitari ultro Regem in his locis, quasi per honorem; ea

tus,

tus, 1 quasi per iram gladio 2 eum transigit: 3 unde major fides, conscientia sceleris & metu indicii, mortem Vononi inlatam. At 69
Germanicus Ægypto 4 remeans, cuncta quæ apud legiones aut urbes jusserat, abolita, vel in contrarium versa cognoscit: hinc graves in

INTERPRETATIO.

fectum esse Vononem. At Germanicus Ægypto revertens, omnia quæ in castris, aut oppidis imperaverat abrogata, vel in contrarium mutata comperit: hinc atrocia, in

NOTÆ.

mente tamen, ut fugæ illius faveret, seu potius nummos emungeret.

1. *Quasi per iram.*] Superveniens Remmius evocatus, cujus custodiæ Vonones antea commissus fuerat, cum quasi per iram, quod fuga sua ipse quoque Remmio periculum creasset, gladio transegit. *Freinsh.*

2. *Eum transigit.*] Longe aliter Sueton. Tib. 49. qui id perfidiæ, & avaritiæ Tiberii tribuit. *Sed & Vononem Regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem populi Romani, cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia & occisum.* Sic mentem, consilia, & actiones principum variè interpretantur auctores; & ut sæpe dixi, conveniunt in substantia rei gestæ, v. g. occisum esse Vononem Regem. sed quo loco, quo consilio, qua arte, aut machinatione, certe in his circumstantiis dissentiunt, & frustra auctoribus conciliandis insudant interpretes. Homines illi, si viverent, adhuc dissentirent, & dissentire vellent.

3. *Unde major fides.*] Sed ea res potius pro argumento habita est, eum fugæ Regiæ conscium fuisse, neque alia de causa illum occidisse, quam quia metuerit, ne illius indicio suum crimen detegeretur.

4. *Remeans.*] Antequam remeet Germanicus ex Ægypto & Græcia; nam pari vanitate fuerunt utriusque gentis ingenia, non abs re fuerit noscere quousque provecta fuerit adulatio horum temporum, seu populorum in reges & principes. Quo honore, qua pompa, qua specie excepti, deductive sint, & exinde melius nosces, qui & quales fuerint illi quæsitissimi honores Græcorum, de quibus supra Tacit. cap. 53. hoc libro. Hujusmodi honores sic describit Athenæus *Fuit quidem certe præter omnium expectationem, quod Athenienses fecerunt assentatorum assentatores in honorem Demetrij Pæanas cantantes & Prosodia. Demochares igitur lib. 21. hist. scribit Athenas reversum Demetrium è Leucade ac Corcyra, exceptum ab Atheniensibus fuisse, non solum cum suffitibus, coronis, vini libationibus, sed etiam prosodiis, choris scenicorum, Ityphallis saltantibus cum obviam procederent, ac canentibus: qui vulgi turbis instantes, ac intervenientes cum tripudiis cantarent, & accinerent illum solum verum Deum esse, reliquos aut esse nullos, aut dormire, aut abiisse peregre, Demetrium Veneris prolem, ac Neptuni corporis forma excellere, comitateque, & humanitate erga omnes communi cum precibus supplices, cujus auxilium, præsidiumque omnes implorarent, &c.*

Duris autem Samius lib. 22. hist. scribit etiam ipsum Ityphallum cecinisse maximos tum adesse deos, & in civitatem maxime benevolos, Demetrium opportune præsto esse, & advenisse, ut veneranda mysteria Virginis celebret. Hilaris sicut decet deum venustè ridens, adest, inquam, veneratione dignus, amicis omnibus conspicuis eum circumdantibus, in quorum medio illis ipse similis extat, verum amici instar siderum sunt; ille autem velut sol. salue ô Neptuni dei potentissimi, atque Veneris fili. Alij profecto dij vel absunt procul, vel auribus carent, vel nulli sunt, aut rebus nostris curandis mentem non advertunt, te

Pisonem 1 contumeliæ, nec minus acerba, quæ ab illo in Cæsarem tentabantur. Dein Piso abire 2 Suria statuit; mox adversa Germanici valetudine detentus, ubi recreatum accepit, votaque pro incolumitate solvebantur, admotas hostias, sacrificalem apparatum, festam 3 Antiochensium plebem, per lictores proturbat. Tum 4 Seleuciam digreditur, opperiens ægritudinem, quæ rursum Germanico acciderat. sævam vim morbi augebat persuasio veneni à Pisone accepti, & reperiebantur 5 solo,

INTERPRETATIO.

Pisonem convitia, nec minus aspera, quæ ab illo in Germanicum audebantur. Mox Piso abscedere Suria decrevit; dein nuntiata *improspera Germanici valetudine cunctatus, postquam convalescentem audivit, & supplicationes pro salute illius fiebant, statutas* aris *victimas, sacrificij pompam, lætumque Antiochiæ populum per lictores exterret, subvertitque, Tum Seleuciam abscedit, expectans exitum morbi, quo rursum* conflictatus erat *Germanicus. diram per se mali violentiam intendebat* adhuc *suspicio veneni à Pisone dati, & inveniebantur humo ac muris effossa humanorum cadaverum*

NOTÆ.

vero præsentem cernimus, non ligneum aut lapideum, sed verum numen, &c. Hæc scilicet canebant in Marathonio conflictu olim victores, non publice tantum, sed etiam privatim domi, qui cæsis innumeris Barbarorum myriadibus, civem suum capite plecti jusserunt, quia Regem adorasset.

1. *Contumelia.*] Non solum verbis inferuntur, ut senserunt interpretes, sed etiam factis. Ita leg. 38. §. 1. de adult. incestum stuprum apellatur *contumelia sanguinis.* Et apud nostrum 14. 31 quum regias mulieres verberibus adfectas, stupris pollutas, propinquos regis inter mancipia habitos memorasset, ea cuncta *contumeliæ* vocabulo complectitur. Sic *injuriæ* mox 3. 13.

Contumelia.] Intellige jactas contumelias istas in Pisonem absentem, quemadmodum & Piso acerbitatibus utebatur in Cæsarem etiam absentem. sed amici, & clientes contumeliis vicissim affecti, vicissim & iram utriusque accendebant.

2. *Suria.*] Vel Syria regio, & provincia. vide notas supra ad cap. 4. & 42.

3. *Antiochensium.*] Antiochia cognomento magna, urbs Syriæ primaria quondam, cum floreret & Theopolis diceretur, ad Orontem fluvium, media fere inter Byzantium, & Alexandriam Ægypti. Nomen habet à conditoris patre, hoc est ab Antiocho patre Seleuci, qui eam condidit

Antiochia] Urbs Syriæ provinciæ. hodie nomen antiquum retinet, urbs est præfecturæ Aleppi in Souria regione imperij Turcici Asiatici. *Tillemen.*

4. *Seleuciam.*] Seleucia urbs Syriæ apud ostia *Orontis* fluvij condita à *Seleuco* Antiochi filio, una cum *Antiochia* & *Apamia.*

Seleucia.] Cognominata *Pieria*, urbs Cassiotidis regionis minoris, in Syria provincia, & ad oram maris Syriaci. *Tillemonius.*

Seleuciam] Plures Seleuciæ, atque adeo in ipsa Syria. Sed hanc puto, quæ *Pieria* cognominatur, Nam in littore maris est, parabatque navigationem Piso: tum etiam haud procul Antiochia, à qua veniebat.

5. *Sole ac parietibus.*] Muretus mallet, *solo & parietinis*, aliquanto rectius. *Pichena.* Nam intra parietes recondita erant defunctorum hominum corpora. Divus Hieronymus cap. 40. in Ezechielem. *Cum*, inquit, *essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum ceteris ejusdem ætatis & pro-*

ac parietibus 1 erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & devotiones, & nomen Germanici 2 plumbeis tabulis insculptum, 3 semusti cineres 4 ac tabe obliti, aliaque 5 maleficia, quis creditur, 6 animas numinibus infernis sacrari. simul,

INTERPRETATIO.

ossa, incantamenta, & exsecrationes, & vocabulum Germanici plumbeis laminis inscriptum, incisumque, ambusta reliquia corporum, *& sanie fœdata, aliaque id genus maleficia, quibus putatur animas*, seu vitam hominum *diis inferis devoveri. simul & missi à Pisone arguebantur, tanquam ægritudinis* illius *improspera scrutan-*

NOTÆ.

positi, diebus dominicis, sepulchra Apostolorum & Martyrum circuire, crebroque criptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossa, ex utraque parte ingredientium, per parietes haberent corpora sepulturum.

Et sane hypogæa illa ita fuere exstructa, ut in parietibus haberent fornices excavatos, & concameratos, in quibus urnæ, & in urnis cineres defunctorum, quos cremaverant, aut corpora in loculis posita.

1. *Eruta humanorum corporum reliquia.*] Dio sic expressit, ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες εὑρέθη. *Inventa sunt in domo quam habitabat, ossa hominum defossa, & lamina plumbea, quæ continebant quasdam diras, seu imprecationes nomini illius additas.*

Sunt hæ persuasiones à vulgo; ideo vanæ. Apuleius callidè descripsit 3. Milesiar. *Instruxit feralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis litteratis, & infelicium manium durantibus calvis deflotorum, sepultorum etiam cadaverum, expositis multis admodum membris. Hic nares & digiti, illic carnosi* (vel etiam *cariosi*) *clavi pendentium, alibi trucidatorum servatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca calvaria.* Ita nos eum locum totum emaculamus. *Lipsius.*

2. *Plumbeis tabulis.*] Aliquando adamantinis. Papinius 2. Theb. *Infaustas percussum adamanta figuras.* Aliquando etiam *cereis.* Ovidius, *Phœnicea defixit nomina cera*: Sed *plumbeis* utuntur, non *cereis* hodie, quo tam facile illa nomina non deleantur. Vocat autem Apuleius laminas literatas.

3. *Semusti cineres.*] Intellige ossa & reliquias cadaverum, seu potius ipsa cadavera semi ambusta, ex bustis, seu sepulchris rapta, & adhuc sanie, tabeque infecta, madentiaque, sic ad præstigias magicas idonea & assumpta.

4. *Tabe obliti.*] Semicremati cineres, ac tabe sanieque illiti. *Sanguinem* pro *tabe*, falso posuerunt, item *cineres*, quales hic intelligantur, an omnes ceperint, dubito: intelliguntur autem corporum humanorum, pro instituto illius ævi, crematorum reliquiæ. *Freinsh.*

5. *Maleficia.*] Veneficarum apparatum describit Apul. lib. 3. Asin. *Omne genus aromata, ignorabiliter lamina literata, infelicium navium durantes clavi, defletorum & sepultorum cadaverum exposita multa ad modicum membra, hic nares & digiti, illic carnosi clavi pendentium, sive suspendio necatorum, alibi trucidatorum servatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca calvaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris* (*pecudum*) *spirantibus, vario latice litabant, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, mulso etiam libantes.* Sic legunt alij.

6 *Animas.*] Intellige spiritum, vitamque, quasi his genus maleficiis devoveatur vita mortalium diis inferis & numinibus tartareis, id est orco, morti, sepulcro. hæc sunt nomina, & vanæ ceremoniæ, quarum specie vera veneficia

70 1 missi à Pisone incusabantur, ut 2 valetudinis adversa rimantes. Ea Germanico 3 haud minus ira, quam 4 per metum accepta: 5 *si limen obsideretur, si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret, quid deinde miserrimæ conjugi, quid infantibus liberis eventurum? lenta videri veneficia: festinare & urgere, ut provinciam, ut legiones solus habeat. sed* 6 *non usque eò defectum Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem mansura.* 7 Componit epistolas, *quis amicitiam ei*

INTERPRETATIO.

tes. Quæ Germanici non minus iram, quam formidinem incitavere: si fores circumsiderentur, si efflanda anima in aspectu hostium foret; quid postea infelicissimæ uxori? quid impuberi proli adventurum? tarda credi maleficia, Pisonem properare & instare, ut Syriam, ut militem solus obtineat. sed non eo usque destitutum ab omni ope Germanicum, neque pretium necis & sanguinis, penes homicidam seu percussorem remansurum. *Scribit litteras*, quibus amicitiam ei renunciabat. *Adjiciunt*

NOTÆ.

occultantur, quibus vere necantur homines. Martinaque illa venefica verum venenum coxit Plancinæ in Cæsarem, habuitque crinibus involutum, quo & ipsa periret. & certo illo crimine punita mox fuit ipsa doli artifex Plancina.

1. *Missi à Pisone.*] His accedebat, quod eos, qui quacumque ex causa à Pisone veniebant, amici Cæsaris, non alio fine mitti interpretabantur, quam ut ingravescentis morbi momenta explorarent.

2. *Valetudinis adversa rimantes.*] Sic Agricola 43. de Domitiano. *Ceterum per omnem valetudinem ejus, crebrius quam ex more principatus per nuntios visentis, & libertorum primi, & medicorum intimi venere: sive cura illud, sive inquisitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audiret.*

3. *Haud minus ira, quam per metum.*] Utroque modo æqualiter. Recte fecerunt qui hæc invertunt, & sic exponunt, *haud minus metu quam per iram.* Et certe sequentia volunt, hunc potius inesse sensum: quem & figura hæc loquendi facile patitur. Sicut in his Senec. epist. 19. *tam hominum quam urbium fata volvuntur.* Sensus est, non hominum modo verum etiam urbium. *Freinsh.*

4. *Per metum.*] Nempe ne vexaretur uxor Agrippina, subverterenturque liberi post mortem suam.

5. *Si limen obsideretur.*] Reputabat enim, si jam tum se vivo adhuc, tanta inimicorum insolentia esset, ut per emissarios suos domum velut obsiderent, & ipsius exitio oculos pascerent; utique metuendum esse, post fata viri, nihil non ausuros in miserrimam viduam, & parvulos ejus liberos.

6. *Non usque eo defectum.*] Non eo usque destitutum ope, aut favore civium, & amicorum, ut merces necis, quam expectat Piso, nempe provincia & legiones apud interfectorem maneat.

7. *Componit epistolas.*] Mos ex veteri illa & simplici vita: qua receptum erat, amicitiam & inimicitiam promptam habere in ore & in fronte.

Componit epistolas, quis amicitiam ei renuntiabat.] Quare? ut sic etiam harum, scilicet, epistolarum auctoritate, probari posset venenum Germanico insidiis Pisonis datum. Apud Lysiam or. 7. sic accusator ad familiares obtrectatores. *Oportebat enim vos, aut non convitiari, aut me non uti familiariter, idque aperte re-*

1 *renunciabat* 2 Addunt plerique jussum *provincia decedere.* Nec Piso moratus ultra, navis solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. Cæsar paulisper 71

INTERPRETATIO.

multi imperatum ei, ut exiret Syria. Nec Piso cunctatus ultra, mare conscendit, temperabatque navigationem, quo promptius remearet, si morte Germanici aditus ei in provinciam pateret. Germanicus aliquantula spe recreatus, mox ægro corpore, postquam

NOTÆ.

nuntiando familiaritati. Et sub finem idem ille. *Lubens itaque amicitiæ jus vobis remitto.*

Et addit rationem, non videre se, quid obfuturum sibi sit, si illorum obtrectatorum careat familiaritate; neque quid profuturum, si ea diutius fruatur. *Boxhornius.*

Miram causam reddit epistolæ hujus. Quasi renuntiandæ amicitiæ non sit alia ratio, quam suspicio accepti veneni. Tacitus ipse satis significat, quid spectarit Germanicus, nempe ne limen obsideretur, ne pasceret oculos inimici, si quid sibi accideret: ne conjux & liberi essent in ejus ditione.

Hoc scilicet agebat, ut è vicinia hominem abigeret. Et intellexit Piso, sive adjectum fuerit, decederet provincia, sive non adjectum. Nam qui renuntiat amicitiam, interdicit domo; qui domo, & locis suæ potestatis, ut Augustus Cornelio Gallo *domo & suis provinciis interdixit*, Suetonius cap. 66. *Gronovius.*

Hoc agebat Germanicus, non ut exinde probari mox posset, ipsi datum esse venenum, imo ne daretur sibi à Pisone, vel ab illius clientibus, suam domum obsidentibus, & ne ferocis hominis in vicinia agentis acerbitatibus jam æger ipse cruciaretur, enecareturque.

1. *Renuntiabat*] Mos qui publicè obtinebat, privatimque publicè. Livius l. 36. *Consulti Feciales* M. Acilio consule, num prius Ætolis *renuntianda amicitia esset, quam bellum inferendum.* lib. 43. *Missi Legati Perseo amicitiam renuntiarunt.*

Privatim infra lib 6. *Morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere* lib 3. *quanquam non ultra foret sævitum, quam ut amicitia Cæsaris prohiberetur.* Suetonius Aug. cap 66. *Cornelio Gallo ob ingratum & malevolum animum domo, & provinciis suis interdixit.* Idem in claris Grammat. de Curtio Nicia. *Pompeium offendit, domoque ei interdictum est.*

Sic Badius Campanus apud Livium 25. Palam omnibus renuntiat hospitium Crispino. Atque hoc est, quod Cicero inimicitias denunciare ait, pro L. Flacco: *Etenim cum à clarissimis viris justissimas inimicitias sæpè cum benè meritis civibus depositas esse vidissem: non sum arbitratus quemquam amicum patriæ, novas huic inimicitias, nulla accepta injuria denuntiaturum.*

Seneca 77. *Inimicitias mihi denuntians, si quidquam ex iis quæ quotidie facis ignoraveris.* Idem, quod indicere inimicitias. Seneca lib. 3 de ira: *Quid juvat, tanquam in æternum genitos, iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare?* Unde inimicitiæ indictæ, ut indictum bellum Sidonius lib. 7. *Inimicitias indictas honestè exercet, tardè credit, deponit.*

Sic olim Amasis renuntiavit amicitiam Polycrati, sed alia causa Diodor. lib. 1. 5. *Amasis Polycratem Samiorum principem, qui secum societatem coierat, cum & cives, & externos eo navigantes violentius tractaret, per Legatos ad modestiam hortatus est, quo sua consilia aspernante societatem diremit, scribens, cum sciret illum brevi ipsa tyrannidis pœnas daturum, nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt Græci plurimum viri prudentiam, cum Polycrati brevi quod prædictum fuerat, evenisset.*

2. *Addunt plerique.*] Scriptores nempe.

ad spem [1] erectus, dein fesso corpore, ubi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum adloquitur: *Si fato concederem, justus mihi dolor etiam adversus deos esset, quod me 3 parentibus, liberis, patria, 4 intra juventam præmaturo exitu raperent, 5 nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus vestris relinquo, referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus, miserrimam vitam pessima morte finierim: Si quos 6 spes mea, si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem movebat; inlacrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum superstitem, 7 muliebri fraude cecidisse: Erit vobis locus querendi apud senatum, invocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignavo questu; sed quæ voluerit meminisse, quæ mandaverit exsequi. flebunt Germanicum etiam 8 ignoti: vindicabitis vos, si me potius quam fortunam meam*

INTERPRÆTATIO.

exitus instabat, circumstantes amicos sic alloquitur. Si fato meo interitem, sic etiam legitimus mihi questus adversus deos videretur, quod me intra adolescentiam, præpropero fine, parentibus, proli, patriæ abriperent. Nunc fraude Pisonis & Plancinæ circumventus, postrema desideria in animis vestris depono, commendoque, nuntietis parenti & fratri, quibus asperitatibus excruciatus, quibus fraudibus interceptus, infelicissimam vitam deterrimo exitu commutarim. Si quos exspectatio mei, si quos consanguinitas adficit, etiam ij quos æmulatio adversus spirantem stimulabat, flebunt me, præpollentem, vigentemque olim, & tot præliis servatum incolumem, fœminæ dolo intertiisse, erit vobis justa causa illacrymandi apud patres, implorandi leges. Quippe non hoc potissimum officium amicorum est, honorare fatofunctum inerti luctu, sed inducere in animum penitus decet, quæ cupierit, & præstare quæ jusserit. Deplorabunt Germanicum etiam incogniti, vos ulciscemini, si me celebra-

NOTÆ.

2. *Si fato.*] Si naturali morte, seu miti obitu defungeret.

3. *Parentibus, liberis.*] Atqui unica parens supererat, Antonia mater, Druso pridem defuncto. *Lips.* Sufficiebat habere parentem unam, ut sic oratorie loqueretur. & inter parentes illius, Tiberius & ipsa Augusta.

4. *Intra juventam.*] Romano more. quibus juventa finiebatur anno XLV.

5. *Nunc scelere.*] Quanto igitur justiores dolendi causas nunc habeo, qui Pisonis & Plancinæ scelere occidor?

6. *Spes mea.*] Non solum illi, qui patriæ commodis me consulere posse sperabant, sed & alij flebunt Germanicum. *Freinsh.* *Spes* illa possit etiam intelligi de imperio, de principatu, quem sperare jure poterat Germanicus, qui adoptatus à Tiberio, jussu Augusti in eam spem.

Spes etiam reciproca fuit civium, qui spectabant Germanicum, si adeptus principatum foret, rebus summa clementia consulturum, forte & Rempub. libertatemque populo Rom. redditurum. potuerunt esse & privatæ spes amicorum.

7. *Muliebri fraude.*] Plancinam intellige: nec Liviam omitte quam certum mihi est huic sceleri fuisse architectam. *Lips.*

8. *Ignoti.*] Flebunt Germanicum etiam ignoti, etiam exteri. Sed vos amici, non modo flere vos decet inerti luctu, sed debetis præterea ulcisci mortem meam, & facere, ne præmium sceleris apud interfectorem maneat

fovebatis. Ostendite populo Romano divi Augusti neptem, eandemque conjugem
meam : numerate 1 *sex liberos.* 2 *Misericordia cum accusantibus erit :* 3 *fin-*
gentibusque scelesta mandata, aut non credent homines, aut non ignoscent. Ju-
ravere amici, 4 dextram morientis contingentes, *spiritum ante quam ul-*
tionem amissuros. Tum ad uxorem versus 5 *per memoriam sui, per communes* 72
liberos oravit, *exueret ferociam, sevienti fortunæ submitteret animum; neu re-*
gressa in urbem æmulatione potentiæ validiores irritaret. Hæc palam, & alia
secreto, per quæ ostendere 6 credebatur metum ex Tiberio. Neque mul-
to post extinguitur, 7 ingenti luctu provinciæ & circumjacentium po-

INTERPRETATIO.

tis potius, quam opes meas. Exhibete populo Romano neptem D. Augusti, eandem-
que uxorem Germanici. Recensete sex liberos, miseratio stabit pro accusantibus, &
infanda jussa ementientibus, aut non fidem habebunt homines, aut non condona-
bunt. *Amici dextram morientis prehendentes, jurejurando se obstrinxere*, vitam
prius relicturos, quam vindictam. *Tum conversus ad conjugem*, eam *rogavit* per recor-
dationem sui, per communem sobolem, ut premeret altos spiritus, subjiceret ani-
mum ingruenti fortunæ, & ne reversa Romam æmulatione auctoritatis, potentio-
res exasperaret. *Hæc aperte & alia in arcanu* dixit, *per quæ innuere putabatur formidinem*
ex Tiberio. Et paulo post moritur, magno mœrore provinciæ, & finitimarum gentium. Il-

NOTÆ.

1. *Sex liberos.*] De quibus Suetonius Calig 7. *Habuit in matrimonio Agrippinam M. Agrippæ & Juliæ filiam, & ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolina Veneris Livia dedicavit. Augustus in cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculabatur. Cæteri superstites patri fuerunt. Tres sexus fœminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio natæ, totidem mares, Nero & Drusus, & C. Cæsar.*

2. *Misericordia.*] Apud vos potius, licet actores, quam apud reos, ex misericordia favor erit.

3. *Fingentibusque.*] Si forte illi, auctores sibi esse dicant, quorum mandatis parendum fuerit, tamen haud elabentur, aut enim non credent homines, unde minime oportuit, proficisci potuisse tam scelesta mandata, aut etiam si inde profecta credant, utique non ignoscent iis, qui jussis iniquissimis obediverint

4 *Dextram morientis contingentes.*] Quæ sedes fidei. Sed & apud Xenophontem Cyrus moriens hortatur amicos, ut dextram suam contingant. *Si quis igitur vestrum, vel dextram meam contingere, vel vultũ meum, dum adhuc vivo, intueri velit.*

Dextram morientis contingentes.] Valer. 5. 2. ait Masinissam à Manilio Proconsule Africæ petiisse, ut ad se morientem, Scipionem Æmilianum sub eo militantem mitteret : *fœliciorem suam mortem futuram ratus, si in complexu dextra ejus : supremum spiritum, ac mandata posuisset.* Et eodem lib. cap 1. ubi de Alexandro Macedone. *Quamquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit.* Aurel.

5. *Per memoriam.*] Rogavit, ut si aut memoriam viri cordi, aut salutem communium liberorum curæ haberet, &c.

6, *Credebatur.*] Ostendens ut conjicitur, Tiberium sibi semper iniquum fuisse, neque Agrippinæ, liberisque ejus parsurum esse, si adversus eos qualemcumque prætextum nancisci posset sibi ipse etiam metuere tum potuit.

7. *Ingenti luctu.*] Sucton. Calig. 5. *Quo*

riit, Magni Alexandri fatis adæquarent. *Nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse: sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, uno matrimonio, certis liberis egisse: neque minus præliatorem, etiam si temeritas abfuerit, præpeditusque sit perculsas tot victoriis Germanias servitio premere. quod si* 1 *solus arbiter rerum, si jure & nomine regio fuisset, tanto promtius adsecuturum gloriam militiæ, quantum clementia, temperantia, cæteris bonis artibus præstitisset.* Corpus antequam cremaretur nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturæ destinabatur. 2 prætuleritne 3 veneficij signa, parum constitit: nam ut quis misericordia in Germanicum, & præsumpta suspicione, aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur. Consultatum inde inter 4 legatos, quique alij senatorum aderant, 74

INTERPRETATIO.

eximia forma, stirpe illustri, haud ultra triginta annorum ætatem provectos, suorum fraude, exteras inter nationes periisse, sed hunc lenem in familiares, parcum libidinum, cum una uxore, & certa prole agitasse; neque minus bellatorem, licet haud animi præceps fuerit, prohibitusque sit fractas, exterritasque tot cladibus Germanias imperio subjicere. quod si penes eum solum summa rerum fuisset, si potestate & appellatione regia floruisset, tanto celerius adepturum belli laudem, quantum lenitate, temperantia, & cæteris eximiis dotibus anteisset. *Priusquam corpus ureretur, spoliatum est in foro Antiochensium, quæ sedes tumulo parabatur, & parum compertum est, an veneni vestigia exhibuerit. Nam alij aliter conjectabant, prout quisque miseratione pronior in Germanicum, & præjudicio suspicionis, aut studij in Pisonem. Postea deliberatum inter legatos, quique alij ex Patribus intererant*, quisnam provinciæ imponeretur; *& cum*

NOTÆ.

celebrandum est, inde petitur: unique illi instar atrij, Capitolium est. Tam Hercle quam superiori Casoni curia. unde effigies illius ad ejusdem generis efficta exprimitur.

Plin. 35. 2. *Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.* Præmittitque has imagines in atriis fuisse custoditas.

1. *Solus arbiter rerum.*] Livius lib 9. *Et quo sint mirabiliores, quam Alexander, aut quisquam alius rex, denos, vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plusquam annum consulatum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt, ante tempus, comitiorum causa, revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus: collega nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem, aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum, temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur.*

2. *Prætuleritne veneficij signa.*] Multi adfirmant. Plinius lib. 11. *Cor negatur cremari posse in iis qui cardiaco morbo obierunt, aut veneno interemptis. Certe extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento: palamque testatus non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris comburi.*

3. *Veneficij signa.*] Sueton. Calig. 1. *Diutino morbo Antiochiæ obijt, non sine veneni suspicione. Nam præter livores, qui toto corpore erant, & spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno, igne confici nequeat.*

4. *Legatos.*] Dubitari potest legatine

quisnam Suria præficeretur. & cæteris modice nisis, inter Vibium Marsum, & Cn. Sentium diu quæsitum: dein Marsus seniori, & acrius tendenti Sentio concessit. Isque infamem veneficiis ea in provincia, & Plancinæ percaram 2 nomine Martinam in urbem misit, postulantibus 3 Vitellio ac Veranio, cæterisque qui crimina & accusationem tamquam adver-
75 sus receptos jam reos 4 instruebant. At Agrippina, quamquam defessa luctu, & corpore ægro, omnium tamen quæ ultionem morarentur intolerans, ascendit classem cum cineribus Germanici, & liberis; miserentibus cunctis, *quod femina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio inter venerantes, gratantesque aspici solita, tunc feralis reliquias sinu ferret, incerta ultionis, anxia sui, & infelici fecunditate fortunæ totiens obnoxia.* Pisonem interim apud 6 Coum insulam nuntius adsequitur, *excess-*

INTERPRETATIO.

cæteri modestè contendissent, inter Vibium Marsum, & Cn. Sentium diu disceptatum est; Exin Marsus cessit vetustiori, qui etiam vehementius adnitebatur. Isque Romam misit feminam *vocabulo Martinam, famosam maleficiis ea in regione, & Plancinæ dilectam, poscentibus Vitellio ac Veranio, & aliis qui facinora & accusationem instruebant, tanquam adversus manifestos jam reos. At Agrippina, quamvis ægritudine animi & corporis exhausta, defectaque, cunctorum tamen impatiens, quæ vindictam retardarent, mare conscendit, cum reliquiis Germanici & filiis, mærentibus cunctis, flentibusque,* quod mulier claritudine princeps, florentissimo nuper connubio, inter adorantes gratulantesque videri suera, tunc mœstos cineres gremio gestaret, dubia vindictæ, de se sollicita, & infausta fœcunditate, fortunæ casibus toties objecta. *Interea nuntius*

NOTÆ.

legionis soli intelligantur, an præter hos alij qui Proconsulibus ex veteri more adjungi solebant, ut 4 56. quos à legatis legionum diversos fuisse certum est.

1. *Quisnam Suria*] Cuinam provinciæ cura demandaretur, donec aliter Cæsar constituisset.

2. *Nomine Martinam.*] Sic & infra id nomen scribi video. Sed cum provincialis, id est, Syra, fuerit hæc venefica, nomen non Romanum, sed Syriacum requiro id vero est *Martha*: quomodo, & illa divinacula Syra dicta est, quæ Marium sectabatur. vide Plutarch. *Grotius.*

3. *Vitellio.*] Erant quatuor Vitellij fratres *Aulus*, *Quintus*, *Publius*, & *Lucius* qui pater principis. De hoc nostro qui *Publius Vitellius* dicebatur. Sic Sueton. Vitell. 2. *Publius Germanici comes Cn. Pisonem inimicum & interfectorem ejus accusavit, condemnavitque ac post Præturæ honorem inter conscios Sejani arreptus, & in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit; nec tam mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione, obligari, curarique se passus, in eadem custodia, morbo periit.*

4. *Instruebant.*] Qui non minori studio, quam si inter reos receptus Piso, judiciumque de eo constitutum esset, laborabant de conquirendis probationibus quibus criminum, quorum eum accusaturi erant, convincere possent.

5. *Infelici fœcunditate fortuna.*] Toties enim poterat in fortunæ injurias incurrere, quoties pepererat.

6. *Coum insulam*] Cos. *Lango* Soph. teste insula maris Carpathij, Cariæ adjacens, *Stancon* à Turcis dicta, cum urbe Episcop. sub Archiep. Rhodiensi

Coum] Cos insularum Sporadum una ad oram Doridis provinciæ Asiæ minoris

ſiſſe Germanicum. Quo [1] intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa: neque ipſe gaudium moderans, & magis inſoleſcente Plancina, quæ luctum amiſſæ ſororis tum primum [2] læto cultu mutavit. [3] Adfluebant 76
centuriones monebantque, *promota illis legionum ſtudia, repeteret provinciam non jure ablatam & vacuam.* Igitur *quid agendum* conſultanti, M. Piſo filius *properandum in urbem* cenſebat: *nihil adhuc inexpiabile admiſſum, neque ſuſpiciones imbecillas, aut inania famæ pertimeſcenda.* [4] *diſcordiam erga*

INTERPRETATIO.

attingit Piſonem apud Coum inſulam, interiiſſe Germanicum, *quo immodeſtè audito, mactat hoſtias, circumit delubra; neque ipſe lætitiam temperans, & magis impotente animi Plancina, quæ lugubrem cultum, quem ob extinctam ſororem induerat, tum primum læto amictu commutavit. Circumfuſi centuriones ſuadebant* Piſoni, pronos in illum militum animos, reverteretur in Syriam, immerito ſibi ademptam, & rectore deſtitutam. *Igitur deliberanti* quid faciendum eſſet. *M. Piſo filius* ſuadebat, feſtinandum eſſe in Urbem. Nihil adhuc perpetratum, quod extra veniam eſſet, neque ſuſpiciones inanes

NOTÆ.

in mari Ægeo. hodie apud incolas nomen antiquum retinet, & à nautis corruptè vocatur *Stanchio* & *Stingio*, &c. eſt ſub dominio Turcarum, in Archipelago, ad oram Natoliæ peninſulæ. *Tillem.*

1. *Intemperanter.*] Quem nuntium adeo inſolenti gaudio accepit, ut etiam hoſtiis cæſis, ſacrificia faceret, aditiſque templis, diis gratias ageret.

2. *Læto cultu.*] Quid vocat lætum cultum? veſtemne albam, poſitâ nigrâ? an aurum & ornamenta, quæ in luctu ponebant feminæ, eoque finito recipiebant? non tam proclivè id ſtatuere, propter veteres ſcriptores, qui hac in re ſententiis diverſi.

Dionyſius lib. 8. nigram veſtem feminis attribuit. *Mulieres Romanæ, ſicuti mos eſt in luctu parentum, & neceſſariorum, deponentes aurum, & alium ejuſmodi ornatum, nigris veſtibus indutæ per annum luxerunt.* Idem & Suidas habet ad verbum de Marcij funere.

Et Varro clarè lib. 3. de vita populi Romani, *ut dum ſupra terram eſſet, ricinis lugerent, funere ipſo, ut pullis pallis amictæ.* Ibidem. *Propinquæ anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur lectum.*

Valerius lib. 1. cap. 1. de Cannenſi clade. *Itaque matres ac filiæ, conjugeſque nuper interfectorum, abſterſis lacrymis, depoſitiſque doloris inſignibus, candidam induere veſtem, & aris dare thura coactæ ſunt.*

At alij conſenſu, albam. Herodianus in funere Severi αἱ γυναῖκες λευκὰς ἐσθῆτας ἀμφιεννύμεναι σχῆμα παρεῖχον λυπουμένων *Matronæ Rom. veſtes albas indutæ ſpeciem mœrentium præferunt.*

Statius in lacrymis Etruſci:

Huc vittata comam, niveoque inſignis amictu,
Mitibus exequiis ades:

Adſignat ut vides niveam veſtem, quia mulier. Sed clariſſimè Plutarchus: *Qua de cauſa mulieres ferunt in luctu veſtes albas, & operimenta capitis alba?*

Hunc diſſenſum componimus ex temporum ratione. Nam priſcis temporibus, dum Reſp. vixit & libertas, nigræ veſtes etiam feminis in luctu. Id docent ij ſcriptores, qui omnes conſentiunt in narratione moris, qui illo ævo. At ſub Imperatoribus, Repub. extincta, in uſum lugubrium venerunt albæ. Docent ij alterius claſſis teſtes, qui non id referunt, niſi de temporibus ſecutis.

3. *Adfluebant.*] Hoc verbo copia aliorum ſuper alios venientium exprimitur.

4. *Diſcordiam.*] Diſcordiam cum Germanico, quæ ſumma ſit ipſius criminum

Vu ij

Germanicum odio fortasse dignam, non pœna: & ademptione provinciæ, satisfactum inimicis. Quod si regrederetur, obsistente Sentio, civile bellum incipi; nec duraturos in partibus centuriones, militesque, apud quos recens imperatoris
77 *sui memoria, & penitus infixus 1 in Cæsares amor prævaleret.* Contra Domitius Celer ex intima ejus amicitia disseruit; *Utendum eventu. 2. Pisonem, non Sentium, Syriæ præpositum: huic fasces & jus Prætoris, huic 3 legiones datas. 4 si quid hostile ingruat, 5 quam justius arma oppositurum, qui legati auctoritatem, & propria mandata acceperit? 6 Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo senescant. 7 plerumque innocentes, recenti invidiæ impares. At si teneat exerci-*

INTERPRETATIO.

& invalidas, aut vana rumorum metuenda, dissensionem in Germanicum forte odio dignam, non supplicio, & adempto proconsulatu, jam satiatam inimicorum invidiam; sin reverteretur, repugnante Sentio moveri arma civilia, nec mansuros in fide centuriones, militesque, in quorum animis recens ducis sui memoria, & altum reposta mente erga Cæsares caritas præpolleret. *Contra Domitius Celer ex arcta familiaritate* Pisonis *censebat*; utendum fortuna, Pisonem Syriæ præfectum, non Sentium: huic insignia imperij, jusque Prætoris; huic legiones permissas. Si qua vis hostium incumbat, quanto justius arma objecturum, qui jus Prætoris, & propria jussa à principe acceperit? Dandum etiam famæ spatium, quo rumores vanescant. sæpius insontes repentino odio objectos periisse. At si

NOTÆ.

odio forte senatus, populique Rom. dignam esse; sed pœnam, quæ nulla in tali casu legibus constituta esset, non mereri, Et si quibus supplicio digna videretur, ipsis jam satisfactum esse ademptione provinciæ.

1. *In Cæsares.*] Hic intellige præcipue Germanicum; & filios ipsius, quorum amore statim rediret miles ad obsequium Sentij, desereretque Pisonem.

2. *Pisonem.*] Pisonem, non Sentium Syriæ præfectum esse. Pisoni fasces, & auctoritatem prætoriam in provincia, & exercitum qui ibi haberetur, eidem demandasse Cæsarem.

3. *Legiones.*] Nempe quatuor legiones in Syria habebantur, præter auxilia sociorum Regum, populorumque, quæ ejusdem roboris erant.

4. *Si quid hostile.*] Si igitur res ad bellum inclinatura esset, neminem justius arma objecturum, quam eum qui jus legati Cæsarei, & regendæ provinciæ specialia, expressaque mandata ab ipso principe acceperit. *Freinsh.*

De quovis hoste id sumi possit, sed intelligere videtur de armis civilibus, ad quæ si venire necesse sit, justius ea oppositurum, qui fasces, jus prætoris, & legiones à Cæsare ipso acceperit. Justius vim cujuscumque hostis repulsurum ipsum, cui provincia demandata sit.

5. *Quem justius arma oppositurum quam qui.*] Hanc esse scriptionem manuscripti sui indicavit Pichena. Ipse bene emendasse videtur *quam justius arma*, &c. *quam* pro quanto, ut in his Quinctiliani, lib. 1. *Quam in his quoque libris erunt omnia compositiora.*

6. *Relinquendum etiam rumoribus tempus.*] παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος Arist. 2. Rhetor. & Cleon. apud Thucid. lib. 3. ait, τὸ χρόνον διαλιπὼν ἐπεξιέναι, πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον εἶναι. *Temporis spatium, seu moram interponere, magis facere pro reis.* Plutar. in Pelopida. *Prior quidem introductus est in curiam Pelopidas; quare & majus discrimen adiit, sed ambo absoluti sunt.* Lysias, *quippe ut plurimum, qui postremi judicantur, absolvuntur. nam cum ira sedata est, illos audstis.*

7. *Plerumque innocentes.*] Cum experientia constet sæpius insontes in primo

tum, augeat vires; multa quæ provideri non possint 1 *fortuito in melius casura. An festinamus cum Germanici cineribus adpellere, ut te inauditum & indefensum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo rumore* 2 *rapiant? Est tibi* 3 *Augustæ conscientia, est Cæsaris favor;* 4 *sed in occulto: & periisse Germanicum nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.* Haud magna 78
mole Piso promptus ferocibus in sententiam trahitur: missisque ad Tiberium epistolis, incusat *Germanicum luxus & superbiæ; seque pulsum, ut locus rebus novis patefieret, curam exercitus, eadem fide qua tenuerit, repetivisse.* Simul Domitium impositum triremi *vitare litorum oram,* 5 *præterque insulas lato mari pergere in Suriam* jubet. concurrentes 6 desertores per manipulos componit, armat lixas, trajectisque in continentem navibus, vexillum tironum in Suriam euntium 7 intercipit, Regulis 8 Cilicum *ut se auxiliis*

INTERPRETATIO.

occupet legiones, si copias firmet, plurima quæ prospici nequeant, forte fortuna in melius cessura. An properamus advenire cum reliquiis Germanici, ut causa non cognita, ejulatus Agrippinæ, & inscia, rudisque plebecula, primo tumultu te dilacerent? Tibi innexa est Liviæ conscientia, tibi est favor Tiberij, sed in arcano, & exstinctũ Germanicum nulli magis in speciem & ostentationem lugent quam qui potissimum gaudent. Haud ægre Piso ad asperiora promptus *in eam sententiam impellitur; compositisque ad principem literis, accusat* Germanicum luxuriæ & adrogantiæ, seque ejectum provincia, ut novis consiliis aperiretur locus, imperium legionum eodem animo reciperatum iisse, quo acceperit. *Simul imperat Domitio* conscenderet navem, oras maritimas declinaret, prætervectusque insulas, alto mari in Syriam contenderet: *confluentes perfugas in cohortes ordinat, calones ornat armis, transmissisque in continentem navigiis, vexillum novorum militum in Syriam tendentium occupat; Regibus Ciliciæ*, ut sibi

NOTÆ.

fervore crudæ adhuc invidiæ, calumniæque periclitatos fuisse.

1. *Fortuito.*] Multis enim negotiis quæ nullius hominis judicio prospici, explicarique possint, fortunam expectatione meliorem viam reperire. *fata viam invenient.*

2. *Rapiant.*] Sueton Calig. 2. de Pisone, *Etiam agrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo affecit: propter quæ, ut Romam rediit, pene discerptus à populo, à senatu capitis damnatus est*

3. *Augustæ conscientia.*] Ut nimirum Pisonis facto conscia sit illa.

4. *Sed in occulto.*] Neque est ut in hoc negotio tibi fore præsidio putes, quod conscia Livia, & favente Tiberio, rem perpetrasti, quamvis enim hoc verum sit, ipsi tamen consilia sua divulgari nolunt, animumque suum ita tegunt, ut nemo Germanici mortem ambitiosius, majorique doloris ostentatione lugeat, quam ipsi illi, quibus eadem gratissima accidit, ut sic ad ipsorum conscientiam, & favorem provocare, potius exitio futurum sit, quam auxilio.

5. *Præterque insulas.*] Ita tamen, ne appropinquaret littoribus, insulisque: sed alto, apertoque mari vela faceret, ut à paucioribus conspectus, adventus sui famam præverteret.

6. *Desertores.*] Qui relinquebant signa sua, castraque Sentij, & aliorum Patrum qui tum aderant in Syria Germanici comites.

7. *Intercipit.*] Hæc vox interdum de captis interdum de occisis usurpata reperitur, hic non pro occisis, ut quidam vertunt, sed pro captis, sive detentis & ad partes adjunctis, accipienda est.

8. *Cilicum.*] Cilices, Cilicia à Cili-

juvarent scribit; haud ignavo ad ministeria belli juvene Pisone, quam-
79 quam suscipiendum bellum abnuisset. Igitur oram 1 Lyciæ ac 2 Pamphyliæ prælegentes, obviis navibus, quæ Agrippinam vehebant, utrimque infensi arma primo expediere; dein mutua formidine, non ultra jurgium processum est: Marsusque Vibius 3 nuntiavit Pisoni, *Romam ad dicendam causam veniret.* Ille eludens respondit, *adfuturum, ubi prætor, qui de veneficiis quæreret, reo atque accusatoribus 4 diem prædixisset.* Interim Domitius 5 Laodiceam urbem Suriæ adpulsus, cum hiberna sextæ legionis peteret, quod eam maxime novis consiliis idoneam rebatur, à Pacuvio legato prævenitur. Id Sentius Pisoni per litteras aperit, monetque *ne castra corruptoribus, ne provinciam bello tentet.* quosque 6. Germanici memores,

INTERPRETATIO.

suppetias ferrent, *nunciat; acerrimo ad curas militiæ adolescente Pisone: quamvis tentandi belli consiliis obstitisset. Igitur oram Lyciæ & Pamphyliæ præternavigantes, occurrentibus ratibus, quæ Agrippinam deferebant, hincque & illinc infesti statim accingebant se ad prælium; mox mutuo metu haud ultra rixam verborum provecti sunt, & Marsus Vibius denuntiavit Pisoni,* ut in urbem se conferret ad causam orandam; *Ille deridens* Vibium, *respondit*, se venturum, postquam Prætor, qui maleficiis inquireret, sonti, atque delatoribus diem constituisset. *Interea Domitius advectus Laodiceam Syriæ oppidum, cum in castra sextæ legionis contenderet, quod eam præcipue moliendis novis rebus opportunam crederet, à Pacuvio legato prævertitur. Id Sentius per epistolas Pisoni nuntiat, hortaturque* ne legiones immissis corruptoribus sollici-

NOTÆ.

ee Rheæ filio nomen habens, regio Asiæ notissima, inter Pamphyliam Syriam, & Taurum montem à Capadocia separantem, & pelagus Cilicium, *Caraman* & *Caramania* vulgo. urbes quondam claræ Selinus, Pompeiopolis, Mallos, & intus Tarsus, Anazarbus, & Adana.

1. *Lycia.*] Lycia *Aldinelli Aidinelli*, & *Bricquia* regio Asiæ inter Cariam, & Pamphyliam.

2. *Pamphylia*] Pamphylia regio Asiæ, mari quod Pamphylium appellatur, ad Austrum objecta, inter Lyciam ad occid. & Ciliciam ad ort *Settalia* teste Girava, *Zina*, Thevet. *Caroman* Nig. Scandalor eidem Nig. est pars occidua, & ad mare terminata: pars verò ad ort. cum parte Ciliciæ *Caram.im.*

Pamphylia, provincia Asiæ minoris peninsulæ in latere meridionali, & ad mare Pamphylium, partem maris mediterranei. hodie pars præfecturæ *Natolia* ad orientem & meridiem, circa urbes *Termes*, *Sataliyah*, &c. sub imperio Turcico Asiatico. *Tillemonius.*

3. *Nuntiavit.*] Inter alia quæ invicem jaciebant, Vibius Marsus denuntiavit Pisoni, &c.

4. *Diem prædixisse.*] *Referri diem prædictam, id est, anteferri religiosum est*, ut ait Veranius, Festus. Gellius lib. 12. cap 13. *Kalendasque mihi prodictas, ut intra eum diem pronuntiarem.* Male vulgo, *productas.* Rectè ergo, *prolata* pro *prælata* D de edendo. *Muretus.*

5. *Laodicea.*] Urbs Cassiotidis regionis minoris, in Syria provincia, & ad oram maris Syriaci. hodie *Laudichia*, oppidulum præfecturæ Aleppi in Souria regione imperij Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

6. *Germanici memores.*] Quicquid in universo exercitu per Germanici memoriam, aut odia in ejus inimicos, suis rebus fidum cognoverat, in unum contrahit, *subinde ipsis magnitudinem; glo-*

aut inimicis ejus adversos cognoverat, contrahit; *magnitudinem imperatoris* identidem ingerens, *& Rempublicam armis peti*, ducitque validam manum, & prælio paratam. Nec Piso, quamquam cœpta secus cadebant, 80
omisit tutissima è præsentibus, sed castellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen [1] Celendris, occupat. Nam admixtis desertoribus, & [2] irone nuper intercepto, suisque & Plancinæ servitiis, auxilia Cilicum, quæ reguli miserant, [3] in numerum legionis composuerat *Cæsarisque se legatum* testabatur, *provincia quam is dedisset arceri, non à legionibus (earum quippe*

INTERPRETATIO.

ter, neque provinciam armis lacessat, *& eos convocat, quos Germanico* fidos, *aut hostibus ejus infensos compererat*, amplitudinem principis *sæpius ostentans, monensque* imperium bello oppugnari. *ducitque firmum agmen & certamini instructum. Nec Piso, quamvis consilia pro votis non cederent, neglexit, quæ pro tempore tutiora videbantur, sed ipse invadit propugnaculum Ciliciæ validissimum, quod vocant Celendrim. Quippe adjunctis transfugis, & novo milite, quem nuper in suas partes dolo traxerat, suisque & Plancinæ mancipiis, copias Cilicum, quas Reguli miserant, ad instar legionis instruxerat, &* se legatum Cæsaris esse denuntiabat, *testabaturque* prohiberi se pro-

NOTÆ.

viamque imperatoris sui, quem ulciscerentur, salutemque Reipub. quam armis inimicorum petitam defensum irent, in mentem revocans.

Memores, quidam dicunt amicos. Sed plus continet illud. quid enim si potius fortunam Germanici quam ipsum fovissent 2. 71. *memores* ejus non recte dicerentur.

Imperatorem hic omnes de principe Tiberio capere videntur. Mihi visus est ad Germanicum pertinere, ob præcedens *memores*, & quia statim de Repub. armis petita sequitur, quod ipsum involvit Principis quoque salutem, ejusque magnitudinem tangit, ut eam exserte hic memorare, nihil sit opus. Sic mox 3. 14. *Imperatoris* nomine Germanicus intelligitur, non Tiberius. *Freinshemius*.

Ego vero *Imperatorem* omnino accipio Tiberium, nec *magnitudinem Imperatoris à Republica* sejungo. Hoc enim vult Tacitus, ingerens, armis peti Rempublicam, & magnitudinem Imperatoris.

Magnitudo, majestas. Ut lib 3. de Augusto *simul modestia Neronis, & sua magnitudine fidebat*. Lib. 16. *an ut magnitudinem imperatoriam, cæde insignium virorum, quasi regio facinore ostentaret*.

1. *Celenderis.*] Nominat id Josephus lib XVII. collocatque in via qua Romam ibatur. Sed in eo scriptum reperies, *Celendris*. meminit & Ptolomæus. Antiquissimum id fuit, si Apollodoro fides lib. III. Biblioth, qui conditionem ejus refert ad Sandacum Tithoni nepotem. ὃς, inquit, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν.

Celendris.] Celendris Ciliciæ castellum, Celenderis Ptol. in latinis codicibus. *Palopeli*, Nigro *Crionero* Mercat. *Candelaro* Mol. urbs Ciliciæ littor. in Pamphyliæ conf. Episcop sub Archiepiscopo Seleuciensi apud Sarpedonem prom. Celendiæ Luc. lib 8.

Ad profugum collecta ducem, parvisque Celendris.

2. *Tirone nuper intercepto.*] Vexillo, quod in Syriam ibat fere 500 hominū.

3. *In numerum.*] In numerum, & speciem legionis disposuerat, non tamen ad instar veræ legionis; quia servi illi, & auxiliares erant, quos sic composuerat. legionariorum militia, conditioque longe nobilior, ut qui cives Romani essent, & iis ordinibus, belloque longo validiores.

accitu venire) *sed à Sentio privatum odium falsis criminibus tegente*. 3 *con-*1 *sisterent in acie, non pugnaturis militibus, ubi Pisonem ab ipsis parentem quondam appellatum; si jure ageretur, potiorem; si armis, non invalidum vidissent*. Tum 2 pro munimentis castelli manipulos explicat, colle arduo & derupto; nam cætera mari cinguntur. Contra veterani ordinibus ac subsidiis instructi. hinc militum, inde locorum asperitas. sed non animus, non spes; ne tela quidem nisi agrestia ad subitum usum properata. ut venere in manus non ultra dubitatum, quam dum Romanæ cohortes 3 in

79 æquum eniterentur. vertunt terga Cilices, seque castello claudunt. Interim Piso classem haud procul opperientem oppugnare frustra tentavit: regressusque, & pro muris modo semet adflictando, modo singul s nomine ciens, præmiis vocans, seditionem cœptabat, adeoque commoverat: 4 ut signifer legionis sextæ signum ad eum transtulerit. Tum Sentius *occanere cornua*, 5 *tubasque*, & 6 *peti aggerem, erigi scalas* jussit, *ac*

INTERPRETATIO.

vincia, quam *princeps* ipse *sibi* tradidisset, non à legionibus, (nam se iis vocantibus accedere) sed à Sentio propriam offensionem fictis criminationibus occultante. starent in prælio solummodo, nequaquam dimicaturis legionibus, statim atque conspexissent Pisonem ab ipsis olim vocatum patrem; si legibus disceptaretur, validiorem, si acie, haud imbellem. *Tum copias instruit pro aggere, seu muris propugnaculi, in colle alto & abrupto; nam reliqua castelli pelagus ambit. Contra vetustus miles disciplina, ordine, etiam subsidiis firmatus, hinc virorum militarium fortitudo, inde locorum ardua abruptaque, sed non virtus, non alacritas, ne arma quidem nisi rustica*, & *ad tumultuariam necessitatem accelerata. ut pugnam, ut manum conseruere, non ultra cunctatum, quam dum Romanus miles in æquum pervaderet, tum se in fugam conjiciunt Cilices, seque propugnaculo includunt. Interea Piso inutiliter conatus est lacessere classem non longe expectantem: reversusque, & pro munimentis, alias se ipse miserando, alias quemque vocabulo compellans, & mercede alliciens, discordiam incipiebat, adeoque* jam *concitarat, ut Signifer legionis sextæ, vexillum ad eum transmiserit. Tum jussit Sentius*

NOTÆ.

1 *Consisterent in acie.*] Nihil præter præsentiam eorum requirit: non enim pugnæ causa ibi futuros ait, quæ nulla esset oritura.

2 *Pro munimentis.*] Ante munimenta castelli ordines instruit arduo prærupto que colle, quo uno loco, castellum terra adiri poterat: cætera mari cingebantur.

3 *In æquum eniterentur.*] Id est, usque dum æquis locis adortæ essent Pisonianos milites. Nam in colle arduo, & abrupto Piso suas copias explicaverat: quem dum cohortes Romanæ scanderent, paulum dubitatum fuit: ubi ex æquo ventum ad manus, tunc nulla dubitatio. *Aurelius.*

Quia in alpestribus locis commissa est pugna, non tam de plano aliquo loco capiendum hoc *æquum* existimo, quam de æque alto, ac ille erat, quem hostes tenebant. *Freinsh.*

In summo colle forte fuit locus, æquus seu planus, qui caperet modicam aciem, in hunc enisi Romani statim vicere.

4. *Ut signifer.*] Jam eo usque permoverat eorum animos, ut etiam sextæ legionis cui præcipue carus fuerat, signifer signum ad eum transtulerit. quod non puto de Aquila intelligendum. Sic enim tota legio transiisset, quod non credibile est.

5. *Tubasque.*] Cornuum, tubarumque concentum obstrepere loquenti Pisoni jussit Sentius.

promptissi

promptissimum quemque succedere; alios tormentis hastas, saxa, & faces ingerere. Tandem victa pertinacia Piso oravit, *uti traditis armis maneret in castello, dum Caesar cui Syriam permitteret, consulitur.* Non receptae conditiones: nec aliud quam naves, & tutum in urbem iter concessum est. At 82
Romae postquam Germanici valetudo percrebuit, cunctaque ut ex longinquo aucta in deterius adferebantur; 1 dolor, ira, & erumpebant questus: *Ideo nimirum in* 2 *extremas terras relegatum: ideo Pisoni permissam provinciam: hoc egisse secretos Augustae cum Plancina sermones. vera prorsus de Druso seniores locutos, displicere regnantibus* 3 *civilia filiorum ingenia: neque ob aliud inter-*

INTERPRETATIO.

cornuum tubarumque clangore cani bellicum, & quaeri cespitem, admoveri scalas, ac strenuissimum quemque ascendere, alios machinis tela, lapides & taedas confertim immittere. Demum fracta pervicacia Piso postulavit, ut redditis armis, manere liceret in arce, dum rogatur Caesar, cui provinciam traderet. *Non admissae pactiones: nec aliud ei indulsere legati, quam navigia & facultatem tute in urbem proficiscendi. Sed in urbe postquam vulgata est aegritudo Germanici, omniaque ut ex remoto nuntiabantur in pejus: Moeror, iracundia, & exin querimonia prorumpebant;* Propterea scilicet in ultimas oras amandatum, propterea impositum Syriae Pisonem, hoc struxisse arcanos Liviae cògressus cum Plancina vera certe dixisse vetustiores de Druso, haud placere imperitantibus mores juvenum quibus aequalitas civium cordi esset: ne-

NOTAE.

Peti aggerem.] Quidam accipiunt, quasi *petere* hoc loco significaret aggredi, & *agger* muros, qua notione miror, si usquam repertas. muris enim castellum hoc fuisse cinctum, neque alia munitione, satis ex auctore colligitur.

Longe igitur aliud est *petere aggerem*, quam phrasim, quum supra l. 65 occurreret, plerique non inepte verterant. *Aggerem petere*, est terram ad struendum aggerem comportare. Struebatur autem agger oppugnationis ergo. Vide Lipsij Poliorcet. 2. 3.

1. *Dolor, ira, & erumpebant.*] Ingens in urbe dolor, atque etiam ira exstitit: ita ut ne quidem abstinere possent, quin apertas in querelas erumperent. Nec enim tacitus modo dolor, & recondita ira mentibus inerat, verum etiam in querelas protumpebat. *Freinsh.*

Sic potius distingue, *cunctaque ut ex longinquo, aucta in deterius adferebantur, dolor; ira. Et erumpebant questus. Ideo nimirum in extremas terras relegatum.* &c. Ita fere loquitur Tacitus, qui in re indigna & atroci admodum, cum animi humani diversis, ac majoribus motibus, ipsas quoque dicendi periodos distinguit, sicut hoc loco. Priores enim doloris, dein irae interiores hic motus. Tandem, indignitate rei, & acerbitate, erumpunt etiam questus. *Boxhor.*

Dolor, ira.] *Postquam Germanici valetudo percrebuit*, hinc dolor & ira & ex his erumpunt questus. queruntur: *Ideo nimirum in longinquas terras amandatum*, ut hic Liviae dolo & insidiis periret, ut & olim Caesares Caius & Lucius forte eadem arte procul intercepti. Et ipse Drusus pater Germanici, & Marcellus ipse: *displicere* nempe *regnantibus civilia filiorum ingenia.* &c.

2. *Extremas terras.*] Intellige imperij Romani. Florus 4. *Quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur.*

3. *Civilia.*] Displicere regnantibus juvenum ingenia, qui se non adroganter supra caeteros mortales efferrent, sed aequalitatem civium inter se, & secum etiam statuere vellent.

ceptos, quam quia populum Romanum 1 *æquo jure complecti reddita libertate agitaverint.* Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante senatusconsultum, sumpto 2 justitio desererentur fora, clauderentur domus; passim silentia & gemitus, nihil compositum in ostentationem, & quamquam 3 neque insignibus lugentium abstinerent, altius animis mœrebant. Forte negotiatores, vivente adhuc Germanico Syria egressi, lætiora de valetudine ejus attulêre: statim credita, statim vulgata sunt: ut quisque obvius, quamvis leviter audita, in alios, atque

INTERPRETATIO.

que ob aliam causam circumventos illos, quam quia cogitaverint cives Rom. æquali jure amplecti, restituta libertate. *Hos rumores plebis nunciata mors* Germanici *adeo concitavit ut ante imperium consulum, ante decretum patrum, occupato justitio, relinquerentur tribunalia, obserarentur domus; undequaque vastitas, silentium & mœror, nihil adornatum in speciem*, aut pompam: *& quamvis neque amictu mœrentium temperarent, profundius animis dolebant. Fortuito casu mercatores profecti è Syria, spirante etiam tum Germanico, gratiora* in vulgus *nuntiavere de valetudine illius. his statim fides habita est, statim rumor increbuit: ut quisque occurrebat, licet obiter &* modicè *audita, aucta*

N O T Æ.

1. *Æquo jure.*] Quia libertatem reddere populo Rom. eodemque cum cæteris civibus jure agere destinaverint.

2. *Justitio.*] Adeo dolore exarsit, ut non expectato edicto Consulum, non Senatusconsulto, quo juxta veterem morem justitium juberetur, homines sua sponte illud, quasi tacito consensu introducerent, deserto foro, suspensisque litibus, & ut solitum in publico luctu, tabernis clausis, mœstum ubique silentium esset.

Sumpto justitio.] Olim in tumultu, aut calamitate à Dictatore, Consulibusque judici justitium solitum ex decreto senatus: nunc passim in funere principum visorum.

Sic lib. 1. *Qui fine Augusti, & initiis Tiberij auditis, ob justitium aut gaudium intermiserat.* De vi, habituque justitij nihil melius possum Petro Fabro, eruditæ diligentiæ viro, quem consule l. 11. Semestrium cap. x. *Lips.*

Justitio.] Sic olim usurpatum in morte regum Ægypti. Diodorus Siculus lib. 1. *Sed ea quæ post obitum Ægyptij suis regibus præbuerunt, magnam populi erga principem benevolentiam monstrant. Id honor mortuis impensus ostendit. Nam cum quis regum decedit è vita, Ægyptij omnes mortem communi mœstitia lugent, vestes lacerant, templis clausis forum non frequentant, festa solemnia non agunt, dies septuaginta duos luctu deturpantes capita, ac sindone subtus mammas cincti, una viri mulieresque ducenti ferme, aut trecenti circumambulant bis in die, novantes luctum, atque ad numerum cum cantu virtutes regis commemorantes. Cibis animantium: coctisque, ac vino, omnique mensæ apparatu abstinent. Non lavacris, non unguentis, non stratis lectis, non venereis utuntur: sed tanquam defuncto filio, per eos dies mœrentes lugent.*

3. *Neque insignibus lugentium.*] Indicto enim justitio, mutabant etiam vestem. Lucanus:

———ferale per urbem
Justitium patuit, plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata est purpura fasces.

Juvenalis,

Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.

illi in plures 1 cumulata gaudio, transferunt. cursant per urbem, 2 moliuntur templorum fores. [3] juvit credulitatem nox, & promptior inter tenebras adfirmatio. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent. Et populus quasi rursum ereptum acrius doluit. Honores 83
ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique: *ut nomen ejus 4 Saliari carmine caneretur: 5 sedes curules sacerdotum Augustalium locis, superque eas quercea corona statuerentur:*

INTERPRETATIO.

per lætitiam ad alios, atque illi ad plures transmittunt. Discurrunt per civitatem, revellunt valvas sacrarum ædium. Auxit credendi facilitatem nox, & pronior, ut inter tenebras, adseveratio. Nec vanis rumoribus *opposuit se Tiberius, donec intervallo temporis* tandem *ij senescerent. Et vulgus, tanquam iterum raptus sublatusque esset, vehementius luxit ingemuitque. Honores inventi & constituti, prout quilibet favore in Germanicum, aut ingenio præpollebat, nempe*: ut nomen ejus celebraretur Saliorum cantu: sellæ curules inter sacerdotum Augustalium sedes, & super eas querceæ coronæ po-

NOTÆ.

Seneca epist 18. *Nam quod fieri nisi in tumultu, & tristi tempore civitatis non solebat, voluptatis causa vestem mutavimus.*

1. *Cumulata.*] Ut quisque obvius, alij in alios, atque illi in plures spargebant, non tantum ut ipsi acceperant, verum ex gaudij vehementia adjectis falsis, sed quæ ipsi evenire optarent.

2. *Moliuntur templorum fores.*] Nam vespere hæc gesta, aut nocte, & tum clausa templa, Suetonius Calig. cap. vi. de ipsa hac re. *Repente jam vesperi, cum incertis auctoribus convaluisse percrebuisset: passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac pene revulsa templis fores, ne quid gestientes vota reddere moraretur.*

3 *Juvit credulitatem.*] Quum nox incidisset, multi audacius adfirmabant vera esse quæ dicerentur, quos forte interdiu aut pudor, rem incompertam temere adseverandi, aut etiam metus ex inimicis Germanici deterruisset.

4 *Saliari carmine.*] Qui honos non nisi nominibus deorum. Hoc exemplo M. Antonius Philosophus mortuo filio Vero, *jussit ut nomen ejus Saliari carmini insereretur.* Ita malo apud Spartianum, quam, *inferretur.*

Saliari carmine.] His carminibus nominari valde laudabile erat. Sic *Mamurius Veturius, cum ancile fabricasset insigne, petiit, ut Saliari carmine nomen suum caneretur.* Plutar. in Numa.

Saliari.] Hi honores præcipui visi: ut nempe nomen Germanici insereretur carmini, quo in annua solemnitate sacerdotes, quos à saltando *Salios* vocant, inter festas choreas, deos armorum præsides celebrare consueverunt.

5. *Sedes curules.* Spectaculis Romam transductis, magno honori fuit publicus in iis locus. exempla multa. Evaluit paulatim adulatio, ut non solum vivis, sed etiam absentibus, mortuisque daretur is locus, memoriæ conservandæ. loci præbiti indicium sella esset.

Primum vestigium ejus ritus odorari videor in Livij verbis lib. 11. de Valerio dictatore: *Dictator triumphans in urbem invehitur: Super solitos honores locus in Circo ipsi, posterisque ad spectaculum datus: Sella in eo loco curulis posita.*

Cæsari habitus deinde idem honos: ut clarè Dio lib. xliv. ἐψηφίσαντο τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον ἐς τὰ θέατρα καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον ἐσάγεσθαι. *Decreverunt Sellam ipsam auratam induci in theatra, & coronam gemmatam, aureamque.* Mox M. Marcello defuncto, de quo verba eiusdem scriptoris, lib. 53. *Marcelli & imaginem au-*

1 *Ludos Circenses eburna effigies praeiret: neve quis flamen, aut augur in locum Germanici, nisi gentis Iuliæ, crearetur.* 2 Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ 3 Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac 4 *mortem ob Rempub. obiisse.* sepulchrum Antiochiæ ubi crematus: tribunal 5 Epidaphne. quo in loco vitam finierat. Statuarum, locorumve in quis coleretur, haud facile quis numerum inierit. 6 Cum censeretur clypeus, auro & magnitudine insignis inter auctores eloquentiæ; adseruit Tiberius, *solitum, paremque cæteris dicaturum. neque enim eloquentiam fortuna discerni, & satis inlustre, si veteres inter scriptores habe-*

INTERPRETATIO.

nerentur, ut imago eburnea ludos Circenses præcederet, & ne ullus flamen, aut augur loco Germanici eligeretur, nisi è stirpe Julia. *Arcus adjuncti in urbe, & apud litus Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum titulo rerum administratarum, ac* vitam Reipub. causa amisisse. *tumulus Antiochiæ ubi combustus erat: solium Epidaphne, quo loco è vivis excesserat. Haud facile quis recensuerit multitudinem imaginum, aut locorum in quibus honoraretur. Cum ei decerneretur clypeus, auro & amplitudine eximius inter oratores, adfirmavit Tiberius* consuetum, & aliis æqualem ei sacraturum, neque enim facundiam, fastigio, aut opibus distingui; & satis insigne & decorum, si

NOTÆ.

ream, & coronam auream, & sedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri jussit, mediaque illa poni inter sedes editorum.

Lego etiam sedes aureas in theatrum illatas, Tiberio & Sejano absentibus. Et mitior interpretem id vertisse, cuitus, apud Dionem lib. 58. *αἰφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον. Sellas aureas in theatra utrique inferebant.*

Germanico igitur decretæ hujusmodi curules sedes per trina, ut opinor, theatra, inter sacerdotum Augustalium sedes; in iis coronæ è quercu, ob cives scilicet servatos. *Lips.*

Sedes.] Ut in theatris, quo loco sodales Augustales spectare soliti essent, tamquam vivo & præsenti sedes curules; qualibus Magistratus populi Rom. utuntur, statuerentur.

1. *Ludos Circenses.*] Qui honos diis habitus, & iis qui divinos deinde honores meriti videbantur.

Circenses.] Ut nempe quoties ludi Circenses celebrarentur, effigies Germanici ex ebore, inter alia deorum simulacra pompam duceret.

2. *Arcus.*] Et ut arcus triumphales exstruerentur, tam Romæ, quam hinc ad ripam Rheni, inde in monte Syriæ Amano *Freinsh.* Intervalla temporis, non tantum loci ponere videtur, inter exstructionem istorum arcuum, quasi prius in urbe exstructi sint, dein aliis locis quasi ad exemplum. quid ni, ut decerni, ita & strui simul istis tribus locis arcus Germanici potuerunt?

3. *Amano.*] Amanus mons Ciliciæ provinciæ in Asia minore, & Syriæ regionis. *Tillemontius.*

4. *Mortem ob Rempub. obiisse.*] Hoc Druso quoque patri ejus tributum, & voluit dictum Pedo ad Liviam:

Consul & ignoti victor Germanicus orbis,

Quis fuit hen mortis publica causa legor.

Sed tu rescribe, *cui fuit*: ad hanc mentem. *Lipsius.*

5. *Epidaphna.*] Antiochia magna, urbs Syriæ, cognominata est *Epidaphne*, à Daphne illius suburbio. ex Plinio lib. 5. cap. 21. & diction. Geog. Ferrarij.

6. *Cum censeretur clypeus.*] Veteris inventi fuit imagines illustrium virorum publice in templo, curiaque deponi, & quasi dedicari. Sic Africani imago in

retur Equester ordo *cuneum Germanici* appellavit, 1 qui *Juniorum* dicebatur, instituitque 2 uti turmæ Idibus Juliis imaginem ejus sequerentur.

INTERPRETATIO.

inter priscos auctores eloquentia celebraretur. *Equester ordo* cuneum Germanici *vocavit, qui* Juniorum *appellabatur, & decrevit ut turmæ Idibus Juliis effigiem ejus secta-*

NOTÆ.

Capitolio, Catonis Censorij in Curia collocatæ.

Valerius Max. lib. 8. cap. 15. *Africanus imaginem in cella Jovis optimi, maximi positam habet: quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur: unique illi instar atrij, Capitolium est. Tam Hercle quam superiori Catoni, Curia. Vnde effigies illius ad ejusdem generis officia exprimitur. Gratum ordinem, qui utilissimum Reip. senatorem, tantum non semper secum habitare voluerit.*

Sed cumulatius id fecit, ut appatet, Augustus: qui primarias imagines in Curia collocavit, suis quasque locis distinctas: sive quis belli, sive pacis artibus claruisset.

Ita supra legimus, *Hortensij imaginem positam inter oratores*: idemque honos nunc Germanico petitus. Sed clypei nomine Tacitus cur usus? quia imagines illæ, ut censeo, instar militaris clypei rotundæ: ex ære, auro, argento.

Conseretur clypeus.] Clypeus qui imaginem repræsentaret, non militaribus solum viris in bello, sed & togatis in pace, ut hodie quoque est, jam olim in usu fuit. Siquidem lib. 35. 3 Plinius major inquit, *scutis qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum.*

Eodem spectat quod Trebellius de Claudio secundo inquit: *Clypeus aureus senatus totius judicio in Romana curia collocatus est; ut etiam nunc videtur expressa thorace vultus ejus imago.*

1. *Qui Juniorum dicebatur.*] Non à *Juniorum* gente, ut nonnulli falso existimarunt; sed à pueris prætexratis. Nam duplex decursio, seu transvectio, sicque duplex fuit cuneus, aut turmæ, nempe *juniorum*, qui nobiles adhuc in prætexta transvecti in ludis Troïcis, & Circensibus; alter *cuneus* fuit *juvenum*, seu *equitum*. Unde & primus nominatus dicebatur *Princeps juventutis.*

Igitur equester ordo memoriam Germanici honoratam voluit in utroque cuneo, & *juniorum*, & *juvenum*; ita ut cuneus puerorum, non amplius *cuneus juniorum* diceretur, sed *cuneus Germanici*. Ita ut turmæ juvenum, seu equitum cum fieret transvectio Idibus Juliis imaginem Germanici sequerentur, non pro vexillo, ut vult Lipsius; nam nulla mentio vexilli in illa pompa.

Attamen cum equites per turmas dispositi incederent quælibet turma habere potuit suum vexillum (nam quasi è pugna redeuntes transibant) sed universum equitum agmen habuisse commune vexillum in transvectione nullatenus constat.

Neque potes tantum decus passurum esse Tiberium erga Germanici imaginem: Nam & ipsorum principum imagines in castris inter signa, non tamen signa, aut vexilla erant, & apud Vegetium distincti *imaginiferi*, nempe qui ferrent imagines principum, à *signiferis*, qui nempe signa propria militaria ferrent. prælata illa imago Germanici, ut decus herois & Cæsaris, ut ornamentum, & ἄγαλμα, non ut *vexillum*.

2. *Vti turmæ*] Ita accipio, ut in solenni illa transvectione equitum Germanici imago pro vexillo esset, quod sequerentur. lib 6. *Quorum imagines pro vexillis secuti essent, duces, imperatoresque diligerent.*

Aliud autem transvectio equitum, aliud recognitio, sive censio, sive probatio, & cave ea confundas Transvectio à Q. Fabio Rulliano instituta, ut Livius lib. 9. Valerius 1. auctores sunt, ejusque

pleraque manent: quædam statim omissa sunt, aut vetustas oblitteravit.
84 Cæterum, recenti adhuc mœstitia, soror Germanici Livia nupta Druso
1 duos virilis sexus simul enixa est. quod rarum lætumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio Principem adfecit, ut non temperaverit, quin jactaret apud patres, *nulli ante Romanorum ejusdem fastigij viro geminam stirpem editam.* nam cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat. Sed populo tali in tempore id quoque 2 dolorem tulit; tamquam au-
85 ctus liberis Drusus, domum Germanici magis urgeret. Eodem anno gravibus 3 senatus decretis libido feminarum coërcita, cautumque, *ne quæstum corpore faceret, cui avus; aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset.*

INTERPRETATIO.

rentur, quorum *multa vigent adhuc: nonnulla statim neglecta sunt, vel antiquitas abolevit. Ceterum repenti adhuc tristitia, soror Germanici Livia uxor Drusi gemellos mares uno partu edidit. Quod singulare, gratumque etiam mediocis familiis, tanta Cæsarem lætitia cumulavit, ut non contineret, quin gloriaretur apud senatum:* nullum antea Romanorum ejusdem fortunæ virum gemellos filios suscepisse: *nam omnes etiam fortunæ casus ad decus flectebat. Sed ea inclinatione temporum, id etiam mœrorem plebis auxit, quasi numerosa Drusi proles familiam Germanici magis premeret. Eodem anno severis patrum consultis licentia mulierum cohibita, decretumque*, ne meretriciam artem exerceret femina; quæ avum, aut patrem, aut conjugem Equitem Rom.

NOTÆ.

formam, & quasi pompam graphice depinxit Dionysius lib. 6.

Idibus Quinctilibus, sive Juliis fieri solitam Dionysius idem dixit, quia victoria ad lacum Regillum incidit in eum diem. Sed & *Castorum ædes Idibus Quinctilibus dedicata*, ait Livius lib. 11. quorum honori præcipue transvectio instituta.

At recognitio equitum, olim à Censoribus singulis lustris: postea ab Imperatoribus passim facta tempore non certo, idque non aliud fuit, quam censura quædam in equites, equosque publicos, & quasi examen. *Lipsius.*

Quod affert Lipsius ex Tacit. 6. falsum est, & ut falsum refertur ab ipso Tacito, unde non nisi falsum colligi potuit. latum discrimen inter sequi *vexilla*, & sequi *pro vexillis.* neutro modo secuti equites imaginem Germanici.

1. *Duos viriles sexus.*] Disce ergo hinc, Tiberium illum Drusi filium, Tiberij nepotem, quem Caïus sustulit, superfuisse ex his geminis: & ideo Gemellum cognominatum. Et sane numismata quædam hujus Drusi ærea exstare aiunt, in quibus expressa gemellorum capita surgentia è copiæ cornu.

2. *Dolorem tulit.*] Cum tunc lætus esset princeps: certe populo longe diversus animorum habitus erat; quia enim, in id tempus partus Livillæ inciderat, quo adhuc recens luctus erat, ob Germanici mortem, non modo nullam tunc lætitiam excitavit, sed potius dolorem auxit

3. *Senatus decretis.*] Quorum decretorum particula hæc apud Tertullianum de pallio. *Habes spectare quod Cæcina Severus graviter senatui impressit, matronæ sine stola in publico. denique Lentuli Auguris consultis, quæ ita se se exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices, custodesque dignitatis habitus, ut lenocinij factitandi impedimenta sedulo quædam desuefecerant.*

nam 1 Vistilia prætoria familia genita 2 licentiam stupri 3 apud ædiles vulgaverat; more inter veteres recepto, qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitij credebant. 4 exactum & à Titidio Labeone Vistiliæ marito, *cur in uxore delicti manifesta 5 ultionem legis omi-*

INTERPRETATIO.

ferret. *Quippe Vistilia è prætoria stirpe orta vulgati corporis copiam seu facultatem apud Ædiles professa erat; pro more apud majores usitato, qui satis supplicij esse contra prostitutas in ipsa confessione probri sui rebantur. Efflagitatum etiam à Titidio Labeone Vistiliæ viro*, cur in conjuge flagitij comperta vindictam legis Juliæ neglexisset? *atque*

NOTÆ

1. *Vistilia.*] Cum probatam à Labeone Vistiliam uxorem, & quiescens matrimonium turbaret nemo, se ipsam Vistilia more meretricio, detulit. Moris enim fuit nomen apud Ædiles profiteri, non prostibulis, sed meretricibus, quæ honestioris loci & quæstus, copiam sui noctu tantummodo facerent.

Cæteris fœminis, si deesset accusator publicus, Ædiles ipsi probrosam fœminam ream agebant, ut ex Livio notum est, qui lib. 25. scribit: *L. Villius Tappulus, & M. Fundarius Ædiles plebei, aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas, in exilium egerunt.*

Quod autem de se Vistilia professa est, eludendæ legitimæ accusationis, & evitandi adulterij pœnæ gratia fecit.

2. *Licentiam stupri.*] Vistiliæ quæ ex prætoria stirpe, nullo majorum pudore, apud Ædiles petierat recipi se inter eas, quæ corpore quæstum facerent. Hunc enim morem introduxerant veteres, neque aliam huic impudicitiæ pœnam posuerant, arbitrati ipsa flagitij professione, satis puniri hoc genus fœminas, quia deinceps cultu, & cæteris matronarum honoribus spoliatæ, despectam infamemque vitam acturæ essent.

3. *Apud Ædiles vulgaverat.*] Apparet in stupta matronarum ordinis primi aut secundi, graviter semper animadversum, ad servandum publicum decus, non tam graviter in libertinarum, aut è plebe: quibus hæc militia venerea, moribus tantum non permissa: quod vel ex Horatio, Ovidio, aliisque liquere potest.

Sic & patet cuivis fœminæ licitum fuisse vulgare corpus, modo apud Ædiles id profiteretur. Cui professioni consequens, ut jure cederet, & dignitate matronali, etiam, ut opinor, ornamentis, censereturque inter togatas.

Quod facile adstruo ex Suetonij verbis in Tiberio, cap. 35. *Feminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas jure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri cœperant: quas ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.* Ut ergo ibi lenocinium profitebantur ad amittendum jus matronatum: sic hic stuprum, eadem fine. *Lips.*

4. *Exactum & à Titidio.*] Exactum pro quæsitum à marito, cur Vistiliæ uxori, delicti manifestæ, cui sine mora repudium mittere ex lege debuisset, missæ neque novis interdiceret nuptiis, neque se adulterij acturum denunciaret.

Labeo respondit, datos ad consultandum, sexaginta dies, non elapsos, intra quos juie mariti accusandi, facultas erat: cui favet Paulianum illud, *sexaginta dies à divortio numerantur: in diebus autem sexaginta & ipse sexagesimus est.*

Illud autem à Labeone quærebatur, ne legem proderet, qui passus uxorem delinquere ob negligentiam, vel culpam, vel quamdam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem positus fuisset, ut habet Ulpianus: sed quo casu manifesta Vistiliæ peccata essent, sine lata culpa excusare ignorantiam, vel adumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis Titidius Labeo non posset. *Vert.*

5. *Ultionem legis.*] De pœna ab ipse

ſiſſet ? atque illo prætendente [1] *ſexaginta dies ad conſultandum datos, necdum præteriſſe*, ſatis viſum de Viſtilia ſtatuere : eaque in inſulam 2 Seriphon abdita eſt. 3 Actum & 4 de ſacris Ægyptiis, Judaicisque pellendis : factumque patrum conſultum, *ut* 5 *quatuor millia.*

INTERPRETATIO

illo opponente ſexaginta dies ad deliberandum conceſſos, nondum elapſos eſſe, *placitum ſufficere, ſi de Viſtilia decerneretur : Eaque in inſulam Seriphon incluſa eſt Etiam tractatum de religionibus Ægyptiis, & Judaicis ejiciendis, & decrevit ſenatus*, ut quatuor millia libertinorum hominum, ea impietate contaminata, quibus ætas ha-

NOTÆ.

marito inferenda omnes accipiunt. Ego propterea, quia *legis* diſerte fit mentio, qua haud dubie Julia de adulteriis intelligitur, ad accuſatiunem trahere malui : Hæc enim lege Julia pertinebat ad maritum, ut ex reliquiis ejus per Juriſconſultos ad nos tranſmiſſis patet.

Ac ne quis *ultionis* vocabulo moveatur, ſciat tam illi hoc tribui, qui accuſando, quam qui decernendo efficit, ut reus puniatur. ut 3. 66. *Videlicet Scipio & Cato talia ulciſcebantur*, &c.

Neque more veteri contrariam opinionem tueri licet, quamquam enim viro permiſſa fuerit de uxore cognitio 13. 32. Tamen permiſſa fuit, non injuncta, nec ab eo neceſſitate legis exacta ; aut ſi omiſiſſet, cuiquam ejus rei rationem reddere coactus eſt. *Freinsh.*

1. *Sexaginta dier.*] Crimen adulterij ex lege Julia publici judicij eſt. Expectantur autem ſexaginta dies, quibus maritus in accuſationem fertur : qui ſi interim neglexerit, adulteræ pater admittitur, hinc alij, Juriſconſultis auctoribus.

Maritus autem, qui matrimonium ſuum ita contemnit, ut adulteram uxorem non accuſet, lege Julia tenetur Ulpiano. Euſtath. *περὶ χρονικῶν διαστημάτων.* Ἄχρις ἡμερῶν ξ´ ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ δικάζει ἀδεῶς κατὰ τῆς γυναικὸς τὸ μοίχιμον, id eſt, ut præferatur cæteris, & accuſet ſine inſcriptione, l. Pater. D. ad legem Juliam de adult.

Poteſt tamen poſtea agere jure extranei l. 6 c. ad l. Jul. de adult. ubi contra quam Euſtathius ait ; ſexaginta illi dies à divortio utiles eſſe dicuntur. *Muretus.*

2. *Seriphon.*] Seriphus, Cycladum inſularum una, in mari Ægæo ad occidentem. hodie *ſeriſos*, vel *ſerphino* in Archipelago, ſub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

3. *Actum &c.*] Non tunc primum. Nam & Agrippa præfectus urbi ab Auguſto, ſacra Ægyptia repreſſit : edicto, ne quis ea intra quingentos ab urbe paſſus exerceret Id accidit anno DCCXXXIV. ut habes apud Dionem LIV.

Sed de hoc Tiberiano edicto capiendus Seneca epiſt. CIX. *his inſtinctus abſtinere animalibus cœpi : & anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis. Quæris quomodo deſierim ? In Tiberij Cæſaris principatum inventa tempus inciderat, alienigena tum ſacra movebantur, & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorumdam abſtinentia.*

Apparetque eum intelligere etiam Judæorum ſacra, qui abſtinuerunt animalibus quibuſdam, ut ſue. Quamquam & Romani poſtea diebus religioſis abſtinere carne cœperint, Ægyptio ritu. Spartianus in Juliano : *Sæpe autem, nulla exiſtente religione, oleribus, leguminibuſque contentus, ſine carne cœnavit.*

4. *De ſacris Ægyptiis.*] Sueton. Tib 36 Similiter multis ante annis Ægyptios deos. *Capitolio prohibitos inferri, id eſt, curia deorum pulſos, Piſo & Gabinius Coſſ. non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum abdicaverant, turpium & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes.*

5. *Quatuor millia.*] Joſephus lib. 18.

libertini.

1 *libertini generis* 2 *ea superstitione infecta*, *quis idonea ætas*, *in insulam* 3 *Sardiniam veherentur*, coërcendis illic latrociniis, & si 4 ob gravitatem cœli interissent, vile damnum : *cæteri cederent Italia*, *nisi certam ante diem profanos ritus exuissent*. Post quæ retulit Cæsar, 5 *capiendam vir-* 86

INTERPRETATIO.

bilis, in insulam Sardiniam transferrentur, *comprimendis illic latronum incursionibus*. *& si propter inclementiam aëris periissent, vilem jacturam fore*. Alij abirent Italia, nisi intra certum tempus profanas cærimonias omisissent. *Postea proposuit Tiberius*, eligendam Vestalem in locum Occiæ, *qua per septem & quinquaginta annos maxima*,

NOTÆ.

id deplorat, & ostendit in eo numero solos Judæos fuisse cui subscribit Suetonius : Judæorum juventutem, per speciem sacramenti in provincias gravioris cœli distribuit, huic calamitati occasionem, causamque præbuisse stupra quædam, & fraudes tectas nomine religionis, non injucunde Josephus idem describit in historia Paullinæ. & Mundi, quem si animus fert, vide lib. 18. cap. 7.

Mirum est de talibus stupris siluisse Tacitum, qui unicam affert causam, cur ejecti urbe Judæi sint ; nempe illorum superstitionem, quæ tum invalescebat Romæ. nec aliam causam quæras, aut credas, præter illam, quæ publica fuit. stuprum unius, aut alterius matronæ totius gentis exilium, aut exitium non invexisset. Aliter Judæi credi voluere.

1. *Libertini generis.*] Decrevit senatus, ut ex libertinorum corpore quatuor millia iis ritibus fœdata, quibus apta militiæ ætas esset, in Sardiniam avehererentur, id præcipue ex usu Reipub. futurum videbatur : Nam per eos non minus quam per milites, latrocinia quæ ibi passim exercebantur, compesci posse ; & si ob aëris intemperiem morerentur, vilium, exosorumque capitum haud gravem jacturam fore.

2. *Ea superstitione.*]. Superstitionem Ægyptiam, & Judaïcam nemo hic dubitet cultum deorum, sectamque Ægyptiorum, ac Judaïcorum significare. Inf l. 5. hist *Rex Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare adnixus*. Quamobrem arbitror Ulpianum in tit. de Decurionib sensisse Judæos non prohiberi esse decuriones : neque eam rem pertinere ad Christianos.

Quidam putant hîc intelligi *Christianos*, testimonio ejusdem Cornelij, qui l 15. vocat *execrabilem superstitionem*: Plinij ad Trajanum, qui *superstitionem pravam, immodicamque*, & Suetonij, qui *novam, ac maleficam*, appellant Christianam religionem.

Sed per *superstitionem* certe intelligenda *secta Judaica*, nihil aliud, hoc loco. Quintil. lib. 3. *Qualis est primus Judaicæ superstitionis auctor*. Et Christiani tum nulli erant, quod nomen Antiochiæ cœpit. etiam Christus nondum prædicaverat. Tiberius Christum non oderat, imo deum faciebat, si voluisset senatus.

3. *Sardinia.*] Insula Italiæ in mari Mediterraneo. hodie *Sardegna* Italis, & *Sardaigne* Francis, paret Regi Catholico, *Tillemoninc.*

4. *Ob gravitatem cœli.*] Sardiniam, Florus, & Scriptor de viris illustribus in Gracchis, pestilentem vocant. Silius, *tristem cœlo*. Cicero *Tigellium Sardum patria sua pestilentiorem*, Martialis

——— *in medio Tiburo Sardinia est.*

5. *Capiendam virginem.*] Formula hæc erat. *Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ jus siet Sacerdotem Vestalem facere pro populo Rom. Quiritibus, uti, quæ optima lege. fuat, ita te, Amata, capio.*

ginem in locum Occiæ, 1 quæ septem & quinquaginta per annos summa sanctimonia Vestalibus sacris præsederat: egitque grates Fontejo Agrippæ, & Domitio Pollioni, *quod offerendo filias, de officio in Rempublicam certarent.* prælata est Pollionis filia, non ob aliud, quam 2 quod mater ejus 3 in eodem conjugio manebat. nam Agrippa dissidio domum imminuerat. Et Cæsar quamvis posthabitam, 4 decies sestertij dote
87 solatus est. *Sævitiam annonæ* incusante plebe, statuit frumento pretium quod emptor penderet, 5 *binosque nummos se additurum negotiatoribus in singulos modios.* Neque tamen ob ea *parentis patriæ* delatum, &

INTERPRETATIO.

castimonia Vestalibus cærimoniis præfuerat, & gratiam retulit Fonteje Agrippæ, & Domitio Pollioni, quod offerendo filias suas, de honore & obsequio in Remp. contenderent. *Antepesita est filia Pollionis, non aliam ob causam, quam, quia mater illius in eodem matrimonio perseverabat: Quippe Agrippa divortio familia decus laserat. Et Tiberius postpositam decies tamen sestertij liberalitate, dotis causa, sublevavit. Increpante populo* rei frumentariæ difficultatem, *præscripsit tritico valorem, quem emptor solveret*, & se adjecturum dixit duos nummos mercatoribus in quemlibet modium. *Neque tamen propterea* patris patriæ *nomen sibi prius etiam oblatum acce-*

NOTÆ.

1. *Quæ septem & quinquaginta.*] At lex definiebat ministerio virginum tantum annos triginta. spontanea igitur mansio illa Occiæ.

2. *Quod mater ejus.*] Prælata est Pollionis filia, non ob aliam causam, quam quia mater ejus adhuc agebat in suo conjugio, & cum Pollione concorditer vivebat, contra Fonteiæ mater à viro suo repudiata fuerat. *Freinsh.*

Non hoc præcisè Tacitus. dissidium illud poruit oriri non ex marito tantum, aut uxoris culpa, sed ex utroque conjuge. & maritus potuit etiam repudiari ab uxore, & repudij libellum viro mittebat etiam femina per libertos suos. de repudiato sæpius viro agit Seneca tamquam de ignominioso, vili, & contempto homine

3. *In eodem conjugio manebat.*] Id est univira esset: cujus rei honos. Tertullianus. *Monogamia apud Ethnicos in summo honore est ut & virginibus nubentibus univira pronuba adhibeatur, & sit auspicij initium est. Item in quibusdam solennibus, & auspiciis, ut prior sit univira locus. Certe Flaminica non, nisi univira est.*

In eodem conjugio manebat.] Tertullianus in exhort. ad castitatem. Catullus: *Vos unis senibus bona Cognita bene femina Collocate puellam.*

Non ait Tacitus univiram fuisse, sed non divortisse à marito: sequitur enim; *nam Agrippa divortio domum imminuerat:* neque divortium tamen matris impediret, nam patrima matrima capi debet: sed præfertur cui mater concors cum viro.

4. *Decies sestertij dote.*] Numerus hic in dote, quod observavimus inter honestiores quasi legitimus & solemnis. notatque diserte Juvenalis.

——— *Et ritu decies centena dabuntur Antiquo.*

Et Seneca: *Beatiores tu esse putas, quorum Pantomimæ decies sestertio nubunt, quam Scipionem, cujus liberi à senatu in dotem æs grave acceperunt?*

Decies sestertij.] Sunt viginti quinque millia coronatorum, seu septuaginta quinque millia librarum.

5. *Binosque nummos.*] Ne tamen negotiatores damnum sentirent, pollicitus est, se ipsis ultra pecuniam, quam emptor solveret in singulos modios binos nummos adjecturum.

Itaque duo præstitit Cæsar grata & utilia in plebem: nempe quia certum & ju-

antea vocabulum adſumpſit, 1 acerbeque increpuit eos, qui *divinas occupationes*, 2 ipſumque *dominum* dixerant. 3 unde anguſta & lubrica oratio ſub principe, qui libertatem metuebat; adulationem oderat. 4 Reperio apud ſcriptores ſenatoreſque eorundem temporum, Adgan- 88
deſtrij principis Cattorum lectas in ſenatu litteras, quibus *mortem Arminij* promittebat, *ſi patrandæ neci venenum mitteretur*; reſponſumque eſſe, *non fraude, neque occultis, ſed palam & armatum populum Roma-*

INTERPRETATIO.

pit, & acriter invectus eſt in illos, qui divinas occupationes *illius, ipſumque* dominum *adpellaverant. Quare anceps & difficilis loquendi modus ſub principe, qui libertatem formidabat, & adſentationem ſpernebat. Invenio apud auctores, Patreſque ejuſdem ævi, epiſtolas Adgandeſtrij principis Cattorum recitatas in Curia, quibus* necem Arminij *pollicebatur*, ſi mitteretur ei virus perpetrando facinori, *& reſcriptum eſt*, non dolo, nec inſidiis, ſed aperto Marte populum Rom. inimicos vindica-

NOTÆ.

ſtum pretium frumento ſtatuit, & quia de ſuo addidit binos nummos in quemque modium tritici. *bini nummi* ſunt tres aſſes noſtro more Gallico.

1. *Acerbeque increpuit eos, qui, &c.*] Suet. in Tib. 27. *Alium dicentem ſacras ejus occupationes; & rurſum alium, auctore eo ſenatum ſe adiiſſe: verba mutare, & pro auctore ſuaſorem, pro ſacris laborioſas dicere coëgit.*

Quod tantum abeſt, ut inferioris ævi principes prohibuerint, ut potius ſua omnia *ſacra, divina, cœleſtibuſque* appellationibus vocitarint: nempe, *ſermones, juſſa, literas, reſponſa, oracula, præcepta*, & ſimilia, quod paſſim in libris Juriſconſultorum, & apud illius ævi ſcriptores videre licet.

2. *Ipſum dominum.*] Rectiſſime; facta tantum reſpondiſſent dictis. Nam *domini* vox proprie, non niſi in *ſervos*, aut etiam *conjunctos*. Lipſius.

Qui ipſum dominum dixerant.] Tametſi appellatio hæc priſcis temporibus, uti nimis ſuperba, principibus non adderetur, ſuadente tamen fœda adulatione, tandem quoque recepta, mox etiam in privatos tranſiit.

Notum eſt illud Martialis: *Edictum domini Dei noſtri*; de Domit. & Plinij in epiſt. ad Trajanum, vocem hanc identidem ingerentis. Sed & Seneca ad Lucilium; *quomodo obvios, ſi nomen non ſuccurrit, domines ſalutamus.* Quantum patet ex paneg. Trajani, nomen *domini* publice, fuit infeſtum. At contra nomen *Principis* gratum, acceptumque in vulgus, & proceres, quaſi *Patris*.

3. *Unde anguſta.*] Ita effectum eſt, ut arctis, periculoſiſque limitibus includeretur ſermo eorum, quibus loquendum erat cum principe, qui fere contrariis animi affectibus, & libertatem metuebat, & adulationem oderat.

4. *Reperio apud ſcriptores, ſenatoreſque eorum temporum.*] Senatores, qui res ſui temporis compoſuere, quorum ferax illud ſæculum, & quorum unus poſt illa C. Plinius, de quo l. 1. Ann. nondum enim in deſuetudinem abierat mos ille, quo ſolum digniſſimi hiſtorias tractabant. Suet. de clar. Rhet. *Primus omnium libertinorum, ſcribere hiſtoriam, non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam ad id tempus.*

Cum laudat *ſeniores* addit, vel, *memini audire me ex ſenioribus*: vel, *audita, ſcriptaque ſenioribus tradam.* at hic, inquit, *reperiſſe*; in libris videlicet horum quidem ἀνεκδότοις, illorum vero luce publica donatis.

Nempe ſenatores fere commentaria conficiebant eorum, quæ dicerent, quæ audirent in Curia, ea manebant in fami-

num hostes suos ulcisci. 1 qua gloria æquabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderantque. Cæterum Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduo, regnum adfectans, libertatem popularium adversam habuit: petitusque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alij reges, ducesque; sed florentissimum imperium lacessierit: 2 præliis ambiguus; bello non victus. septem & triginta

INTERPRETATIO.

re. Quo decore comparabat se Tiberius antiquis ducibus Romanis, qui veneficium in Pyrrhum regem prohibuerant, aperueransque. Cæterum Arminius discessu Romanorum & deturbato Maroboduo, regnum usurpans, libertatem Germanorum suorum contrariam expertus est, oppugnatusque bello, cum ancipiti Marte dimicaret, insidiis proximorum occubuit, dubio procul Germaniæ vindex & assertor: & qui non initia vel incunabula populi Romani, velut alij reges & duces, sed potentissimum imperium oppugnarit: certaminibus anceps & varius, bello nequaquam profligatus. Septem &

NOTÆ.

lia, & ostendebantur nonnunquam à posteris; ut pote è quibus æque, atque ex actis publicis, privatisque concinnari posset legitima historia. *Gruterus.*

Si enim vult Tacitus dicere, audisse se hæc ex senioribus, obsecro an utatur cum ea loquendi ratione, *reperio apud seniores?* Potius, *comperio ex senioribus* dixit.

Scriptores, senatoresque.] Non displiceat, *senioresque.* primum, quia sæpe advocat noster testes ejus ævi, qui fuissent in re præsenti, ut l. 3. *Memini audire me ex senioribus, visum inter manus Pisonis libellum*, & l. 11. *Verum audita, scriptaque senioribus tradam.* Deinde, quia peccatum & alias in ea voce. ut lib. 13. *Sed impetum ejus multum prius laudata magnitudine animi attinuere senatores, dissolutionem imperij docendo, &c.* ubi certe scribo, *seniores.* ut dicam in loco.

Possit tamen aliquis defendere hic *senatores*: quia res quasi arcano acta in senatu. sed viderit lector. à priori sententia nobilissimus Janus Douza noster est: de quo plura dicere jubet, & prohibet me amor. Tollam manum. & in eam boni nominis memoria paulisper conquiescam. *Lipsius.*

Lectionem Douzæ, Lipsioque probatam non audeam comparare priori. non ob eam modo rationem, quia rem in senatu actam, maxime senatorum testimoniis confirmari consentaneum est: sed propter adjecta verba *eorum temporum.* quæ non videbatur additurus, si *seniores* præmisisset. *Freinsh.*

Bene *senatores* qui conficiebant privatim acta senatus, & commentaria, veluti domestica, quibus filios instituerent. forte publicum aliquando spectabant.

Senatoresque.] Apud quosdam scriptores, qui quum ea gererentur, senatores fuerant, reperio, &c.

1. *Gloria æquabat se.*] Æmulabatur Tiberius gloriam antiquorum populi Rom. ducum qui medici cujusdam promissa, qui se Pyrrho hosti eorum acerrimo, in gratiam Romanorum venenum daturum obtulerat, non acceperant, verum etiam regi detexerant.

2. *Præliis ambiguus, bello non victus.*] Lucillius. *Ut populus Romanus victus vi, & superatus præliis sæpe est multis; bello vero nunquam, in quo sunt omnia.*

3. *Bello non victus.*] Florentissimæ robustissimæque potentiæ Romanorum ita se opposuit Arminius, ut alio atque alio tot præliorum eventu, quantum ad summam belli pertinet, invictus manserit.

annos vitæ, duodecim potentiæ explevit, & caniturque adhuc barbaras apud gentes; Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi.

INTERPRETATIO.

triginta annos vixit, duodecim opibus atque auctoritate floruit, celebraturque etiam nunc apud exteras istas nationes, Græcorum historiis incognitus, qui sua tantum suspiciunt: Romanis haud satis inclytus, dum prisca laudamus, nostri ævi fastidientes.

NOTÆ.

Canitur.] Quidam vertunt, clarus est. exactius alij, qui *canendi* verbum proprio significatu accipiunt. Notus enim hic Germanorum mos ex Taciti German. 3. 2. 3.

Carminibusque adhuc.] Celebraturque adhuc carminibus popularibus, patriisque, quæ una historiæ species apud Germanos est.

C. CORNELII TACITI
AB
EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIUM
LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Agrippina cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam pervenit. ea tumulo Augusti illata, & funus ductum. Drusus in Illyricum redit. Cn. Piso cum Romam redisset, veneni & Majestatis postulatur. dicta causa, cum omnia infensa & infesta experiretur, manus sibi adfert. Tacfarinas bellum in Africa renovat: quod opprimitur à L. Apronio Proconsule. Lepida Æmilia adulterij & veneni defertur, damnaturque. Papia Poppaa lex ad id tempus asperius exercita, mollitur à Tiberio, & nexus ejus exsolvuntur. Iterum Africam incurrit Tacfarinas: cui tutanda Iunius Blesus deligitur. Equites aliquot Romani Majestatis damnantur. Galliæ rebellant, ducibus Iulio Sacroviro, & Iulio Floro infeliciter: quia à legionibus Germanicis copia eorum cæsa, & ipsæ ad vetus jugum retracta. C. Lutorius eques Majestatis damnatus, in carcere exanimatus est. Cura luxus coercendi cœpta: & omissa. Drusus Tribunitiam potestatem accipit. Flamen Dialis vetitus provinciam sortiri. Asyla Graecorum lustrata & repurgata. C. Silanus repetundarum, & Majestatis damnatus. Tacfarinatem Iunius proturbat; & fratrem ejus capit. Iuniæ illustrès feminæ mors, & funus. Hæc triennio gesta.

M. VALERIO ET M. AURELIO COSS.
TIBERIO IMP. IV. ET DRUSO NERONE II. COSS.
C. SULPICIO ET D. HATERIO COSS.

1 NIHIL intermissa navigatione hiberni maris Agrippina [2] Corcyram insulam advehitur, litora [3] Calabriæ contra sitam. Illic paucos dies [4] componendo animo insumit, [5] violenta luctu, & nescia tolerandi. Interim adventu ejus audito intimus quisque amicorum, & plerique militares; ut quisque sub Germanico stipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis è municipiis, [6] pars officium in principem rati, plures illos secuti, ruere ad opidum Brundi- 1

INTERPRETATIO.

NEquaquam interrupta navigatione, licet sæviente, ut per hiemem pelago, Agrippina appellit Corcyram insulam, positam è regione littorum Calabriæ; illic moratur per aliquot dies sedando animo, atrox dolore, & indocilis pati. Interea nuntiato ejus adventu familiarissimus quisque amicorum, & maxima ex parte militares, ut quisque sub Germanico meruerant, plurimi etiam incogniti è propinquis oppidis, pars honorem in Cæsarem arbitrati, multi illos comitati, concurrere ad oppidum Brun-

NOTÆ.

1. *Nihil intermissa.*] Quamquam aspera hiems erat, qua tempestate *maria claudi* dicuntur, omnisque navigatio intermitti solet. Mirifice autem exprimit ardorem animi, quo tunc ferebatur Agrippina, quæ tantum iter, nunquam intermissa navigatione, confecerit: cum tamen diuturna navigatio etiam robustissimos viros, nedum feminas conturbare soleat. Homer. Od. ι38.

Quod si omnis navigatio molesta, & difficilis, tanto magis hiberna. nam æstiva quidem minus habet incommodi: jocaturque Cicero, dum quodam loco ad Atticum scribit, *magnum esse negotium navigare* de mense Sextili.

Ergo ex die tertio Idus Novembris, usque in diem sextum Idus Martij, *maria clausa* esse dicebant: ut est apud Vegetium lib. 4. quod tempus etiam coarctatum est ab imperatoribus, qui à Calendis Aprilis ad Calendas Octobris tempestatem ad navigandum idoneam esse definierint, l. quoties Cod. de naufrag.

2. *Corcyram*] Insula est prope Epirum provinciam Græciæ, in mari Ionio. hodie *Corfou*, ad oram præfecturæ Romeliæ in Turcico imperio Europæo, sed tamen paret Reipublicæ Venetæ. *Tillemonius*,

3. *Calabria.*] Calabri populi Messapiæ provinciæ in Italia, ad mare Adriaticum. hodie pars Septentrionalis terræ *Otranto*, in regno Neapolitano; paret regi Catholico *Tillemon.*

4 *Componendo animo.*] Non reficiendo corpori, non deponendæ lassitudini, sed componendo, ac mulcendo, & compescendo *animo*, qui totus turgebat.

5. *Violenta luctu*] Sic libro superiore: *Omnium quæ ultionem morarentur intolerans.* Cum autem suopte ingenio excelsi erat, & elati mulier animi, tum luctus & doloris acerbitas eam violentiorem, & contumaciorem reddebant. Eleganter dictum *nescia tolerandi*, Horat. *Pelidæque animum cedere nescij*; idem: *indoctaque jugum ferre Britannia.* alibi: *indocilis pauperiem pati.*

6. *Pars officium in principem rati.*] Cum putarent quidam se ea re gratiam à Tiberio inituros: eorum autem exemplum multitudo sequeretur. Sic Virgil. *pars in frusta secant.*

fium; quod naviganti 1 celerrimum, fidelissimumque adpulsu erat. Atque ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus, & proxima maris sed mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat, mœrentium turba, ac rogitantium inter se, 2 *silentione an voce aliqua egredientem exciperent*? neque satis constabat quid pro tempore foret: cum classis paulatim successit, 3 non alacri ut adsolet remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis. Postquam 4 duobus cum liberis feralem urnam tenens egressa navi, 5 defixit oculos: idem om-

INTERPRETATIO.

disium, quæ appellenti promptissima & tutissima statio *erat. Et statim atque ex sublimi conspecta naves, non solum portus implentur, & vicina aquoris; sed muri, atque ades, & qua longissime visus pertingere posset, videres flentium agmen, ac rogantium se invicem, an silentio, an sermone aliquo exeuntem è navi susciperent, salutarentque? neque satis certum erat quid accommodatum tempori foret, cum naves sensim advecta sunt, non lato, ut mos est, nautarum ministerio, sed omnibus ad mœstitiam conversis. ubi ipsa exiit triremi cum duobus infantibus lugubrem urnam manu*

NOTÆ.

1. *Celerrimum, fidissimumque adpulsu erat.*] *Celerrimum*, quia ex Græcia & Asia Romam petentibus rectus est Brundisium cursus: *fidissimum* autem, propter pulcherrimum & tutissimum portum, quem Florus *inclytum* vocat, & de quo olim Ennius:

Brundisium pulchro præcinctum prapete portu.

2. *Silentione an voce.*] Quorum utrum libet magni doloris significationem habet. Magnus enim dolor interdum clamores exprimit, interdum eos tanquam præclusis faucibus comprimit. *Muretus.*

Doloris magnitudo ex silentio arguitur magis, quam ex sermone. Seneca: *Curæ leves loquuntur, ingentes stupent.* sermone illam venerari & consolari debuerunt ex officio salutantes, & qui penitus mœrerent, silere debuerunt. profundior altiorque mœstitia ex silentio apparebat.

3. *Non alacri.*] Paulatim appropinquavit classis littori, non ut finito prospere cursu, solet, alacri remorum pulsu, sed omnibus rebus ad tristitiam compositis. *Freinsh.* de cunctis rebus in tristitiam flexis intelligi possit, sed præcipue de remigibus, & de toto comitatu virorum, feminarumque.

4. *Duobus cum liberis.*] Certum est Caligulam fuisse in oriente cum patre Germanico, teste Suet. At de Druso non item, & probabilius est intelligi hic Caium & Juliam, quam suscepit Germanicus moriente. At Neronem, Drusumq; filios ipsius mansisse Romæ, & hoc unum ex arcanis dominantium ut filios legatorum Romæ retinuerent, veluti carissima pignora, & velut arrhas fidei.

5. *Defixit oculos.*] In turbam scilicet adstantem & mœrentem, vel potius ita omnium oculos in se convertit, ut nemo usquam alio intueretur, *Muretus.*

Agrippina *defixit oculos* suos in circumstantes, salutantesque simul, & defixit oculos illorum. sed de hoc ultimo præcise non agit Tacitus.

Defixisset.] Vertit interpres Gall. eum in terram oculos defixos haberet. quasi præ mœrore. Sensus est: eum obtutum firmasset. nam neque prius illam salutavere verbis, & meditatis orationibus magistratus, & alij obviam venientes, quam ipsa collegisset animos, vultum composuisset & defixisset oculos in circumstantem multitudinem. Tacitus de Vespasiano lib. 2. hist 80. Cum Imperator salutatus est, *ut primum tanta mul-*

nium

nium gemitus; neque discerneres proximos, alienos, virorum, feminarumve planctus: nisi quod comitatum Agrippinæ longo mœrore fessum, obvij & recentes in dolore anteibant. 1 Miserat duas prætorias cohortes Cæsar, addito *ut 2 magistratus Calabriæ, 3 Apulique, & 4 Campani, suprema erga memoriam filij sui munera fungerentur.* Igitur tribunorum, centurionumque humeris 5 cineres portabantur: præcedebant 6 incompta signa, versi fasces: atque ubi colonias transgrede- 2

INTERPRETATIO.

gestans, firmavitque obtutum, idem cunctorum planctus, neque dignosceres propinquos, extraneos, aut virorum, mulierumve ejulatus: nisi quod occurrentes modo *novi in mœrore superabant agmen Agrippinæ* jam *diuturna mœstitia lassum & exhaustum. Miserat Tiberius duas cohortes prætorianas, adjuncto,* ut duumviri Calabriæ, Apuliqne, & Campani, novissima in honorem filij sui officia exhiberent. *Igitur reliquia* Germanici *ferebantur scapulis tribunorum, centurionumque: præibant squallida & inornata vexilla, inversa secures: & cum per municipia transirent, lugubri veste populus,*

NOTÆ.

titudinis offusam oculis caliginem disjecit, militariter locutus est. Itaque quod Vespasianus præ pudore & confusione tanti splendoris demittebat oculos, nec satis sui compos statim fuit: & tandem tamen offusam ex eo fastigio & splendore caliginem discussit, aspexitque legiones, & locutus est: ita & Agrippina præ mœrore non satis sui compos, sed mox tandem defixit oculos.

1. *Miserat duas prætorias cohortes.*] Poëta de isto more, ita in funere Pallantis:

——Toto lectos ex agmine mittit.
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintque patris lacrymis

2. *Magistratus Calabriæ.*] Municipales duumviri, quinqueviri, & similes

3. *Apulique.*] Apulia, provincia Italiæ ad mare Adriaticum. hodie *Terra di Bari*, & *Capitanata* ferè integra, utraque in regione *Puglia*, seu *la Pouille*; nec non provincia *principato Vltra*, parsque septentrionalis *Basilicata* provinciæ, omnes in regno Neapolitano ; parent regi Catholico. ex Tabul. & chartis Sansonis. *Tillemonius.*

4. *Campani.*] Campania prouincia Italiæ ad mare Tyrrhenum. hodie partes ferè dimidiæ provinciarum *Terra di Lavoro*, seu Terræ Laboris, & *principato Citra*, vel principatus Citerioris, in regno Neapolitano sub rege Catholico. *Tillemonius.*

5. *Cineres portabantur.*] Igitur ordo agminis, seu pompæ ille fuit. urna in qua reliquiæ ferales erant, humeris tribunorum, centurionumque portabantur: præferebantur signa militaria, non, ut solet, ornata & fulgentia, sed incompta, simul fasces insigne imperij quod obtinuerat Germanicus, inversi ferebantur, &c.

6. *Incompta signa.*] In dolore, quia omnia fieri præter morem amant: etiam lictores *fasces* præferebant *inversos*. Pedo in Eleg ad Liviam:

Quos primum vidi fasces, in funere vidi:
Et vidi versos, indiciumque mali.

Statius Thebaidos vi.

——versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenæ reges.

Nec fasces solum suos lictores, sed milites invertebant etiam scuta & arma: Virgilius:

——& versis Arcades armis.

manentque in militia nostra hodie vestigia ejus ritus.

Adde versionem hanc armorum, notam fuisse, etiam transfugij & defectionis. Ammianus lib. 26. *Eumque secuti*

rentur, atrata plebes, 1 trabeati equites, pro opibus loci, 2 veſtem, 3 odores, aliaque 4 funerum ſolennia cremabant. etiam quorum diverſa opida, tamen obvij, & victimas atque aras 5 Diis manibus ſtatuentes, lacrymis & conclamationibus dolorem teſtabantur. Dru-

INTERPRETATIO.

trabeati equites, pro facultatibus oppidi, veſtimenta, aromata, cæteraque in exequiis uſurpari ſolita adolebant. etiam quorum devia civitates. Nihilominus occurrentes, hoſtiaſque admoventes *: atque altaria diis inferis exſtruentes, fletibus & clamoribus ſuis mœrorem exprimebant. Druſus Terracinam venit cum Claudio fratre, &*

NOTÆ.

complures, jam gladios quatientes & pila, ad Imperatorem tranſeunt, cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes: quod defectionis ſignum eſt apertiſſimum.

Sed quare hic, aut unde faſces? neque enim populi Romani magiſtratus adfuiſſe video. Reſpondeo ſigna quidem prætorianorum fuiſſe: at faſces ipſius Germanici defuncti, qui cineribus præferebantur inſignia nuper poteſtatis.

Addo, quod deſignatores lictores ſuos habere ſoliti, qui funeris ordinem, & ſolemnia curabant.

Præcedebant incompta ſigna.] Ut Dracones, Aquilæ, & ſimilia, non nitida, & prætereà, & fulgentia, corollis laureis ornata, unguentis delibuta, ſed *incompta*, & ſqualentia. *Verſi* ad terram *faſces.* Auctor de morte Druſi. Virg. Nonnunquam eos frangebant.

Conſul init fractis mœrentem faſcibus urbem.

Signa propriè accipienda ſunt, pro inſignibus cohortium, ut ſupra 1 24. *Legiones inſignibus fulgentes :* Et *faſces* intelliguntur, qui Germanico præferri conſueverant. *Freinsh.*

1. *Trabeati equites.*] Trabea quid ad luctum? nihil, imo contra utebantur ea in diebus ſolennibus, lætiſque; ut equitum tranſvectione, quod Dionyſius notat, ſed & Domitiano decretum per honorem, ut quotiens conſulatum gereret, *equites Romani quibus ſors obtigiſſet, trabeati, & cum haſtis militaribus præcederent eum, inter lictores, apparitoreſque.*

Denique nuſquam trabea in luctu. equiteſque Romæ toga pulla niſi in funere, ut reliqui cives. Credo igitur veſtem hanc trabibus purpuræ intextis (id enim trabea) ſumptam hic, non doloris indicium, ſed ordinis. ad diſcriminandum, inquam, in coloniis equitem à plebe, & ſplendorem funeri conciliandum, trabeæ ſumptæ. Illæ enim propriæ equitum.

2. *Veſtem.*] Pretioſæ veſtis magnam vim cremare in funeribus ſolebant. Credo ut ſignificarent, alia jam ſibi omnia vilia eſſe, amiſſo eo quem lugebant.

3. *Odores.*] Hi quoque incendi ſolebant. Tibull.

Non ſoror Aſſyrios cineri quæ dedat odores.

Propert.

Cur nardo flamma non oluere mea.

4. *Funerum ſolennia.*] Alibi defunctis & uſto jam cadavere tamen, aras ſtatuebant, ſtruebantq; & accendebant rogos quaſi verum ibi funus & cadaver eſſet. Oſtendit hic locus, & Senecæ ad Marciam, cap. 3. de Druſo, hujus patre, qui in Germania obierat, & reliquiæ item relatæ: *Mater longo itinere reliquias Druſi ſui proſecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quaſi toties illum amitteret.* Ait, *per omnem Italiam :* in coloniis nempe & municipiis, qua tranſibant: ut hic.

5 *Diis manibus.*] Vel intellige de *diis manibus* in genere, quos ſic placatos & propitios redderent Germanico, vel etiam forte de diis manibus ipſius Germanici, nam illum ſua virtute conſecratum pu-

ſus [1] Terracinam progreſſus eſt, cum Claudio fratre [2] liberiſque Germanici, qui in urbe fuerant. Conſules M. Valerius, & M. Aurelius (jam enim [3] magiſtratum occœperant) & ſenatus, ac magna pars populi viam complevere, [4] disjecti, & ut cuique libitum flentes. [5] aberat quippe adulatio, gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem male diſſimulari. Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere; [6] inferius maje- 3
ſtate ſua rati ſi palam lamentarentur; an ne omnium oculis vultum eo-

INTERPRETATIO.

filiis Germanici, qui Romæ manſerant. Conſules M. Valerius & M. Aurelius (nam tum conſulatum inierant) patreſque, & magna pars plebis iter implevere, ſine ordine, confuſi, & pro ſuo quiſque libito mœrentes. Nam procul amota omnis aſſentatio, ſcientibus cunctis gratum Tiberio Germanici exitum male & ſubdolo animo *occultari. Tiberius & Livia è palatio non exiere,* dubium an *infra faſtigium, ſeu fortunam principalem eſſe crederent, ſi publicè flerent, vel an ne populorum oculis faciem eorum*

NOTÆ.

tarunt. Supra lib. 2. 83: *Statuarum, locorumve in quis coleretur, haud facile quis numerum inierit.*

1. Terracina] Urbs Volſcorum populorum in Latio, & ad mare Tyrrhenum. hodie *Taracina*, urbs Campaniæ Romanæ in ſtatu Eccleſiaſtico. *Tillemon.*

2. *Liberiſque Germanici.*] Nerone nempe & Druſo: Neque enim puto ob viam funeri patris iviſſe Druſillam & Agrippinam ad tantum itineris ſpatium. puto potius domi cohibitas cum Antonia minore avia ſua.

3. *Magiſtratum occœperant.*] Ergo Januario hæc menſe geſta.

4. *Disjecti.*] Satis hoc mirum, ubi Coſſ. & ſenatus, qui ſolent ordine & compoſite incedere, ſive ſtare. Sed hic apparet aliter factum, ſparſoſque fuiſſe: an quia ſponte venerant? an id quoque teſtando dolori? cui confuſio videtur adhærere nec decori cura. *Lipſius.*

Putem inceſſiſſe patres & conſules ſuo ordine, ſed non eo decore, non ea pompa aut ſpecie qua ſolebant. prævalebat dolor ille ingens, & confuſio plebeculæ paſſim disjectæ, quæ ſine reſpectu ingruens, & præ mœſtitia veſana turbabat ordinem, ſpeciemque pompæ.

5. *Aberat quippe adulatio.*] Vicerat enim adulationem dolor, erumpebatque. licet neminem falleret, Tiberium gaudere interitu Germanici, &c.

Dicit Tacitus luctum hunc populi, ob mortem Germanici, ex vero animi ſenſu, non adulatione eſſe profectum. Probat id invicto argumento.

Sciebant, inquit, probe omnes, lætam Tiberio accidiſſe Germanici mortem, (quam tamen lætitiam diſſimulare conaretur, nec ſatis diſſimularet,) non tamen eo minus in publica immenſi doloris ſui ſignificatione perſiſtebant. Jam autem illi non creduntur adulari, qui hoc publicè agunt, quod certe noverint Principi ingratum eſſe, & diſplicere. *Boxhornius.*

Reddit rationem, quare incompoſiti, ſine arte, ſine ambitione, atque ut natura dabat, doluerint. nempe quia & vere lugebant, ſibi lugebant, non Principi, ſuo dolori dabant, non alieno commodabant, aut venditabant lacrymas: dolendo non adulabantur Tiberium, quippe quem nemo ignorabat gaudere morte Germanici, utcumque triſtitiam fingeret.

6. *Inferius majeſtate.*] Domi ſe continuere indecorum & indignum faſtigio ſuo rati, ſi in publico lamentantes aſpicerentur, ſive potius ideo abſtinuenuere publico, ne omnium oculis in ipſorum vultu defixis, pateret fictitium eum mœrorem eſſe, neque vere ex animo tales lacrymas profundere.

rum ſcrutantibus , falſi intelligerentur. 1 Matrem Antoniam non apud auctores rerum , non 2 diurna actorum ſcriptura , reperio ullo inſigni officio functam ; cum ſuper Agrippinam , & Druſum , & Claudium , 3 cæteri quoque conſanguinei nominatim perſcripti ſint : ſeu valetudine præpediebatur , ſeu victus luctu animus , magnitudinem mali perferre viſu non toleravit. facilius crediderim , Tiberio & Auguſta, qui domo non excedebant , cohibitam ; ut par mœror , & 4 matris
4 exemplo avia quoque & patruus attineri viderentur. Dies quo reliquiæ tumulo Auguſti inferebantur , modo per ſilentium 5 vaſtus, mo-

INTERPRETATIO.

curioſe rimantibus , ficti & malo diſſimulantes perſpicerentur. Non invenio apud ſcriptores , neque diurnis actorum commentariis matrem Antoniam , tum *ullo ſingulari munere defunctam* eſſe , *cum præter Agrippinam , & Druſum & Claudium , alij etiam propinqui nomine ſuo denotati ſint , ſive morbo retinebatur , ſeu feſſus dolore animus , magnitudinem exitij ferre aſpectu non ſuſtinuit. Potius exiſtimaverim impeditam à Tiberio & Livia , qui regia non exibant , ut æqualis mæſtitia eſſe* videretur , *& etiam parentis inſtituto , avia & patruus retineri crederentur. Quo die cineres Germanici ſepulchro Auguſti condebantur , alias vaſtum , & in-*

NOTÆ.

1. *Matrem Antoniam.*] Hæc illa eſt Antonia Druſi , quam Plinius ait nunquam ſpuiſſe , illa , quam Valerius mire laudat à continentia & amore in conjugem , lib. 4. cap 3.

Antoniam.] Non mirum ſi domi attineretur Antonia ut & Tiberius , cum in palatio habitaret ipſa , nempe in ea parte, in quam poſtea tranſlata eſt Agrippina mater Neronis , cum imperio & rebus depulſa eſt. Attinebatur Antonia exemplo , ſeu potius juſſu imperantium , quorum vel exemplum pro imperio eſt , cum ipſi ejus exemplo attineri ſimularent.

2. *Diurna actorum ſcriptura.*] Diaria, ſive Ephemeridas ſignificat : quas qui ei muneri præfecti erant , diligentiſſime conficiebant , & in eis perſcribebant , quid quoque die memorabile actum foret : *materiam hiſtoriæ.*

Suet, Claud. 41. *Extat talis ſcriptura in pleriſque libris , actorum diurnis* (vulgo ac diurnis) *tituliſque operum.* Dicuntur *& acta diurna.* Tacitus lib. 13. *Cum ex dignitate populi Romani* (repertum) *ſit , res illuſtres annalibus , talia diurnis urbis actis mandare.* Erant & acta ſenatus. Suetonius in Cæſare dictatore ; *Inito honore primus omnium inſtituit , ut tam ſenatus quam populi diurna acta conficerentur , publicarenturque.*

3. *Cæteri quoque*] Quum Agrippinæ, & cæterorum Germanici conſanguineorum ſpecialis ibi fiat mentio , non eſt veriſimile matrem ſilentio præteritam fuiſſe , ſi cum reliquis excipiendo funeri occurriſſet.

4. *Matris exemplo* Veriſimile eſt eam quoque domi cohibitam fuiſſe , ut illorum conſilio , propoſitoque magis favorabilis prætextus eſſet , credituris hominibus , parem omnium mœrorem eſſe, patremque Tiberium & aviam Auguſtam eundem ob dolorem domi manſiſſe , ob cujus magnitudinem ne ipſa quidem mater illius exequiis intereſſe potuerit.

5. *Vaſtus.*] Cum interdum tantum ſilentium eſſet , ut in urbe vaſtitas ac ſolitudo eſſe videretur , interdum queſtibus & lamentationibus omnia circumſonarent. *Muretus,*

do ploratibus inquies : 1 plena urbis itinera, 2 conlucentes per 3 campum Martis 4 faces. illic 5 miles cum armis, 6 sine insignibus magistratus, populus per tribus, *concidisse Rempub. nihil spei reliquum* clamitabant; promptius apertiusque, quam ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetravit, quàm studia hominum accensa in Agrippinam; cum *decus patriæ*, 7 *solum Augusti sanguinem*, *unicum antiquitatis specimen* appellarent, versique ad cœlum ac

INTERPRETATIO.

gens ubique silentium erat, modo fletus planctusque undique personabant : referta populo via civitatis, ardentes per campum Martium tadæ. hic miles armatus, sine ornamentis imperij *magistratus, multitudo per tribus, clamabant* periisse Rempub. nullam spem superesse; *idque audacius & apertius, quam ut recordari dominantium existimares. Nihil tamen altius perculit, adfecitque Tiberium, quam amor populorum flagrantissimus erga Agrippinam, cum eam vocarent* gloriam patriæ, unam Augusti sobolem, unicum prisci moris exemplum, *conversique ad cœlum,*

NOTÆ.

Dies magna dicitur, qua magna res gesta est : *Dies faustus*, quo quid feliciter evenit. Sic *dies vastus per silentium*, est pars diei silentium habens, quasi in vasta solitudine. Interdum præ nimio dolore stupentes conticuerant, & in tanta multitudine erat silentium loci vasti & deserti : interdum ploratus quietem turbabat. Sic cap. 9. *Die frequenti*, est parte diei, qua hominum frequentia in publico versatur.

1. *Plena urbis itinera.*] Omnibus undique, ad campum Martium confluentibus.

2. *Conlucentes per campum.*] Dixit ad morem priscum : quo ij qui funus prosequebantur, cereos manibus gestabant, candelas, funalia, faces. Donatus id obtinuisse eo censet, quia noctu olim cadavera solita efferri.

3 *Campum Martis.*] Campus Martis duplex fuit, unus *late sumptus* inter Tiberim fluvium, Capitolium & Quirinalem montes, collemque Hortulorum. sicque tenebat majores partes septimæ & Nonæ regionum Romæ antiquæ ad occidentem & septentrionem. hodie pars magna *Romæ modernæ* ad occidentem, & septentrionem, & inter montes *Campidoglio*, *Monte Cavallo*, & *Pincio* fluviumque *Tevere*. Alter vero *Campus Martis*, de quo hic Tacitus loquitur, fuit aliquando extra mœnia urbis; postea vero Nonæ regionis, in parte occidentali urbis. hodie partes regionum *Campo Marzo*, *Colonna*, *Sant Eustachio ponte*, & *Parione* in Roma moderna versus medium, & occidentem, fuit quoque *Campus Minor*, pars Campi Martis jam dicti, ad occidentem, & ad Tiberim fluvium, hodie pars regionis *Ponte* ad fluvium *Tevere*, & prope pontem *Sant Angelo*. ex Roma antiq. Nardini lib. 6. cap. 5. &c & planis, seu imaginibus Romæ modernæ Greg. de Rossi, & J. Faldæ. &c. *Tillemonius.*

4. *Faces.*] Ad cereos efferebantur pueri, ad faces viri. Ferebantur autem faces ad ignem subjiciendum rogo, sed tum quoque, cum rogus nullus esset, honoris causa ferebantur.

5. *Militem cum armis.*] Ne quis in populo tumultus excitaretur. Sic lib. 1. 8. *Die funeris milites velut præsidio stetere.* etiam in decus & pompam.

6. *Sine insignibus magistratus.*] Id est, sine toga prætexta, sine anulis, sine lato clavo.

Sine insignibus.] Ad significationem mœroris : & quia justitium erat. Ovidius :

Jura silent, mutaque tacent sine vindice leges.
Aspicitur toto purpura nulla foro.

7. *Solum Augusti sanguinem.*] Non

deos, *integram illi sobolem, ac superstitem iniquorum* precarentur. Fuere qui 1 *publici funeris pompam* requirerent, compararentque *quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. ipsum quippe asperrimo hiemis Ticinum usque progressum, neque abscedentem à corpore si-*

INTERPRETATIO.

& numina, incolumes illi filios, ac scelestorum superstites orarent. *Extitere qui* apparatum, seu decus & speciem publicarum exequiarum *desiderarent, conferrentque* quæ in Drusum genitorem Germanici decora & amplissima Augustus ipse præstitisset. namque ipsum sæviente ut cum maxime hieme Ticinum processisse, ne-

NOTÆ.

verè plures erant, ut Lepidi & Silani ex Julia nepte; sed reliquos velut degeneres arguunt, hanc solam Augusto dignam reputant.

1. *Publici funeris pompam.*] Sic infra: *ut mors Sulpicij Quirinij publicis exequiis frequentaretur.* Quid autem sit *funus publicum*, quid *exequiæ publicæ*, quæstionis fuit. Pansæ atque Hirtij corpora publica sepultura honorata Velleius scribit: eosdem in campo Martio sepultos ait Florus ex Livio Epitome xix.

Unde quidã ex nostris censuit, idem esse in campum Martium publico funere, exequiis, & sepultura efferri. Alij cum ex stipe collatitia, aut publicis impensis funus factum, ut P. Valerio Poplicolæ, Agrippæ Menenio, Scipioni Africano. id *publicum funus* exaudiunt.

Ego dum amplius quærerem, inveni apud Livium de Syphace, xxx. *conspecta, mors ejus fuit, quia publico funere est elatus.* Sic & in Eusebij chronico P. Servilius Isauricus elatus. apud Suetonium *Tiberij corpus crematum funere publico*: & alibi, publicam mœstitiam accipio, & eas exequias, quibus sicut ob funus domesticum, auro posito, purpuraque, populus complorans interesset. Hoc suggerit Livius, ubi Annibalem ita Carthaginensibus dixisse refert: *Quia tributum ex privato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis.* Ita quoque accipiendus est Numa Pompilius, luctu publico, & insigni monumento honoratus, Dionysij antiquitat. lib. 11. *Vertranius.*

Plus est *publici funeris pompa*, quam *publica pompa*. *Publica pompa* esset hoc loco publicum funus, utcumque celebratum: at *pompa publici funeris* continet eam magnificentiam, quæ in publicis funeribus adhiberi debet, poteftque.

Igitur nemo desiderare poterat publicum funus, quod obtigisse Germanico, ex ipsa Taciti narratione perspicuum est: sed hoc tantum, quod istud funus, quum publicum esse deberet, non pari pompa celebratum fuerit. Non, inquam, dicere poterant, *publico funere efferri debuit Germanicus*: Hoc enim factum fuit: sed quia publicum funus istud fuit, majori pompa adornari debuit. *Freinsh.*

Publici funeris.] Forte ea omnia requisita ad funus publicum, aut fere omnia, nempe, ut honorati tali funere sepelirentur in urbe, ut sumptu publico, seu stipe collatitia, etiam ut magistratus populusque publice mœrerent, ducerentque funus, auro posito, purpuraque, & omni læto cultu: ita ut etiam tum matronæ publice lugerent, adde & in proceribus imagines avorum lecto circumfusas, translatasque in pompa, laudationem in foro, & pro rostris, lacrymas veras aut adscititias, aliaque doloris imitamenta. Hæc fere ad publicum funus pertinebant plus minus, pro nobilitate defuncti.

2. *Ticinum*] Urbs Insubrum populorum ad Ticinum fluvium, in Gallia Transpadana Italiæ provincia. hodie *Pavia* Italis, & *Pavie* Francis, urbs provinciæ *Pavese* in statu Mediolanensi, parter regi Catholico. *Tillemontius.*

mul urbem intravisse : circumfusas 1 *lecto* 2 *Claudiorum* 3 *Iuliorumque imagines* , 4 *defletum in foro* 5 *laudatum pro rostris : cuncta à majoribus reperta , aut quæ posteri invenerint , cumulata. At Germanico ne solitos quidem , & 6 cuicumque nobili debitos honores , contigisse.* 7 *sane corpus ob longinquitatem itinerum externis terris* , 8 *quoquo modo crematum : sed tanto plura decora mox tribui par fuisse , quanto prima fors negavisset.* 9 *non*

INTERPRETATIO.

que abeuntem à corpore simul civitatem introisse : circumpositas toro Claudiorum Juliorumque effigies , deploratum in foro , commendatum apud Rostra , omnia congesta decora , quæ majores invenerint , aut quæ nuperi excogitarint. At Germanico ne solennem quidem , & cuilibet illustri debitam exequiarum pompam obtigisse. Corpus quidem ob immensitatem viarum extraneis in regionibus utcumque combustum esse. sed æquum fuisse ei postea deferri tanto majo-

NOTÆ.

1. *Lecto.*] Ibi deinde lectum in quo efferendum corpus erat, specioso ornatu , majorum suorum , ex Claudia, Liviaque familia , imaginibus circumdatum , &c.

2. *Claudiorum Juliorumque imagines.*] Drusus hic in Juliam familiam , ne adoptione quidem venit. unde ergo in pompa funebri imagines illi gentis Juliæ? nisi forte quia mater deducta in domum Augusti. Hæc & talia de summo pectore dici possunt : & mihi nondum eviluit conjectura mea , *Liviorum* causa duplici primùm non præposuisset Claudios Juliis Tacitus. id nefas. Deinde eum à patre latæ imagines, cur omissæ à matre? quæ præsertim antiquæ , & multæ. *Lipsius.*

Notum est majorum tantum imagines esse comitatas posterorum funera. Quid igitur certius, quam in Drusi exequiis adfuisse Liviorum imagines ; quæ materna illi familia fuerit , quum Juliam gentem nulla tam arcta cognatione contingeret.

Nisi forte respexerit ad tempus de quo scripsit , quo nempe jam confusæ illæ familiæ Liviorum & Juliorum , per adoptionem Liviæ in gentem Juliam . quo permixiæ jam illæ imagines.

3. *Juliorum.*] Sic forte quia Drusus privignos Cæsaris Augusti, qui & ipse pompam ducebat. quia filius Liviæ , quæ jam Juliæ familiæ tota , & forte ipse Drusus Augusti filius ex Livia , quam prægnantem Augustus ipse abduxit. & hæ imagines longe nobilissimæ & necessariæ , quia Drusus è gente Claudia , in gentem Juliam velut jam adrogatus favore matris habebatur.

4. *Defletum in foro laudatum.*] Auctor de morte Drusi ,

Et voce & lacrymis laudasti, Cæsar, alumnum ,

Tristia cum medius rumperet ora dolor.

5. *Laudatum.*] Ab augusto , & forte ab Tiberio , sed diversis locis, quemadmodum Augustus à Tiberio , & à Druso filio laudatus diversa ad rostra , teste Dione.

6. *Cuicumque nobili.*] Per nobilem intelligit patritium , aut aliquem è senatu , at enim Tacitus loquitur de externa nobilitate , per nobiles sæpius intelligit homines stirpis regiæ.

7. *Sane corpus.*] Non per adseverationem efferendum est , sed per concessionem quasi dicas , ut hoc largiamur , sit sane ita , *corpus* &c. *crematum* fuisse.

8. *Quoquo modo.*] Utcumque sine magna pompa.

9. *Non fratrem.*] Scribe , *fratres* , nisi sui & historiæ oblitus Tacitus Duo enim Germanico superstites fratres , Claudius natura , adoptione Drusus. Semperque eo nomine etiam hunc noster insignit. Scripsit autem supra. Dru-

fratrem nisi unius diei via, non patruum saltem porta tenus obvium. [1] *ubi illa veterum instituta? præpositam* [2] *toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas, vel doloris imitamenta?*
6 Gnarum id Tiberio fuit: utque premeret vulgi sermones,

INTERPRETATIO.

res honores, quanto plures illi prior fortuna abstulisset. Drusum fratrem non nisi unius diei itinere, non patruum Tiberium saltem ad portas usque obviam iisse. ubi illos antiquorum mores, ritusque? *ubi* imaginem *ipsius* supra lectum expositam in foro? *ubi* compositos in decus ipsius fortitudinis cantus, & conciones, & les-

NOTÆ.

sum & Claudium Tarracinam usque progressos. *Lipsius.*

Non fratrem.] Drusum nempe filium Tiberij, quem unum nominat, omisso aut spreto Claudio, qui tum inter aulæ ludibria. scripsit Claudium & Drusum Terracinam venisse; fateor. Sed unum intendunt hic, nempe arguere superbiam & odium Tiberij in Germanicū quod magis elucet, cum dicunt fratrem non nisi *unius* diei via processisse obviam, at si fratres dicerent, frangerent, quod acerbius famæ fuit & sermonum vulgi, & quid Claudius ad superbiam imperitantium? quid ad decus defuncti?

1. *Ubi illa veterum instituta?*] Nonnulli inter instituta veterum non accensent ista, *vel doloris imitamenta.* Sed puto ea omnia quæ hic enarrat Tacitus esse *instituta veterum* nempe *præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina & laudationes, & lacrymas, vel doloris imitamenta* quasi diceret vel veras lacrymas, vel saltem imitamenta luctus,

Nec dicendum non fuisse veteribus talia doloris imitamenta. Nam certe semper in usu fuere. Dolor licet verus, sincerusque. habet tamen etiam suam speciem, suamque pompam, nec sola conscientia sufficit magno dolori, magnisque penatibus.

Ubi illa.] Ubi illa veterum decora? ut imago in foro proponeretur, carmina recitarentur, laudatio pro rostris, lacrymæque à principe persolverentur, quem utique decuisset, etiam si maxime animo non doleret, potius fingere mœrorem quam in tali tempore honori manium, & officio suo in universum deesse. *Freinsh.*

Non Tiberio id assignandum, quasi *imitamenta* doloris usurpare debuerit, si non verum dolorem. sed in universum recenset Tacitus omnia usurpari solita in funere procerum. in quibus imagines avorum, fletus in foro, laudatio pro rostris, lacrymæ parentum, aut saltem *doloris imitamenta* quæ fiebant per præficas, & cætero exequiarum apparatu. simile quid habet, ubi de Claudij funere lib 12. *Cæterum peractis tristitiæ imitamentis*: Unde colligitur illa imitamenta mœstitiæ usurpata esse in funeribus ex more, nec tantum à dissimulante Tiberio usurpari debuisse.

2. *Toro effigiem.*] Ritum fuisse arbitror, ut si cadaver adhuc vegetum & coloratum ipsum in toro sive lecto ostenderetur: sin autem (ut in peregre functis) aut non esset cadaver, aut decore proponi non posset, tum effigies cerea ejus loco, in lecto ostenderetur.

Colligo ex hoc loco, Dionis de Augusto, qui Nolæ obierat. *Lectus erat,* inquit, *ex auro & ebore, purpureis auratisque stragulis: in cujus ima parte cadaver arca inclusum latebat; effigies autem cerea, triumphali habitu supra apparebat.* Idem in Pertinacis funere.

Præpositam toro effigiem.] De quo ritu Herod. l. 4. *Mos est Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis, vel successoribus moriuntur, quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter divos. Est autem tota urbe quasi luctus quidam festa*

1 monuit

1 monuit edicto *Multos inlustrium Ramanorum ob Rempub. obiisse; neminem tam flagranti desiderio celebratum. idque & sibi, & cunctis egregium, si modus adjiceretur.* [2] *non enim eadem decora principibus viris, & imperatori populo, quæ modicis domibus, aut civitatibus;* [3] *convenisse recenti dolore lu-*

INTERPRETATIO.

sos, vel alia tristitiæ simulacra ? *Cognitum id Tiberio fuit, & ut plebis rumores cohiberet, nunciavit edicto*, plerosque nobilium Romanorum pro Repub. interiisse, nullum tam ardenti studio & dolore commendatum. Idque & sibi, & omnibus decorum, si modus adhiberetur; quippe non eadem honesta viris imperitantibus, & populo rerum domino, quæ tenuibus familiis, aut gentibus. De-

NOTÆ.

celebritati promiscuus. Quippe functum vita corpus, ritu hominum, sumptuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quam simillimam fingunt, eamque in regia vestibulo proponunt, supra eburneum lectum maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. & quidem imago illa ad agroti speciem pallida recumbit: circa lectum vero utrinque magnam partem diei sedent, à lava quidem senatus omnis vestibus atris amictus; à dextra vero matrona, quas virorum aut parentum dignitas honestat: harumque nulla vel aurum gestant: vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus induta, mœrentium speciem prabent. hac ita per septem dies continues faciunt medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut agrum deterius se quotidie habere pronuntiantibus. Deinde ubi jam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt equestris, senatoriique ordinis nobilissimi, ac lectissimi juvenes, perque viam sacram in vetus forum deferunt, ubi magistratus Romani deponere imperium consueverunt, &c.

1. *Monuit edicto*] Ita moris fuit ætate illa, ut princeps populum peccantem, aut exorbitantem alloqueretur per libellum, coerceretque. Eo respicit metaphora scita Senecæ epist. xcv. *Pracepta sapientia, qua affectus nostros velut edicto coërcent & obligant.*

Edicto] Edictis non tantum jubebant aliquid fieri, aut vetabant ne fieret, sed monebant populum, increpabant, docebant. Horat.

Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,
Parebit pravi docilis Romana juventus.

Sic Augustus totos libros veterum interdum per edictum notos populo fecit. Sic Caligula populum objurgavit edicto, quod hilarius viveret. Sic Claudius, aliquando edixit, ut dolia bene picarentur, uberem enim vinearum proventum fore. & eodem die, nihil æque facere ad viperæ morsum, quam taxi arboris succum. Et meditatus edictum dicitur, quo veniam daret efflatum, crepitumque ventris, in convivio emittendi. Sic edicto excusavit iram & iracundiam suam, pollicitus alteram brevem & innoxiam, alteram non injustam fore.

2. *Non enim eadem decora.*] Plane hoc ipsis Tiberij verbis quasi expressum voluit Pedo, illius ævi Poëta.

Non eadem vulgusque decent, & culmina rerum.

Ennius poëta apud D. Hieronymum.

Plebi hocce regi antistat; in loco licet
Lacrimare plebi, regi honeste non licet. Similia Euripides in Iphigenia, ubi Agamemnon profatur:

Plebeia sors quam prastat alibi nobili!
Collacrimare namque iis facile licet,
Et misera fari verba. Contra nobili
Haud facilia ista. namq; plebi nos damus.
Ideoque lacrimare vereor, & pudet.

Non enim eadem decora.] Neque enim aut ejus fastigij principes, aut populum rerum dominum eadem decere, quæ mediocres familias, aut civitates.

3 *Convenisse recentis dolore*] Dum adhuc recens dolor fuerit, non inconvenienter.

ctum ; & 1 ex mœrere solatia : sed referendum jam animum ad firmitudinem, ut quondam 2 divus Julius amissa unica filia, ut divus Augustus ereptis nepotibus, abstruserint tristitiam. 3 Nil opus vetustioribus exemplis: quotiens populus Romanus 4 clades exercituum, 5 interitum ducum, 6 funditus amissas nobiles familias constanter tulerit. Principes mortales, Rempubl. aeternam esse. proin repeterent solennia ; & quia ludorum 7 Megalensium spectaculum suberat ; *etiam voluptates resumerent.* Tum exuto justitio

INTERPRETATIO.

misse recenti luctu mœrorem, & ex dolore consolationem. Sed revocandam jam mentem ad constantiam, ut olim D. Julius extincta unica filia, ut D. Augustus sublatis nepotibus, mœrorem condiderint, suppresserint. Nihil egere ipsos antiquioribus exemplis. quoties populus Rom. infracto animo sustinuerit internecionem legionum, cædem Imperatorum, & penitus extinctas illustres domos ? Principes morti obnoxios, Remp. immortalem esse. Itaque redirent ad solita *munia*, & quia spectaculum ludorum Megalensium prope instabat ; etiam oblectamenta

NOTÆ.

egisse, qui ex luctu & mœtore gravis, inopinatique casus solatia quæsivissent in ipsis lacrymis, sed nunc post tantum temporis spatium *(quartus enim à morte Germanici mensis agebatur)* æquum esse, ut animus posita mœstitia ad tranquillitatem & constantiam solitam rediret.

1. *Ex mœrere solatia.*] Ut ait Ovidius,

Expletur lacrimis, egeriturque dolor.

2. *Divus Julius.*] Sen. ad Marciam : *D. Cæsar cum Britanniam peragraret, nec Oceano felicitatem suam continere posset, audivit decessisse filiam, publica secum fata ducentem*, &c *tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia : & tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat.* Sen. eodem loco. *Divus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Cæsarum turba, adoptione desertam domum fulsit. Tulit tamen fortiter, tanquam ejus jam res ageretur, cujus tum maxime intererat de diis neminem queri.*

3. *Nil opus vetustioribus.*] Ut non vetustiora exempla taceantur, quorum plura proferri possint, quomodo populus Rom. clades exercituum sic toleraverit.

4. *Clades exercituum.*] Ut ad Trebiam, ad Trasimenum lacum, ad Cannas, quo etiam tempore, cum domus prope nulla esset luctus expers, triginta diebus luctus senatusconsulto finitus est, ne sacra intermitterentur : Livius lib. 22.

6. *Interitum ducum.*] Ut trium Deciorum, duorum Scipionum in Hispania, Paulli ad Cannas, Marcelli ad Venusiam, & aliorum.

5. *Funditus amissas nobiles.*] Ut cum trecenti sex Fabii, cum quinque millibus clientium, Carmentali porta, quæ ex eo *scelerata* dicta est, egressi omnes in bello adversus Veientes cæsi sunt : uno tantum adhuc impubere, quasi in semen relicto. Liv. lib. 2.

7. *Megalensium spectaculum suberat.*] Vides ergo multum temporis intercessisse, à die mortis Germanici. Nam mortuus ipse extremo Novembri. quod facile colligo ex Suetonii verbis scribentis : *Et ut fatofunctum, palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per festos Decembris mensis dies.* Id est, per Saturnalia, quæ medio Decembri. At Megalensium spectaculum, de quo nunc, incidit in Nonas Aprileis. per quas, LUDI. MATRI. MAG. ut in Kalendario notatum,

[1] reditum ad munia; & Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis perendæ è Pisone ultionis; & crebro questu, *quod vagus interim per amæna Asiæ atque Achajæ* [2] *adroganti &* [3] *subdola mora scelerum probationes subverteret.* Nam vulgatum erat *missam*, ut dixi, *à Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam*, [4] *subita morte Brundisij exstinctam, venenumque nodo crinium ejus occultatum, nec ulla in corpore signa sumpti exitij reperta.* At Piso præmisso in urbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret; ad Drusum pergit: quem [5] haud fratris interitu trucem, quam remoto æmulo æquiorem sibi sperabat. Tiberius quo [6] integrum judicium ostentaret, exceptum comiter juvenem: [7] sueta erga filios familiarium nobiles [8] liberalitate auget. Drusus Pisoni, *si vera forent quæ jacerentur, præcipuum in do-*

INTERPRETATIO.

repeterent. *Tum posito finitoque justitio, reversum ad officia, actumque rerum, & Drusus ad Illyricas legiones contendit, excitis mortalium animis, sumendæ de Pisone vindictæ causa, & frequenti expostulatione omnium*, quod interim per amœnissimas Asiæ & Achaiæ oras superbe & subdole trahendo tempus, criminum argumenta infirmaret. *Quippe rumor increbuerat* missam, *ut memoravi*, à Cn. Sentio Martinam, maleficiis infamem, repentino exitu Brundisij interceptam, & repertum esse virus, nexu capillorum ejus absconditum, nec ulla in cute vestigia hausti veneni perspecta fuisse. *At Piso filio Romam praire jusso & præscriptis mandatis, per quæ Cæsarem placaret*, ipse *ad Drusum contendit: quem non tam exitu fratris immitem, quam sublato rivali favorabiliorem* fore *sibi pollicebatur. Tiberius ut incorruptum judicium palam præferret, exceptum civiliter adolescentem, solita in filios familiarum illustres munificentia exornat. Drusus Piso-*

NOTÆ.

1. *Reditum ad munia.*] Reditum ad res, apertæ tabernæ, aperta templa, judicia exerceri cœpta.

2. *Adroganti & subdola mora.*] Qui tanti facinoris reus, vix dignaretur ad se purgandum venire, & interea subverteret probationes.

3. *Subdola mora.*] Sive casu, sive etiam dolo Pisonis contigisset perisse veneficam illam Martinam.

4. *Subita morte.*] Videri ergo poterat exanimasse se, hausto veneno, ut acerbitatem cruciatuum, quos sibi imminere intelligebat, effugeret; sed eum in corpore nulla signa sumpti exitij extarent, non immerito homines suspicari poterant, eam potius opera Pisonis extinctam, metuentis, ne tormentorum vi coacta rem totam detegeret, aperteque fateretur à Pisone & Plancina sibi id mandatum fuisse, quod etiam Tiberij & Augustæ voluntate fieri dicerent.

5. *Haud fratris.*] Id est, non tam fratris interitu trucem. Sic Plautus Rud. *Non adepol pisces expete, quam tui sermonis sum indigens.*

6. *Integrum judicium.*] Non corruptum, non vitiatum, neque ira, neque misericordia, neque odio adversus eos qui accusarentur, neque charitate in suos.

7. *Sueta erga filios.*] Mos igitur fuit, principem donare aliquid filiis præsidum, qui è provinciis redirent, atque ipsum adirent.

8 *Liberalitate auget.*] Tiberius juvenem Pisonem humaniter excepit, donisque honoravit, quæ peregre redeuntibus filiis familiarum illustribus dari solet, ne si durius eum excepisset, aut ex

lore suum locum respondit ; *sed malle falsa & inania , nec cuiquam mor-*
tem Germanici exitiosam esse 1 Hæc palam & vitato omni secreto : neque
dubitabantur præscripta ei à Tiberio , 2 cum incallidus alioqui & fa-
9 cilis juventa , senilibus tum artibus uteretur. Piso 3 Dálmatico mari
tramisso , relictisque apud 4 Anconam navibus , per 5 Picenum , ac
mox 6 Flaminiam viam , adsequitur legionem , quæ è 7 Pannonia in

INTERPRETATIO.

ni respondit , si vera essent quæ differrentur in vulgus , se primas partes in luctu & ita habere , sed longe maxime velle ficta & vana *hac esse* , nec ulli interitum Germanici perniciosum esse. *Hæc aperte , & omni arcano* sermone declinato : *neque dubium erat data ei mandata à Tiberio, cum incautus alias , & simplex per ætatem ju-venis , senilibus tum consiliis responderet. Piso trajecto mari Dalmatico , dimissaque apud Anconam classe , per Picenum , ac deinde per viam Flaminiam attingit legionem,*

NOTÆ.

consneto more quidquam mutasset , causam illius præjudicio gravare , neque integram æquitatem cognitioni , & judicio relinquere videretur.

1. *Hæc palam.*] Hæc palam in multorum hominum præsentia loquutus est, operam dans , ne secretis sermonibus suspectum se cuiquam redderet.

Hæc palam,] Tum ad vitandam omnem suspicionem conscientiæ , tum quia nolebat ullam potestatem Pisoni facere , illas sceleratas machinationes apud se detegendi. *Muretus.*

2. *Cum incallidus.*] Quia Drusus natura haud admodum callidus , & ætate facilis , incautusque , & sensibus suis tegendis inexercitatus esset.

Hæc acceperim ideo nimirum , callido monitu Tiberij , palam , præsentibusque aliis : hos cum Pisone commurasse sermones Drusum , atque imprimis dixisse , *si vera ferent quæ jacerentur , præcipuum in dolore suum locum* : ut quanto luctui Tibérianæ domui mors Germanici esset , sic palam intelligeretur. Hoc enim maxime volebat Tiberius , ob alia omnia in vulgus suspectus. *Boxhorn.*

Ne suspectaretur filius , si secretos sermones habnisset cum Pisone , & ne ex filio suspectaretur pater, & domus imperitantium. forte ne scelus audiret ex ore Pisonis , & ne forte in se , aut in alios sceleris exemplum intelligeret.

3. *Dalmaticum mare.*] Pars maris superi, seu Adriatici, alluens oram Dalmatiæ provinciæ , aut Illyrici proprie dicti. hodie vocamus *mer de Dalmatie* , pars est sinus Veneti. *Tillemonius.*

4. *Ancona.*] Urbs Piceni provinciæ ad mare Adriaticum. hodie nomen antiquum retinet , urbs est Marchiæ Anconitanæ provinciæ , in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

5. *Picenum.*] Proviucia Italiæ ad mare Adriaticum. hodie pars major provinciæ Marchiæ Anconitanæ , vel *Marca di Ancona* in statu Ecclesiastico , parsque septentrionalior Aprutij Ulterioris , sive *Abruzzo Vltra* provinciæ regni Neapolitani. *Tillemonius,*

6. *Flaminia via.*] Fuit in Nona regione antiquæ urbis Romæ. incipiebat ad finem Viæ Latæ , ducebat ad portam Flaminiam, deinde ad pontem Æmilium, usque ad Ariminum urbem.

Hodie pars est major viæ à Romanis vulgo dictæ *Strada del Corso* , & à Platea nuncupata *Piazza di Sciarra* , usque ad porram *del Popolo* , in parte media & septentrionali Romæ modernæ , extra urbem. nomen antiquum retinet , ducit ad pontem *Molle*, deinde ad Patrimonium sancti Petri , &c. in statu Ecclesiastico. ex Roma antic. Nardini lib. 6. cap. 9. p. 361. & Imagine G. de Rossi , & J. Faldæ. *Tillemonius.*

7. *Pannonia*] Regio Illyrici occidentis ad Danubium fluvium , & ad Dra-

urbem : dein præsidio Africæ ducebatur. eaque res 1 agitata rumoribus, *ut in agmine atque itinere crebro se militibus* 2 *ostentavisset*. ab 3 Narnia 4 vitandæ suspicionis, an quia pavidis consilia in incerto sunt, Nare, ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia 5 navem tumulo Cæsarum adpulerat ; 6 dieque, & ripa frequenti, 7 magno clientium agmine ipse, feminarum comitatu Plancina, & vultu 8 alacres incessere. Fuit inter 9 incitamenta invidiæ domus foro imminens, 1 festo

INTERPRETATIO.

qua ducebatur ex Pannonia Romam, & exinde in Africam illius *præsidio. Eaque res jactata vulgi sermonibus*, ut in incessu & via sæpius se legioni exhibuisset. *ab Narnia declinandæ suspicionis* causa, *an quia metuentibus animus in ambiguo est, Nare, ac deinde Tiberi delatus, furorem plebis magis accendit, quod navigium sepulchro Cæsarum applicuisset, dieque & littore* mortalium *frequenti, cum ingenti amicorum comitatu ipse, cum mulierum agmine Plancina, & facie hilares* per urbem *ingressi sunt. Fuit inter incitamenta offensionis odiique, domus foro pro-*

NOTÆ.

-vum & Savum amnes. hodie pars orientalis circuli *Austria*, pars inferioris *Hungariæ*, fere omnes *Sclavonia*, aliquid provinciarum *Croacia, Bosnia* & *Servia*: hæ regiones, seu provinciæ patent domui Austriacæ, & summo Turcarum imperatori. *Tillemonius*,

1. *Agitata rumoribus.*] Erant qui suspicarentur eum pravo consilio id egisse, ut adsequeretur milites, eorumque agmini immixtus, iterque simul faciens, crebro ab ipsis conspiceretur, & si forte posset, iis sibi adjunctis, incendium suum Reipub. exitio restingueret,

2. *Ostentavisset.*] Quasi qui malis artibus hoc consecutus esset, ut parens legionum diceretur : Videtur ergo eis se venditasse, ac salutem suam commendasse, si quod periculum ingrueret.

3. *Narnia.*] Urbs Umbriæ provinciæ ad Narem fluvium. hodie *Narni* urbs, ducatus Spoleti, sive Ombriæ, in ditione Pontificia. *Tillemonius*.

4. *Vitandæ suspicionis.*] Ne videretur militum opera, ac studio velle aliquid turbare, ac νεωτερίζειν. Subaudiendum autem ἕνεκα *causa* Græco more, apud optimos quoque Scriptores satis frequenti.

5. *Navem tumulo Cæsarum.*] Ad eam partem campi Martij, ubi erat Mausoleum Augusti, nunc domus Soderinorum. Videbatur autem quodammodo insultare Germanico, cujus cineres illic conditi erant.

6. *Dieque & ripa.* Eo diei tempore, quo maxima populi frequentia in ripa Tiberis obversabatur.

7. *Magno clientium.*] Qui vel secuti eum erant in orientem, vel etiam obviam ex urbe iverant, officij gratia.

8. *Alacres.*] Cum tristes potius ac demissi esse deberent in tanto populi luctu, tantaque invidia sua. Verbum quoque *incessere* habet interdum quandam & fastus, & deliciarum significationem, Virgilius. *Ast ego quæ divum incedo regina.* Et alibi. *Et vera incessu patuit dea.* Seneca ad finem libri 7. Q. Nat. *Tenero & molli ingressu suspendimus gradum. non ambulamus, sed incedimus.*

9. *Incitamenta.*] Auxit invidiam, quod domus forum prospectaret, & ob felicem dominorum reditum festo cultu exornata esset, &c.

1. *Festo ornatu.*] Ob lætitiam domini redeuntis, Ornatum festum intelligit laurum, & lucernas. Juvenalis :

Ornentur postes, & grandi janua lauro.

De lucernis Arrianus in sermonibus Epi-

ornatu, conviviumque, & epulæ; & celebritate loci nihil occultum.

10 Postera die Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit. 1 contra Vitellius, Veranius, cæterique Germanicum comitati tendebant, *nullas esse partes Trioni, neque se accusatores, sed rerum 2 indices & testes mandata Germanici perlaturos*. Ille dimissa ejus causæ delatione, *ut 3 priorem vitam accusaret* obtinuit: petitumque est à principe,

INTERPRETATIO.

xima ornatis foribus, convictusque & epulæ, & frequentia loci nihil secretum. Postera luce Fulcinius Trio accusavit Pisonem apud consules. Contra Vitellius, Veranius, aliique Germanici comites adseverabant, nullum esse in ea causa locum Trioni, neque se delatores, sed facinorum indices, testesque, jussa Germanici renunciaturos senatui. *Trio relicta istius criminis accusatione, impetravit ut anteactam vitam* Pisonis *argueret; postulatumque est á Cæsare ut ipse disceptare rem vellet, quod*

NOTÆ.

ℭeti, lib. 1. cap. 19. *Tribunatum aliquis adeptus est. Omnes obvij gratulantur, alius oculos, alius collum osculatur, servi manus. Domum venit, invenit collucentes lucernas, in capitolium ascendit, sacrificat.* nec lucernas solum in diebus ejusmodi festis, sed etiam funalia veteres illi, cereosque accendebant. Panegyristes laudatione Theodosij: *Quid portas virentibus sertis coronatas? quid aulæis undantes plateas, accensisque funalibus auctum diem referam?*

1. *Contra Vitellius.*] Trioni prælati sunt, quod omissa solenni accusatione, Pisonem reum extra ordinem facerent, dicentes, *neque se accusatores* esse. Eos enim si jam à Trione delatum denuo accusaturi deferrent: audire minime jus fuit, cujus auctor Æmilius Macer de publicis judiciis.

Ne dicam ex Lentuli sententia dicta Regulo & Trione Coss. (Sic, non *Sulla*, in Pandectis legendum) Pisonem legatum Imperatoris, & præsidem Syriæ provinciæ accusari non licuisse, ut retulit Saturninus.

Illum igitur non debere inter reos recipi probe dictum, cui durior pœna extra ordinem immineret, hoc jurisprudentes suadent. D. de accusat. *Vertran.*

Hoc genus contentionis *divinationem* vocabant, cum quærebant, cui potissimum mandanda esset accusatio. Vide Asconium in divin. Ciceronis.

2. *Indices & testes.*] Valde interest inter utrosque. Pedianus scribit, *indicem esse, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* Sed *indicium* equidem arbitror ad id pertinere, quod conjectura assequimur & suspicionibus: & quod crimen non probat, sed indicat.

Testimonium vero dicimus de rebus visis aut auditis: ex quibus crimen non indicatur, sed probatur. Corn. infra l. 15. de Scevino & Milicho: *Quia cætera vana objecisset, adjungere crimen visum, se pariter indicem & testem facere.* Abutuntur tamen interdum Scriptores *Ferretus.*

Hoc loco non criminis participes intelligendi sunt, sed qui aliter quam ex consociatione, illud exploratum haberent. Sic licet ignoraret Tacitus lib. 15. an Milichus gnarus, an nescius conjurationis foret, illum ait, *se pariter indicem ac testem facere. Index* igitur est, qui indicat, quod sive consortio delicti, sive suspicione, sive alio quoque modo rescierit.

Cum autem indicium tantum urgeat, & nihil probet, *testes* se comites Germanici professi sunt, qui testimonium de rebus, vel visis, vel cognitis ex auditione dicerent. *Vertran.*

3. *Priorem vitam.*] Cum enim quis publici alicujus criminis reus agebatur;

1 *cognitionem exciperet* : quod ne reus quidem abnuebat, [2] studia populi & patrum metuens : contra *Tiberium spernendis rumoribus validum, &* [3] *conscientiæ matris innexum esse : veraque aut in deterius credita* 4 *judice ab uno facilius discerni : odium & invidiam apud multos valere.* Haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur. Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusantium, & hinc preces audit, integramque caussam ad senatum remittit. Atque interim 11 Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censuissent, *ob receptum Maroboduum, & res priore æstate gestas, ut ovans iniret*, prolato honore urbem intravit. Post quæ reo *T.* 5 *Arruntium, Fulcinium, Asi-*

INTERPRETATIO.

ne sons quidem recusabat, favorem plebis & senatus formidans : contra Tiberium firmum temnendis famæ inanibus, etiam & conscientiæ, seu arcano parentis illigatum esse : & quæ vera sunt, aut in pejus accepta, facilius distingui ab uno Judice : offensionem & livorem sæpius apud plures judices præpollere. *Haud latebat Tiberium* quantæ *molis esset ea quæstio, & quo rumore ipse differretur, lacerareturque. Igitur paucis intimorum adscitis, excipit auditque* inde *minaces accusatorum voces, & hinc rei obtestationes, integrumq; & illibatumque judicium ad Patres rejicit. Atque interea Drusus revertens Illyrico, quamvis decrevisset senatus, ut ovans* urbem *introiret*, ob Marobodui perfugium, & res superiore ætate actas, *dilato triumpho, Romam ingressus est. Postea Piso patronos poscit, T. Arruntium, Fulci-*

NOTÆ.

non ea tantum, quæ ad illud crimen proprie pertinebant, in judicio exponebantur : sed & tota acta vita excutiebatur. Hinc est, quod primus liber accusationis in Verrem est de anteactis, quatuor reliqui de ipso crimine repetundarum. Id autem eo fiebat, quod prior vita magno argumento est, ad crimen aut confirmandum, aut diluendum.

1. *Cognitionem.*] Susciperet. Bene autem *cognitionem*, cum de facto, non de jure agatur.

2. *Studia populi.*] Quod reus etiam non molestè ferebat, quum alias sive apud populum, sive in senatu ageretur, ob flagrantem omnium in Germanicum favorem metueret, ne absque ulteriore probatione, tantum ex iis quæ fama jaciebat, damnaretur.

3. *Conscientia matris innexum.*] Fuit in hac causa Pisoni conscientia Augustæ 2. 77. ne Tiberio quidem experte, sed & ipso insidiarum in Germanicum, aut certe offensarum conscio.

4. *Judice ab uno.*] Nempe si nullo motu aut affectu animi perrumperetur. si sic vere, ut eleganter Tacitus 3. 58. *Summum Pontificum etiam summum hominum esse, non æmulationi, non odio, aut privatis adfectionis obnoxium.* Sed contrarium hoc loco corrigit, nempe ut difficilius unus discerneret, quia conscientiæ criminis ipse judex innexus erat. populus vero & patres minus corruptibiles, quam unus eo casu.

5. *Arruntium.*] *Lucius*, non *Titus* dicebatur, est illustris ille vir, senator & consularis, Augusti judicio dignus principatu. Tacito nostro sæpe nominatus.

Arruntium, Fulcinium. Quatuor orares hic nominat Tacitus, qui cum eos sibi patronos reus postulasset, alius alia excusatione usi, munus illud subterfugerunt. Sed quomodo in eis *Fulcinius* numerari potest ? hic enim & accusationes, ut ita dicam, factitabat : & quum sibi accusandi Pisonis munus ultro depoposcisset, depulsus eo conatu,

nium Gallum, *Æserninum Marcellum*, 2 *Sex. Pompeium patronos pe-*

INTERPRETATIO

cinium, Asinium Gallum, Æserninum, Marcellum, Sex. Pompeium, *iisque*

NOTÆ.

ut tamen anteactam vitam accusaret, obtinuit & accusavit.

Dubium igitur non est, quin hoc loco subsit mendum. vetus liber non *Fulcinium* habuit, sed *Fusénium*, ex qua scripturæ depravatione veritas eruetur. Lego igitur hoc modo: *T. Arellium Fuscum. Cneium Asinium Gallum, Æserninum Marcellũ. Sex. Pompeium patronos petenti.*

De iis autem omnibus aliquid dicendum est. T. Arellius Fuscus pater, & ejusdem nominis filius, inter nobiles declamatores, sæpissime à Seneca in libris controversiarum nominantur.

Cneium, omnibus literis plerosque veterum solitos scribere diserte restatur Victorinus, cum tamen frequentius C N. duabus litteris scribatur. Est igitur *Cneius Asinius Gallus*, *Cn. Asinij Pollionis filius*, qui dicebatur retinere ferociam patris, quique simulante Tiberio, nolle se summæ præesse, quæsiit ex eo, quam partem Reipub. sibi mandari vellet, ut lib 1. dictum est.

Æserninus Marcellus, est *C. Claudius Marcellus Æserninus*. cujus & ipsius aliquoties apud Senecam mentio. Vetus autem esse in Marcellorum familia *Æserninorum* cognomen, argumento est, quod Cicero lib. 4. accusationis *Marcellum* quemdam *Æserninum* nominat.

Sed & *Eprius* quidam *Marcellus* inter disertos nominatur in lib de Oratoribus, qui Tacito tribui solet Qui tamen *Eprius* nullo modo videtur idem esse posse, cum eo, qui hic nuninatur.

Sex. Pompeius is est, qui cum Sex, Apuleio consul fuit, quo anno Augustus excessit. & puto eumdem esse, qui à Seneca vocatur *Pompeius Silo* Eum & Ovidius, ut vitæ suæ auctorem ac patronem laudat. Et Valerius Maximus omnia se illi honorum incrementa debere profitetur. *Muretus.*

Fulcinium.] Quid? Fulcinium Trionem patronum petit Piso, atque is accusationem ejus petiit, obtinuitque, & mox etiam exsequitur Ambigo de lectione, nisi alius aliquis Fulcinius ab isto.

Fulcinium.] Tam disertè scriptum est hoc nomen, ut de eo non ambigam. Et scriptum fuit, *M. Fulcinium*. Et puto, ut accusatorem validum & eloquentem subtraheret adversariis, Pisonem hunc patronum petiisse 3. quippe & valebat venali eloquentia apud senatum. & amicitia apud principem. Nam quia nondum accusator, ideo nondum prævaricator. Cæterum illud M. in fine verbi. Arrunrium, extat.

Fulcinium.] Piso petit Patronum Asinium Gallum, qui propinquus Agrippinæ, & liberorum Germanici, quidni & petere potuit Fulcinium Trionem, qui tantum spontaneus accusator fuit?

Distinctio Lipsium decepit, ut crederet per Marcellum hic designari *Eprium nomine, cujus celebre ingenium in foro.*

Sed hunc certe patronum dedignatus esset Piso *sordide natum*, ut discimus ex Dialogo de Orat. cap. 8. nam & omnes reliqui quos hic nominat, sunt ex primoribus civitatis, sanguine Pisoni, aut amicitia juncti: igitur mox Tiberius: *Si quos propinquus sanguis, aut sua fides patronos dedit.* Deinde hic Eprius sub Vespasiano, hoc est, quinquaginta plus minus annis postea claruit, ut ex auctore nostro constat.

Æserninus autem hic ipse est, qui apud Sueton. in Aug. 43. memoratur, Asinij Pollionis nepos, fratet, ut videtur, Asinij Marcelli, quo de sermo apud Tac. t4. 40. Meminit ejus Seneca in præfat. epitomes lib. 4. contr. & noster *ad summa provectum* ait, *incorrupta vita & facundia.* Freinsh.

2. *Sex. Pompeium.*] Est ille, qui supra

tenti 3.

tenti, iisque diversa excusantibus, M. Lepidus, & L. Piso, & Livenejus Regulus adfuere, arrecta omni civitate, *quanta fides amicis Germanici*, 1 *qua fiducia reo*, *satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius*, *an promeret.* iis haud alias intentior populus, 2 plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicacis silentij permisit. Die senatus Cæsar orationem habuit meditato temperamento: 3 *Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse*, 4 *adjutoremq; Germanico datum à se*, *auctore senatu*, *rebus apud Orientem administrandis. illic contumacia & certaminibus asperasset* 12

INTERPRETATIO.

diversa caussantibus, ei præsto fuere M. Lepidus, & L. Piso, & Livenejus Regulus, intenta, suspensaque universa civitate, ut videret, quanta foret constantia amicis Germanici, quæ sonti audacia, satisne comprimeret atque reconderet sensa sua Tiberius, an aperiret. *Iis numquam alias plebs attentior, plus in Imperatorem secreti sermonis, aut suspectantis silentij sibi adrogavit. Die senatus princeps orationem habuit temperata sententia. disseruitque* Pisonem legatum, atque familiarem fuisse patris sui Augusti, seque cum Germanico administrum dedisse, ex sententia Patrum, rebus apud orientem componendis, justis & incorruptis mentibus discer-

NOTÆ.

cum Apuleio consul, quem Valerius Maximus amicum, patronumque suum nimis plena manu laudat lib. 4. cap. 7. vocat clarissimum, ac disertissimum virum, & addit: *à quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi: per quem tutior adversus casus steti: qui studia nostra ductu, & auspiciis suis lucidiora, & alacriora reddidit.*

Et lib. 2. cap. 1. adsignificat Proconsulem cum Asiæ fuisse, comite se. vocat ibi, *virum ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimum: additque facundissimum sermonem ore ejus, quasi è beato quodam eloquentia fonte manasse.*

Nec dissentit Ovidius, qui vitam illi suam, fortunasque non uno loco refert acceptas, ut appareat hunc Sextum amicum unice fuisse Musis studiisque: & ideo à nobis fugitivam memoriam ejus non frustra terractam. *Lipsius.*

1. *Qua fiducia reo.*] Utrum Piso in tanto crimine, pro solita pervicacia acturus, an potius condemnationis metu, fiduciam abjecturus esset. Utrum Tiberius in ea re, ut in aliis, solita dissimulatione usurus, an vero sensus animi sui aperte patefacturus esset.

2. *Plus sibi.*] Non alias majorem sibi licentiam sumpsit de Tiberij ingenio, partim occultis sermonibus, partim etiam tacitis suspicionibus opinandi.

3. *Patris sui legatum.*] In Hispania, ut apparet ex sequentibus.

4. *Adjutorem.*] Justinus 13. cum quæ Eumeni essent attributæ provinciæ, dixisset: *adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas, &c.* Livius lib. 6. *Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum. Adjutor ex tribunis sorte L. Furius datus, non tam è Republica, quam ut collegæ materia ad omnem laudem esset.* Suetonius Tiberio cap. 63. *per legatos & adjutores suos.*

Adjutoremque.] Non solummodo Piso legatus, sed & adjutor Germanico datus, quia non tantum bellum aliquod conficiendum, aut provintia administranda, sed multa in oriente ordinanda, imponendus fuit Armeniæ rex. & idcirco multa componenda cum Parthis, & cum ipsis primoribus Armeniis, qui Parthicæ factionis, Cappadocia in provinciam redigenda fuit.

Sic & multa constituenda, componendaque Germanico cum aliis regibus populisque, in quibus acri ministerio opus

juvenem, exituque ejus 1 lætatus esset; an scelere extinxisset, integris animis dijudicandum. Nam si legatus officij terminos, obsequium erga imperatorem exuit, ejusdemque morte & luctu meo lætatus est; 2 odero, seponamque à domo mea, & privatas inimicitias, non Principis ulciscar: Sin facinus in cujuscunque mortalium nece vindicandum detegitur; vos verò & liberos Germanici, & nos parentes justis solatiis adficite. simulque illud reputate, 3 turbide & seditiose tractaverit exercitus Piso; quæsita sint per ambitionem studia militum; armis repetita provincia; an falsa hæc in majus vulgaverint accusatores, quorum ego nimiis studiis jure succenseo. Nam quo pertinuit nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam 4 per externos, tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista, & scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, semperque deflebo: sed neque reum prohibeo, quo minus cuncta pro-

INTERPRETATIO.

uendum an illic pervicacia & jurgiis irritasset adolescentem, & de interitu ejus gavisus esset; an fraude & perfidia illum interfecisset. Nam si legatus potestatis fines egressus sit, fidem erga Germanicum ducem exuerit, ejusdemque exitu & dolore nostro gavisus sit; eum aversabor & removebo à penatibus meis, & privata odia, non imperitantis vindicabo: Sin comperitur scelus in cujuscunque hominis morte puniendum, vos ipsi & filios Germanici, & nos parentes æquis solatiis, recreate, erigite. Illud quoque cogitetis, an turbas & discordias concitarit in castris Piso; an conciliarit, sollicitaveritque militum animos, studio rerum novarum, an bello provinciam repetierit, an vana hæc in majus delatores publicaverint. quorum ego nimiis studiis haud abs re irascor. Nam quo spectabat spoliare corpus Germanici, & investigandum plebis oculis exponere, vulga-

NOTÆ.

fuit. Sic Druso in Illyricum eunti ad componendam seditionem, datus comes & adjutor Sejanus. Sic olim L. Cæsari in Syriam eunti ad componendum orientem datus rector, adjutorque M. Lollius.

1 *Lætatus esset.*] An ejus morte tantum gavisus esset; an vero auctor mortis fuisset, ejusque occasionem suo scelere præbuisset.

2. *Odero, seponamque à domo mea.*] Amicitiam ei, more majorum, renunciabo.

3. *Turbide & seditiose.*] Verumne sit quod fertur, Pisonem animo turbido, atque seditioso, apud exercitus versatum esse, & ea de causa favorem militum ambitioso, & ad vulgi gustum accommodato imperio, captavisse. *Freinsh.*

Ambitio vocatur cum quis favorem vulgi, & ex tali favore imperium, & res novas molitur. ita ut ex ingenio & libidine militum potius imperet, quam ex bono publico. ita ut precario potestatem exerceat, *omniaque serviliter* faciat *pro dominatione.* & ut habet Tacit. Agric. 16. de Trebellio rectore Britanniæ, *Precario mox præfuit, ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem* &c. seu imperium, aut inanem vulgi favorem aucupetur, quo pro tempore uti in rem suam possit.

4. *Per externos.*] Per *externos* intelligit Medos, & exteros orientis Reges, gentesque, ac præcipue Parthorum regem. Nam Artabanus ipse Rex Regum, id genus parricidia atrociter exprobravit Tiberio, Sueton. Tib. 66. *Quin & Artabanus Parthorum Regis laceratus est litteris, parricidia, & cædes, & ignaviam, & luxuriam objicientis, monentisque, ut*

ferat, quibus innocentia ejus sublevari, aut si qua fuit iniquitas Germanici coargui possit: vosque oro, ne, quia dolori meo causa connexa est, objecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis aut 1 *fides sua patronos dedit, quantum quisque eloquentia & cura valet, juvate periclitantem: ad eundem laborem, eandem constantiam accusatores hortor.* 2 *Id solum Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud senatum quam apud judices de morte ejus anquiritur. cetera pari modestia tractentur. nemo Drusi lacrymas: nemo mæstitiam meam spectet,* 3 *nec si qua* 4. *in nos adversa finguntur.* Exin *biduum criminibus objiciendis* sta- 13

INTERPRETATIO.

rique etiam per extraneos, quasi veneno extinctus esset, si ambigua ista, & adhuc inquirenda sint? Lugeo sane filium meum, semperque lugebo: sed neque impedio sontem, quin omnia promat, adferatque, quibus ejus innocentia fulciri possit, aut si qua fuit culpa Germanici, incusari queat: vosque obtestor, ne exprobrata scelera pro veris & certis interpretemini, quia illa quæstio mœrori meo conjuncta est. Si quos conjunctio generis, vel auctoritas sua patronos conciliavit, quantum quilibet facundia, ingenio, & labore pollet, hunc tuemini in tali discrimine versantem. Hortor accusatores ad eandem operam, eandemque animi firmitudinem. Id unum Germanico præter leges tribuerimus, quod de exitu ejus quæstio habeatur in senatu, potius quam in foro, apud patres, quam apud judices. Reliqua similli modestia agitentur. Ne quis intueatur fletus Drusi, vel tristitiam nostram, nec si qui in nos sinistri rumores falso sparguntur. *Postea* duo dies *præfiniuntur*

NOTÆ.

voluntaria morte, maxime justissimoque civium odio quamprimum satisfaceret.

1. *Fides patronos dedit*] Quidam *dates* interpretantur: quomodo videlicet iis, qui per adversarij potentiam advocatos non reperiunt, dari solent l. 9. §. 5. de offic procos. At si sic dati essent, propinquitas sanguinis, aut fides frustra in illis commendaretur.

2. *Id solum.*] Volo in hac causa plane sic agi, ut consuetudo fert, & legibus cautum est, unum hoc supra leges demus Germanico, quod in curia, & apud senatum, potius quam in foro apud decurias, de morte ejus inquiritur. Reliqua omnia haud minus modestè atque civiliter tractentur, quam in aliis causis fieri solet.

3. *Nec si qua in nos.*] Ne quis etiam attendat adversis sermonibus, quibus immerito & falsò traducimur. Hoc dicebar, cùm non ignoraret, vulgo credi, ipso non invito Germanicum à Pisone interceptum fuisse.

4. *In nos adversa finguntur.*] Nempe adversa famæ nostræ & decori. *Adversa*, id est contraria, seu opposita.

5. *Exin biduum.*] Semper plus temporis reo, quam accusatori tribui solebat, nec immerito. Longiori tempore opus est ad sananda vulnera, quam ad infligenda.

Tempus accusatori, & reo causam agendi non semper idem antiquitus statutum observamus, præsertim apud Asconium *in orat.* Cic. Scribitque Plinius lib. 4. Epist 9 ad Ursum, in foro coram judicibus lege cautum fuisse, *ut sex horæ accusatori, novem vero darentur reo orandi, uno scilicet & altero die.*

At Cn. Pompeius tempus hoc magis etiam restrinxit, scribente Pediano in Cic. orat. pro Milone: *Pompeius legem promulgavit, qua prius testes dati per triduum, dein uno die atque eodem, & ab accusatore, & à reo perorari jubebat.*

Ego puto id judicis arbitrarium fuisse, pro personarum & criminum qualitate. Sic apud Jurisconsultos legimus, quale quantumq; tempus sit, judicis arbitrio re-

tuitur, *utque sex dierum spatio interjecto, reus per triduum defenderetur.* Tum Fulcinius vetera & inania orditur; *ambitiose, avareque habitam Hispaniam.* quod neque convictum noxæ reo, si recentia purgaret; neque defensum absolutioni erat, si teneretur majoribus flagitiis. Post quem [1] Servæus, & Veranius, & Vitellius consimili studio, sed multa eloquentia Vitellius, objecere; *odio Germanici, & rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum 2 per licentiam & sociorum injurias eo usque corrupisse, ut parens legionum à deterrimis appellaretur: contra, in 3 optimum quemque, maxime in comites & amicos Germanici, sævisse: postremo ipsum devotionibus & veneno peremisse: 4 sacra hinc & 5 immola-*

INTERPRETATIO.

dies sceleribus accusandis, utque sex diebus interpositis, reus tribus diebus crimina dilueret. *Tum Fulcinius prisca & vana ingreditur*, Pisonem administrasse Hispaniam per ambitionem & avaritiam, *quod neque probatum exitiabile reo erat, si nova amoliretur; neque, & si dilueret, absolvebat, si atrocioribus sceleribus convinceretur. Post Trionem Servæus & Veranius, & Vitellius pari ardore, sed plurima facundia Vitellius, exprobravere*, Pisonem invidia in Germanicum, & novas res moliendi consilio, eo usque sollicitasse gregarium militem, per lasciviam & injurias sociorum, ut *eum*, pessimi partem legionum vocarent: contra, se crudeliter gessisse in modestissimum quemque, & præcipue in clientes & familiares Germanici: demum ipsum incantationibus & veneficiis necasse, deinde sacrificia, immolatio-

NOTÆ.

linqui definiendum, l. *ab hostibus*, §. *final. ex quibus causis major.*

Id autem ex hoc Taciti loco elici potest, siquidem Tiberius habita ratione personarum. Germanici scilicet, de cujus nece ambigebatur, & Pisonis, qui reus agebatur, nec non criminis de veneno objecti; certum accusatoribus & reo objiciendorum & diluendorum criminum sex dierum tempus constituit: alioquin id minime facturus, si à lege certum & ordinarium tempus statutum fuisset. *Donatus.*

1. *Servæus.*] De hoc ipso Tacitus l. 6. *Quintus Servæus post hæc, & Minutius Thermus inducti. Servæus prætura functus, & quondam Germanici comes.*

2. *Per sociorum injurias.*] Nonnulli contemptum explicant. Ast quid per *injurias* hic intelligi velit, explicat ipse 2. 55. *Licentiam in urbibus, vagum ac lasciventem per agros militem*, & 3. 14. *Provinciam pessimo cuique obnoxiam.* Ita supra 2. 69. *contumeliam* quoque de *verbis* tantum male interpretabantur. ad res, & *facta* etiam spectat.

3. *Optimum quemque.*] Civium, sociorum, virorum militarium, & præcipue comitum Germanici.

4. *Sacra hinc.*] Perempto jam & extincto Germanico, facta videntur illa sacra & immolationes, quæ idcirco *nefanda* forte appellantur, quia in funere tanti principis, & in luctu publico factæ essent. Plaudente sola Plancina, exsultante, & insultante solo Pisone, dum cæteri homines ingemiscerent.

Sacra hinc.] Exprobrabant deinde sacrificia & immolationes nefandas, tam ipsius Pisonis, quam Plancinæ, quibus in publico luctu, lætitiam palam ostentavissent. quod nefarium & impium.

5. *Immolationes nefandas.*] Accipiunt de sacris magicis. At mihi dubium non est sacra respici, de quibus 2. 75. *cædis victimas.* quas *immolationes nefarias* accusatores appellant quia in luctu publico, & ob eum luctum factæ. Quomodo *ne-*

tiones nefandas ipsius atque Plancinæ : petitam armis Remp. [1] *utque reus agi posset, acie victum.* Defensio in cæteris trepidavit. nam neque ambitio- 14
nem militarem, neque provinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem [2] adversum imperatorem inficiari poterat : solum veneni crimen visus est diluisse. quod ne accusatores quidem satis firmabant, *in convivio Germanici*, [3] *cum super eum Piso discumberet, infectos manibus ejus cibos* arguentes. quippe absurdum videbatur, inter aliena servitia, & tot adstantium visu, ipso Germanico coram id ausum. offerebatque familiam reus, & [4] ministros in tormenta flagitabat. Sed judices per diversa implacabiles erant : Cæsar ob bellum provinciæ inlatum ; Senatus, nunquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. * *scripsissent* expostulantes : quod haud minus Tiberius quam Piso

INTERPRETATIO.

tiones impias ipsius Pisonis, atque Plancinæ. Lacessitam bello Rempublicam, utque in jus trahi posset, prælio profligatum. *Defensio in aliis criminibus dubia atque incerta hæsit. Quippe neque negare poterat* Piso *se sollicitasse, & corrupisse milites per ambitionem, neque Syriam deterrimi cujusque injuriis permissam, ne probra & convitia quidem adversus Cæsarem jacta diluebat : solum veneficij facinus purgasse credebatur. quod ne delatores quidem satis probabant, objicientes Pisonem* inquinasse contactu suo carnes in epulis Germanici, cum supra illum mensæ accumberet ; *nam haud simile vero videbatur in oculis ipsius Germanici id tentasse, inter alienos servos, & in conspectu tot hominum circumstantium. offerebatque reus mancipia* sua, *& ministros* Germanici *ad quæstionem postulabat. Sed judices variis de caussis inexorabiles erant· Tiberius ob repetitam armis provinciam ; Patres quia nunquam satis persuadebantur sine scelere Germanicum perisse,* ita ut obstreperent, & tumultu verborum inclamarent quæ ministri quidam scripsissent, *expostulantes: quod haud minus Tiberius quam Piso abnuero. Simul*

NOTÆ.

fariam vocem Lutorij vocat Lepidus 3. 50. *Freinsh.*

1. *Vt reus agi posset.*] Quod in cive novum atque inauditum est, prælio fuisse vincendum, ut legibus interrogari posset.

2. *Adversum imperatorem.*] *Imperator* hic : non princeps Tiberius, sed exercitus dux Germanicus. Sic paulo supra : *Nam si legatus officij terminos, obsequium erga imperatorem exuit.* Respondent enim sibi invicem, *legatus & imperator.*

3. *Cum super eum Piso.*] Interior ergo discubuit Germanicus, ut dignissimus, *Lipsius.*

Cum super eum.] Discumbebat videlicet Germanicus in imo loco medii lecti, qui locus erat Romanis honoratissimus, & consularis. Vide Plutarchum problem. 3. lib. 1. Symposiacon. *Muretus.*

4. *Ministros in tormenta.*] Cum familiam suam offerret Piso ad tormenta, flagitabat etiam ad idem, eos, qui Germanico in eo convivio ministrarant. Ita enim capio ministros hic Tacit. lib. seq. *quod is Lygdus ætate atque forma carus domino, interque primos ministros erat.* Paulo post : *quin potius ministros veneni excruciaret.* inferius : *ejus os lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros.* Pichena.

Ministros intelligit servos, per quos ut alia, sic mensæ etiam ministeria tum obibantur. hoc sensu proprie, *ministri* 4. 10. eoque hoc etiam loco proxime præcessit de *familia*, hoc est servis : sequiturque *in tormenta flagitabat*, quod in liberis capitibus non ei licuisset.

5. *Scripsissent expostulantes.*] Sensus est, objectum à senatu Pisoni, quod ipsi,

abnuere. Simul populi ante curiam voces audiebantur: *non tempera-*

INTERPRETATIO.

ante curiam plebis clamores excepti, cum discerptutos manibus, si judicum sententiis

NOTÆ.

nempe Germanicus & Piso per literas expostulavissent de veneno præbito. *Rhen.*

Mihi levi mutatione rescribendum videtur; *submisse expostulantes, quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere.* Persuasum erat & vulgo, & senatui, fraude periisse Germanicum: id Tiberius semper agnoscere se diffitetur, & hoc crimen longe à Pisone rejicit; mavultque hærere eum in majestatis crimine, quam in veneficii.

Id patres indignari, quod præcipuum crimen rei non minus princeps quam ipse Piso abnueret. Sed hoc submisse, & secreto murmure. Nihil certius. Paulo post de Plancina; *in quam optimi cujusque secreti questus magis ardescebant.* Et paulo inferius hoc ipso libro. *Exin promptum quod multorum intimis questibus tegebatur* Mercerus.

Scripsissent.] Plerique de literis, vel à Pisone ad Germanicum, vel à Germanico ad Pisonem, vel ad hunc à Tiberio, aut ab amicis Pisonis scriptis agi existimant, easque à patribus expostulari, ut ex iis convinci posset Piso.

Sed quis credat, vel scelus in Germanicum cogitatum, amicis, quorum nullus hic usus erat, Pisonem per literas aperuisse; vel præsente Tiberio, hujus hac de re scripta mandata Senatores expostulasse? Pisonis, si quæ fuerint ad Germanicum epistolæ, non tam à Pisone peti, quam ab Agrippina debebant.

Itaque verisimile mihi est, alia hic scripsisse Tacitum. Ac vestigia corruptæ lectionis proxime sequutus, non incommode, totum hunc locum sic mihi videor restituisse; *sed judices per diversa implacabiles erant; Cæsar ob bellum provinciæ illatum; senatus nunquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse; cur interfecisset, expostulantes. quod haud minus Tiberius, quam Piso abnuere.*

Adeo certum erat patribus non sine fraude Pisonis Germanicum interiisse, ut in hujus causæ cognitione, palam expostulaverint, rogaverintque ipsum Pisonem, cur vero Germanicum, optimum & innocentissimum principem interfecisset. *Boxhornius.* Inepta & insulsa prorsus fuisset illa interrogatio Patrum. qui peterent id quod adhuc inquirebatur. Quæstio erat an interfecisset Piso, non cur interfecisset? & petit principium bonus interpres. Probandum fuit venenū, prius quam rogarent, cur datum foret.

At ita certi erant de fraude, ut jam quærerent de causa fraudis. Sed quis umquam sanus Judex de causa culpæ & intentione rei inquisivit? argumenta quærit criminis, non caussam. certe Patres numquam satis credere poterant Germanicum ætate & robore florentem, sine fraude interiisse: sed tamen nondum certa, nondum probata satis illa fraus, ut jam de causa fraudis, seu sceleris inquirerent, expostularentque.

Scripsissent.] Inclino ut legam: *Nunquam credito Germanicum sine fraude interisse, ita ut palam fremerent, ea qua nonnulli scripsissent* seu *præscripsissent, expostulantes, quod Tiberius & Piso juxta abnuere.*

Aut enim scripserat Tiberius Pisoni, Livia Plancinæ, vel Tiberius, & Livia utrisque scripserant in orientem, vel postulabant Patres quæ Germanicus & Piso invicem scripsissent, vel quæ amici Germanici, & comites aliis scripsissent, vel etiam quæ alij Romani in Syria degentes, & isti facinori forte immixti scripsissent, vel quæ scripsissent mandassentque imperitantes, non per se, sed per ministros; nec forte ipsi in necem Cæsaris directe, sed talia ex quibus id auderent Piso & Plancina, quasi per officium in imperitantes.

Nec dicas tam inconsultos fuisse Pa-

tres, ut palam incusarent, ut coram se coarguere, & convincere imperitantes, vellent. In ministros tantum inquirebant qui nempe mandassent cædem Germanici, aut perpetrassent; hoc tantum directe quærebant, dominos intactos, & innoxios cupientes, aut saltem prætexentes, forte quasi invitis illis & inscijs cædes patrata esset.

Sic lib. 5. 4. ubi de exitio Agrippinæ & Neronis agebatur in senatu. *Populus effigies Agrippina ac Neronis gerens circumsistit curiam, faustisque in Cæsarem ominibus falsas literas, & principe invito, exitium domui ejus intendi clamitat.*

Ut vides innoxium principem faciunt, & tacite totum crimen refundunt in unum Sejanum, qui invito principe, exitium domus ipsius moliebatur, &c. ira & in re Germanici, totum crimen refundebant Patres in Pisonem, & quosdam alios qui mandassent.

Ut melius tota res intelligatur, repetendum quod supra narravit Tacitus de cæde Agrippæ Postumi, qui Cæsar & filius Augusti. ob ingenium ejus stolidum, ferocitatemque postulaverat Augustus à Patribus, ut exilium ejus Senatusconsulto decerneretur; quod factū, & insula Planasia inclusus est, adpositusque custodiæ illius tribunus, seu centurio cū militibus.

At cum obiisset Augustus Nolæ, & multa expedirentur ad firmandum principatum Tiberii, inter alia facinora novi principatus, jugulandus statim fuit Postumus Augusti filius, ne secnam turbaret. Itaque cædem mandant Crispo Sallustio, qui nepos sororis Sallustii scriptoris.

Mandant autem, vel libello obsignato manu sua, seu anulo, vel ore proprio; Sallustius ipse scribit nomine principum, mandatque cædem Postumi Tribuno, seu Centurioni, epistola obsignata suo annulo. cæde confecta venit in urbem tribunus, seu centurio (nam discrepant auctores) refertque Tiberio, pro more militiæ, factum esse quod imperasset.

Sed perculsus Tiberius, quia nondum satis certus imperii, respondet se non jussisse cædem Postumi, reddituramque rationem senatui centurionem. quo responso & simulatione Tiberii exterritus Sallustius adit Liviam, monetque constare rationem imperii, *si uni reddatur.* non senatui. timebat Sallustius, ne reus subderetur juxta periculoso, sive vera, sive ficta promeret.

Si res hæc agitata in senatu esset, ut simulabat Tiberius, quis eo casu potuit argui facinoris, aut convinci? ipse tribunus, seu centurio; & ipse Sallustius, qui mandarat, & præter hos nemo; non imperitantes, ut qui rem mandassent Sallustio, verbo tantum. & quamvis scripto mandassent, proferre illud ausus non foret, nam par exitium, si proferret, imo majus exitium, certiusque & promptius instabat.

Sic & se res habuit in casu, seu nece Germanici. Nam & si peterentur epistolæ ab iratis Patribus, mandataque in Germanicum, & si proferrentur in senatu quis convinci facinoris potuit? solus Piso, & qui mandassent, aut talibus consiliis palam immixti essent: non imperitantes, qui talia verbis tantum demandabant *hoc egisse secretos Plantina cum Augusta sermones*, aut codicillis ita secretis, ut detegi non possent.

At habuit vera mandata Tiberii Piso, quæ proferre in animo habuit. præter quā quod hæc valde incerta sunt, & nihil affirmat nisi ex sermonibus vulgi Tacitus habuit mandata Tiberij, ut dixi, alio scribente & firmata alieno annulo, non Tiberiano quibus eum argueret non convinceret, ut Sallustius tribuno custodiæ Postumi adposito scripsit verbis & nomine imperitantium, & suo tantum annulo obsignavit literas. tum quid demonstrare potuit tribunus, nisi epistolam, & mandata Sallustij? sicque imperitantium nemo certe convinci potuit.

Sed ex Herodiano patet talia mandata manu & sigillo mandantium obsignata pro more esse. sed dispar ratio est. in casu Herodiani, non princeps cædem mandabat, imo Plautianus, qui privatus erat, imperabat cædem principum. non igitur mirum, si ille cui mandabatur cædes, libellum obsignatum petiverit à mandante. quod non modo in sui tutelam, sed etiam dolo petebat, nempe ut exhiberet principi, Severo nempe quo man-

turos manibus, si patrum sententias evasisset. [1] effigiesque Pisonis traxerant in [2] Gemonias, ac [3] divellebant, ni jussu principis protectæ, re-

INTERPRETATIO

absolveretur. *Statuasque Pisonis in Gemonias rapuerant, ac deripiebant, moliebanturque sedibus, ni imperio Cæsaris defensa & restituta forent. Igitur impositus est lecti-*

NOTÆ.

dante palatium irrupuisset, & quo auctorem ipsum sceleris convinceret.

Hinc igitur colligo Patres iratos frementesque in tanto dolore, tamque consternatione publica, periisse undecumque argumenta adversus interfectores Germanici, & eo magis quod nondum satis securus imperii Tiberius, quo tempore spirabat adhuc libertas populi, Patrumque, quo nondum pervicacia recti libertatisque penitus obsoleta & extincta erat; ut post hac sequenti ævo fuit, semper sæva præcipitique magis magisque dominatione.

Turbat tamen Suetonius Tib 21. ubi de Postumo. *Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, jubebatur. quos codicillos dubium fuit Augustus, ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret. an nomine Augusti Livia, & ea conscio Tiberio, an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti tribuno factum esse quod imperasset, neque imperasse se, & redditurum eum senatui rationem respondit.*

Certe habuit codicillos ad manum tribunus, sed cujus essent codicilli illi incertum, non certe Tiberii, quod sufficiebat principi ad innocentiam. Nam qua fronte id negasset? sive essent Liviæ, sive Sallustii, quid hoc ad principem, & verisimile est hos codicillos fuisse solius Sallustii, quantum patet ex Tacito, quibus nihil evincebatur adversus imperitantes; quid enim tantopere timuisset Sallustius, si mandata solo imperitantium annulo obsignata fuissent?

Sicque salva innocentia principum, scelesta mandata adversus Germanicum flagitare potuerunt Patres præsertim in turba & tumultu obstrepentes, nondum penitus abolita constantia Romana, & Tiberii nondum satis firmato principatu, quasi adhuc spiraret Germanicus, quo defuncto plerique Patrum & populi, vitam & ipsi exhortebant.

Audi Suetou. de tali libertate Patrum. Tiberio 24. cum detractaret imperium, *impudentissimo animo.*, ita *ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, aut agat, aut desistat.* Multa similia pervicaciæ Patrum argumenta extant apud Tacitum.

Sic lib. 3. 36. *Haud dissimilia alii, & quædam atrociora circumstrepebant.* Sic lib. 3. hist. 85. *versare sententias, & huc atque illuc torquere, hostem & parricidam Vitellium vocantes, &c. inclamare tamen: & ubi plurimæ voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes.*

Cogita nunc Pisonem, qui damnat oratores, delatoresque in oculis principis, qui abire senatu invito, & rogante Cæsare, ut manere vellet. Cogita Thraseas, Helvidios, Arulenos, quorum virtus, quorum frons ipsa damnabat ultro parricidia, cæteraque dominantium flagitia.

1. *Effigiesque Pisonis.*] Id solet in damnaris. Juvenalis de Sejano:
—— *Descendunt statua, restemque sequuntur.*

2. *Gemonia.*] Scalæ, in octava regione Romæ antiquæ ad Clivum Capitolii montis, & prope locum, ubi fuit postea arcus Severi. ex Roma ant. Nardini lib 5. c. 12. p. 288. *Tillemonius.*

3. *Divellebant.*] Replumbabant à basibus, quibus affixæ, atque applumbatæ erant. *Muretus.*

Divellebant.] Simul imagines Pisonis in publico positas deturbare, & in Gemonias scalas, locum infamem, & reorum suppliciis destinatum, pertrahere

positæque

positæque forent. 1 Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis deductus est: vario rumore, *custos salutis*, an 2 *mortis exactor* sequeretur. Eadem Plancinæ invidia, major gratia: eoque ambiguum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret. atque ipsa, donec mediæ Pisoni spes, *sociam se cujuscumque fortunæ, & si ita ferret, comitem exitij* promittebat. Ut secretis Augustæ precibus 3 veniam obtinuit, paulatim segregari à marito, dividere defensionem cœpit, quod reus,

INTERPRETATIO.

ca Piso & tribunus prætoria cohortis eum comitatus est. diversa fama, an ut servaret, an ut necem exigeret. Par indignatio in Plancinam, Senatus, populique Rom. *at plus favoris* ex Augusta: *Ideoque incertum erat, quantum potestatis in eam habiturus esset Cæsar. Et ea, quandiu spes aliqua salutis Pisoni superfuit, offerebat*, se comitem & participem cujuslibet eventus, & si casus daret, sociam mortis. *Ubi salutem impetravit, arcanis Livia precibus, sensim separare se à viro: & distinguere caussam cœpit. quod ubi Piso sibi perniciosum agnoscit, incertus an rursum defensionem tentaret, impellentibus liberis ob-*

NOTÆ.

incipiebant, effecissentque quod instituerant, nisi Tiberius effigies, quæ adhuc manebant, à furore plebis defendi, & quæ jam ex suis sedibus detractæ erant, reponi jussisset. *Freinsh.*

Divellebant.] Puto, hoc sensu, quia nempe statuarum alias jam ipsi traxerant *in Gemonias* scalas; alias vero adhuc *divellebant*, seu basibus suis deripiebant, dejiciebantque. quod prohibuit Tiberius, restituique jussit suis locis, præcipue eas quæ nondum divulsæ, laceratæ, aut in frusta comminutæ erant. quod forte voluit Tacitus per τὸ *divellebant*.

1. *Igitur inditus lecticæ*] Cum divellerent statuas Pisonis, hic tumultus caussam præbuit, ut reus lecticæ impositus à Tribuno deduceretur, diverso hominum judicio, nam alii adpositum reo tribunum, dicebant, ut eum adversus infensæ plebis violentiam tueretur, alii, ut ad mortem eum adigeret.

2. *Mortis exactor sequeretur.*] Exactor, qui præpositus ad exigendum, perficiendumque, quasi custos. Livius lib. II. de Bruto filios plectente: *Et qui spectator erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicij dedit.*

Plinius lib. 9. epistola ad Paullinum: *ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam.* Romæ marmor epitaphium. M. AURELIUS AUGG. NN. LIB. EPAPHRODITUS. EXSACTOR. OPERUM DOM. NN.

Tacitus in suppliciis fere usurpat, ut lib. XI. *denunciat centurionibus qui aderant, exsequi cædem. custos & exactor è libertis Evodus datus.* Ambrosius lib. de Tobia cap. IX. *dum vadis cum adversario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo, ne forte producat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.*

Sed & simpliciter reperio, quasi muneris nomen, Exactor. ut in Museo Carpensi,

SEX POMPEIUS. FAUSTUS.
POMPEII. EXACTOR.

3. *Ut veniam obtinuit.*] Obtinuit veniam Plancina, non publicè, non in senatu, sed in palatio: non à patribus, sed secreto & *secretis Augustæ precibus* à Tiberio, qui facile hoc donabat, certus de adulatione & consensu Patrum.

Publice nondum absoluta Plancina. infra Tiberius *pro Plancina cum pudore & flagitio disseruit*, dein & sic censet consul, *concessa Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ.*

[1] postquam sibi exitiabile intelligit, [2] an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem, senatumque rursum ingreditur: redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, [3] adversa & sæva cuncta perpessus, 4 nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, 5 sine ira, obstinatum 6 clausumque vidit,

INTERPRETATIO.

firmat animum, & curiam iterum intrat, cumque instauratam accusationem, infesta senatorum probra, contraria quæque, & atrocia expertus esset, nulla re magis perculsus est, quam quia Tiberium animadvertit sine misericordia, sine ira, pertinaciter inflexum, abstrusumque, ne quo metu animi perfringeretur. Revectus domum, quasi in

NOTÆ.

1. *Postquam sibi exitiabile intelligit.*] Nempe Plancinam gratia Augustæ subnixam, in qua una omnis Pisoni spes erat reposita, dissociare causam suam, & separatim salutem quærere.

2. *An adhuc experiretur.*] *Experiri* dicitur tam actor, quam reus; sed sæpius ad actorem pertinet. Est autem ad judicem ire, aut in alium, aut pro se.

3. *Adversa & sæva.*] Sic Catilinæ, post primam Ciceronis orationem in senatu habitam eo nomine, cum maledicta in consulem congereret: *Obstrepere omnes; hostem, atque parricidam vocare.*

4. *Nullo magis exterritus.*] Nulla tamen re magis ab omni fiducia dejectus, licet omnia adversa experiretur, quam immutabili vultu Tiberii, quia ita compositus & obfirmatus, ut neque miserationis, neque iræ signum ullum præferret, satis indicabat animum nullis affectibus patentem, & quæ decreta essent, immutabili, fixaque destinatione exsequuturum. *Freinsh.*

Sic nullam spem dabat Pisoni ex favore principis, in quo tota salus reposita credebatur, non in senatu, qui infensissimus. Sicque ostendebat Tiberius, non exsecuturum ultro, quod senatus decrevisset, ut vult interpres, sed flexurum prout sententiæ patrum verterentur, nec se oppositurum consensui Patrum, quod fecit *pro Plancina cum pudore & flagitio.*

5. *Sine ira.*] Quidam hoc omiserunt, sine dubio, quia sensui contrarium putaverunt, neque Pisoni metuendum fuisse, si *sine ira* esset conspectus. Sed non ita est; nam si iram in eo advertisset Piso, potuisset sperare, subito quodam affectu concitatum, si mentem rursus composuisset, mitigari posse.

At nunc satis intelligebat, eum adversus omnes motus firmatum, certo, fixoque animi decreto, reum liberæ senatus cognitioni relinquere constituisse.

6. *Clausumque vidit.*] Sic infra 22. ubi de Lepida. *Haud facile quis despexerit illa in cognitione mentem principis, adeo vertit ac miscuit iræ & clementiæ signa, deprecatus primo senatum, ne majestatis crimina tractarentur.*

Fere similiter in causa Pisonis se gessit, duo crimina tractabantur, veneficii & majestatis, illa separat Tiberius, non palam & aperte, sed dolo & arte facit ut veneficium probari non possit; nempe, *quod haud minus Tiberius & Piso abnuere.*

Scripta suppresserat, quibus veneficium datum convinci posset, & frustra scripta illa expostularunt patres. At majestatis crimine opprimitur Piso, sic fieri, Cæsaris interfuit.

Non perit Piso ob veneficium ne probaretur scelus, & sceleris auctor, perit crimine majestatis, quia bellum palam moverat in provincia, quo convicto nemo in peritanium lædebatur: sic magistri dominationis in ministros scelerum, ipsum scelus convertunt.

ne quo adfectu perrumperetur. relatus domum, [1] tamquam defensio-
nem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, & li-
berto tradit. Tum 2 solita curando corpori exsequitur. dein multam post
noctem, 3 egressa cubiculo uxore, *operiri fores* jussit: & cœpta luce,
perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est. Audire me memi- 16
ni ex senioribus, visum sæpius inter manus Pisonis libellum, quem ipse
non vulgaverit, sed amicos ejus dictitavisse, *literas Tiberij, & mandata*
in Germanicum continere: 4 ac destinatum promere apud patres, princi-
pemque arguere, ni elusus à Sejano 5 per vana promissa foret. nec illum

INTERPRETATIO.

crastinum diem diluere adhuc scelus cogitaret, paucis verbis componit literas, & si-gno munitas liberto mandat. Tum solennia curando corpori peragit. Exin nocte jam provecta, cum è cubiculo exiisset conjux, occludi januam præcepit: & orta die inventus est, caso gutture, abjecto in terram ense. Ab natu grandioribus accepisse me recordor, in manibus Pisonis sape conspectum codicillum, quem ipse non publicaverit, sed familiares ejus crebro dixisse: hoc codicillo contineri epistolas Tiberii, & præscripta in Germanicum mandata, & statuisse eum proferre apud Senatum & Tiberium convincere,

NOTÆ.

1. *Tanquam defensionem.*] Id referri debet, non ad id quod præcedit, *relatus domum*, quasi referretur domum, defensionem adhuc meditaturus; sed ad id quod sequitur, *pauca conscribit*, nempe quasi *defensionem* in crastinum adhuc *meditaretur*. Id agebat Piso, ne filii ipsius aut domestici adverterent ipsum cogitare de morte sibi inferenda, & ne consiliis ejus obstarent.

2. *Solita curando.*] Lavat, ungitur, fricatur, exercitatur, cœnat.

3. *Egressa cubiculo.*] Cur hac nocte exit è cubiculo viri femina, nisi quia admonita erat ab impetitantibus, vel à Sejano, non forte de cæde Pisonis, sed saltem ut se inde reciperet per noctem in palatium? partim ne obstaret percussoribus, ne vulgaret scelus, partim ut furori plebis eriperetur.

Et facile fuit interficere Pisonem fere nullo conscio, si adhuc obsideret ejus domum Tribunus cum globo militum. Ipsemet tribunus sua manu nullo alio adjutore, aut conscio interimere Pisonem potuit, stante milite in vestibulo ædium, vel paucis stipantibus, & sic sæpe fiebat, ut patet ex Tac. multis locis.

Et ex egressu Plancinæ ea hora, verisimiliter infertur sic factum esse, saltem occisum esse jussu principis, seu ministri Sejani, quoquomodo cædes perpetrata sit. Sic nutu Narcissi occisa Messalina.

4. *Ac destinatum promere.*] Ejusdem sententiæ fuit; quod Suetonius scripsit in Tib. cap. lii. *Quem* (Pisonem) *mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent.* Loco quem sic restituit Torrentius: *ni Sejanus secreto obstaret.* Lipsius.

Puto ego nihil deesse Suetonii loco, nempe, *ni ea secreta* supple *mandata*, obstarent. obstabant *mandata*, quia *secreta* ea. & iis secretis decus Cæsaris, & salus Pisonis continebatur; quippe *juxta periculoso, seu vera, seu ficta promeret* & alibi eodem modo loquitur Suetonius.

5. *Per vana promissa.*] Sed quo minus id faceret, per fallacia promissa à Sejano delusum fuisse, qui nimirum persuasisset ipsi, si tacere perseveraret, adversus omnes senatus, populique impetus, in principe præsidium ipsi fore: at si hunc offendisset, nihil ultra sperandum esse. *Freinsh.*

Ita forte eum delusit Sejanus, ut non

sponte exstinctum, *verum* 1 *immisso percussore*. quorum neutrum adseveraverim: neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad juventam duraverunt. 2 Cæsar 3 flexo in mœstitiam ore, *suam* 4 *invidiam tali morte quæsitam* apud senatum * crebrisque interrogationibus exquirit, *qualem Piso diem supremum*, *noctemque exegisset*.

INTERPRETATIO.

ni deceptus à Sejano per inanes promissiones foret. nec Pisonem ultro sibi mortem intulisse, sed submisso interfectore, necatum esse. *neutrum horum affirmaverim: nec tamen celare debui, quod dictum fuit ab iis, qui ad nostram usque adolescentiam vixerunt. Tiberius compositio in mœrorem vultu*, odium tali nece susceptum *apud Patres* deprecatur, & à se amolitur. simul libertus Pisonis codicillos affert

NOTÆ.

omnino sibi, sed libertis veniam, & opes certo speraret. Sed ille eum vidisset infensos patres, clausum, obstinatumque Tiberium, tum spem omnem de se abjecit, libertisque salutem precatus est.

1. *Immisso percussore.*] Forte idem Tribunus, qui domum deduxerat, eum interfecit. ejusmodi cædes illustrium virorum, etiam militarium, & feminarum mandari solebant tribunis illis prætorianis, qui ad aulam cum sua cohorte excubabant.

2. *Cæsar flexo in mœstitiam.*] Verisimile est Tiberium eo die, quo vulgata fuit mors Pisonis, in senatum venisse; quia nempe peragi accusatio debuit, rei etiam mortui. Et cum nuntii publicassent occisum illum, sive à se, sive ab alio, inde occasionem arripuisse principem purgandi se omnibus rumoribus malæ famæ, & suspicionum, quæ adversus ipsum habebantur de morte Germanici.

Nempe quasi jam vanescere deberent omnes illi rumores, quasi sic diluisset omne scelus, vel & suspicionem omnem conscientiæ à se protsus amovisset, interempto & punito reo, veluti nullo modo particeps culpæ Pisonis, aut Plancinæ.

Itaque ipsemet relata morte Pisonis, inde occasionem sumit lugendi iterum Germanicum, & *suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum* deprecandi, monendique Patres, suum in ultione Germanici primum locum fuisse, ipsum vindicasse, aut saltem vindictam ejus senatui permisisse.

Et ut callidius dolum texeret, statim inducitur libertus Pisonis, nempe artibus Sejani præparatus, qui affert codicillos patroni, quasi ex improviso, & quasi serio ageret, Tiberius illum interrogat, quid egisset Piso extremo die, nocteque. an se ipse, an alius eum occidisset & alias circumstantias, quibus ipsius innocentia in tota illa vindictæ scena magis intelligeretur.

3. *Flexo in mœstitiam ore.*] Bene *flexo*, gaudebat enim potius (si quis intimos ejus sensus perspicere potuisset) nullum amplius periculum esse, ne tota res patefieret, sublato indice. Ac mihi quidem, pro cætero Tiberii ingenio, verisimile fit, immissum ab eo percussorem fuisse. *Muretus.*

Hic ea desunt, quæ de liberto Pisonis, nunciante mortem, & codicillos patroni, ut jussum erat, tradente, scripserat Tacitus. Et hic ille est, quem, ut subditur, *crebris interrogationibus* Tiberius convenit. Periit hic etiam verbum, *Queritur*, vel quid simile, quo hæc referenda sunt; *Cæsar flexo in mœstitiam ore*, *suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum*. Boxhorn.

4. *Invidiam tali morte.*] Sed palam facta morte Pisonis Cæsar vultu in speciem tristitiæ composito, in senatu questus est, illum, quo adversus principem invidiam, & sinistra hominum judicia

concitaret, ante sententiam petire voluisse, *crebrisque interrogationibus* ex liberto, qui codicillos à patrono sibi commissos attulerat, exquisivit, quid Piso ultimo vitæ die, & sequente nocte gessisset? *Freinsh.*

Invidiam tali morte.] De morte Pisonis id cepere, sed quis putet principem quæsivisse *invidiam ex ea morte*, & *apud senatum*? imo summum odium senatus, populique Rom. in se concitasset, nisi illum debito supplicio adfecisset, aut saltem adfici sivisset, an *apud senatum* invidiam, qui hominem ultro discerperet si liceuisset?

Nisi admodum dissimulet Tiberius, potius inclinabam. ut id intelligeretur de morte ipsius Germanici, ut supra cap. 10. *haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur.* Et cap. 22. *nec si qua in nos adversa finguntur.*

Certo certius est invidiam summam quæsivisse illum ex morte Germanici apud ipsum senatum, cæterosque mortales. at ex morte Pisonis tenuem aut nullam subiisse, & apud paucissimos; adeo ut nullos causæ patronos inveniret Piso sola sua ferocia innixus. Nec ipsa Plancina, quamvis tota Augustæ majestate tegeretur.

Attamen cum ibi multa desint, nec satis cohæreat hoc loco historia Taciti, investigare verum difficile est. sed hic interrogat libertum Pisonis de morte illius. fateor. sed illa interrogatio abrupta à cætero corpore narrationis, & vix talia cohærent cum mœstitia Tiberii.

Ut quid enim mœstitiam tantam præferret ex morte Pisonis, qui nullam ex filiis mœstitiam exhibuit aut sensit, teste Suetonio?

Cur mœstitiam adfectat apud Patres, quos sciebat pene universos ex morte Pisonis lætitia adfectos? an invidiam ex nece Pisonis contrahere potuit apud Patres, qui tantam ex morte Germanici susceperat? repugnat habuisse invidiam ex utroque. imo laudari debuit perculso, subvertoque Pisone, quasi Germanicum, aut saltem injuriam Reipub. vindicasset.

Invidiam tali morte.] Si seriem rerum & narrationis spectes, id videtur intelligendum de morte Pisonis. nam paulo ante: *perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est.* quod videtur procuratum, non ab ipso Pisone, sed à Tiberio. Etiam paulo post: *crebrisque interrogationibus exquirit*, nempe ut puto, ex liberto Pisonis, qui referebat Tiberio, quomodo se in suprema hora & in morte gessisset Piso.

Sed si rem in se, & penitus intuearis, valde ambiguum est, quod Tiberius ex morte Pisonis, invidiam apud senatum quæsierit, nisi forte fuerit invidia in modo inferendæ necis Pisoni, cum sic Tiberius reum eripere senatui & legibus videretur, ut eum pro nutu & arbitrio occideret.

Quia nempe sic carcerem, laqueum, & infamiam reus effugiebat, consulebatque familiæ, cum sic integras, illibatasque opes liberis conservaret *precium festinandi*, seu mortem occupandi.

Vel forte quia occulte illata sic mors Pisoni, nempe, ne indicare crimen imperitantium posset, & quia sic occisus non sine summo arcano dominationis; unde inspicio forte simul, & invidia in Tiberium. Eo igitur sensu invidiam ex tali morte adisse potuit, si nempe suspectarent quasi Pisonem immisso percussore occidisset, ne proferret mandata in Germanicum, ne scelus mandantis patefaceret.

1. *Atque ille*] Scribe *filio* Est enim verisimile filium Pisonis attulisse patentis codicillos, & ab eo quæsisse Tiberium. singulatim de morte. *Lipsius.*

Atque ille.] Piso quædam scripsit ante mortem, libertoque tradidit, *pauca conscribit, obsignatque, & liberto tradit.* nempe codicillos, quos ab eo in curia Tiberio redditos, ipse senatui legit, cum prius de extremis domini à liberto multa percontatus esset.

At is (ut vulgus libertorum) partim incogitanter, partim cordate respondebat. an dicemus ejusmodi aliquid cadere in filios Pisonis? non apte quidem: nam juvenes erant primæ nobilitatis, innutriti parentum præceptis, qui animos

1 Atque illo 2 pleraque ſapienter, quædam inconſultius reſpondente, 3 recitat codicillos à Piſone in hunc ferme modum compoſitos : *Con-*

INTERPRETATIO.

Cæſari. Atque ille ſciſcitatur *multa, percunctaturque, qua ratione Piſo diem extremum, noctemque traduxiſſet. Atque* liberto *illo multa prudenter, nonnulla*

NOTÆ.

tam excelſos gerebant, & horum unus jam dederat egregium ſpecimen juventutis. *M. Piſo repetere Syriam dehortatus eſt. atque utinam ego potius filio juveni, quam ille Patri ſeni ceſſiſſet.*

Præterea intento majeſtatis crimine, Piſo talia filiis non injunxiſſet, quos noxios, innoxioſve ſuarum rerum ſciebat ſatacturum; eaque de cauſa ſcriptis purgat utrumque. Non negaverim tamen multis à traditione codicillorum interjectis, ſubobſcurum quid exortum.

Sed iis magiſtris uſus eſt Cornelius, quorum ſcripta haud unquam percipere queas niſi recurras, & provideas. Sinas igitur, quæ inſerit de fallaciis Sejani, cæteraque connecte, omnia clara & liquida ſunt. *Salinerius.*

Exiſtimo Tacitum loqui de liberto, cui Piſo tradiderat codicillos ad Tiberium tali ſententia: Cæſarem ſenſiſſe, invidiam ſibi morte Piſonis quæſitam. Cumque codicillos ſibi à liberto redditos accepiſſet, crebris interrogationibus ex eodem liberto exquiſiviſſe, qualem ſupremum diem, noctemque Piſo exegiſſet. Reſpondente illo, quædam ab eo ſapienter, quædam inconſultius acta: vel ſi mavis, ipſo liberto quædam verba ſapienter, quædam inconſultius ad interrogata reſpondente, Tiberium recitaſſe codicillos. *Pichena.*

1. *Atque illo.*] Liberto nempe. hoc loco facile ſubodorari licet fraudem Sejani in illa morte Piſonis, & in actione liberti. Nam cur libertus ille in palatium non recte ſe confert ad Cæſarem? Cur eum adit in ſenatu? cur reddit ei codicillos publice? cur illum interrogat Tiberius palam, & coram Patribus; cur non potius privatim & ſeorſim? haud dubie interfecto Piſone, ſive ſponte, ſive aliter, ſubornatur libertus illius à Sejano, nempe ut ſic veniret in ſenatum, ut ſic traderet codicillos patroni, ſicque reſponderet Tiberio interroganti, nempe ut præmonitus erat.

Et ſic res compoſita, & adornata, nempe ut comperiretur, conſtaretque inſcium doli Tiberium, non conſcium necis Piſonianæ, nec quaſi eum metueret indicem, interfici juſſiſſe. ideoque conſulto & dedita opera repente mane nuntiatur mors Piſonis in ſenatu, ſimul & afferuntur codicilli; ideoque interrogatur libertus coram Patribus, quid egiſſet, dixiſſetve Piſo extrema nocte; nam ſi quærendum, habuit de Principe, extremo vitæ momento id auſus foret, & magis in his codicillis, qui ideo etiam afferuntur coram Patribus, ſimulque recitantur, ut ex illis conſtaret innocentia Tiberii.

Nam his codicillis preces ſæpe, & invidia intermiſcebantur, & in ſupremis tabulis convitia, & contumelias etiam in dominantes ultro effundebant, ut patet ex Tac. multis locis. Et tamen his lectis codicillis, Piſo nihil cuiquam exprobrabat. Eodem fine, & crebræ illæ interrogationes Tiberii in libertum, ſed præparatum, & præmonitum Sejani artibus. Ut ex his omnibus palam & publice noteſceret innocentia principum: Sed cum ille libertus ſervili ingenio, non ſatis caperet mentem interrogantis, aut forte quia non inſtructus ſatis certis mandatis, *pleraque ſapienter quædam inconſultius reſpondet.*

2. *Pleraque.*] Ariſtot 3. Rhet. 16. *Servi ad interrogata non recte reſpondent, ſed oblique; & proverbiis utuntur.*

3 *Recitat codicillos.*] Ita vocabant, quæ non in tabulis ſcripta, ſed in charta

ſpiratione inimicorum, & invidia falſi criminis oppreſſus, quatenus veritati & innocentiæ meæ nuſquam locus eſt; deos immortales teſtor, vixiſſe me Cæſar cum fide adverſum te, neque alia in matrem tuam pietate: voſque oro 1 *liberis meis conſulatis, ex quibus Cn. Piſo qualicumque fortuna mea non eſt adjunctus, cum omne hoc tempus in urbe egerit: M. Piſo repetere Syriam dehortatus eſt. atque utinam ego potius filio juveni, quam ille patri ſeni ceſſiſſet! eo impenſius precor, ne mea pravitatis pœnas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obſequium,* 2 *per collegium conſulatus quondam Divo Auguſto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam poſt hac rogaturus, ſalutem infelicis filii rogo.* 3 De Plancina nihil ad-

INTERPRETATIO.

imprudentius reſpondento, Tiberius legit *epiſtolas à Piſone in eam fere ſententiam conſcriptas*: Conjurarione inſenſorum hominum ſubverſus, & ficti ſceleris odio, quandoquidem juſtitiæ & integritati meæ nuſquam relinquitur locus apud homines; teſtes appello deos immortales, ſervaſſe me perpetuo fidem, Cæſar, erga te; neque diſpari in parentem tuam pietate fuiſſe: v ſque obteſtor, filios meos conſervetis. Ex quibus Cn. Piſo qualiecumque ſorti m æ non eſt immixtus, cum toto hoc ſpario tēporis, Romæ manſerit: M. Piſo reperendæ Syriæ conſiliis obſtitit. atque utinam ego potius adoleſcenti filio ceſſiſſem, quam ille parenti natu grandi obſecutus eſſet! eo intentius vos oro atque obteſtor, ne improbitaris meæ innoxius pœnam ſubeat. Per obſequelam, fidemque quinque & quadraginta annorum, per conſulatum, in quo collega tuus, quo olim D. Auguſto patri tuo acceptus, & tibi amicus, oro, poſtulo incolumita-

NOTÆ.

aut membranis, quaſi memoriæ cauſa notata eſſent.

1. *Liberis meis conſulatis.*] Eam unam cauſam fuiſſe puto Piſoni, cur ne moriens quidem ſcelus Tiberii deregexerit, quod metueret liberis ſuis. *Freinsh.*

2. *Per collegium.*] An quia, Auguſto collega, an quia Tiberio ipſi? utrumque enim verum, & conſul cum Auguſto fuit anno DCCXXXI. Conſul iterum cum Tiberio DCCXLVII *Lipſius.*

Collegium conſulatus.] Verus ſenſus, *Oro te per obſequium*, &c *per conſulatum & quem una tecum geſſi: atque quo magis moveare, te rogo, qui & amicus tibi fui, & nihil poſthac ſum rogaturus, ut filium meum ſalvum velis.*

Errant qui Piſonis collegam faciunt Auguſtum, quum intelligatur Tiberius. Nam A. V. C. DCCXLVI. Vel ut alii 747. Tiberius & Piſo conſules fuerunt. *Freinsh.*

Videtur tamen Tacitus breviter ſuo more utrumque collegium complecti, nempe & *collegium*, quo conſul fuit cum Auguſto, cum dicit *per collegium Divo Auguſto probatus*; & *collegium* etiam, quo conſul fuerat cum ipſo Tiberio, cum addit, *& tibi amicus.* Sed ſi verum eſt. (*nam diſſentiunt*) tantum fuiſſe conſulem Piſonem cum Tiberio, ſub Auguſto nempe; per illud idem collegium unicum conſulatus cum Tiberio, fuit adprobatus Auguſto, ſimul & amicus Tiberii, in quam ſententiam propendeo.

3. *De Plancina nihil addidit*] Neque quo eam ſublevaret: quam jam oderat, ut perfidam, quæ in communi cauſa defenſionem diviſiſſet. neque ut premeret, cum ſciret, fruſtra fore quidquid adverſus eam diceretur, in tanta gratia Auguſtæ. *Muretus.*

Nihil neceſſe fuit, Piſonem addere de Plancina, utpote quam ſalvam ſciebat auctoritate Auguſtæ, & licet perfide age-

didit. Post quæ Tiberius adolescentem crimine civilis belli purgavit: 1 *patris quippe jussa, nec potuisse filium detrectare*: simul 2 *nobilitatem domus; etiam ipsius, quoquo modo meriti gravem casum* miseratus. Pro Plancina 3 cum pudore & flagitio disseruit, *matris preces* obtendens: in quam optimi cujusque secreti questus magis ardescebant: 4 *Id ergo fas aviæ interfectricem nepotis adspicere, adloqui, eripere senatui? 5 quod*

INTERPRETATIO.

tem infortunati filii, nihil postea precaturus. *De Plancina nihil adjunxit* Piso. *Postea Tiberius juvenem civilium armorum crimine absolvit*, quippe parentis mandatis eum obsecutum, nec potuisse filium obniti: *etiam* elatitudinem Calpurniæ gentis, simul & ipsius Pisonis, quovis modo meriti, grave exitium deflevit. Pro Plancina censuit cum dedecore, nec sine infamia, precatam esse Augustam caussatus: adversus quam honestissimi quique secreto questu longe maxime indignabantur. Id igitur fas Liviæ veneficam, quæ nepotem ipsius occidisset intueri, adfari, & au-

NOTÆ.

ret fœmina, hoc tamen Pisoni utcumque utile, & solatii nonnihil afferebat, ob filios communes & opes maternas, quæ amplissimæ liberis sic servabantur.

De Plancina.] Lib. 6. 26. *Cum Piso caderet, precibus Augustæ, nec minus inimicitiis Agrippinæ defensa erat, ut odium, & gratia desiere; jus valuit, petitaque criminibus haud ignotis: sua manu, sera magis, quam immerita supplicia persolvit.* Sed quibus criminibus, ô Corneli! an novis criminibus, nonne veneficii in Germanicum? an ausi delatores renovare tantum vulnus, dominante ipso summo artifice tanti facinoris?

Puto id ausos, quia Plancinam urgebant, ut canes maligno dente vexant lapidem, dum manum quæ jecit, omittunt, & ignorant, aut ignorare simulant. sic scelerum ministros, ut sibi invisos tandem ultioni tradunt principes, supplicioque permittunt, in hoc justi per scelus, justi tamen, quia reges *in ipsos imperium est Jovis.* Et cum Tiberius diei potuit:

——*Facto pius & sceleratus eodem.*

Et hoc refer ad id quod dixi, nempe Plancinam habuisse secreta Liviæ mandata adversus Germanicum, quibus incitavit mariti ferociam ac sævitiam, & ipsa veneficium per Martinam exercuit.

Id clare innuit Tac. his verbis, *criminibus haud ignotis*, &c. *sera magis*, &c. dicit *sera*, quia ob tale veneficium debuerat jam cum marito supplicium luisse Plancina.

1. *Patris quippe jussa.*] Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, aut domini.

3. *Nobilitatem.*] Simul ad misericordiam commovendam multa adjecit de nobilitate Calpurniæ domus, quippe Pisones originem ex uno filiorum Numæ Pompilii derivant, suumque stemma sic ad reges Rom. referunt.

1. *Cum pudore*] Pro Plancina deprecatus est, non sine infamia sua; nam ipsius acta defendere non ausus, matrem suam Liviam obtendebat, à qua rogatus esset, ut Plancinæ parceretur.

2. *Id ergo fas aviæ*] τὸ *fas* aliquid importat majus & sanctius, quam *licitum*, seu *justum*; quasi diceret: an id sanctum, an id pium aviæ? nam agitur ibi de caritate, seu pietate matris erga filium.

Germanicus nepos Liviæ Augustæ. Idque impium *aspicere*, & *adloquitur* homicidam fœminam, & magis impium interfectricem sui filii, & longe execrabile illam servare, penatibus suis recipere, & sic quasi pulvinari deorum illam dignari, & obtegere.

5. *Quod pro omnibus.*] Uni Germa-

civibus

civibus leges obtineant, uni Germanico non contigisse! Vitellii & Veranii 1 *voce deflectum Cæsarem; ab imperatore & Augusta defensam Plancinam! proinde venena & artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque aviam, ac patruum sanguine miserrimæ domus exsatiaret.* 2 Biduum 3 super hæc imagine cognitionis absumptum; urgente Tiberio libertos Pisonis, *matrem uti tuerentur.* Et cum accusatores ac testes certatim perorarent, 4 respondente nullo, miseratio quam invidia auge-

INTERPRETATIO

ferre Patribus? quod pro cunctis civibus leges evincunt, id soli Germanico non concessum! Vitellii & Veranii oratione atque lacrymis defensum Germanicum, à principe & Augusta protectam Plancinam! Itaque veneficia & fraudes tanto successu tentatas flecteret in Agrippinam, in sobolem ipsius, bonamque aviam, ac patruum cruore infelicissimæ familiæ expleret. *Biduum in his consumptum specie judicij, seu quæstionis, impellente Tiberio filios Pisonis*, ut matrem defenderent, *& cum accusatores, testesque certatim invehrerentur, nemine* Plancinæ, aut Pisonibus *patrocinante,*

NOTÆ.

nico non contigisse vindictam, quam pro omnibus cujuscunque conditionis civibus leges sanxissent! Vitellium & Veranium, comites quidem & amicos Germanici, sed nullo propinquo sanguinis nexu junctos, orationibus suis eum deflevisse; contra Tiberium & Liviam, hanc aviam interfecti, illum patrem, & patruum, Plancinæ interfectrici Cæsaris adesse. *Freinsh.*

Præcipue queruntur optimi illi, quod interfectrix illa senatui & supplicio eriperetur, quod non obtineret ultionem necis Germanicus, quam *pro omnibus civibus leges obtinerent.* Queruntur hanc legum vindictam uni Germanico non contigisse.

1. *Voce defletum.*] *Deflere voce*, nihil aliud est, quam conqueri, lamentabili oratione prosequi. Sic de carmine lugubri infra 3. 49. *Quæ Germanici suprema defleverat.*

2. *Biduum imagine cognitionis.*] Ex superioribus, & sequentibus videtur, de Plancina tantum rem esse. tamen inferius in sententiis constat agi simul de Plancina, Pisone, filiisque. *Pichena.*

Videntur moti his verbis, *biduû absumptum*, putavisse majus temporis spatium, quam æquum aut solitum esset, impensum fuisse: idque, tanquam invidiæ periculum subesset, excusatum hoc prætextu, dictumque, ideo tantum temporis sumi, ut caussa probe cognosci, dijudicarique possit.

Sed constat non modo biduum, sed plures dies, caussis tam gravibus enodandis, tribui consuevisse. Supra in causa Pisonis 3 15 undecim dies colliguntur.

Non igitur illam ob rationem *bidui* facta est mentio: sed ad artificium Tiberii exponendum: qui sicut eripere Plancinam constituerat, ita dispiciebat, quomodo id minima cum invidia fieret; quam sciebat orituram esse longe maximam, si statim, antequam accusata esset, periculo eximeretur.

Ille autem & legibus plenum robur reliquisse videri voluit, & Plancinam non solum principis arbitrio absolvi, sed quoniam in cognitione causæ nullum, aut exiguum, neque plane venia indignum crimen compertum esset. Ideoque speciem præbuit judicii, quod propterea non *cognitionem* Tacitus, ut veram & seriam, sed *imaginem cognitionis* nominat. *Freinsh.*

3 *Imagine cognitionis.*] Ceterum ipsa caussa, non quia quisquam dubitabat, quin omnia ex sententia Tiberii decernerentur, sed tantum, ut quædam judicii speciei esset, per biduum in senatu tractata est.

4. *Nullo respondente.*] Attamen desti-

batur. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul (nam 1 referente Cæsare magistratus eo etiam munere fungebantur) *nomen Pisonis* 2 *ra-*

INTERPRETATIO.

misericordia magis, *quam indignatio adscrescebat. Primus quid censeret interrogatus est Aurelius Cotta consul.* (*quippe referente principe consules id etiam muneris obibant*) vo-

NOTÆ.

tantis patroni dabantur, sed forte nolebant defendi, ut inde miseratio cresceret. Ante L. Domitii Ænobarbi, & Appii Claudii Pulchri consulatum raro quisquam pluribus, quam quatuor patronis usus erat. His consulibus M. Scaurum de repetundis accusatum sex defenderunt. sed existimo hac de re biennio post à Pompeio Magno tertium consule lege cautum esse.

Nam Tacit. in dialogo Orat. sic habet. *Transeo ad formam & consuetudinem veterum judiciorum. Nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur: & liberæ comperendinationes erant: & modum dicendi sibi quisque sumebat: & numerus neque dierum, neque patronorum cavebatur. Primus tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit, imposuitque frænos eloquentiæ.*

De hac lege sic Cicero in Bruto. *Lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad caussas simillimas inter se, vel potius easdem, novi veniebamus quotidie.* Verum post bella civilia, neglecta lege Pompeia, perventum ad duodecim patronos, eique licentiæ modum à Cæsare dictatore impositum significat Pedianus.

1. *Magistratus etiam.*] Non vane id notat prisco enim more, magistratus à judicandi onere immunes. Cicero in Verrem actione 1. & alii. *Lipsius.*

3. *Referente Cæsare.*] Quidã observant, hoc eo notatum à Tacito, quod more prisco magistratus à judicandi munere immunes essent. idque ex prima actione in Verrem satis intelligi. Verum est, quod notatur, sed ad hunc Taciti locum nihil pertinet.

Non poterant quidem ij, qui magistratum gerebant, operam dare prætori exercenti publicum aliquod judicium: & si qui forte ducti essent, antequam magistratum inirent, simul atque ineundi tempus venerat, amplius non erant in judicibus, sed alios in eorum locum subsortiri necesse erat. Ne poterant quidem ab eo prætore, cui jurisdictio obvenerat, judices dari.

Sed hic nihil tale agitur. Neque enim agebatur hæc causa apud prætorem, & judices, qui forte ducti, ut moris erat, ei in consilio adessent: sed apud Tiberium, & apud senatum. Et hoc est, quod antea dixit Tiberius: *in curia potius quam in foro: apud senatum, quam apud judices.*

Sed quod notat Tacitus tale est; consules, cæterique magistratus, cum quid referebatur ad senatum, non solebant sententiam dicere, sed sententias aliorum exquirere. Id vel ex eo constat, quod consul designatus primus sententiam rogabatur. Inde consulares, prætorii, ædilicii, cæteri ordine.

Quomodo autem ij qui jam in magistratu erant, cessissent, aut designatis tantum, aut iis, qui honore aliquo perfuncti, jamque privati essent? & cum qui rogat, superior sit; qui rogatur, ac dicere jubetur, inferior: quis, quæso consulem rogare poterat? qui aut non aderat (quo enim imperante venisset?) aut ipse senatum habebat.

Formula rogandi hæc erat, *Dic M. Tulli, dic C. Juli.* Quis hoc modo consulem compellare ausus esset? At Cæsare referente. qui super omnes magistratus erat, quique eis omnibus imperare poterat, etiam magistratus, etiam consules eo munere fungebantur. *Muret.*

2. *Radendum fastis.*] Ut memoria ejus prorsus aboleretur. Cic. pro Sext. de Pisone, & Gabinio: *Iidem consules, si appellandi sunt consules, quos nemo est, quin*

dendum fastis censuit; 1 *partem bonorum publicandam ; pars ut Cn. Pisoni filio concederetur, isque* 2 *pranomen mutaret. M. Piso* 3 *exuta dignitate, & accepto* 4 *quinquagies sestertio, in decem annos relegaretur, concessa Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ.* Multa ex ea sententia mi- 18
tigata sunt à principe : *ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando* 5 *M. Antonii qui bellum patriæ fecisset, Juli Antonij qui domum Augusti violasset, manerent.* & M. Pisonem ignominiæ exemit, concessitque ei paterna bona; satis firmus, ut sæpe memoravi, adversum pecuniam; & tum 6 pudore absolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem, cum Valerius Messallinus 7 *si-*

INTERPRETATIO.

cabulum Pisonis è fastis eximendum *decrevit*, partem opum hastæ subjiciendam, utque pars altera Cn. Pisoni filio tribueretur, isque prænomen aliud sumeret. M. Piso senatu motus, & concesso illi quinquagies sesterrio in decennium amoveretur, data Plancinæ venia, in gratiam Augustæ, quæ id rogaret *Pleraque ex eo decreto lenivit Cæsar*, nempe ne vocabulum Pisonis fastis taderetur, quandoquidem extarent, legerenturque in iisdem fastis nomina M. Antonii, qui Rempub. armis lacessisset, Juli Antonii, qui familiam Augusti adulterio polluisset, *& M. Pisonem infamia exsoluit, tribuitque ei paternas opes : satis validus, ut sæpe dixi, adversus cupiditatem divitiarum, & tum flagitio exempta Plancina clementior. Idemque* Tiberius *cum Vale-*

NOTÆ.

non modo ex memoria, sed ex fastis evellendos putet. Valerius de Mario : *cujus septem in fastis consulatus leguntur*, &c. Tales fuut, qui è foto R. eruti, hodie in Capitolio omnium oculis patent.

1. *Partem bonorum.*] Censuit bona dividenda, ita nimitum, ut pars eorum in ærarium, aut fiscum sedigeretur; pars autem filio ipsius Cn. Pisoni, qui prorsus insons erat, concederetur.

2. *Pranomen mutaret.*] Quia id habuisset Piso pater illius.

Pranomen mutaret.] Sic M. Antonio mortuo, decretum est, ne quis ex eadem gente *Marci pranomine* ureretur. Sic M. Manlio Capitolino dejecto, ne cui Manliorum *Marco* prænomen esset. Plutarchus, Livius. Sic lib. superiori, ne quis Scriboniorum *Drusi* cognomentum adsumeret.

3. *Exuta dignitate.*] *Senatoria* videlicet. Sic infra, *exuere ordinem.*

4. *Quinquagies sestertium.*] Sunt centum & viginti quinque millia coronarorum, seu trecenta, & septuaginta quinque millia librarum Turon.

5. *M. Antonij.*] E fastis tamen Capitolinis erasum, & postea restitutum fuisse constat. & ita factum significat & Cicero his verbis : *Cujus consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus.*

6. *Pudore absoluta Plancina.*] Pudebat enim in alios minus culpæ affines severiorem esse, cum in Plancinam mitis fuisset, non sine scelere & flagitio.

7. *Signum aureum.*] Nullus interpretum expressit, cujus rei signum hoc fuerit. Ceterum ipsius illius Martis signum fuisse non ambigo, ob hoc ipsum, quia nihil aliud ab auctore additum est. *Freinshemius.*

Signum aureum.] Quum censuisset Valerius statuendam Martis ultoris effigiem ejus Dei auream *Freinsh.* Inclino magis ut fuerit illa effigies *dei* scilicet *ultoris*, nempe ob ultionem sumptam de interfectore Germanici, sed tamen, quia non dicit Tacitus, cujus illa imago fuerit, nobis dubitandum relinquit quia tamen nihil aliud exprimit, quam *Martis Ultoris* credendum est ejusdem numinis.

gnum aureum in 1 *ade* 2 *Mariss Vltoris* , Cæcina Severus 3 *aram Vltioni ſtatuendam* cenſuiſſent , prohibuit : 4 *ob externas ea victorias* , 5 *ſacrari* dictitans ; 6 *domeſtica mala triſtitia operienda.* Addiderat Meſſallinus , *Tiberio, & Auguſtæ , & Antoniæ , & Agrippinæ , Druſoque ob vindictam Germanici grates agendas* , omiſeratque Claudii mentionem. & Meſſallinum quidem L. Aſprenas ſenatu coram percunctatus eſt , 7 *an*

INTERPRETATIO.

rint Meſſallinus cenſuiſſet ſtatuam auream in templo Martis Vltoris , Cæcina Severus aram Vindictæ ſtruendam ; *vetuit, differens*: donaria iſta dicari ob extraneas victorias, inteſtinas clades mœſtitia obruendas. *Adjunxerat Meſſallinus* grates referendas Tiberio , & Auguſtæ , & Antoniæ , & Agrippinæ , & Druſo , propter ultionem Germanici , *prætereratque Claudij nomen. & quidem L. Aſprenas coram Patribus Meſſallinum*

NOTÆ.

effigiem hic intelligi.

At apud eundem Tacitum infra. Quidam Parium cenſent etiam ponendam ſtatuam Neronis in eodem templo. *Martis Vltoris.* ejuſdem magnitudinis , ac ipſam Martis effigiem. Sed tum diſtinguit Tac. & diſerte dicit de imagine principis , quod cum non fecerit hoc noſtro loco , argumentum eſt intellexiſſe ſtatuam ipſius dei ultoris. præterea nondum id ævi, eo uſque provecta adulatio erat , ut ſtatuæ aureæ Cæſaris in templis ponerentur *inter ſimulacra numinum.*

2. *Ædes Martis Vltoris.*] In octava regione Romæ antiquæ. ex Roma Nardini lib. 5. cap 9. p. 261. *Tillemonius.*

3. *Aram Vltioni.*] Sic aras dicabant virtutibus quibuſdam , quas deas faciebant Sic ara ſtructa *Amicitiæ, Clementiæ* lib. 4. 74. Etiam rebus, aut inſignibus eventibus aras dicavere ob memoriam. ſic *ara adoptionis* lib. 1 14. *damnationis* 14. 32. & hic *ultionis.*
Sic apud Sueton. Calig 8. aræ inſcriptæ, *ob Agrippinæ puerperium.* ſic & lib . 15, ob natam ex Poppæa prolem , *ara fœcunditati.* &c.

4. *ob externas.*] De *ara ultionis* hoc verum , at de ſigno in æde Martis Ultoris id ambiguum , ſi originem hujus dei , & illius templi ſpectemus.

5. *Sacrari.*] Hoc eſt ejuſmodi donaria ob victorias, & ultionem externis ex hoſtibus ſumptam , dedicari ſolere. quod falſum fuiſſe videtur de ſigno aureo *in æde Martis Vltoris.* Nam id templum , & etiam prima ſtatua *Martis Vltoris* dicata , exſtructaque ab Auguſto, ob ultionem Bruti & Caſſii , aliorumque conjuratorũ qui cives, & inteſtini hoſtes.

Adde & Tacitum infra , ubi de Nerone , cui ſtatua aurea dicatur in templo ejuſdem Martis Ultoris , ob ultionem ſumptam de conjuratis Piſonianis , qui etiam inteſtini hoſtes. Suetonius originem hujus templi deſcribit Auguſt 29. *Ædem Marti bello Philippenſi pro ultione paterna ſuſcepto voverat. Sanxit ergo , ut de bello , triumphiſque heic conſuleretur ſenatus: provincias petituri hinc deducerentur , quique victores rediſſent , huc inſignia triumphorum inferrent.* Ad ultimam partem hujus loci forte reſpiciebat, qui de ſigno aureo cenſuit.

6. *Domeſtica mala.*] Domeſticas vero calamitates potius mœrore & triſtitia operire, & velut ſepelire, quam ejuſmodi monumentis publicis oſtentare , & in memoria hominum conſervare oporteret.

Domeſtica mala.] Sic ob victorias civiles non triumphabant. Sic noſtra ætate monumenta inſignium victoriarum , ex civilibus bellis primum poſita , deinde ſublata eſſe ſcimus : cum veterum inimicitiarum memoriam , quam oblivione ſepeliri ſatius foret , renovatura viderentur. *Muretus.*

7. *An prudens prætoriſſet.*] Sic omiſſus Claudius , quia mentis deminutæ , quia ſcurrarum & coprearum ſcopus, atque in-

prudens præteriisset? ac [1] tum demum nomen Claudii adscriptum est. Mihi, quanto plura recentium, seu veterum revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur. quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat. Paucis post diebus Cæsar 19
auctor senatui fuit, *Vitellio, atque Veranio, & Servæo* 2 *sacerdotia tribuendi.* Fulcinio *suffragium ad honores* pollicitus, 3 monuit; *ne facundiam violentia præcipitaret.* Is finis fuit ulciscenda Germanici morte, non modo apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario tumore jactata. adeo maxima quæque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent; alii vera in contrarium

INTERPRETATIO.

interrogavit, an sciens & volens id omisisset? *Ac tum tandem vocabulum Claudij adjunctum est. Quo plures historias nuperæ ætatis, aut priscorum temporum revolvo, tanto magis obversatur animo meo jocus insolentis ludentisq; in rebus humanis fortunæ, quæ ipsa cuncta negotia mortalium sursdeque pro nutu & libidine versat, agitatque. nam sermonibus hominum, expectatione, honore, potius omnes evehebantur ad principatum, quam* ille, *quem imperij petiturum, dominumque rerum fortuna in arcano habebat. Paucis interjectis diebus princeps suasit Patribus, ut* Vitellius, Veranius, & Servæus sacerdotiis ornarentur. *Trioni* favorem suum ad dignitates obtinendas promittens, auctor fuit, ne eloquentiam nimia vehementia præcipitaret. *Is exitus fuit vindicandæ mortis Germanici, quæ non solum apud illos mortales, qui tum florebant, sed etiam sequentibus seculis diversa fama & sermonibus exagitata fuit. Adeo summa quæque incerta*

NOTÆ.

eer aulæ ludibria, ideoque sic spernebatur, silebaturque in magnis illis cerimoniis. omittebatur, quasi nullius nominis esset.

Apud Sueton. Claud. 3. *Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum, ac si quem socordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio.* ita eum despexit Augusta, ut cum non dignaretur affari, nec *moneret, nisi acerbo, & brevi scripto, aut per internuntios.* Sueton. ibid.

1. *Tum demum.*] Eo enim tempore ita despectus erat Claudius, ut etiam in negotio quod ipsum proxime contingebat, quum alii Germanici propinqui nominarentur, ipse per oblivionem præteriri potuerit, scilicet omnes alii, potius spe, votoque imperio destinabantur, quam ille, &c.

2. *Sacerdotia.*] *Sacerdotia* dixit tanquam de pluribus. erant enim varia, nec unius generis sacerdotum collegia.

Sacerdotia.] Plura, quia plures erant, quibus sacerdotia tribui deberent, nempe Vitellius, Veranius, Servæus. &c. Etiam unus & idem plura sacerdotia adipisci potuit, quod tamen hic promissum, an factum? non dixerim.

3. *Monuit ne facundiam.*] Promisit suffragium suum Fulcinio ad præturam capessendam: cumque admonuit, ne laudem eloquentiæ, violentæ præcipitisque orationis impetu corrumperet. *Freinsh.*

Non admonebat Fulcinium amore aut studio, vel ipsius, vel quasi eloquentiam perfectam mox comparare eum cuperet; sed tacite castigabat nimiam ejus violentiam in hac caussa Germanici, cui semper iniquus, & infestus Tiberius. qui & omnes ejus amicos, clientesque oderat, mox & singulos adflixit, ac subvertit.

vertunt, & [1] gliſcit utrumque poſteritate. [2] At Druſus [3] urbe egreſſus [4] repetendis auſpiciis, mox ovans introiit. paucoſque poſt dies Vipſania mater ejus exceſſit, una omnium Agrippæ liberorum [5] miti obitu. nam cæteros manifeſtum ferro, vel creditum eſt, veneno, aut

INTERPRETATIO.

ſunt, dum alij quacumque ratione vulgata pro certis accipiunt, alij certa in adverſum ſenſum trahunt, & pervadit ac creſcit utrumque apud poſteros. At Druſus Roma exiit renovandis auſpiciis, dein ovans urbem *iniit. paucisque elapſis diebus Vipſania parens ejus obiit, ſola omnium Agrippæ liberorum ſuo fato. Quippe compertum: alios gladio, alios toxico, aut tabe, ſeu inedia abſumptos creditum eſt. Eodem an-*

NOTÆ.

Sic ſupra c. 12. *An falſa hæc in majus vulgaverint accuſatores, quorum ego nimiis ſtudiis jure ſuccenſeo.* Illudebat ille veterator accuſatoribus, reis, ſenatui, legibus, & judiciis quod dicit Tacitus *Biduum ſuper hac imagine cognitionis abſumptum*, &c. erat imago, & ſimulacrum judicij, non judicium. ſic & illuſit homini, cum illum de eloquentia admoneret, aliud dixit. aliud intendit, forte & intelligi voluit.

Monuit eum, ut in talibus cauſſis ſuſcipiendis facundia ſua minus violenter uteretur. nempe ne principes & proceres pravitate diſerta petulantius laceſſeret.

1. *Gliſcit &c. poſteritate.*] Si falſa traditur poſteris ſama, & creſcit eundo illa falſi fama; ſi vera, etiam & tempore ipſo magis, magiſque gliſcit, augeturq; & vetuſtate. veluti conſecratur. plura dicunt & addunt vero, aut falſo, multoque maxime mirantur, differuntque poſteri.

2. *At Druſus urbe egreſſus.*] Quæras quo hæc egreſſio & reditio? ad morem priſcum, quo obtinuit, ut qui è provinciis cum imperio redirent, illud ipſum amitterent, ſimul ac intraſſent urbem. Ideo Livius libro XXVI. *Quinto Fulvio, ne minueretur imperium, ſi in urbem veniſſet, decrevit ſenatus.*

Et magis ad lucem Taciti, quod Dio lib. 54. tradit, Auguſto decretum perpetuum proconſulare imperium, ita ut nec ſi intra urbem veniſſet, minueretur, ne ve neceſſum eſſet (ut ipſe loquitur ἀνανεῶσαι ſτὴν ἀρχὴν, id eſt, renovare, ſive ut Tacitus, repetere auſpicia. Nam auſpicii nomine etiam imperium hic cape.

Sed cui rei Druſo opus fuit repetito imperio? ad ovationē nempe. Nam qui triumphans, ovanſque urbem ingreditur, cum imperio id facit in illum diem: Druſus autem imperium amiſerat, ingreſſus urbem ob fratris ſui mortem. Debuit ergo, repetere, ut ovaret.

Ejus ſententiæ ſunt, quæ apud Ciceronem legis, ſpem triumphi abjicientem: *Vtar ea porta, quam primam videro.* & apud Cœlium: *Neque enim ſtulte Appius, qui ſimul atque Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat.*

Apud Ulpianum, l. ult. de off. proconſul. *Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium.* Iterum apud Ciceronem: *mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra urbem eſſe cum juſtiſſima cauſa.*

3. *Vrbe egreſſus.*] Suo in urbem ingreſſu auſpicia, imperiumque depoſuerat, ut illa reciperet auſpicia, ſine quibus triumphare non licebat; ſecundum antiquam conſuetudinem egreſſus eſt urbe, & mox ovans iniit.

4. *Repetendis auſpiciis.*] Non aliud hic per *auſpicia* magis intelligitur, quam imperium, non quale Principes, ſed quale Proconſules & legati obtinebant,

5. *Miti obitu.*] Miti obitu, id eſt, citra vim, & ex fato. Sed videamus. M. Agrippæ tres uxores fuerunt. Prima.

fame exstinctos. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum à Camillo memoravi, bellum in Africa renovat, vagis primum populationibus, & ob pernicitatem 1 inultis: dein vicos exscindere; trahere graves prædas: postremo haud procul 2 Pagida flumine cohortem Romanam circumsedit. Præerat castello Decrius impiger manu, exercitus militia, & illam obsidionem 3 flagitii ratus. Is cohortatus milites, *ut copiam pugnæ 4 in aperto facerent*, aciem pro castris instruit. Primoque impetu pulsa cohorte, promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos, *quod 5 inconditis aut 6 desertoribus miles Romanus terga daret.*

INTERPRETATIO.

no Tacfarinas, quem superiore æstate fusum fugatumque à Camillo retttuli, in Africa bellum instaurat; vagis primum prædationibus, & ob velocitatem impune habitis: Exin vicos populari, rapere ingentes prædas: demum obsidione cinxit cohortem Rom. non longe à Pagida amne. Præsidebat arci Decrius manu strenuus, peritus belli, & cum illud obsidium turpe, atque indecorum Romanis existimaret. Is accensis militibus, ut facultatem certandi in aperto præberent, agmen pro munimentis componit. Primoque congressu fugata cohorte, audax ipse inter arma occurrit, opponitque se terga dantibus, objurgat vexilliferos, quod ab inordinatis, & desertoribus copia Rom. fugarentur: Simul & vulnera ex-

NOTÆ.

Pompònia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio triumviro. ex ea genuit Vipsaniam, de qua hic, Drusi matrem.

Altera Marcella Octaviæ filia. ex ea quoque liberi, Si Suetonio fides, diserte id in Augusto tradenti. etsi nihil de iis postea reperias, & videatur ea proles non fuisse vitalis.

Tertia uxor, Julia. ex ea nati Caius & Lucius Cæsares, Postumus Agrippa, Agrippina, & Julia.

In his plerisque vera Taciti nota. Caius enim & Lucius veneno crediti periisse; Agrippina fame, Postumus ferro. Juliam excipio, cujus mortem libro xv. ita narrat ipse Tacitus, ut ex natura videatur, ferri aut veneni nulla mentione.

1. *Inultis.*] Idque quia celeriter veniebat, discedebatque, impune faciebat. sicque facile eludebat gravius agmen copiarum Rom.

Pagida.] Flumen Numidiæ provinciæ, in Africa minore, seu proprie dicta; in Oleachirin sinum Africi pelagi se exonerat. hodie *Maber* in Constantina provincia regni *Alger.* ex chartis Ortelii, & Petri du Val, *Tillemonius.*

3. *Flagitij ratus.*] Qui pro summa turpitudine habebat, si se ab ejusmodi hominum genere, intra munimenta claudi pateretur.

4. *In aperto.*] Cohortatus milites suos, ut in aperto campo pugnandi copiam hostibus facerent.

5. *Inconditis aut desertoribus.*] Duabus his notis universas Tacfarinatis copias complexus est. Nam illæ partim ex barbaris constabant; partim ex his, qui quum sub Romanis prius stipendia meruissent, deinde ad Tacfarinatem profugerant; illud genus *inconditorum*, hoc verò *desertorum* appellatione notavit, neque vel illis, horum, vel his, illorum probrum competebat. *Freinsh.*

6. *Desertoribus.*] Signiferos increpabat, quod non puderet Romanum militem pelli, non ab justo, aut non pudendo hoste: sed à multitudine, quæ partim ex incondita turba, partim ex transfugis, & signorum desertoribus constaret.

1 simul excepta vulnera, & quamquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit; neque prælium omisit, donec desertus suis cade-
21 ret. Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo 2 successerat) comperta; 3 magis dedecore suorum, quam 4 gloria hostis anxius, 5 raro ea tempestate, & è vetere memoria facinore; 6 decumum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos, fusti necat. Tantumque severitate profectum, ut 6 vexillum veteranorum non amplius quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, adgressas fuderint. quo prælio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit; donatusque est ab Apronio torquibus & hasta: Cæsar addidit 7 civi-

INTERPRETATIO.

cepit centurio; & quamvis transfixo oculo, adversa fronte in hostem irruit, neque pugnam reliquit, donec destitutus à suis occumberet. Quæ ubi L. Apronio nuntiata sunt (nam Camilli loco suffectus fuerat) magis de flagitio suorum sollicitus, quam decore hostium; decimum quemque flagitiosæ cohortis sorte lectos fusti necat, raro ea ætate, & è prisca memoria repetito exemplo. Tantumque ea disciplina effectum est, ut veterani sub vexillo, qui numerum quingentorum non excederent, profligaverint easdem Tacfarinatis copias, quæ adortæ fuerant castellum, quod Thala vocant. in quo certamine Rufus Helvius plebeius miles defensi civis gloriam reportavit; ornatusque est ab Apronio monilibus & hasta 2. querceam coronam Cæsar adjunxit, questus magis quam iratus, quod

NOTÆ.

1. *Simul excepta vulnera.*] Non primo congressu excepit hæc vulnera, sed cum suos sisteret, revocaretque ad prælium, tum transfixo oculo, tamen adverso ore tendebat in hostem.

2. *Successerat.*] Ea re nuntiata L. Apronio, qui in Africæ proconsulatu Camillo successerat.

3. *Magis dedecore suorum.*] Ille non tam gloriam hostium, quæ ex tantilla hac victoria sane mediocris erat, quam suorum ex ignominiosa fuga infamiam ægreferebat, ut quæ barbaris contemptum Romanorum concitare poterat.

4. *Gloriam.*] Spernebat gloriam talis hostis, sed aversabatur, horrebatque flagitium suorum Romanorum, qui imbelli & fugacissimo hosti terga dedissent. Hi desertores ita in fugam proni, ut mox à quingentis veteranis profligari sint,

5. *Raro.*] Remedio usus est, cujus ea tempestate rara exempla erant, sed à veteribus usurpatum esse constabat, ut nimirum decumum quemque flagitiosæ cohortis fuste percuteret.

6. *Decumum quemque.*] Sic legiones, sic deditos jussu Galbæ decumatos, idem Cornelius scribit histor. lib. 1. huncque verbum Cn. Cassii ex 14 annalium traho: *Ex fuso exercitu cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.* M. Tullius pro Cluentio: *Statuerunt majores nostri, si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret.* Primus quoque Appius Claudius, nisi memoria fallit. Livii lib. 11. *Qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit: cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti*

7. *Vexillum veteranorum.*] Intelligendi veterani, quales *exauctorati retinebantur sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.* supra 1. 36.

8. *Civicam.*] Ab Apronio torquibus & hasta pura, ex antiquo more donatus est, quernam tamen coronam, quæ ob cives servatos dari solet, non adiecit, sed de ea ad Tiberium retulit.

cam.

eam coronam, 1 *quod non eam quoque* 2 *Apronius* 3 *jure proconsulis tribuisse*, questus magis, quam offensus. Sed Tacfarinas perculsis Numi-

INTERPRETATIO.

eam etiam non donasset Apronius pro sua potestate proconsulis. Sed Tacfarinas exterritis Numidis, & obsidiones refugientibus dividit copias, abscedens ubi urgeretur, &

NOTÆ.

Civicam.] De qua Gell. lib 5 6. *Civica corona appellatur, quam civis civi, à quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Ea fit è fronde quernea, quoniam cibus, victusque antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est: sicuti scriptum est in quadam comœdia Cæcilii:*

Advehuntur (*inquit*) cum ilignea corona & chlamyde,

Dij vostram fidem!

Massurius autem Sabinus in XI. librorum memorabilium civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is qui civem servaverat, eodem tempore & hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus civicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset, & hostes ibidem duos interfecisset; sed locum in quo pugnabat; non retinuisset, eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri: quod appareret è tam inique loco, civem ab eo servatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiverit. Hac corona civica L. Gellius vir censorius in senatu Ciceronem consulem donari à Repub. censuit, quod ejus opera esset atrocissima illa Catilinæ conjuratio detecta, vindicataque.

Observa summum decus Oratoris. Juv.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit,

Et quemadmodum ille servator civium primus *pater patriæ* dictus est, & ejus exemplo Cæsares, seu principes tale nomen omni nomine & decore majus usurparunt:

Ita eodem exemplo *civicam coronam* quam primum Ciceroni Reipublica obtulerat. teste Gellio, perpetuam sibi vindicarunt, quæ excubaret in vestibulo palatii. quod decus ipsis deferebatur à Republica, & communi consensu omnium mortalium, tanquam conservatoribus, non unius, aut singulorum, sed omnium omnino civium, qui in toto orbe, & imperio Romano essent.

1 *Quod non eam.*] Et certe vereri potuit Apronius, ne per ambitionem talia dona concessisse videretur. Jam olim teste Gel. lib. 5. 6. *M. Cato objecit M. Fulvio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis, levissimis de caussis donasset: de qua re verba ipsa apposui Catonis. Nam principio quis vidit corona donari quemquam, cum oppidum captum non esset; aut castra hostium non incensa essent? Fulvius autem, in quem hoc à Catone dictum est, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut quia puteum strenue foderant.*

Ad hoc Tac. respexit Suet. Tib. 32. *Corripuit consulares exercitibus præpositos, quod non de rebus gestis senatui scriberent: quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent.* Idque exemplo Augusti. idem Sueton.

3. *Iure proconsulis.*] Tiberius quidem ea re, qua potestatem suam augeri sentiebat, non est offensus, verùm quia civilis, nec nimiæ potentiæ cupidus videri volebat, corripuit Apronium, questus, quod non ipse per se, civicam coronam Rufo dedisset. Proconsules enim omnium militarium donorum tribuendorum jus habent.

Iure proconsulis.] Si pro jure suo proconsul *civicam* coronam dare potuit, certe & cæteras quæ minoris dignitatis erant coronas tribuere potuit, *triumphalem* nempe, *obsidionalem*, *muralem*, *castrensem*, *navalem*. Non, ut puto, tamen potuit concedere *triumphalem*, aut

Eee

dis, & 1 obsidia aspernantibus, spargit bellum; ubi instaretur, cedens, ac rursum in terga remeans. & dum ea ratio barbaro fuit, irritum, fessumque Romanum impune 2 ludificabatur: postquam deflexit ad maritimos locos; inligatus 3 præda, stativis castris adhærebat. missu patris Apronius Cæsianus cum equite & cohortibus auxiliariis, quis velocissimos legionum addiderat prosperam adversum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta.
23 At Romæ 4 Lepida, cui super 5 Æmiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proavi erant, defertur 6 *simulavisse partum ex P. Quirinio divite, atque orbo.* adjiciebantur *adulteria, venena*: 7 *quæsitumque per Chaldæos* 8 *in domum Cæsaris*, defendente ream Manio Lepido fratre. Quirinius 9 post dictum repu-

INTERPRETATIO.

rursus à tergo instans, & dum is modus bellandi *Numidæ fuit, inanem, lassumque Romanum nullo damno suo eludebat. At ubi convertit se ad maritimas oras, gravi onustus præda, in stativis castris morabatur. jussu parentis Apronius Cæsianus cum equestri pedestrique copia sociorum, quibus pernicissimos legionum adjunxerat, secundo adversus Numidas prælio dimicat, fugatque in solitudines. At in urbe Lepida, quæ præter Æmiliorum nobilitatem L. Sullam, & Cn. Pompeium proavos ferebat, accusatur supposuisse prolem ex P. Quirinio, qui opibus affluens, liberis carebat. Addebantur stupra, veneficia; consultumque per Chaldæos in familiam principis, protegente sontem Ma-*

NOTÆ.

ovalem. Illæ quippe consensu senatus decretæ simul cum triumpho. quippe talia, ut & statuæ, insignia seu pars triumphi erant. triumphalis aurea, olim è lauro fuerat, ovalis myrtea.

1. *Obsidia aspernantibus.*] Id est cum nollent obsidere, aut oppugnare ultra præsidia Romana, quia male bis terque accepti.

2. *Ludificabatur.*] Quandiu morem istum servavit, Romanorum gravem armaturam ipse levis & expeditus; fatigatam frustratamque, citra damnum suum eludebat.

3. *Præda.*] Postquam ad maritimam regionem, quæ pluribus vicis frequentabatur, deflexit, & exinde copiosiore præda præpedire se cœpit, hinc stativa castra ponere, & ibi moram trahere coactus est.

4. *Lepida.*] Arguitur apud Suetonium Tiberius favisse Quirinio orbo, & diviti contra Lepidam, ut sic captaret, invaderetque opes orbi senis

5. *Æmiliorum decus.*] Lepida præter Æmiliæ gentis decus, ex qua orti sunt Lepidi, L. Sullæ, & Cn. Pompeii proneptis erat; nam Faustus Dictatoris Syllæ filius Pompeiam magno genitam in matrimonio habuit.

6. *Simulavisse partum.*] Arguitur femina suppositi partus, quem se ex P. Quirinio viro divite, & liberis carente, cujus uxor fuerat, concepisse finxisset.

7. *Quæsitum per Chaldæos.*] Quod semper capitale. *Cui enim opus perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid adversus illum cogitatur, vel optatur, aut post illum speratur & sustinetur? Non enim ea mente de caris consulitur, qua de dominis*, ait adposite ad hanc rem Tertullianus.

8. *In domum Cæsaris.*] Quod per Magica sacra in fata principalis domus inquisivisset.

9. *Post dictum repudium.*] Non ita capies, quasi alibi dixerit Tac. de eo repudio: sed *dicere repudium*, idem est, ac quod *mittere* vulgo. id est, postquam repudiasset eam Quirinius. Repudiarat autem ante annos xx. Suet. Tib. cap. xlix.

dium adhuc infensus, quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haud facile quis despexerit illa in cognitione mentem Principis; 1 adeo vertit ac miscuit iræ & clementiæ signa; deprecatus primo senatum, *ne majestatis crimine tractarentur*: mox M Servilium è consularibus, aliosque testes inlexit ad proferenda, quæ velut reticere voluerat. Idemque servos Lepidæ, cum 2 militari custodia habe-

INTERPRETATIO.

nio Lepido fratre. Quirinius post missum repudij libellum adhus infestus, femina misericordiam, licet ignominiosa & scelerosa conciliarat. In illo judicio agre quis animum Tiberij introspexerit, adeo flexit, ac temperavit severitatis, & lenitatis argumenta; initio rogavit Patres, ne quæstio majestatis exerceretur; deinde impulit M. Servilium consularem, & alios testes adpromenda, edendaque, quæ quasi tegere silentio cupierat. Idemque transmisit ad consules mancipia Lepida, quibus miles custos adpositus erat; neque per cru-

NOTÆ.

1. *Adeo vertit ac miscuit.*] Adeo fuit ambiguus inter utrumque adfectum, inter iram & clementiam, cui opponitur ipsemet Tiberius supra cap. 15. ubi de Pisone, qui *nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira obstinatum, clausumque vidit, ne quo affectu perrumperetur.*

Hoc loco aliam larvam induit, & tamen idem facit, aut assequitur. Nam adeo miscet, permiscetque *ira & clementia signa*, ut per tantas ambages, quo propendeat incertum sit, quasi nullo prorsus affectu permoveretur, in speciem; nam revera in ultionem feminæ licet per ambages tamen gravis incubuit.

2. *Cum militari custodia haberentur*] Erat & in ipsa urbe triplex carcer: militaris, apud magistratus, apud fidejussores: quæ & *libera custodia* dicebatur. In militari reus dextera, miles sinistra manu alligari eadem catena solebat.

Custodiam autem vocabant, & militem, & reum. *Apud Magistratus*, ut in conjuratione Catilinæ. *Apud fidejussores*, Ulpianus l. 1. D. de custodia reorum.

Militari custodia.] Carcer triplex est, (ait vetus interpres Juvenalis) Urbanus, Rusticus, Castrensis. Urbanus, ut sunt turres: Rusticus, ut ergastula: Castrensis, quando captivi trahuntur catenati. Notat hoc ad eum locum Juvenalis:

Inde fides arti, sonuit si dextera ferro,
Lavaque si longo castrorum in carcere mansit.

Sed potuit, imo debuit paulo distinctius Nam in urbe ipsa triplex ratio adservandi captivos. Aut enim in carcere habebantur, locoque concluso, sine ullo milite: ut fere servitia, & capita viliora. Aut in custodia militari: aut in ædibus magistratuum.

Custodia militaris frequentissima, & Romæ, & in provinciis. ejusque modus, ut is qui in noxa esset, catenam manui dexteræ alligatam haberet, quæ eadem militis sinistram vinciret, custodiæ ejus præfecti.

Satis aperte Seneca, de tranquillitate lib. 1. cap. x. *Sed quid refert? eadem custodia universos circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligaverunt. Nisi tu forte leviorem in sinistra catenam putas.* Idem epist. v. *Quemadmodum eadem catena, & custodem militem copulat: sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt.* (alii legunt, *custodiam.* sed certe *custodia* & reum, & militem designat.

Et optime Athenæus lib. v. cap. xi. ubi Athenion res Mithridatis extollit: *E Romanis vero prætor Pamphilia Q. Oppius deditione acceptus, sequitur in vinclis. Manius autem Aquilius consularis, qui de Siculis triumphavit, colligatum secumhabens longâ catenâ Bastarnam quem-*

rentur, 1 transtulit ad consules; neque per tormenta interrogari passus est de his quæ ad domum suam pertinerent. 2 Exemit etiam Drusum 3 consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ. 4 quod alii civile rebantur, *ne cæteris adsentiendi necessitas fieret*: 5 quidam ad sævitiam

INTERPRETATIO.

ciatus inquiri permisit de his quæ ad familiam suam spectarent. Exsolvit quoque Drusum consulem destinatum proferendæ primo loco sententiæ, quod alii civilis ingenii esse, accipiebant, & quasi æquo jure cives complecteretur, libertatemque assertam vel-

NOTÆ.

dam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur.

Addo duos sæpe milites uni reo daros, majori custodiæ. In Apostolorum actis, cap XII, de D. Petro: dormiebat inter duos milites, duabus alligatus catenis.

Catenæ autem ejusmodi, uti ex Athenæo clarum, longiusculæ erant; ut ambulare, incedere pariter non incommode possent. Ad quas item pertinet, quod Suetonius in Domitiano scribit cap. XIV. *Nec nisi secretò atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat.*

1 *Transtulit ad consules.*] Servos Lepidæ custodia militari exemit, & arbitrio consulum asservari jussit, ne si per milites custodirentur, qui ab uno se imperatore pendebant, ipse velnti suam injuriam ulturus, ream premere videretur.

2. *Exemit etiam.*] Filium suum Drusum, ad quem, quia consul designatus erat, jus dicendæ primo loco sententiæ spectabat, illud in hac caussa usurpare vetuit. eadem mente, ne ream premere crederetur, in speciem; nam de facto eam damnatam voluit in gratiam orbi senis.

3. *Consulem designatum.*] Appianus *Silanus primus sententiam dixit, qui in sequentem annum cos. designatus erat. Ita enim apud Romanos futuri anni consul primus censet, ut qui ipse magna ex parte decreta senatus patraturus sit, ideoque putatur cautius, magisque intente de singulis cogitaturus.*

Cum referrent consules, seu prior consul, si adesset princeps, eum primo interrogabant aliquando teste Dione. Quod ratum, quia princeps ipse, cum adesset, sæpius referebat, quod magis decorum.

At absente principe rogabant consulem designatum, id est priore loco nominatum, seu electum. dein consulares, & cæteros magistratus ordine, dein & cæteros Patres. Si referret princeps ipse, tum interrogabat primo ipsos consules, actu consulatum obtinentes.

4. *Quod alii civile.*] Quod alii ad clementiam, alii ad sævitiam trahebant. qui ad clementiam, seu velut *civile ingenium*, & qui jus æquale inter cives vellet, interpretabantur: dicebant, id egisse Tiberium, ut Patribus libertas & legibus auctoritas relinqueretur, ne quicquid censeret Drusus, sive in clementiam iret, sive etiam quid atrox pronunciaret, aliis Patribus assentiendi, idemque statuendi necessitas fieret.

At alii, qui id consilium Tiberii ad sævitiam trahebant, putaverunt *non cessurum*, seu Tiberium, seu Drusum primo censendi loco, nisi ea mente, ut officio, seu oneri damnandi Lepidam aliis Patribus cederet.

5. *Quidam ad sævitiam.*] Alii contra id ex irato & crudeli animo profectū interpretabantur; omnino enim cupivisse damnari Lepidam. Nam si salvam voluisset, si eam punitam noluisset; utiq; inde sibi, filioque clementiæ talis gratiam, gloriamque adaucturum, nec aliis id decus relicturum fuisse. In magistratus, & judices severitatis & suppliciorum exempla rejiciunt principes & sibi ipsis clementiæ decus vindicant.

trahebant, *neque enim cessurum nisi 6 damnandi officio.* Lepida ludorum 23
diebus, qui cognitionem intervenerant, theatrum cum claris feminis in-

INTERPRETATIO.

let, nempe ne cæteris idem censendi necessitas incumberet; nonnulli ad immanitatem flectebant, neque enim cessurum nisi munere damnandi. Lepida diebus ludorum, qui dum ea quæstio tractaretur, obvenerant, in theatrum veniens cum matronis illustribus,

NOTÆ.

1 *Neque enim cessurum, nisi damnandi officio.*] Hoc est, nisi ut damnationem Lepidæ, suo cedens suffragio, etiam procuraret. Crediderim Drusum dicendæ primo loco sententiæ exemplum, postremo eam dixisse, & eorum suffragiorum numerum auxisse, à quibus Lepida damnabatur.

Ubi ex plurium suffragiis aliquid decernitur, vanum sæpe eorum suffragium est, quos primos plures alii exinde non sequuntur; qui verò ultimo dicit loco, sæpe, dum vel unius suffragio auctæ, vel ab eo desertæ hæ, aut istæ partes validæ, aut invalidæ redduntur; is plurimum profectò, imo plus cæteris omnibus potest.

Facit huc proverbium Belgarum: *Novissimum judicem* (nostri Scabinos vocant) *plerumque in judiciis, plus cæteris posse, in ejusque manu esse reum, vel absolvere, vel damnare.* huc faciunt quæ sequuntur. *Itumque in sententiam Rubellii Blandi, à quo aqua, atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit, quamquam alii mitius censuissent.*

Ex his liquet primo cedentem loco, ultimo sententiam Drusum dixisse, & quidem *damnandi officio*, id est, ut sic auctis damnantium suffragiis, Lepida damnaretur. *Boxhornius.*

Scilicet adeo inops erat Tiberius hominum paratorum ad damnandos, quos vellet perdere, ut sententiam Drusi, quæ vinceret absolventes una, in postremum locum differendam haberet.

Unde autem constat Drusum ultimo loco sententiam dixisse? neque enim, quod censuerunt aliqui priores mitius, prior etiam Rubellius Blandus, cui Drusus accessit, inde sequitur hunc post omnes demum rogatum.

Varie illa judicia fiebant in senatu. simulatque Drusum Tiberius sententiæ primo loco dicendæ, ut consulem designatum, necessitate solvisset, qui pejorem in partem hoc interpretabantur; conjiciebant eum velle Lepidam condemnari; nam si absolvi vellet, utique non erat passurus, ut gratiam, quam initurus erat primus auctor clementiæ, alius occuparet. Quod eventus comprobavit. *Neque enim cessurum nisi damnandi officio*, est, non enim daturum aliis priorem locum, nisi ad invidiosam causam damnandi. Ut rectè, & alii omnes accepetunt. *Gronovius.*

2. *Damnandi officio.*] Puto, prinsquam ad sententias iretur, precise Drusus feminam, neque absolutam, neque damnatam voluit, sed veluti suspensum animum tenebat, & speculabatur occasionem, seu inclinationem Patrum, an absolverent, an damnarent, & cum vidisset multos Patrum eo inclinare, ut damnarent; ipse etiam immitiori sententiæ accessit ultro, vel suopte ingenio violento, vel favens Quirinio, ut forte præmonitus à Tiberio erat; at si absolvissent Patres, paratus forte etiam & ipse absolvere.

Igitur cessit officio damnandi Drusus, id est primo loco, seu suo loco proferendi sententiam, ne eam prædamnare videretur, ne aliis damnandi exemplum esset, & ne sic velut ipsis necessitatem quandam imponeret idem censendi. nam sive consul designatus, sive alius consularis, primo loco diceret, fere alii Patres in eandē sententiam inclinabant præsertim in causis illis præcipuis, quibus princeps aderat, & in quibus inclinatio ejus

gressa, lamentatione flebili *maiores suos* 1 ciens, 2 *ipsumque Pompeium*, cujus 3 ea monumenta, & adstantes imagines visebantur, tantum misericordiæ permovit, ut effusi in lacrymas, *sæva & detestanda Quirinio* clamarent, 4 *cujus senecta atque orbitati, & obscurissimæ domui*, 5. *destinata quondam uxor L. Cæsari, ac divo Augusto nurus, dederetur.* dein tormentis servorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Ru-

INTERPRETATIO.

miserabili ejulatu avos suos invocans, ipsumque Pompeium, cujus ea opera & circumposita effigies conspiciebantur, tantum miserationis excitavit, ut prorumpentes in fletus atrocia & execranda Quirinio succlamarent, cujus senectuti, orbitatique, & ignobilissimæ familiæ traderetur Lepida, destinata olim uxor L. Cæsari, ac nurus D. Augusti. Mox cruciatu mancipiorum detecta sunt crimina, discessumque in sententiam Rubellii

NOTÆ.

competta erat, quod fere unum tunc spectabatur à Patribus.

At tum inclinatio Tiberii in Quirinium fuit aduersus feminam, quam inclinationem sic dissimulat, vetando ne Drusus Cos. desig. primo loco censeat.

Vel damnandi officio cessit, id est, quamvis immitiori sententiæ accessit Drusus, eam ita tamen damnavit, ut sine illo etiam forte damnata esset, adeo multis suffragiis vincebatur sententia mitior. Vel si dãnavit; post alios multos Patres & consulares jam damnasse visus est. quo modestia & justitia Tiberii, Drusique magis elucet, & gratia, seu inclinatio in Quirinium magis dissimulatur ac tegitur.

1. *Ciens.*] *Ciere*, non est tantum vocare, seu nomine appellare (ut volunt) *ciere*, hic est invocare, obtestari, quasi deos, seu manes Heroum.

2. *Ipsumque Pompeium.*] Quidam intelligunt, quasi statuam Pompeii intueretur Lepida, cum invocaret. Sed hoc non dixit præcisè Tacitus, qui vult ipsam invocasse majores, & præcipue Pompeium, cujus istud theatrum, & in theatro ipso imagines Pompeii adstabant. Et cum cieret Pompeium, non imaginem unam, præcise intuebatur, sed plures, quæ simul oculis obversabantur.

3. *Ea monumenta.*] De ipso theatro accipienda sunt, quod Pompeius exstruxerat, Dio lib. 39. infra 14. 20. Sed quidam sic videntur accipere, tanquam in illo qualicumque theatro, nescio quæ Pompeii monumenta fuissent conspecta. *Freinsh.* Erant & alia hoc eodem in loco opera Pompeii, ut templum Veneris. Sed tamen per *monumenta* hic intelligitur unum theatrum Pompeii. nam cætera opera tantum appendices hujus theatri fuere. erat & *regia* theatri, sed illa omnia simul sumpta erant theatrum, seu monumenta Pompeii.

4. *Cujus senecta.*] Qui per senectutem, & orbitatem suam tantum apud captatores hereditatum posset, ut in istius hominis obscurissimis natalibus orti gratiam, damnaretur Lepida nobilissima femina, quondam L. Cæsari destinata uxor, qui filius Augusti adoptivus. Agrippæ & Juliæ naturalis.

5. *Destinata uxor L. Cæsari, ac Divo Augusto nurus.*] Non alibi, quam in lapide repperi hanc historiam, qui Bergomi visitur. PUDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICUS. PROCURATOR. ERAM LEPIDÆ. MORESQ. E. REGEBAM. DUM VIXI. MANSIT CÆSARIS ILLA. NURUS. PHILOLOGUS. DISCIPULUS. Post damnationem, demum positus lapis videtur: & Pudenti adscripta gloria, tanquam illo vivo, Lepida casta bona.

bellii Blandi, à quo aqua atque igni arcebatur 1 huic Drusus adsensit, quamquam alii mitius censuissent, mox 2 Scauro 3 qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius, *compertum sibi etiam ex P. Quirinii servis*, 4 *veneno eum à Lepida petitum.* Inlustrium domuum adversa (etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Æmilii Lepidam amiserant) solatio adfecit 24
D. Silanus Juniæ familiæ redditus. casum ejus paucis repetam. Ut valida divo Augusto 5 in Rempublic. fortuna ; ita 6 domi improspera

INTERPRETATIO.

Blandi, qui aqua & igni interdicebat Lepida. idem Drusus censuit, licet alij leniora statuissent. Deinde concessum Scauro, qui filiam ex ea susceperat, ne opes illius in fiscum cogerentur. Tum tandem prompsit Cæsar, se resciviisse etiam ex P. Quirinii mancipiis, illum à Lepida veneno tentatum esse. Nobilium familiarum improspera, (nam brevi interjecto tempore Calpurnii Pisonem perdiderant, Æmilii Lepidam) erexit, sublevavitque D. Silanus Iunia genti restitutus. fortunam ejus paucis referam. Ut prospera D. Augusto adversus Remp. fortuna, ita familia adversa fuit ob adulteria filia, ac neptis

NOTÆ.

1. *Huic Drusus adsensit.*] Druso tamen Rubellii sententia placuit, eoque factum est, ut plures ceterorum senatorum in partes Rubellii, discessione facta, sibi quoque eadem probari ostenderent.

2. *Scauro.*] Qui haud dubie rogaverat Cæsarem pro filia sua, ne maternis opibus innocens spoliaretur.

3. *Qui filiam.*] Hoc in gratiam Scauri, qui filiam ex ea genuerat, quam maternorum bonorum exsortem haberi, Tiberius adhuc avaritiam tegens, nolebat.

4. *Veneno.*] Nullæ leges Romæ fuerunt initio, quibus veneficia vindicarentur. Itaque Livius scribit primum anno, quo C. Valerius Flaccus. M. Claudius Marcellus consules erant, nempe ab urbe condita 422. de veneficiis esse quæsitum, legemque constitutam. Postea Cornelia lex fuit L. Syllæ, quam bello civili confecto dictator tulit. Hujus autem pœna capitalis, non ad veneficos tantum, sed ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta, publice vendidissent, omnesque prorsus, nemine excepto viri, mulieres, liberi, servi, hac lege in judicium vocabantur. Licebat autem reo, ut ex illius voluntate, clam, aut palam à judicibus sententiæ ferrentur.

5. *In Rempublicam*) Cato ipse optavit, *benevolentiam Pompeii, audaciam Alexandri & fortunam ipsius, fortitudinem Scipionis.* Plutar.

6. *Domi improspera.*] Utraque improspera Augusti publica, privataque eleganter describit Plinius lib. 7. 48.

Tot seditiones militum, tot ancipites morbi corporis : suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippa ablegatio, toties petita insidiis vita, incusata liberorum mortes, luctusque non tantum orbitate tristes : adulterium filia, & consilia parricida palam facta : contumeliosus privigni Neronis secessus : aliud neptis adulterium : juncta deinde tot mala : inopia stipendii, rebellio Illyrici, servitiorum delectus, juventutis penuria : pestilentia urbis, fames, sitisque Italia, destinatio expirandi, quatridui inediâ major pars mortis in corpus recepta : juxta hac Variana clades, & majestatis ejus fœda sugillatio, abdicatio Posthumi Agrippa post adoptionem, desiderium post relegationem : inde suspicio in Fabium, arcanorumque proditionem : hinc uxoris & Tiberii cogitationes, suprema

1 ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas urbe depulit, [2] adulterosque earum morte aut fuga punivit. nam 3 culpam inter viros ac feminas [4] vulgatam,

INTERPRETATIO.

quas civitate ejecit, corruptoresque illarum nece, aut exilio mulctavit. Quippe crimen inter viros, mulieresque publicatum, atroci vocabulo læsarum religionum, ac violatæ

NOTÆ,

ejus cura. In summa Deus ille, cœlumque nescio, adeptus magis, an meritus, harede hostis sui filio excessit.

1. *Ob impudicitiam filiæ ac neptis.*] Vide Suet. in Aug. 65. Macrob. lib. 5. Saturnal, cap. 5. Plin. 21. 3. *Apud nos exemplum licentia hujus non est aliud quam filia D Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam littera illius Dei gemunt. Illius Dei*, id est *Augusti*, qui tum certe inter deos, cum hæc scriberet Plinius.

2. *Adulterosque earum.*] Hi fuerunt, Julus Antonius, Quinctius Crispinus, Appius Claudius, Sempronius Gracchus, Scipio, aliique minoris nominis.

3. *Culpam vulgatam.*] Hoc est, consuetam, passim admitti solitam Quippe hæc mens Tacito culpæ novæ, neque pro atroci habitæ, novum & atrox nomen impositum esse *Freinsh.*

Culpam vulgatam.] Per *vulgatam* forte intelligit professam, & ita publicam, ut etiam populo, & vulgo, sociis etiam & externis gentibus innotesceret. unde flagitium ingens, & dedecus in familias nobiles propinquitate conjunctas, & in ipsum Cæsarem, cui connexæ essent tales feminæ, Etiam & in dedecus populi Rom. & quasi flagitium publicum; unde *crimen majestatis*, nempe ex contumelia publica in principem, senatum populumque Rom. Et ex professo, vulgatoque flagitio longe major infamia, *cujus apud prodigos novissima libido* est, inquit Tac. ubi de Messalina Claudii.

Sed cur tali flagitio daret Cæsar tam sacrum, tamque immane nomen, non præcise ex culpa, aut infamia, aut propinquitate feminæ oriebatur, sed longe profundius arcanum, altior metus suberat animo principis, ne talibus adulteriis principum feminarum conspiratio aliqua, & res novæ tentarentur, ne adulteri, & corruptores simul conjurarent.

Ne adulterio principali, & veluti Cæsareo conjugio, tanquam summo gradu uterentur ad supremum fastigium invadendum. Post Cleopatram, post unam reginam, metuebat Augustus omnes feminas.

Infra de Agrippina *nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.* Ideoque ejusmodi flagitia vindicabat acrius Cæsar, suamque & veterum clementiam egrediebatur. Prostituebantur quandoq; etiam servis, libertisque eadem fine. *omnia serviliter pro dominatione.*

4. *Vulgatam inter viros & feminas.*] Forte *violatarum religionum* crimen vocabat ob jura sacrosancta, & cerimonias, quibus matrimonium celebrabatur, ob vincula, seu fidei, seu sanctitatis ac pudoris, ob *arcana sacra*, & *conjugales deos*, quibus invicem devincti conjuges.

Et forte ob numen D Julii, cujus consanguineæ erant, & quod numen tali flagitio, eaque contumelia *violabant.* Et læsæ *majestatis*, nempe ut inter feminas, quæ Cæsari, & penatibus in summum fastigium evectis connexæ essent, ut quas complecteretur ipsa majestas principis, licet inter alias feminas, & olim, vulgaris ac translatitia culpa hæc esset.

Ne credas cum Freinshemio idem esse *vulgatum* & *vulgare.* Sic vocat lib. 1. hist. 85. *convitia vulgaria*, quæ nempe adversus Vitellium promebantur: sic etiam lib. 16. 22. *Patrum consulta vulgaria* dicit.

Sed το *vulgatum* de adulterio hic majus aliquid importat, nempe quod innotesceret in vulgus, in cives, in socios,

1 gravi nomine 2 *læsarum religionum* ac *violatæ majestatis* appellando, clementiam majorum, suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul cætera illius ætatis memorabo, si effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. D. Silanus in nepti Augusti adulter, quamquam non ultra foret sævitum, 3 quam ut amicitia Cæsaris prohiberetur; exsilium sibi demonstrari intellexit; nec nisi Tiberio imperitante deprecari Senatum, ac Principem ausus est, M. Silani fratris po-

INTERPRETATIO.

majestatis nominando, lenitatem veterum, suaque ipse jura excedebat. Sed aliorum casus, & etiam cætera illius temporis enarrabo, si, peractis iis quæ institui, plures ad labores ætatem protulero. D. Silanus neptis Augusti corruptor, licet haud ultra principis indignatio prorupisset, quam ut amicitia Augusti interdiceretur. sic animadvertit tamen,*exilium sibi ostendi: nec nisi Tiberio dominante,rogare Patres,ac Cæsarem* de reditu *ausus est*, fretus *auctoritate M. Silani fratris, qui eximia claritudine, & facundia*

NOTÆ.

& etiam externos,non sine summo dedecore rerum domini, imperatorisque populi Rom. & etiam principis, cujus eædem rationes sunt, quoad decus, unde crimen *majestatis* haud dubiè.

1. *Gravi nomine.*] Acerrime enim vindicabat id flagitium, & licet communem, atque pervulgatam inter viros, feminasque culpam, non solito adulterii nomine vocabat, sed læsarum religionum, quibus sacrata forent conjugia, violatæque, per spretas leges, majestatis reos increpabat. *Freinsh.*

2. *Crimen violatarum religionum.*] An quia D. Julius jam inter divos adscriptus,& sic Julia filia Augusti ac neptis ipsius. ut ex stirpe Julii ortæ peccassent in divos,suis libidinibus adulteriisq; & sic earum culpa fuisset *crimen violatarum religionum.* sed Augustus id crimen videtur extendere ad omnes feminas Rom. insignes, nec illud coarctat intra stirpem Cæsarum.

Forte vocat adulterium Augustus *crimen violatarum religionum*, seu cærimoniarum, quia matrimonium celebrabatur maxima religione, nec sine multis cærimoniis & auspiciis, cum per confarreationem fieret, & etiam aliis modis. Non igitur mirum, si nomen impietatis tali crimini affixerint principes.

Præsertim cum suspectarent talibus flagitiis,seu libidinibus subesse conjunctionem animorum, & quandam veluti conspirationem procerum, feminarumque inter se. quæ dispositio fuit rimandi arcana dominationis, & si casus daret audendi plusquam civilia. præcipue cum spiraret adhuc libertas, nec penitus extincta esset, talia adinveniri debuerunt non sine arte, quibus nobiles à perturbandis rebus deterrerentur, & simul nova dominatio firmaretur.

Habuimus in Gallia nostra clarissimam Reginam, quæ venales in comitatu puellas haberet, quarum ope, & arte procerum secreta rimaretur, seu etiam in suas partes pelliceret.

Quod spectat ad adulterium, habes egregiam sententiam apud Lysiam orat. 1. qua monet adulterii crimen ex eo majus & atrocius esse, quod corruptor prius labefactet mentem feminæ, quam corpus. Neque enim corrumperetur in libidinem femina, nisi antea corruptus animus esset. Perrumpitque, & penetrat longe altius vulnus animi, quam corporis.

3. *Quam amicitia.*] Licet nihil atrocius in eum statuisset Augustus, quam ut amicitiam ei renuntiaret, intellexit Cæsaris animum eo pertinere, ut in exilium sibi abeundum esset.

tentis, qui per insignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Silano patribus coram respondit, *se quoque lætari, quod frater ejus è peregrinatione longinqua revertisset. idque jure* [1] *licitum, quia non senatusconsulto, non lege pulsus foret. sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones: neque reditu Silani, dissoluta quæ Augustus voluisset.* Fuit posthac in urbe, neque honores adeptus est. Relatum deinde [2] de

INTERPRETATIO.

pertinebat: Sed Tiberius Silano gratiam referenti coram senatu respondit, se etiam gaudere, quod frater ejus è profectione longinqua rediisset. idque legibus fas esse, quia non decreto Patrum, non jure aut judicio ejectus esset. sibi tamen adversus illum illibatas sui patris inimicitias; neq; regressu Silani abolita ea quæ Augustus optasset. *Fuit postea Romæ, neque dignitates obtinuit. Relatum postea de mitiganda* lege *Pa-*

NOTÆ.

1. *Licitum, quia non SC. non lege.*] Triplex ratio, sive via, à patria abeundi. Primum jussu, decretoque senatus, quasi Reipub interesset. Quæ ratio validissima, nec facile veniam, aut indulgentiam inveniebat. Ideo Augustus in Agrippa Postumo, *multa de moribus adolescentis questus, ut exsilium ejus SC. sanciretur, perfecerat.*: Annalium primo.

Altera ratio per judices, & sententiam ex lege: at tertia novitia, cum princeps in exsilium mittebat, quæ verius relegatio tantum erat, & velut à parente publico (nam & patribus domi, ac privatim hoc jus) facta. Ovidius omnes tangit II. Tristibus;

Nec mea decreto damnasti facta senatus,
Nec mea selecto judice jussa fuga est.
Tristibus invectus verbis (ita principe dignum,)
Vltus es offensas, ut decet ipse tuas.
Adde quod edictum, quamvis immite, minaxque,
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exsul, dicor in illo.

Gradatim ibi vides tres has species. & levissimam, ac lenissimam tertiam, quæ auctoritate magis, quam jure constat. Cum tamen edicta principum vim legis haberent, verbo *Legis*, & hanc speciem Tacitus est complexus; & cum nulla harum intervenisset, aperte quidem in Tiberius redeundi merito gratiam fecit. *Lips.*

2. *De moderanda Papia Poppæa.*] D. Julius post bellum Africanum, exhausta juventute, præmia proposuit τῇ πολυπαιδίᾳ, i. e. *numero liberorum*, ut narrat Dio lib. 44. Primus Augustus legem tulit, & præmia, pœnasque distinxit anno 736. ab V. C. Ea dicta, *Lex Iulia de maritandis ordinibus*, non perlata præ multitudine recusantium.

Capita autem legis Juliæ erant, ut cuilibet præter senatores, & filios eorum, libertinas ducere liceret: ut sponsiones, pactionesque nuptiales, ne ultra biennium differrentur. Ut divortiorum certus esset modus: & alia, quæ postea in legem Papiam translata sunt. Vide Suetonii Augustum cap 34.

Lex vero Papia lata anno 762. Papio Mutilo, Q. Poppæo II. Coss. lata autem per senatum. Multa capita habuit: ut libertinas ducere liceret omnibus præter senatorios. Antea decemvirali lege, neque patricio plebeiam, neque ingenuo libertinam ducere fas erat. sed prius illud multo ante abrogatum fuerat, posterius Julia primum, deinde Papia lege sublatum, ut patrono libertam ducere liceret.

De tempore sponsaliorum contrahendorum; & differendorum. Ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, neu vir minor sexaginta quinquagenariam duceret; ut ne liberos ducere, vel nubere injuria prohiberent.

De intervallo à morte conjugis, vel à

moderanda 1 Papia Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Julias rogationes 2 incitandis 3 cœlibum pœnis, & 4 augendo ærario ſanxerat:

INTERPRETATIO.

pia Poppæa, quam ætate provectior Auguſtus poſt Iulias leges tulerat, intendendis pœnis cœlibum, & ditando ærario: nec propterea nuptiæ celebrabantur, neque proles

NOTÆ.

divortio, Lex Julia à morte annum unum, à divortio ſex menſes; lex Papia à morte biennium, à divortio annum, & ſex mēſes.

De præmiis maritorum, & patrum. Præmia duum generum, honores & commoda. honores, honeſtior in ſpectaculis locus: prior locus in magiſtratibus: ut in petitione præferrentur qui plures liberos procreaſſent, ut præferrentur in ſorte provinciarum: ut diutius obtinerent: ut primi ſententiam rogarentur, ut gratia iis fieret annorū in petendo magiſtratu, & c.

1. *Papia.*] De qua ſic Dio l. 56. *Auguſtus liberos habentibus præmia auxit, & multa maritos à cœlibibus ſecrevit, anuo ſpatio præſtituto, intra quod, qui ejus juſſis parere cœpiſſent, culpa vacarent. quumque lege Voconia mulieribus prohiberetur, ne majorem centum millibus nummûm hæreditatem poſſent adire, ea quoque lege quaſdam ſolvit: & iis quæ perpetuam virginitatem ſervabant, ſeu Veſtalibus, eadem quæ matribus præmia largitus eſt.* (ſic enim intelligo hæc verba Dionis, καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις ὅσαπερ αἱ τεκοῦσαι ἴσχον, ἐχαρίσατο.

Addit Dio ibidem. *Inde lex quoque Papia Poppæa à M. Pappio Mutilo, & Q. Poppæo Sabino lata eſt; qui parte ejus anni conſules ambo, neque uxorem, neque liberos habebant. quo ipſo deprehendi potuit, quam ea lex neceſſaria fuerit.*

2. *Incitandis cœlibum pœnis.*] Id eſt, augendis, intendendis, onerandis.

Incitandis cœlibum pœnis.] Indixerat quidem pœnas cœlibatui Juliis legibus. ſed eas intendit hac lege, quæ ut ſane produxit tempus ineundi, aut renovandi matrimonii, ita auxit pœnas eorum, qui obſtinate à nuptiis abſtinerent. *Mercerus.*

Non ſperno; ſed fortaſſe etiam pœnæ dicuntur *incitatæ*, quia jacebant, neque erant in uſu. De his autem pœnis & præmiis. Plin. paneg. *Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur.*

Paneg. ad Maximianum & Conſtantinum: *Leges hæ quæ mulcta cœlibes notaverunt, parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur eſſe fundamenta Reipub. quia ſeminarium juventutis, & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt.* Pichena.

Locum haberet hæc interpretatio, ſi legeretur *excitandis.*

3. *Cœlibum*] Qui jam olim vexati. Valerius lib. 2. 9. *Camillus & Poſthumius cenſores æra pœnæ nomine eos, qui ad ſeneƈtutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre juſſerunt: iterum puniri dignos, ſi de tam juſta conſtitutione queri eſſent auſi: cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligaverunt. Accedit his, quod etiam fortuna longam præſtandi hujus muneris vacationem eſtis aſſecuti: cum interim conſumpti ſint anni veſtri, & mariti, & patris nomine vacui.*

Cœlibum pœnis.] *Pœnas* pro commodorum ademptione, more Juriſconſultorum intellige: igitur incitavit, auxitque cœlibum pœnas Auguſtus, qui eos legata capere, & hæreditates vetuit; adeo ut quod cœlibi relictum eſſet, in jus fiſci caderet, & ex caducis non parvum ærario incrementum acceſſerit.

Cœlibum.] De quibus Athen. lib. 13. *Clearchus Solenſis in Adagiis refert Lacedæmonos fœminas, quodam feſto die cœlibes viros circum aram tractos, impactis colaphis cædere, ut indignitatem ejus contumeliæ perosi, liberos ac prolem tollere cuperent, & tempeſtive ſe ſe adjungerent uxoribus.*

3. *Ærario.*] De ærario ſub bono princi-

nec ideo conjugia & educationes liberûm frequentabantur; [1] prævalida orbitate. Cæterum multitudo periclitantium gliſcebat, cum omnis domus delatorum [2] interpretationibus ſubverterentur: utque antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, ut de principiis juris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam, ac varie-
26 tatem legum perventum ſit, [3] altius diſſeram. Vetuſtiſſimi mortalium nulla libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur; & ubi nihil contra morem cuperent; nihil per metum vetabantur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore, ambitio, & vis incedebat; provenere dominationes: multoſque apud

INTERPRETATIO.

educabatur, præpollente orbitate. Cæterum numerus reorum in dies *creſcebat, cum omnes domus everterentur variis explicationibus accuſatorum; utque antea vitiis, ita tunc legibus labefactabatur Reſp. Quæ res impellit me, ut initia juris altius repetam, & quo pacto deventum ſit ad hunc immenſum numerum*, tantamque *legum diverſitatem Antiquiſſimi hominum nulla adhuc prava cupidine, ſine flagitio, & crimine, ideoque ſine ſupplicio, aut animadverſionibus agitabant, neque muneribus incitari* ad virtutem *opus fuit, cum decora ſua ſponte ambirentur, & cum nihil contra legem vellent, nihil per formidinem prohibebantur. At ubi æqualitas omitti, & pro modeſtia ac verecundia, libido & violentia graſſabatur, emerſere regna, imperia, mul-*

NOTÆ.

cipe. Plin. paneg. *Quam juvat cernere ærarium ſilens, & quietum, & quale ante delatores erat! nunc templum illud, nunc vere Deus, non ſpoliarium civium, cruentarumque prædarum ſævum receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, optimo principe, boni malis impares eſſent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulſum, nec pœna cuiquam remiſſa; ſed addita eſt ultio, ſolumque mutatum, quod jam non delatores, ſed leges timentur.*

1. *Prævalida.*] In urbe majus pretium & auctoritas orbitatis erat, ob multitudinem captatorum.

Prævalida orbitate.] Quia id genus hominum omnes captabant, & colebant. Seneca: *In civitate noſtra plus gratiæ orbitas confert, quam eripit, adeoque ſenectutem ſolitudo ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum ſimulent, & liberos ejurent, & orbitatem manu faciant.*

2. *Interpretationibus ſubverterentur.*] In dies augebatur numerus eorum, quibus occaſione legis illius, & pœnarum in ipſa ſtatutarum, ingens fortunarum periculum intendebant delatores, qui callidis interpretationibus verba rogationis in tantum extendebant, ut propemodum nulla domus ab ipſorum iniquitate tuta eſſet.

Sic ferme *interpretandi* verbo utitur. Agr. 15. *Conferre injurias, & interpretando accendere*, hoc eſt, extendere, augere, trahere ulterius, quam ex mente inferentium.

Sic & legum ſenſus cavillatione, & calumniis delatorum extenditur, trahiturque ad caſus, neque verbis legis, neque mente comprehenſos. Cicero in Bruto cap. 52. *Quam captioſum eſſet populo, quod ſcriptum eſſet negligi, & opinione quæri voluntates, & interpretatione diſertorum, ſcripta ſimplicium hominum pervertere.*

3. *Altius diſſeram.*] Id eſt, ulterius repetito principio. 16. 18. & hiſt. 4. 48. eſt *ſupra repetere*, Salluſtiana phraſi.

populos 1 æternum mansere. Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primo rudibus hominum animis simplices erant: maximeque fama celebravit 2 Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Atheniensibus quæsitiores jam & plures Solon perscripsit. 3 Nobis Romulus ut libitum, imperitaverat: 4 dein Numa religionibus & divino jure populum devinxit; repertaque quædam 5 à Tullo & Anco: sed præcipuus 6 Servius Tullius sanctor legum fuit, quis etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio, adversum 7 pa- 27
trum factiones, multa populus paravit 8 tuendæ libertatis, &

INTERPRETATIO

tasque apud gentes perpetuo duravere. Nonnulli statim leges anteposuere, aut postquam Regum pœnituit. Hæ principio incultis mortalium animis simplices fuere, præcipueque historiis commendatæ leges Cretensium, quas Minos condidit, Lacedæmoniorum, quas Lycurgus, ac deinde subtiliores Atheniensibus, jam & plures Solon constituit. Nobis Romulus pro arbitrio præfuerat: deinde Numa sacris cærimoniis, & divinis legibus vulgus obstrinxit, inventaque nonnulla à Tullo & Anco regibus: at summus conditor legum fuit Servius Tullius, quibus ipsi reges obsequerentur. Ejecto Tarquinio plebs plurima, quæsivit adversus ambitionem senatorum, conservandæ libertatis,

NOTÆ.

1. *Æternum mansere.*] Hoc est usque ad auctoris ætatem, perpetua, neque usquam interrupta successione.

2 *Cretensium.*] Creta insula maris mediterranei ad orientem, & meridiem Græciæ. hodie *Candie* in Turcico imperio Europæo. in ea aliquid adhuc possidet Respublica Veneta. *Tellemontius.*

3. *Nobis Romulus.*] Hoc est, quod scribit Pomponius in l. 2. de Origine Juris. *Initio civitatis nostræ populus sine certa lege, sine jure certo, primum agere instituit: omniaque manu à regibus gubernabantur.* Idem testatur Halicarnasseus lib. 2. Tulit tamen Romulus quoque leges quasdam, sed per quam paucas.

Romulus.] Romanis vero Romulus cum liberrima potestate imperitaverat, ita ut ejus libita pro legibus essent, seu *pro ratione voluntas.*

4. *Dein Numa.*] Instituit collegium Pontificum, Virgines Vestales, Feciales, Flamines, multa templa condidit, multa sacra, multos ritus, ac cerimonias instituit.

5. *A Tullo & Anco.*] Legum ab eis latarum nullam extare memoriam puto; nisi quod jura belli Ancus instituisse dicitur. *Muret.*

6. *Servius Tullius.*] Ut divini juris Numa, ita humani præcipuus auctor Servius fuit. Censum instituit, populum divisit in classes, multas leges æquissimas, & utilissimas tulit.

7. *Patrum factiones.*] Qui plebem oppressam tenebant. Sallustius 1. hist. *Neque amplius quam regibus exactis, dum metus à Tarquinio, & bellum grave cum Hetruria positum est, æquo & modesto jure agitatum; dein servili imperio Patres plebem exercere, de vita atque tergo, more regio consulere, agro pellere, & ceteris expertibus soli, in imperio agere, quibus sævitiis, & maxime fœneris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul, & militiam toleraret, Aventinum insedit.*

8. *Tuendæ libertatis.*] Ut lex *de provocatione* à magistratibus ad populum, quam tulit Valerius Poplicola, ut *lex Servilia*, ne quis civem Rom. æris alieni causa vinctum, aut clausum teneret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet: quæ tamen no-

[1] firmandæ concordiæ: [2] creatique decemviri, & accitis quæ usquam egregia, compositæ duodecim tabulæ, [3] finis æqui juris. nam secutæ leges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen dissensione ordinum, & apiscendi inlicitos honores aut pellendi claros viros, aliaque

INTERPRETATIO.

stabiliendaque pacis caussa: electique decemviri, & accersitis qua ullibi terrarum eximia erant, conscripta duodecim tabula, postquas nulla justa leges condita sunt. nam qua scripta postea leges, quamvis aliquando lata fiat in reos ob scelus, sæpius tamen discordia ordinum nempe, plebis patrumque *per vim condita sunt, & obtinendi* causa

NOTÆ.

glectæ ab Appio Claudio Servilii collega nullam vim habuerunt leges sacratæ.

1. *Firmanda concordia*] Publicæ, videlicet ordinum, non tantum populi, sive plebis, ut quidam acceperunt

2. *Creatique decemviri.*] Anno 299. missi erant tres legati in Græciam ad petendas leges. anno 302. creati decemviri ad leges ferendas. Unde primo decem, postea duodecim tabulæ, quas veteres mirifice commendarunt.

Crassus apud Ciceronem lib.1. de Oratore: *Fremant omnes licet, dicam quod sentio. Bibliothecas mehercle omnium Philosophorum unus mihi videtur* XII. *tabularum libellus, si quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare.*

Eas ediscebant pueri, ut carmen necessarium. Idem primo de legibus. Livius lib.3. ait, eas, *nunc quoque in immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, esse fontem omnis publici, privatique juris.*

3. *Finis aqui juris.*] Hoc est, consensu ordinum introducti. *finis* nihil aliud quam extremum tempus designat. Sic 2.34. *Isque finis rei.* 15. 50. *finem adesse imperii* Freinsh.

Finis aqui juris.] Id est finis æqui & consensu populi patrūq; introducti juris. vocat æquum jus quod ex æquo omnes cives amplectitur, & ad omnes ordines populi æqualiter pertinet. Hinc supra lib. 1. Ubi de mutata repub. *nihil usquam prisci & integri moris, omnis exuta æqualitate* &c.

Finis aqui juris.] Finis possit ita sumi, ut XII Tabulæ eum inceperunt, finierint *aquum jus*, nempe jus illud quod sine legibus scriptis aut ære incisis, ex æquo & bono, & ex interpretatione prudentum reddebatur civibus.

Vel ita ut post illas XII. Tabulas scriptas, jam nullæ aliæ justæ leges, seu quæ æquo jure complecterentur cives, latæ sint, sed dissensione ordinum & per vim; ita ut potius privilegia seu pravæ leges fuerint, (quod Tac. innuit his verbis *aliaque ob prava*) quam veræ & justæ leges, & quibus æqualitas servaretur.

Itaque hoc sensu XII. Tabulæ fuerint *finis aqui juris*, quia post illas, & si nonnullæ aliquando bonæ & justæ leges in maleficos & ex delicto latæ atque conditæ sunt.

Attamen sæpius, plures latæ vel per favorem, & unius hominis causa, (quod nefas, & vetitum olim, *privilegia ne irroganto*) ad illicitos honores & ad extraordinaria imperia obtinenda, quod reipub. exitio fuit: vel ad pellendos urbe claros quosdam homines, odio privato, per vim, per seditionem, nulloque consensu ordinum.

Igitur ex æquo conscriptæ duodecim Tabulæ, & ex consensu omnium ordinum conditæ, & ita ut æquo jure omnes omnino cives complecterentur. At post illas vel paucæ, vel nullæ conscriptæ sunt, nisi iniquæ, nisi per vim & dissensionem. Paucæ *in commune, sed in singulos homines lata quastiones*, quæ nempe per favorem & ambitum, vel eveherent

ob prava, per vim latæ sunt. Hinc Gracchi, & [1] Saturnini, turbatores plebis; 2 nec minor largitor nomine senatus Drusus; 3 corrupti spe, aut inlusi per intercessionem socii. Ac ne bello quidem [4] Italico, [5] mox civili omissum, quin [6] multa & diversa sciscerentur; donec L. Sulla dictator abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium ei rei haud in longum paravit; statim turbidis [7] Lepidi rogationibus, neque multo post [8] Tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. Iamque non modo in commune, sed [9] in singulos homines latæ quæstiones:

INTERPRETATIO.

iniqua imperia, aut ejiciendi gratia *nobiles viros, aliaq; ob flagitia. Hinc Gracchi & Saturnini concitores multitudinis; nec minus liberalis Drusus prætextu senatus; socii sollicitati spe* civitatis, *aut frustrati per oppositionem. Ac ne flagrante quidem bello sociali, deinde civili temperatum, quin plurima & contraria statuerentur; donec L. Sulla dictator abrogatis vel mutatis veteribus* legibus, *cum plures adjecisset, pacem ei reipub. haud firmam nec diuturnam adquisivit; statim turbulentis Lepidi legibus exortis & mox restituta Tribunis facultate, plebem quoque vellent impellendi. Iamque non solum in omnes cives, sed in singulos viros factæ leges, & depravatissima civitate*

NOTÆ.

ad nimios honores, vel per scelus opibus, fortunis, civitate & ordine dejicerent.

1. *Saturnini.*] L. Appulejum Saturninum significat, qui fuit occisus à populo, cum pœnitentiæ faceret fidem.

2. *Nec minor largitor nomine senatus Drusus.*] Hoc est, nec minor turbator fuit Drusus, per largitiones ab eo, nomine senatus, factas. Nam Livius Drusus Latinis civitatem, plebi agros, equitibus etiam, senatui judicia permisit, ut ex historiis notum est.

Drusus.] Fuit defensor senatus adversus Servilium Cœpionem, repertus domi mortuus. Iactat apud Florum, *nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum*

3. *Corrupti spe.*] Quum & plebem Gracchanis rogationibus & socios Latini nominis spe apiscendæ civitatis, ad se traxisset, deinde aliorum intercessione & ipsius nece, socii exspectatione sua frustrarentur. unde bellum Italicum.

4. *Italico.*] Quod & *sociale* dictum est. Florus lib 3.

5. *Mox civili,*] Inter Marium & Sullam. *Muretus.*

6. *Multa & diversa.*] Multæ tamen leges & quidem invicem contrariæ, ut quæque factio prævaluerat, compositæ sunt.

7. *Lepidi rogationibus.*] Qui consul cum Q. Catulo anno 675. acta Sullæ rescindere parabat, & revocare proscriptos, & bona possessoribus eripere Hic pulsus, in Sardinia morbo, ex pœnitentia interiit. Florus. Extat oratio Lepidi hac de re in fragmentis Sallustij, & oratio Philippi adversus Lepidum.

Lepidi.] Quum statim exsurgeret Lepidus, & turbulentis rogationibus acta Syllæ rescindere conaretur, unde alii metus & præcipue Sertorii bellum in Hispania.

8. *Tribunis reddita licentia.*] Paullo post Cn. Pompejo & M. Crasso Coss. tribunitia potestate restituta populo, homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus ætas & animus ferox erat, cœpere senatum criminando plebem concitare, dein largiendo atque pollicitando, magis incendere & ad sciscenda quæ libido dictabat, perpellere, unde rogationum seges, &c.

Reddita licentia.] Primo Pompeii consulatu. *Muretus.*

9. *In singulos homines.*] Cum tamen & sacratis legibus, & XII, Tabulis sanci-

28 & corruptissima Republ. plurimæ leges. Tum 1 Cn. Pompejus tertium consul, corrigendis moribus delectus, & 2 gravior remediis quam delicta erant, suarumque legum 3 auctor idem ac subversor, 4 quæ armis tuebatur armis amisit. Exin continua 5 per viginti annos discordia, non mos, non jus. 6 deterrima quæque impune; ac multa honesta exitio fuere. Sex-

INTERPRETATIO.

multiplicatæ leges. Tum Cn. Pompejus tertium consul reformandis legibus adscitus, & asperior pœnis, quam culpa erant, suarumque legum conditor idem atque corruptor, quæ bello defendebat, bello perdidit. Exin perpetua per viginti annos dissensio, non lex, non fas. Pessima quæque impunita, & plurima egregia perniciei fuere. Sexto

NOTÆ.

tum esset, ut neve privilegium irrogari liceret, neve de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari. Cicero pro Sextio.

Unde lex Ciceronis 3. de legibus. *Privilegia ne irroganto.* Idem pro domo: *vetant leges sacratæ, vetant leges XII. tabularum, leges privatis hominibus irrogari. id enim privilegium est.* Est eadem lex & apud Platonem. *Muretus.*

1. *Cn. Pomp. III, Cos.*] Anno 701. petebant consulatum T. Annius Milo, P. Plautius Hypsæus, Q. Metellus Scipio, non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Cum autem diu tracta comitia consularia essent, perficique ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, & ob id mense januario, nulli dum neque consules, neque prætores essent, ac Milo quam primum comitia confici, competitores ejus trahi vellent, ideoque Q. Pompejus gener Scipionis, & T. Munatius Plancus tribuni plebis referri ad senatum de patritiis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, Milo Lanuvium, ubi dictator erat, proficiscens Clodium occidit.

Magni tumultus, aliique ex aliis interreges secuti. Tandem Cn. Pompejus sine collega consul creatus est. ipse in v. menses extremos Q. Metellum Scipionem socerum, sibi collegam cooptavit. *Muretus.*

2. *Gravior remediis.*] Gravior & periculosior nimirum civitati, dum insolenter aut ambitiose multa constituit, quam ea vitia fuerant, quibus emendandis tantam potestatem acceperat, videatur Dio. lib. 40. *Freinshem.*

3. *Auctor idem ac subversor.*] Nam leges de ambitu, & judiciis tulit, quas ipse in suis amicis non servavit, imo perrupit. Ex Dione, Asconio, aliis.

Auctor idem & subversor.] Ut illius, ne absentium ratio in comitiis haberetur.

Hæc verba, Cæsaris locum, quem hic adducam, non solum illustrant, sed vulgatam etiam ejus scripturam confirmant, quæ dubitari potest, an sincera sit. Sic enim Cæsar libro primo de bell. civil. *Novum in Repub. introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur; quæ superioribus annis, armis esset restituta,* &c.

Dubium autem non est, quin Taciti quoque verba ad Tribuniciam potestatem à Cn. Pompejo restitutam referenda sint. Videnda quæ ad Cæsarem eo loco notavimus. *Ursinus.*

4. *Quæ armis.*] Nempe rempub. suis legibus constituerat, & illas leges, seu rempub. sic constitutam tuebatur armis adversus Cæsarem, & uno prælio Pharsalico & leges suas & rempub. quas armis tueri conabatur, armis amisit.

5. *Per viginti annos discordia.*] Rotundus numerus, non verus. Nam à Pompeii III. consulatu ad Augusti VI. intersunt anni XXIV. *Lipsius.*

6. *Deterrima quæque.*] Miles Pompeij occidit patrem in prælio. adde proscripto de-

to demum consulatu Cæsar Augustus, potentiæ securus, 1 quæ triumviratu jusserat, 2 abolevit; deditque 3 jura, quis pace & principe uteremur. acriora ex eo vincla, 4 inditi custodes, & 5 lege Papia Poppæa præmiis inducti, 6 ut si à privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium

INTERPRETATIO.

tandem consulatu Cæsar Augustus imperij certus abrogavit, quæ triumvir ipse *sanxerat; scripsitq; leges quibus in otio & sub imperatore regeremur. Strictiores ex eo* tempore *nexus* inditi, *exactores legum*, seu delatores *adpositi, & lege Papia Poppea præda & opibus impulsi, ut si qui privilegia patrum aspernarentur, populus veluti pater commu-*

NOTÆ.

tiones, quibus filius necabat patrem, uxor maritum, & hi prœmiis ornati. Attamen etiam *multa honesta exitio fuere* ut tueri patrias leges, & libertatem; aras & templa vindicasse à scelere & sacrilegiis, servasse cives, parentesque. tunc optimi quique subvertebantur, & deterrimi mortalium florebant.

1. *Quæ triumvir jusserat abolevit.*] Has leges condiderat vel flagranti bello civili, vel corrupto reipub statu, & nondum satis constituto. Multa scita expresserat necessitas temporum, quæ in pace & sub bono principe qui securus imperii & rerum esset, exitiabilia & perniciosa reipub. forent, has igitur leges firmato ordinatoque imperio abolevit, ut alias utiliores substitueret.

Abolevit.] Uno edicto omnia sustulit. *Muretus.*

2. *Iura quis pace.*] Tandem jura constituit Augustus ita comparata, ut eorum beneficio certa restitutæ tranquillitatis, bonique principis utilitas ad civitatem pertingeret.

3. *Quis pace & principe.*] *Pace*, id est, per pacem terra marique ab ipso restitutam, nullo jam civilium armorum metu; eoque non talia, qualia triumviratu jussa, quæ sæpe temporum erant, non justitiæ; præsentis & paucorum, non perpetuæ publicæque utilitatis.

Pace igitur jam reducta, sed & *principe*, nempe instituto, introducto, exorto, & summæ rei præposito, velut eorum vindice ac defensore Per pacem sub principe, quia pacis interfuit omnium potestatem ad unum conferri; cui scilicet, ea pax non posset eripi, jam dudum parata, confirmata, succinctaq; armis inter victos aut inermes imbellesque. *Grenovius.*

4. *Inditi custodes.*] Custodes sunt observatores & delatores. Ovid. lib. 3. Amor. Eleg. 4

Dure vir imposito teneræ custode puellæ

Sueton. in Tib. *Non cessavit efflagitare aliquem cujuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis.*

Custodes.] Legumque illarum custodes accusatores, per L. Papiam Poppæam præmiis decretis inducti sunt, ut siqui privilegia & præmia destinata patribus negligerent, saltem pœnis & coërcitionibus ad procreandos liberos inducerentur.

5. *Lege Papia Poppæa præmiis inducti.*] Delatores scilicet accusatoresque. Suetonius Nerone, cap. x. *Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit.* Ut appareat præmia magna fuisse, & forte tertiam aut semissem, bonorum damnati.

6. *Inducti.*] Tac. lib. 4. *Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coërcitum, per præmia eliciebantur.*

7. *Ut si à privilegiis.*] Ut si delatores utilitate publica non moverentur, saltem ob suam mercedem, transgressores deferrent. Inter alias autem cœlibum & orborum pœnas constitutum fuerat, ut legata iis, qui privilegiis patrum non gauderent, relicta, vel universa, vel ex parte caduca fierent, & ad populum tanquam omnium civium communem parentem devolverentur. *Freinsh.*

populus, 1 vacantia teneret. sed altius penetrabant; urbemque, & Ita-

INTERPRETATIO.

nis caduca bona *possideret. Sed penitius irrumpebant* delatores illi, *civitatemque &*

NOTÆ.

Quidam in hunc sensum concordare videntur, iis qui sine liberis mortui fuissent, rempublicam successisse. Quod maximopere falsum arbitror, quum neque si testati decessissent, hæredes instituti debuissent excludi, neq; si intestati, propinqui eorum, puta parentes, fratres, &c.

Quod de testamento dixi, certum ex eo, quod nullibi reperitur interdictum cœlibi testamenti factione: neque credibile est, unquam tam crudelem pœnam fuisse statutam, quum reorum & exsulum testamenta manerent, donec Tiberio auctore ea potestas adempta est. Dio lib 57. Ac si statuta fuisset, à scriptoribus fuisset adnotata.

Si itaque respub. non exclusit institutos hæredes, multo minus eos ad quos jure gentium hæreditas pertinet.

Superest igitur, ut cum Ferreto, quem & Lipsius probat, dicamus non corruptum modo hunc locum, verum etiam defectum esse. *Vacantia* vero non intelligamus de bonis cœlibum, sed de iis quæ quoquo modo talibus erant relicta. Quod optime docet atque firmat idem Lipsius in excursu. *Freinshemius.*

Ab eo tempore, inquit, quo legibus, pace & principe, usi sumus; quo pax reducta & novum imperii nomen, novaque potestas principis introducta locum juri & judiciis dedit; acrius stringebant, & coercebant leges, severiusque & sævius interdum animadversum & exercita vindicta est in illos, qui tenerentur: nec tanta impunitas & suffugia, quanta in libertate aut per motus civicos, vel grassantes vel impendentes.

Neque enim, ut prius, exspectatum, donec alicui forte liberet diserto inimicitias exsequi nomine deferundo; aut magistratus mulctam diceret, de qua ad populum certaretur: *sed inditi custodes & præmiis inducti.* Hoc est, capita legibus addita, quibus præmia definiebantur accusatoribus, delatoribus, quadruplatoribus, sycophantis, tanquam bonis viris & custodibus legum & cognitoribus populi ac defensoribus.

Vel Papia Poppæa quam insigniter illos invitat! sed minore invidia, cum populus in partem prædæ vocaretur, & magna specie æquitatis, ut, si tanta privilegia maritatis & patribus proposita, tamen per matrimonia & susceptos liberos appetere cœlibes cessarent, juri eorum in relicta & legata, populus velut omnium parens, succederet, atque iis ut caducis frueretur. *Gronovius.*

Inditi impositi, ut lib. 4. *Castella rupibus indita*, & lib. 11. *vinclis inditis. Custodes*, ut 4. annal. 30. Cicero divinat. in Cæcilium de repetundis: *cujus legis non modo à pop. Romano, sed etiam ab ultimis nationibus severi custodes requiruntur.* Tacitus, si hominem novi, sentiebat non opus esse præmiis; delatores qui non castigat, & esse patitur, satis invitare.

Cæterum non intra æqua sterit delatorum impotentia. neque enim satis habebant ea criminari, quæ palam erat lege obligari: sed velut altius introspicientes & penitius scrutati vim & sententiã legis, casus & criminum genera infinita cõmenti erãt, ut propemodũ nemo insons esset.

Et pari vehementia per omnes imperii Romani partes, quicquid ubique civium esset, nihil sæpe minus exspectantes in jus raptabant. Tacitus per τὸ *penetrabant* & *irrupuerant* intellectum voluit *custodes* isti custodiendi, sive accusatores.

Ut si à privilegiis parentum cessaretur.] Certe illi cælibes qui simul & orbi erant, sic multas hæreditates captabant, quia ipsi & captabantur pari arte. at inditi custodes legis Papiæ, nempe delatores, qui eos urgerent, vexarent, si qua hæreditas ipsis relicta fuisset, ita ut illa bona relicta cœlibibus, tanquam *vacantia* populus obtineret, seu in ærarium cogerentur. Cujus prædæ haud dubie pars non modica perveniebat ad delatores qui talibus *præmiis* inducti acrius invigilabãt.

1. *Vacantia.*] Deficientia, caduca.

liam, & quod usquam civium, corripuerant, 1 multorumque excisi
status: & terror omnibus intentabatur; ni Tiberius statuendo remedio,
quinque consularium, quinque è prætoriis, totidem è cætero senatu sor-
te duxisset; apud quos exsoluti plerique 2 legis nexus modicum in præ-
sens levamentum fuere. Per idem tempus Neronem è liberis Germa- 19
nici jam ingressum juventam, commendavit patribus; *utque munere
3 capessendi 4 vigintiviratus solveretur, & 5 quinquennio maturius,*

INTERPRETATIO.

Italiam, & quotquot ullibi cives Romanos invaserant, plurimorumque subversi status, & pavor omnibus ostentabatur, nisi Tiberius mitiganda legi sorte legisset quinque consulares, quinque prætorios, & totidem ex aliis Patribus, apud quos exempta pleraque legis vincula nonnihil ad præsens solatii attulere. Eadem tempestate commendavit senatui Neronem è filiis Germanici jam pubertatem egressum, & rogavit ut eximeretur onere suscipiendi vigintiviratus, & quinquennio prius, quam permit-

NOTÆ.

1. *Multorumque excisi status.*] Hoc est quod antea dixit, *omnisque domus delatorum interpretationibus subvertebantur.* Et calumniæ multæ in hac lege circa ingenuitatis jura, & similia: ut periclitaretur non dubie multorum status.

Plinius Panegyrico, de iisdem. *Vidimus delatorum, judicium quasi grassatorum quasi latronum. Non solitudinem illi non iter, sed templum, sed forum insederant. nulla jam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant, auxerat hoc malum principum avaritia. Advertisti oculos,* &c. Templum id est curiam. senatum habebatur senatus in templo aliquo V. C. Apollinis, Concordiæ, &c.

2. *Legis nexus.*] Hi legis nexus debent intelligi de capitibus quibusdam legis, quibus vincula admodum stricta delinquentibus innectebantur, & quæ magis adhus obstringebant ipsi delatores, variis & ambiguis suis interpretationibus.

Nexus.] Sorte elegit per quos plerique legis nodi explicati sunt, & animis metu periculi æstuantibus, nonnulla ad tempus refrigeratio quæsita est.

3. *Capessendi viginti viratus solveretur.*] Non ergo aditus ad majores honores, nisi illo adepto? Apparet ex his verbis, itemque è Dione de Claudio, lib. lviii. *Generos suos jussit in viginti viris esse, tum & præfectos urbi in feriis Latinis, denique quinquennio maturius magistratus petere indulsit.*

4. *Vigintiviratus.*] Vigintiviri, ad eum numerum redacti sunt ab Augusto, nempe *triumviri monetales*, qui monetam examinabant, *triumviri capitales*, qui supplicia exigebant & capitalia crimina judicabant, *quatuorviri viales*, qui vias curabant, & *decemviri* stilitibus judicandis, qui nempe confiscationibus, & subhastationibus præsidebant. hi omnes à numero sic appellati sunt, *triumviri*, quia tres viri, *quatuorviri*, quia quatuor erant, ita & *decemviri*, quia decem.

Vigintiviratus.] Dio lib. 54. *Absente adhuc ab urbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, ut vigintiviri (magistratus hoc nomen est) ex equitibus constituerentur, quorum deinde nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cujus ratione senator posset fieri, gessisset. Porro hi vigintiviri in locum viginti & sex virorum successerunt, eorum tres ad capitalia judicia sunt ordinati, alii tres cudendo numismati præsunt, quatuor vias urbanas curant, decem judiciis, quæ ad centumviros sorte deferuntur, præficiuntur: duo enim illi, qui vias extra urbem curabant, & quatuor in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant.*

5 *Quinquennio maturius.*] Legitima

1 *quam per leges* 2 *Quæsituram peteret*, non sine irrisu audientium postulavit. prætendebat *sibi atque fratri decreta eadem*, *petente Augusto*. sed neque tum fuisse dubitaverim, qui ejusmodi preces occulti 3 inluderent. 4 ac tamen initia fastigii, Cæsaribus erant:

INTERPRETATIO.

terent leges, Quæsturam postularet, *irridentibus qui talia audirent. prætexebat* concessa eadem sibi, atque fratri Druso, orante Augusto. *Sed neque dubitaverim, tum etiam extitisse, qui talia postulata Augusti etiam tum secreti irriderent. sed tamen hæc tum*

NOTÆ.

seu legibus constituta certa ætas quæsturæ fuit. ita & Spartianus in Juliano: *Quæstor, ante annum quam legitima ætas finebat, designatus est.* Sueton. in Calig. cap. 1. *Quæsturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eam, consulatum gessit.*

1. *Quam per leges.*] Quinquennio maturius quam per leges annarias liceret, &c.

2. *Quæsituram peteret.*] Quæstura janitrix fuit reliquarum dignitatum. Cicero 3. de leg. nam ad Ædilitatem, & Præturam, & Consulatum viam faciebat. Sic in Albino Capitolinus: *Quæstura gratia illi facta est, qua concessa ædilis non amplius quam decem diebus fuit, quod ad exercitum festinanter mitteretur. Deinde Præturam egit sub Commodo famosissimam. Consul à Severo declaratus est.*

Vides ordinem dignitatum qui necessario servandus erat. Nam sic Livius lib. 32. *Comitia per M. Fulvium & Man. Curium tribunos plebis impediebantur, quod T. Quintium, Flamininum consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare.*

Quæsituram.] Ætatem qua peti potuit, puto Augusti ævo, & deinceps fuisse annum vigesimum quintum, sed incipientem. Vigesimus quartus, inquam, expletus sufficiebat Nam. Tiberius *quæstor fuit undevicesimum annum agens*, ait Velleius: atque ille ipse non nisi *quinquennio maturius quam per leges*, ut Dio lib. LIII. & Tacitus statim notat: ergo ille legitimus annus,

Certe non intra: argumento Quinctiliani verborum lib. 12. *Calvus, Cæsar, Pollio, multo ante quæstoriam omnes ætatem, gravissima judicia susceperunt.*

Atqui anno *uno & vigesimo* Cæsar *Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio C Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus*, ait alibi idem scriptor.

Nec multum citra quia reperio Catonem XXIX. ætatis, Gracchum vigesimo septimo quæsturam gessisse. Dio senatoriæ ætati definit annum XXV. Quæstura autem primus gradus in senatum: illa ergo etiam Quæstoria ætas.

3. *Inluderent.*] Mihi dubium non est, tum quoque fuisse aliquos, quibus ea res ludibrio haberetur, cum qui omnem imperii, legumque vim in se traxisset, ejusmodi precibus, in rebus nullius momenti, vanam libertatis imaginem præbere senatui, &c.

4. *Ac tamen initia.*] Tres causas Tacitus affert, quibus ostendit Augusti preces, pro minimis etiam privignorum honoribus, fuisse excusabiliores, minusque dignas, quæ illuderentur. Prima, quia ipsius imperium recens: Tiberii contra diuturnitate firmatum.

Secunda, quia tum magis in oculis vetus mos, ut scilicet honores à senatu tribuerentur. Tertia, quia minus incongruens vitrico, ob leviorem necessitudinem privignis honores precari, quam avo, nepoti. Poterat enim Tiberius accusari, si ipsemet, absque aucto-

[1] magisque in oculis vetus mos, & privignis cum vitrico [2] levior necessitudo, quam avo aduersum nepotem. [3] Additur pontificatus, &

INTERPRETATIO.

exordia summa fortuna Cæsaribus erant, magisque in aspectu prisca instituta, & minor conjunctio privignorum cum vitrico, quam avi erga nepotem. Adycitur dignitas pon-

NOTÆ.

ritate senatus Neroni nepoti talia concessisset. Secus, si Augustus privignis. *Pichena.*

Hoc dicit, etiam Augusti ævo fuisse, qui preces ejusmodi inlnderent, quasi simulatas, cum id peterent Cæsares, quod cogere poterant, confirmata jam etiam in majoris momenti rebus potentia.

Quamquam, ait, tum temporis nondum in hoc fastigium exereverant: sed id etiam tum erat initium fastigii Cæsaribus, præterea in oculis, in conspectu, in recenti memoria, vetus mos antiqua & libera Repub- usitatus, ut scilicet leges annales observarentur

Deinde etiam Augustus plus causæ habebat privilegium excusandi, quod privignis peteret, quam haberet Tiberius pro nepote eadem postulans. Quippe huic quo arctior necessitudo, sic excusatius, quicquid eo intuitu molitur.

Ac tamen.] Tum tamen temporis illud negotium rationi magis congruebat, quia nondum ita adulta erat Cæsarū auctoritas, ac tum ea *initia* principatus.

1. *Magisque in oculis.*] Quasi dicat: tamen alii non illudebant, & attendebant hæc initia & gradus ad principatum esse. Quæstutam, inquam, extra ordinem aut ætatem datam, & solutionem à Vigintiviratu.

Itemque attendebant vetus, & ab Augusto institutum, non recens à Tiberio: quod si ille fecisset, qui vitricus tantum istorum erat (Tiberii & Drusi) cur non Tiberius in nepotibus usurparet, magis junctis? Nepotibus nempe, adoptione: eū sanguine propatruus eorum esset. *Lips.*

2. *Levior necessitudo.*] Accedit quod Augustus non pro nepote suo, ut jam Tiberius, sed pro privignis suis ea postulabat, atque ideo liberius à Patribus decerni quibat, quia Augustus tantum vitricus, non tam ægre laturus videbatur, si privignis non impetrasset. Cum ad se privigni illi non tam stricta propinquitate pertinerent, pro eis rogandi serio locū habuit Augustus, & tanto magis quod tum fierent omnia per senatum, aut saltem fieri videri vellet. Nec tam deridendus Augustus, licet omnia in seipsum traxisset, quia sincerius Patres consulebat, eosque meliori fide in partem curarum vocabat, quam Tiberius, qui in rebus etiam bonis, & quas sincere vellet, atrox & abstrusus erat.

3. *Additur pontificatus.*] De Nerone agit Germanici filio, quem tamen ego *Pontificem* in lapidibus, qui dara opera honori ejus & memoriæ positi sunt, non lego. Exstat urna (à Caligula, ut è Suetonio colligas, dicata) Romæ:

OSSA.
NERONIS. CÆSARIS.
GERMANICI. CÆSARIS. F.
DIVI AUG. PRON. FLAMIN.
AUGUSTALIS. QUÆSTORIS.

Et in Hispania marmor, quod amicus noster Carolus Clusius descripsit:

NERONI. CÆSARI.
GERMANICI. F.
TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUG.
PRON. FLAMINI. AUGUSTALI.
SODALI. AUGUSTALI.

Ubi cum *Flamen* utrobique insculpatur, non Pontifex: subvereri in mentem venit, ne in cognato honore Tacitus, si forte aberrarit. *Lipsius.*

Additur pontificatus.] Quamquam non peteretur Pontificatus, adjectum à Patribus indigitat. Idq; per adulationem Pa-

1 quo primum die forum ingreſſus eſt, 2 congiarium plebi, admodum lætæ, quod Germanici ſtirpem jam puberem adſpiciebat. Auctum dehinc gaudium, 3 nuptiis Neronis & Juliæ Druſi filiæ. Utque hæc ſecundo rumore, ita adverſis animis acceptum, 4 quod filio Claudii

INTERPRETATIO.

tiſicis, & quo primum die forum introiit, donativum populo, qui non mediocriter lætabatur, quod Germanici prolem jam adultam intueretur. Cumulata poſthac ea lætitia matrimonio Neronis, & Iulia Druſi filia. Vtque hæc proſpera fama, ita infenſis animis auditum, quod Sejani filia deſtinaretur uxor filio Claudii, conta-

NOTÆ.

rium in Cæſares, ut alia multa.

1. *Quo primum die.*] Id eſt Tirocinii die, ſive togæ virilis. quo, auſpicii cauſſa, tirones à patre, proximiſque ſolenni officio in forum deduci, & inde in Capitolium ſolent. Notat Plutarchus in Bruto.

Et Valerius Max. lib. v. cap. iv. *M. Cotta eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem, protinus ut è Capitolio deſcendit, C. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, poſtulavit.*

Suetonius in Auguſto: *Duodecimum, & tertiumdecimum conſulatum magno, id eſt,* xvii. *annorum intervallo, ultro petiit, ut Cajum & Lucium filios ampliſſimo præditus magiſtratu, ſuo quemque tirocinio deduceret in forum* In Tiberio: *Romam reverſus, deducto in forum filio Druſo.*

Munera etiam, ſportulaſque dari tirocinio ſolere, obſervabis hic ex Tacito, & Suetonii Nerone, c. vii. *Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum propoſuit.* & Calig. x.

Nec in principum modo liberis, ſed vulgo id ſervatum, diſco ex Plinio l. x. Epiſt. *Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, ſolent totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios, vel ſingulos dare.* Lipſius.

2. *Congiarium.*] Pecunia in congiarium plebi diſtribuenda, quæ quidem diſtributa eſt eo die, quo primum virili toga ſumpta, in forum deductus eſt.

Congiarium.] Plin. Paneg. *Datum eſt his, qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant: Æquatiq; ſunt cæteris illi etiam, quibus non erat promiſſum. Negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus diſtinebatur: expectatum eſt, proviſumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuiſſet: veniret quiſque, quum vellet; veniret quiſque, quum poſſet.*

Idem Plin. *Adventante congiarii die, obſervare principis egreſſum in publicum: inſidere examina infantium, futuruſque populus ſolebat. Labor parentibus erat oſtentare parvulos, impoſitoſque cervicibus, adulantia verba, blandaſque voces educere. Reddebant illi qui monebantur, ac plerique irritis precibus, ſurdas principis aures adſtrepebant: ignari, quid rogaſſent, quid non impetraſſent, donec plane ſcirent, differebantur; tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti.*

3. *Nuptiis Neronis*] Quod igitur ſupra legitur: *Silani filiam Neroni vetuſtiſſimo liberorum Germanici pactam* (l. ii.) pactam, deſponſamque fuiſſe credimus, nuptam deductamque non fuiſſe. Aut ſi fuit, fatum abſtulit, & locum huic fecit. *Lipſius.*

4. *Quod filio Claudii.*] Sueton. Claudii c. xxvii. *Druſum Pompeiis impuberem amiſit, piro per luſum in ſublime jacto, & hiatu oris excepto: cui & ante paucos dies Sejani filiam deſponderat.* Vide infra initium lib. 4.

socer Sejanus destinaretur, 1 polluisse nobilitatem familiæ 2 videbantur, suspectumque 3 jam nimiæ spei Sejanum ultro extulisse. Fine anni concessere vita insignes viri, L. Volusius & Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa. ipse consulatum intulit, 4 censoria etiam potestate legendis equitum decuriis functus, opumque quis domus illa immensum viguit, primus adcumulator Crispum equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor, sororis nepotem in nomen adscivit. atque ille, quamquam prompto ad capessendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, 5 sine dignitate senatoria multos triumphalium consulariumque po-

INTERPRETATIO.

minasse claritudinem domus credebantur, & Sejanum jam suspectum nimia cupidinis ultro evexisse. Exeunte anno è vivis excessere illustres viri, L. Volusius & Sallustius Crispus: Volusio antiqua prosapia, neque tamen supra præteriam dignitatem evecta. Ipse consulatum domum *invexit, censorium quoque munus obiit in recensendis equitum decuriis, & divitiis quibus familia hæc diutissime floruit, prior ipse aggessit. C. Sallustius historiæ Rom. scriptor celeberrimus in vocabulum suum adoptavit Crispum equestri stirpe editum, nepotem sororis suæ. Atque ille licet facilem aditum haberet ad obtinendas dignitates, tamen imitatus Mæcenatem, sine honore senatorio, plerosque triumphalium & consularium auctoritate opibusque antecelluit. dis-*

NOTÆ.

1. *Polluisse nobilitatem.*] Nam ii, quibus auctoribus id gestum erat, adfinitate municipali nobilitatem Claudiæ familiæ fœdavisse videbantur. *Freinsh.*

2. *Videbantur.*] Immò *videbatur.* nempe Tiberius. Nam quod Freinshemius intelligit, *ii, quibus auctoribus id gestum erat*, non videtur hic locum habere. *Gronovius.*

Videbantur.] Sic vulgo de imperitantibus, seu de ministris, vel magistris dominationis vulgo loquimur; neque enim solus Sejanus se socerum destinarat Claudii filio, sed ipse simul cum suo Tiberio & aliis gratiosis.

3. *Iam nimiæ spei.*] Sejanum, qui jam ante suspectus erat, quasi haud æquo animo in inferiore gradu se contineret, sed ad summam rerum adspiraret, hac conjunctione, sponte sua, ad majorem dignitatem, auctoritatemque evexisse.

4. *Censoria etiam potestate.*] Munusne illud intelligit, quod Augustus instituit, Triumviratum recognoscendi equites, de quo Suetonius cap. XXXVII. An potius lectas ab eo decurias judicum vult, (quod censorium olim munus) honore à Principe dato? *Lips.* potius censorium fuit recognoscere equites.

5. *Sine dignitate senatoria.*] Sic intra locum equestrem sistebant, ut gratia principis præpollerent. Sic enim magis apti secretis aulæ, ministeriisque dominationis, quam si consulatus & provincias obtinuissent; sic enim suspecti fuissent imperitantibus, & tamen in hoc ordine, illustriores opibus, gratia, & auctoritate erant, quam consulares, quam triumphales.

Id vocatur Tacito *præpostera ambitio*, infra, ubi de Mella fratre Senecæ, qui etiam Mæcenates & Sallustios æmulabatur sub Nerone. Tac. lib. 16 17. *Mella*, &c. *petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, ut eques Rom. consularibus potentia æquaretur, simul acquirendæ pecuniæ brevius iter credebat per procurationes, administrandis principis negotiis.*

1 diversus à veterum instituto, per cultum & munditias; copiaque & 2 affluentia 3 luxu propior: suberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par; eo acrior, quo somnum & inertiam magis ostentabat. Igitur incolumi Mæcenate proximus; mox præcipuus cui secreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Postumi Agrippæ conscius, ætate provecta 4 speciem magis in amicitia principis quam vim tenuit. idque & Mæcenati acciderat; fato potentiæ 6 raro sempiternæ:

INTERPRETATIO.

sentiens ab antiquis moribus, per delicias & elegantiam, amœnitatemque vitæ; abundantiaq; & copia tamen ad luxum quam ad elegantiam propius accedebat; Inerat tamen vis, roburq; ingenii magnis rebus idoneum, eoque is vehementior & intentior, quo magis praeferebat soporem atque ignaviam. Itaque florente Mæcenate secundus ab ille, mox summus fuit, cui arcana principum committerentur, & occidendi Postumi Agrippa particeps. provectus annis imaginem potius in gratia principis, quam rem ipsam habuit. Idemque Mæcenati contigerat, sive fatali sorte potestatis raro æterna, sive quia

NOTÆ.

1. *Diversus à veterum instituto.*] Hic errat interpres Gall. qui vertit, quasi Sallustius eo luxu à suis patribus deflexisset. sed absolute, & generice id capiendum, nempe *diversum* fuisse à *veterum* Romanorum *institutis*.

Quod intelliges ex lib. 5. 1. ubi de Livia Augusta. *Sanctitate domus priscum ad morem, comis ultra quam antiquis feminis probatum.*

2. *Affluentia luxu propior.*] Sic paulo infra: *simul sexum natura invalidum deseri & exponi suo luxu.* & hist. lib. 2. *Luxu & sagina mancipatus, emptusque.* Sexto casu pro tertio usus videtur. ut Virg. Æneid: 6.

Siste gradum, teque adspectu ne subtrahe nostro.

Plaut. Amp. *neque nox quoquam concedit die.* Et *facie* pro *faciei*, antiquis dictum testatur Gellius lib. IX. cap. XIV. Tacitus tamen alibi, *luxus* dixit.

3. *Luxu propior.*] Non omnino deditus luxui, sed inter luxum & antiquam parcimoniam constitutus, & tamen illo propendens. *Sic propior ignaro, miseranti,* &c. apud nostrum: qui magis eo accederet, ut pro ignaro & miserante, &c. haberetur. quamquam adhuc dubitari possit.

Ita Tertullianus alicubi Christianum ex vita abire ait *optanti propiorem*. non quod omnino optet, quod non est Christiani, cujus vota in Dei, non in sua potestate sunt: sed quod tamen huc inclinare videatur.

4. *Luxu propior.*] Cultu corporis, & elegantia lautiorem vitam exegit, quam antiqui moris hominibus probatum erat, copiæque, & abundantiæ omnium rerum ita studuit, ut haud procul abesse à luxu videretur.

5. *Speciem magis.*] Jam senior speciem quidem adhuc inter primos Cæsaris amicos retinuit, sed revera haud validus in animo ipsorum fuit.

6. *Raro sempiterna.*] Cic. post reditum: *homini nihil est magis optandum, quam: prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ, sine ulla offensione, cursu* sed cui mortalium hoc contigit? quis inconstantiam rerum humanarum clavo adamantino defixit unquam? quis fœlicitatem propriam possidet? Deus non homo. Terent. *Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorum propria sint.* propriæ, id est inseparabiles, æternæ.

Raro sempiterna.] Plin. lib. 7. 40. *Si verum facere judicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est fœlix. Abunde igitur,*

an

[1] an satias capit, aut illos cum omnia tribuerunt; aut hos, cum jam nihil reliquum est quod cupiant. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus 31
consulatus, patris atque filii collegio [2] insignis. nam biennio ante, Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo lætus, [3] neque natura tam connexus fuerat. Ejus anni principio Tiberius, quasi firmandæ valetudini, in Campaniam concessit: longam & continuam absentiam paulatim [4] meditans: sive ut amoto patre Drusus munia consulatus solus impleret. Ac forte parva res magnum ad certamen progressa, præbuit juveni materiam apiscendi favoris. Domitius

INTERPRETATIO.

satietas capit, aut principes, cum omnia concessere, aut amicos, cum jam nihil superest quod appetant. Sequitur quartus Tiberij consulatus, Drusi secundus, patre filioque collegis eximius. nam duobus ante annis eadem dignitas Germanici cum Tiberio, neque patruo tam grata, neque sanguine tam conjuncta fuerat. Initio hujus anni Tiberius Campaniam petiit, tanquam corroborandæ valetudini, sive jam tum agitans animo, sensimque preludens diuturno perpetuoque recessui; sive ut absente patre, Drusus consulis partes solus sustineret. Ac fortuitò modica res ingentem ad contentionem provecta est, suppeditavitque adolescenti occasionem conciliandi

NOTÆ.

atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui jure dici non infœlix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne lassescat fortuna metus est, quo simel recepto, solida fœlicitas non est.

1. *An satias capit.*] Sic Lucretius l. v. *Iuvabunt cum satiate cibi.* Livius l. 30. *satias amoris in uxore, ex multa copia capit.* Sane & *satias*, & *sonor*, & *apiscor*, & *anquiro*, *quando*, & *propter*, quibus hic noster utitur, verba sunt è vetustate reperita, quæ ut ait M. Fabius, non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi majestatem. *Nam & auctoritatis antiquitatem habent, & quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant*, inquit ille.

2. *Insignis.*] Ille annus insignis patris filiique consulatu: nam licet biennio ante idem contigisset Germanico decus, qui etiam filius Tiberii, quia tamen filius ejus tantum adoptivus esset, cumque odio haberet Tiberius; hinc factum, ut hic consulatus Germanici, neque tam lætus esset Tiberio, ut neque filius ille collega non tam conjunctus animo & natura erat, fuitque infaustum collegium illud Germanico, ut & omnibus aliis, quibus id obrigit.

3. *Neque, &c. tam connexus.*] Ille tamen consulatus Germanici, haud perinde insignis est habitus, quia Tiberius illi non natura, sed adoptione pater, neque fratris filium eo honore efferri tam lubens adspiciebat, quam nunc Drusum proprium, & sui sanguinis filium. qui consulatus, seu genio pessimo Tiberii, seu Germanici fato infaustus & exitialis ei fuit, neque minus Druso. observant periisse omnes Tiberii collegas. Sic Piso, Varus, & cæteri alii.

4. *Meditans.*] Vim hujus vocis *meditans*, haud scio an satis perceperint. Id enim non est, cogitans, sed in antecessum experiens, prætentans, prægustans, & ei quasi proludens. Ut *meditari* dicimur, in quo nos exercemus ad discendum.

Et morbi genus in difficultate respirandi *meditationem mortis* vocat Seneca Ep. 34. Pro eo *discere* ponit in Hercule Furente, Somnum alloquens: *genus humanum cogis longam discere mortem.* id est, meditari.

Sic alibi dixit Tac. *otium lacessere*, id

Corbulo prætura functus de L. Sulla nobili juvene questus est apud senatum, 1 *quod sibi inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset.* pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: contra Mamercus Scaurus, & L Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur. 2 certabant orationibus, & 3 memorabantur *exempla majorum, qui juventutis inreverentiam gravibus decretis notavissent.* donec Drusus 4 apta temperandis animis disseruit; 5 & satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, 6 & oratorum ea ætate

INTERPRETATIO.

sibi studia animosq; civium. Domitius Corbulo, qui præturam exercuerat, expostulaverat apud Patres de L. Sylla illustri adolescente, quod sibi inter ludos gladiatorum sede non abscessisset. *stabant pro Corbulone major ætas, patrium institutum, & favor natu grandiorum: contra Mamercus Scaurus, & L. Arruntius, aliique Sullæ adfines & consanguinei contendebant. pugnabant concionibus, & afferebantur* documenta veterum, qui juvenum impudentiam severis consultis castigassent. *donec Drusus accommodatam mitigandis animis sententiam protulit, & redditus honos Corbuloni per Mamercum, qui patruus Sullæ, simul & vitricus, & oratorum*

NOTÆ.

est paulatim assuescere solitudini, quod facilius est regibus, quam purpuratis.

1. *Quod sibi inter spectacula.*] In theatro olim discreta loca: nondum ut vides, in Circo aut Amphitheatro. Alias, causa non fuisset huic querelæ. Discrevit primus Claudius Imp. *& in Circo.*

Sueton. cap. XXI. *propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.* Tamen Augusti temporibus decretum Patrum fuit, *ut quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus*, ait idem Suet. in August. xliv. Sed id extra urbem duntaxat fuit firmum.

2. *Certabant orationibus.*] In senatu nempe, & coram Patribus, talia licet levia disceptabantur; arguebanturque juvenes senatorii, si quid minus honestum commisissent Sic Vespasianus apud Sueton. 4. arguitur apud Patres emunxisse pecuniam juveni; *convictus quoque dicitur ducenta H.S.* (sunt quinque millia coronatorum) *expressisse juveni, cui latum clavum adversus patris voluntatem impetrarat, eoque nemine graviter increpitus.* in senatu nempe.

3. *Memorabantur exempla majorum*] In Plutarchi Græcis scribitur, C. Veturio mortem illatam, quia Tribuno in forum venienti non decessisset.

4. *Apta temperandis.*] Modesta sententia Drusus eo rem deduxit, ut Corbulo satisfieri sibi pateretur, deprecante Scauro, qui ducta in matrimonium fratris sui uterini vidua, patruus, simul & vitricus erat Sullæ. *Freinsh.*

5. *Et satisfactum Corbuloni.*] Cepit Interpres Gall. quasi Drusus disseruerit jam satisfactum fuisse Corbuloni per Mamercum. Mens Taciti est disseruisse Drusum, seu habuisse orationem appositam temperandis Patrum animis.

Qua sententia nempe, temperamenti causa, suasit Scauro Mamerco, ut satisfaceret Corbuloni irato, pro Sulla & simul Corbuloni, ut satisfactionem Scauri reciperet, adprobaretque.

Sicque egregio temperamento composita res est. disseruitque Drusus non satisfecisse Scaurum, sed ut satisfactionem persuaderet. quod factum.

6. *Oratorum ea ætate uberrimus.*] Non omnes eloquentiæ numeros ei tribuit, quod versiones faciunt; verum hoc tantum, quod fuerit in dicendo copiosus,

ubertimus erat, Idem Corbulo 1 *plurima per Italiam* 2 *itinera*, 3 *fraude*

INTERPRETATIO.

hujus avi copiosissimus erat. Idem Corbulo sapius ingerens, plerasque per Italiam

NOTÆ.

cui ubertim adflueret oratio. Sed hoc uno perfecti oratoris laus minime absolvitur.

Quod patet ex Tullio in Oratore c.28. *Hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, prasertim cum causa partim tota sint eo modo, partim aliqua ex parte tractanda: si is non praparatis auribus inflammare rem cœpit: furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari violentus videtur.*

1. *Plurima per Italiam itinera.*] Dio scribit, Corbulonem magistratibus, & Senatui molestum fuisse, quod frequenter de istis itineribus quereretur: verum sub Caligula eam ob rem consulatum meruit. Fuit autem veteribus Romanis magna itinerum cura.

Nam lex Viaria Sempronii nota est, lata à Caio Sempronio; Q. Cæcilio Metello Balearico & Tito Quintio Coss. qua cautum erat, ut viæ Italiæ munirentur, lapidibusque milliaria discernentibus notarentur, pontibusque struerentur. Plutarch. in Gracchis.

2. *Itinera.*] De itineribus per Italiam questus est, quorum pleraq; interrupta, & impervia essent, tam fraude eorum, qui munienda redemerant, quam negligentia magistratuum municipalium. *Freinsh.*

3. *Fraude mancipum.*] Mancipes hic, qui vias publicas reficiendas quæstus sui caussa redimebant. Hyginus: *Via publica & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur.*

Lapis Romæ in hortis Carpensibus.

CN. CORNELIO
CN. F. SAB.
MANCIPI. VIÆ. APPIÆ.

Sed qui magistratus? credo, intelligit minores, id est Curatores viarum, qui ab Augusto instituti. *Lips.*

Fraude mancipum.] Olim Censoribus viarum cura. Cicero de legibus: *Censores urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor.* Deinde Quatuorviri instituti: quorum proprie id munus. Pomponius de origine juris: *Eodem tempore & Quatuorviri, qui curam viarum gererent, constituti.* tempus intelligit, post creatum prætorem peregrinum, qui fuit annus urbis D X. Ii videntur à Varrone non inconcinne dicti Viocuri.

Antiqui ergo Quatuorviri viarum, sed non sufficientibus iis, additi duo, factique Seviri, uti docebo mox ex Dione. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Ita Cæsar Curator *via Appia* Plutarcho dicitur: Thermus *Flaminia*, Ciceroni.

Augustus deinde, *quo plures partem administranda Reipub. caperent*, (ait Suetonius) *nova officia excogitavit, Curam operum publicorum, Viarum, Aquarum.* Sed quomodo nova, si jam ante Quatuorviri viarum, & Curatores? Curatores ante Augustum erant, fateor: sed nec perpetuum id, nec certum munus. fecit utrumque Augustus.

Quod ad IV. viros: scito discretum à Curatoribus eorum munus. Quattuorviri vias urbis curabant; Curatores, eas quæ extra urbem. Docuit me hoc Dio lib. LIV. de Vigintiviris: ubi clare scriptum e Seviris viarum, separatos ab Augusto duos qui vias curabant extra muros, retentos quatuor qui in Urbe.

Ergo sub Augusto & Curatores viarum, & Quatuorviri, quorum munera locis, regionibusque distincta. Et digniores sane Curatores: quia in vias illas grandes extra Urbem, sumptus, & moles major

mancipum; *& 1 incuria magistratuum interrupta & impervia* clamitando, 2 exsecutionem ejus negotii libens suscepit: quod 3 haud perinde publice 4 usui habitum, quam exitiosum multis, 5 quorum in pe-
32 cuniam atque famam damnationibus & hasta sæviebat. Neque multo post missis ad senatum litteris Tiberius, *motam rursum Africam incursu Tacfarinatis* docuit; *judicioq; patrum deligendum proconsulem, gnarum militiæ, corpore validum, & bello suffecturum.* quod initium Sex. Pompeius agitandi adversus M. Lepidum odii nactus, *ut socordem, inopem, & majoribus suis dedecorum, eoque etiam 6 Asiæ sorte depellendum*, incusavit; adverso senatu, qui *Lepidum mitem magis quam ignavum; paternas ei angustias & nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiæ haben-*

INTERPRETATIO.

vias flagitio doloque redemptorum, & negligentia magistratuum abruptas, atque inaccessas, *ultro recepit ejus rei munus, quod non tam utile in publicum existimatum est quam perniciosum multis privatis, quorum in opes, atque existimationem judiciis & publicatione prædiorum invehebatur. Haud multo post scriptis ad patres epistolis Tiberius monuit*, turbatam iterum Africam irruptione Tacfarinatis, & decreto senatus legendum proconsulem, peritum belli, robustum corpore, & expeditioni parem futurum. *quam occasionem aucupatus Sex. Pompeius, exercendæ contra M. Lepidum simultatis in eum invectus est*, tanquam ignavum, egenum, & ab avorum gloria degenerem; ideoque etiam Asiæ sorte dimouendum; *improbante senatu, qui censebat* Lepidum lenem magis quam socordem, & paternā ei paupertatem, claritudinemque sine flagitio toleratam, decori potius quam probro tribuendam.

NOTÆ.

1. *Incuria magistratuum.*] Quidam intelligunt de magistratibus coloniatum & municipiorum. forte potius intelligendum de Seviris, seu Curatoribus viarum, quos instituerat Augustus, & præcipue de his qui curabant extra urbem. Nec certe vias curabant magistratus municipales.

2. *Exsecutionem ejus negotii.*] Non nunc tantum, sed & postea iterum sub Caio: & vir cetera magnus, hæsit in his calumniæ sordibus, bonis omnibus invitis. Vide Dionem lib. lix.

3 *Haud perinde publice.*] Rem eam tam acerbe exsecutus est, ut utilitate publica non putarentur pensari damna tantæ multitudinis, cujus famam damnationibus probrosis, & facultates subhastationibus evertebat.

4. *Usui publice habitum.*] Auctor opponit privata damna publicæ utilitati. hanc quidem adfuisse non negat, sed nimio cum multorum incommodo.

5. *Quorum in pecuniam.*] In possessorum videlicet pecuniam, qui agros haberent viæ vicinos. Quasdam enim vias collaticia pecunia tueri finitimi debebant: ut vulgo hodie. Hyginus: *Viæ publicæ auctorū nomina obtinent &c. quarumdam tutela à possessoribus, per tempora, certa summa exigitur.* Etiam in mancipum forte & Curatorum bona famamq; sæviebat, qui neglectis viis pecuniam publicam in proprium usum verterant.

6. *Asiæ sorte depellendum.*] In provincias, quæ populo relictæ, missos sorte, missos in annum recte adnotatum est, item provincias consulares duas, Asiam & Africam, reliquas prætorias, quas decem enumerat Strabo in ipso fine operis elaboratissimi.

Sed hoc addendum, & sortitos eas provincias, consulares, & prætorios secundum ordinem, quo eos magistratus in Urbe gessissent. Nam & Asiam & Afri-

eam fortiri anno suo consulares duo, qui antiquiores ceteris consularibus.

Anno suo, dico, quia id arcanū imperii ab Augusto repertū, ne imperia continuarentur, ut magistratus deposito honore, manerent in Urbe, saltem quinquennium, ante quam provinciam sortirentur, Dio; Suetonius. Itaque non statim ejurato magistratu, prætores aut consules ibant in provincias, sicut in veteri republica, sed post quinquennium; interdum etiam post sexennium, septennium, aut eo tardius. Id fiebat, quia non ut ante, duo tantum consules quolibet anno, sed suffectis aliis post paucos menses, crescebat numerus consularium.

Itaq; duo consulares antiquiores sortiebantur eas provincias Asiam & Africam, sicuti prætorii secundum ordinem gesti magistratus etiam exteras sorte ducebant: in quibus, si pluribus ejusdem anni magistratibus locus non esset, prælati in sorte mariti iis, qui essent cœlibes, patentes orbis, ex legibus Iuliis & Papia.

Apud Tacitum sæpius videbis referri, quis & quo anno Asiam, quis Africam texerit: observa fastos: videbis eo ordine mitti in eas provincias, quo consules fuere: clareque id Tacitus ipse indicat, fine hujus libri; *ita sors Asia in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata.*

Inde est, quod paullo ante idem Maluginensis anno suo sortiri vult Asiam, quamvis Flamen Dialis. Inde quod hic Lepido sine sorte datur Asia, quia Africa extra ordinem exempta sorti. Inde, quod in Suetonii Galba, *prohibitus à Tiberio sortiri anno suo Proconsulatum.* Inde apud Tacitum in Agricola. *Aderat jam annus, quo Proconsulatum Asiæ & Africæ sortiretur*, hoc est, sorte duceret, utram earum regeret. Hæc pro more soleoni sic fiebant.

At factum interdum extra morem & ordinem, urgentibus provinciarum rebus, ut dilata in proximum anoum sorte unius è consularibus, altera provincia extra ordinem judicio principis vel senatus mandaretur: quod in Asia nescio an factum, pacata & quieta provincia.

In Africa turbidiore non semel accidit. apud Suetonium Galba Africam Proconsule biennio obtinuit, *extra sortem electus ad ordinandam provinciam & intestina dissensione & barbarorum tumultu inquietam.* Idem exemplum hic, ubi Blæsus extra ordinem electus Africæ pacandæ, & sequenti anno continuatus.

In Sueton. Vitellio causa alia, quod ille duobus annis in Africa: nam priore sortitus eam ex consulatu ordinario; altera legatus fratris, qui in consulatu suffectus ipsi, & ideo sequenti anno sortitus consularem provinciam.

Causa alia imperii extraordinarii apud Xiphilinum in Tiberio, penuria consularium aut prætoriorum, qui exhausti ejus tyranni sævitia. *Tanta multitudo & aliorum civium senatorumque periit, ut magistratuum sorte electorum, pratorii quidem ad tres annos, consulares vero ad sex annos, præfecturas provinciarum obtinerent, defectu successorum.* Mercerus.

Exponunt tamquā adhuc sortiendū esset. Sed si hæc vera foret sentētia, non addidisset auctor, *Asia*, cur enim illa potissimum exciperetur? nam qui ita loquitur, ad alias sortes, puta Bithyniæ, Cretæ, &c. admissum intelligeret, deinde & *depellendi* verbum arguit, eripi debuisse, quod jam habebat, in cujus possessione erat.

Sortitus igitur fuerat Asiam, & ubi prior proconsul decessisset, eo profectus erat. Pompejus autem id concedendum negat: verum sortem eam illi adimendam esse, non ob hoc quia Asiam sortitus erat: sed quamcumque provinciam obtinuisset. non quod ad sortem confirmandam, eripiendamve quidquam pertineret.

Itaque versionum, à quibus dissentimus, opinio, non aliter locum habere possit, quam si statuamus de una provincia plures simul in sortem mitti solitos: tum enim fieri potuisset, ut unus aliquis excluderetur.

Sed hoc numquam factum esse puto. Quin sicut olim in libera rep. tot magistratus fuisse, quot sortes, tot autem sortes, quot provincias, ut ita singulis, qui sortirentur, sua eveniret.

dam ducebat. Igitur missus in Asiam. Et *de Africa* decretum *ut Cæsar le-*
33 *geret, cui mandanda foret.* Inter quæ Severus [1] Cæcina censuit, *ne quem ma-*

INTERPRETATIO.

esse. *Itaque impositus est Asiæ & statutum* de Africa, ut Tiberius ipse deligeret, cui permittenda esset. *Interea Severus Cæcina disseruit*, statuebatque, ne cui magistra-

NOTÆ.

Liv. 32, 27. *Sex prætores illo anno primum creati: crescentibus jam provinciis & latius patescente imperio.* & mox: *prius de prætoribus transacta res, quæ transigi sorte poterat. urbana Sergio; peregrina jurisdictio Minutio obtigit. Sardiniam Atilius* &c. *est sortitus.*

Eumdem igitur morem sub Augusto & postea in sortiendo fuisse, planissime docet Dio lib. 53. *Tot viros quot & provinciæ sunt* (inter quas hanc ipsam Asiam modo numeraverat) *quos ipsi visum eligere, sortiri jubet.*

Non igitur plures de una provincia, & si de pluribus provinciis totidem viri sortiti sunt, antequam perfecta esset sortitio, non poterat dignosci, quid cuique esset obventurum. Et proinde Asiæ sorte nullo modo depelli potuit Lepidus, nisi illa jam obtigisset. *Freinshem.*

Ego vero non sortitum nec sortiendum habuisse censeo. Sortiri solebant Asiam & Africam. Sed quia extra ordinem deligebatur, cui mandaretur Africa, restabat Asia sola. Quid igitur sorte opus?

Porro de his sortiebantur duo consularium omnium vetustissimi. Horum priorem fuisse Man. Æmilium Lepidum accipimus: ita ad hunc jam Asia sine sortitione pertinebat. Hactenus etiam obtinuisse potest dici, nempe spe ac destinatione & sua & omnium, qui non essent ei malevoli; & ea si careret veniente anno, inde depellebatur, spe certa nempe.

Quid ergo est? impedivit virum doctissimum vocabulum *sors*, quod putavit locum non habere, nisi utique urna intercessisset. At *sors* nihil aliud hic Tacito, quam provincia, sive sorte, sive sine sorte haberetur. ideo, quia rite ac solenniter non nisi per sortem habebatur: ut sæpe apud Livium.

Sic lib. 42. *Illud quoque præcipuum datum sorti Macedoniæ, ut centuriones militesque veteres scriberet, quot vellet* &c. Sic cum Cicero *conjunctionem sortis, necessitudinem sortis*, dicit, nihil aliud dicit quam communis provinciæ conjunctionem & necessitudinem. lib. 2. Epist. 19. *Ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere.* Hoc est, provincia conjuncta. *Depellere* id est, dejicere honore, sorte, seu provincia non sane quam jam haberet, aut in cujus possessione esset, sed quam petebat, quam spe & voto sibi jure despondere potuit. *Grævius.*

Asia sorte depellendum.] Cum duæ tantum provinciæ Asia & Africa sortiendæ essent inter duos consulares, qui vetustiores erant, & Africa daretur sine sorte ob bellum imminens, restabat sola Asia, de qua sic sors intervenire nulla debuit, sed statim sine urna dari debuit vetustiori consulari, & hic dicit Lepidum *Asiæ sorte depellendum* quia certe *sors Asiæ* & *Asia* unum & idem est; Asiæ sorte depellendum, id est provincia Asia; nihil aliud.

Depellendum] Olim etiam ob flagitia prohibiti ire in provincias, licet hæ sorte obtigissent. Valer. lib. 6. de Cornel. Scipione Hispalli filio. *Cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, senatus, ne illuc iret, decrevit, adjecta causa, quod recte facere nesciret. Itaque Quæstor Cornelius propter vitam inhoneste actam, sine ullo provinciali ministerio, tantum non repetundarum lege damnatus est.*

1. *Cæcina censuit.*] Cæcina egressus relationem postulavit statui, ne quis ma-

gistratum, cui provincia obvenisset, [1] *uxor comitaretur*: multum ante repetito, *concordem sibi conjugem, & sex partus enixam: seque quæ in publicum statueret domi servavisse, cohibita intra Italiam, quamquam ipse pluris per provincias* [2] *quadraginta stipendia explevisset. Haud enim frustra placitum olim, ne feminæ in socios aut gentes externas traherentur. inesse mulierum comitatui*, [3] *quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem* [4] *barbari incessus convertant. Non imbecillum tantum, & imparem laboribus sexum; sed si licentia adsit, sævum, ambitiosum, potestatis avidum:*

INTERPRETATIO.

cui provincia obtigisset, comes uxor adesset, *multis verbis ante memorato* ex sententia sua habere uxorem, & quæ sex liberos sibi peperisset: seq; quæ in commune censeret, in penatibus suis observasse, retenta uxore intra Italiam, quamvis ipse per plures provincias quadraginta annis meruisset. Non enim abs re cautum antiquitus esse, ne mulieres in socios, aut populos extraneos ducerentur. Inesse feminarum agmini, quæ otium luxuria, expeditionem metu impediant, quæque, Romanum exercitum in speciem barbari agminis commutent. Non infirmum solum, & ad munia invalidum sexum muliebrem; sed etiam, si facultas detur, immanem,

NOTÆ.

gistratus cui provincia obvenisset, secum uxorem suam duceret.

1. *Uxor comitaretur.*] Olim id insolens. Declamatores apud Senecam patrem, lib. IX. Controv. de Flaminino. *Hic est Flamininus qui exiturus in provinciam, uxorem à porta dimisit.* & alius: *In hoc tecum uxorem non misimus? ut salva provincia sit, optemus meretricis bonam mentē.*

Nec in crebro usu, etiam temporibus Augusti. ut ex Suetonii verbis apparet, cap XXIV. *Disciplinam severissime rexit. ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere.* Sed irrepsit, & Germanico Agrippina in provinciis comes, ipsi Augusto Livia. *Lipsius.*

Discrimen est, nam qui intervisent uxorem, provincias & exercitus relinquebant, non sine damno & periculo Reipub. non item alii qui in comitatu haberent uxorem.

2. *Quadraginta.*] De quo lib. I. *Quadragesimum id stipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.*

3. *Quæ pacem luxu, bellum formidine morentur.*] Male vulgo interpretantur. Non dicit Tacitus, seu Cæcina, *pacem impediri à mulieribus. Sed in pace mulieres*, si viros in provinciis comitentur, *impedire* ne res ex præscripto legum & commodo sociorum administrentur.

Pacem luxu.] Nam in pace, luxu earum, bonas leges bonosque mores subverti, belli vero tempore eas tam suo metu, quam sollicitudine pro ipsis agenda, consilia rationesq; ducum præpedire.

4. *Barbari incessus.*] Germani, Galli, Persæ, uxores & concubinas secum in bella ducebant, ut Cæsar, Tacitus & alii referunt. *Muretus.*

Barbari incessus.] In ipsis etiam itineribus muliebri mollique comitatu efficere, ut non Romanus ille exercitus, sed barbaræ cujusdam nationis agmen videatur. *Freinsh.*

Barbari incessus.] Per barbaros intelligit præcipue reges orientis, Medos Persas Parthosque qui in libidinem effusissimi. Sic Darius fœminarum comitatum totumque aulæ gynæceum, universumque principalis fortunæ paratum pompamque secum bello invehebat.

Quamvis idem etiam fecerint septentrionales populi, sed cum hoc discrimine, quod fœminæ essent his, non libi-

incedere inter milites, habere ad manum centuriones: 1 *præsedisse nuper fœminam exercitio cohortium, decursu legionum. Cogitarent ipsi, quotiens repetundarum aliqui arguerentur,* 2 *plura uxoribus objectari: his statim adhærescere deterrimum quemque provincialium: ab his negotia suscipi, transigi:* 3 *duorum egressus coli,* 4 *duo esse prætoria; pervicacibus magis & impotentibus mulie-*

INTERPRETATIO.

atrocem, opumque & potentiæ inexplebilem: ingredi per manipulos & cohortes, habere ad nutum centuriones obnoxios: haud ita pridem præfuisse mulierem exercitationi cohortium & decursioni legionum. Reputarent ipsi, quoties aliqui incusarentur interceptæ pecuniæ, plura fœminis exprobrari: his statim se adjungere flagitiosissimum quemque provincialium, eas negotia in se recipere & componere. Duorum egressus celebrari, duo esse palatia, contumacibus magis & superbis

NOTÆ.

dinis, sed fortitudinis incitamenta, hortabantur ad virtutem uxores, matresque vulnera à filiis ultro exigebant.

Quod mirum est, post cladem fœminæ Cimbrorum recipi inter Vestæ virgines postularunt à Mario duce, quod cum non impetrassent, constantiam maritorum moriendo impavide secutæ sunt.

1. *Præsedisse nuper fœminam.*] Tangit Plancinam. supra: *Nec Plancina se intra decora feminis tenebat, sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse.*

Præsedisse.] Sic lib. 12, 37. ubi de rege & aliis captivis regiis. *Atq; illi vinclis exsoluti, Agrippinã quoq; haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem quibus principem laudibus gratibusque venerati sunt. Novum sane, & moribus veterum insolitum, fœminam signis Romanis præsidere. Ipsa semet parti à majoribus suis imperii sociam ferebat.* Sic & legatos Armeniorum audire parabat ex tribunali Agrippina, nisi astu Senecæ depulsa esset, annuentis Neroni, ut matri, & dedecori publico obviam iret.

2. *Plura uxoribus objectari.*] *Proficisci autem proconsulem melius est sine uxore: sed & cum uxore potest, dummodo sciat, senatum Cotta & Messalla Coss. censuisse futurum, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio, & vindicta exigatur.* L. Observare. D. De offic. Procos.

Sic. Juven. Sat. 8.

Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes; si nullum in conjuge crimen:
Nec per conventus, & cuncta per oppida curvis
Unguibus ire parat, nũmos raptura Celæno.

Vocat harpyias, illas Proconsulum uxores.

3. *Duorum egressus coli.*] Sic lib. 4 68. de Sabino: *neque enim omiserat conjugem liberosque* (Germanici) *percolere, sectator domi, comes in publico.* Neque enim illustriores viri fœminæque sine magna comitantium deducentiumq; frequentia, in publicum prodire solebant: non domesticorum modo, verum etiam aliorum, qui officii causa vel negotii eos sectabantur.

Unde Labeo in l. 15. § 16. de injur. *Comitem definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur, destinatus est.*

Sed solitus ille comitatus ferme consistebat ex familiaribus & clientibus: ac magistratuum egressus etiam aliorum honestorum virorum, præsertim si qui ipsorum ope gratiaque indigerent, præsentia decorabantur.

4. *Duo esse prætoria.*] Ita pro uno magistratu, duorum, viri & uxoris egressus coli, eosque in publicum prodeuntes turba salutantium atque clientium deduci, atque duo veluti prætoria esse, in qui-

rum

rum jussis, qua 1 *Oppiis quondam, aliisque legibus constricta, nunc vinclis exsolutis, domos fora, iam & exercitus regerent.* Paucorum hæc adsensu audita; plures obturbabant, 2 *neque relatum de negotio; neque Cæcinam dignum tanta rei censorem.* mox Valerius Messallinus, cui parens Messalla, ineratque 34
3 imago paternæ facundiæ, respondit: *Multa duritia veterum melius & lætius mutata: neque enim ut olim, obsideri urbem bellis, aut provincias hostilis*

INTERPRETATIO.

feminarum imperiis, quæ Oppiis olim, & aliis rogationibus coërcitæ, nunc exemtis legum vinclis, familias, fora, jam & legiones præsiderent *Hac pauci æquis animis accepere, multi obstrepebant*; neque relatum de ea re fuisse apud Patres; neque Cæcinam idoneum tantæ constitutionis auctorem. *Dein Valerius Messallinus, cui pater Messalla, ineratque specimen eloquentiæ paternæ, respondit* multa è prisca severitate in melius & amœnius flexa; nec enim ut quondam, Romam cingi, aut circum-

NOTÆ.

bus jus reddatur, & causæ transigantur.

1 *Oppiis quondam.*] Lex Oppia quam C Oppius trib. pleb. bello Punico destringendis mulierum cultibus tulerat, sed duntaxat una fuit, quid est quod ejus meminerit Tacitus in numero plurativo?

Sic Tertullianus profert leges Iulias, & leges Papias. Sic Ulpianus caducarias leges. Sic Plinius Voconias & Iulias leges, ut alias observavi. Equidem usos auctores ea dicendi forma, nihil ob aliud puto, quam ut amplificatione per numerum multitudinis, aliquid majus elocuti fuisse videantur. *Vertranius.*

2. *Neque relatum de negotio.*] Verba sunt obturbantium qui negabant decernendum esse in re, de qua relatum non foret. Unde intelligitur initio præcedentis capitis, illa *inter quæ Cæcina censuit*; accipienda esse de more, qui expositus erat supra 2.38. *Freinsh.*

Neque relatum.] Hoc video alibi apud Tac esse objectum senatoribus relationem egredientibus, nam licet id juris haberet vel modicus senator, ut loco sententiæ promeret, quidquid è repub. esse censeret, sæpe tamen tales sententias spernebant Consules Patresque vel pravitate propria, & privata aliqua ratione, vel adulatione in imperitantes, & relationem abnuebant.

Et hocce loco ipsi Patres dicunt non esse relatum, sic neque ipsos posse interrogari de re quam non retulissent consules, & ipsi non sine ratione, quia non licuit incipere decretum, seu constitutionem, quin prius retulisset Consul.

Sed sæpe sic modicos senatores licet boni publici auctores temnebant, volebantque gratiosos consulares, aut principem ipsum auctorem esse constitutionis. hinc addunt: *neque Cæcinam idoneum tantæ rei censorem*, ideoque eludebant hujusmodi sententias, uno verbo *abnuendo relatum.* sed de his infra.

Neque relatum.] Quilibet senator potuit loco sententiæ proferre quicquid censeret esse è repub. sed sæpe id eludebant alii Patres dicendo non esse relatum, & Consules ipsi connivebant ne referrent, quamvis hæc referre tenerentur ex officio, ut nempe omni modo reipub. consulerent. Sed hæc & talia sæpe elusa, vel per invidiam, ut hoc loco, vel metu principis, vel adulatione.

3. *Imago paternæ facundiæ.*] *Imaginem* ut alibi, pro levi quadam specie rei, non ipsa re, positam opinor. præsertim quum Messallæ facundia celebratissima fuerit, & summis oratoribus æmula Certe ab ipso Cicerone ad Brutum Ep. 15. maximopere commendatur. At de Messallino hoc, nihil usquam simile. *Freinsh.*

Non distinguit Tacitus, an plene, an le-

esse. & pauca [1] *feminarum necessitatibus concedi, quæ ne conjugum quidem penates, adeo socios non onerent;* [2] *cætera promiscua cum marito, nec ullum in eo pacis impedimentum. Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem, quod honestius quam uxorium levamentum? At quasdam in ambitionem aut avaritiam prolapsas. Quid ipsorum magistratuum, nonne plerosque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideo neminem in provinciam mitti. corruptos sæpe pravitatibus uxorum maritos: num ergo omnes cœlibes integros? placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reipublicæ postulantibus: remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. Frustra nostram ignaviam alia ad vocabula transferri: nam* [3] *viri in eo culpam, si femina modum excedat.*

INTERPRETATIO.

dari armis, aut provincias ab hostibus teneri. Et quædam mulierum necessitatibus tribui, & tantum abesse, ut sociis aut provincialibus oneri sint, quæ ne quidem virorum familiæ graves sint. Cætera illis eadem & communia cum conjuge, nec ullam in ea re quietis vel otii moram. Bella sane expeditis gerenda esse, sed redeuntibus post expeditionem, quod magis decorum, quam solatium ex fœmina? At nonnullas in potestatis aut opum cupiditatem pronas fuisse. Quid ipsorum virorũ, nonne multos diversis cupidinibus addictos mancipatosque? non tamen propterea nemini provinciam permitti. sæpe labefactos improbitate fœminarum viros: num igitur omnes nuptiarum expertes incorruptos? Latas fuisse olim Oppias leges; ita temporibus Reip. poscentibus: relaxatum aliquid deinceps & temperatũ, quod sic conduxerit. Perperam nostram socordiam in alia nomina refundi ac rejici: quippe mariti in eo de-

NOTÆ.

viter referret facundiam patris. Sed videtur instituere comparationem qua quemadmodum filius referebat patrem natura; ita & ejus facundiam exprimeret; & ut ejus familiæ & opum: ita & ingenii & facundiæ hæres esset.

Quasi ad filios & posteros transiisset eloquentia Messallæ tamquam naturæ donum; ut in domo Curionum, & Hortensiorum hæreditaria eloquentia fuit, ita ut etiam in fœminas ipsas propagaretur.

Imago paternæ facundiæ.] Cic. pro C. Rabirio. *Hoc generi hominum prope à natura datum est, ut qua in familia laus aliqua floruerit, hanc fere qui sunt ejus stirpis (quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur) cupidissime persequantur.* Et Philipp. 9. *Nullum monumentum pater clarius relinquere potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii filium.* τὸ ingenii de *facundia* capi possit.

1. *Feminarum necessitatibus.*] Quæ necessitates mutuæ intelligendæ sunt, nempe viris & fœminis juxta communes. nam sexus imbecillus custodiendus, nec suo *luxu* aut *cupidinibus alienis* permittendus; & etiam post labores & curas belli *revertentibus* maritis, non *honestius quam uxorium levamentum.* Etiam *male eripi viris*, & fœminis, *consortia rerum secundarum adversarumque.*

2. *Cætera promiscua cum marito.*] Dilutis iis, quæ uxoribus objiciebantur, circa onera & sumtus provincialium, cætera nunc diluit; scilicet *bis statim adhærescere* &c. *duorum egressus coli, duo esse prætoria.* Pichena.

Cætera promiscua.] Cætera ejusmodi sunt, ejusque generis, ut etiam si ipsæ non adessent, tamen maritis tribuerentur.

3. *Viri in eo culpam.*] Si per uxorem aliquod facinus admittatur, viri tamen culpa est, qui eam ita regere debebat, ne recti honestique limites egrederetur.

porrò ob unius aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis consortia rerum secundarum adversarumque. Simul sexum natura invalidum deseri, & exponi suo luxu, cupidinibus alienis. vix præsentis custodia manere inlæsa conjugia: quid fore, si per plures annos in modum dissidii 1 *oblitterentur? Sic obviam irent iis quæ alibi peccarentur, ut flagitiorum urbis meminissent.* Addidit pauca Drusus de matrimonio suo. *nam principibus adeunda sæpius longinqua imperii. Quotiens divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse comite Livia? se quoque in Illyricum profectum; & si ita conducat, alias ad gentes iturum, haud semper æquo animo, si ab uxore carissima, &* 2 *tot communium liberorum parente divelleretur.* Sic 3 Cæcinæ sententia elusa. Et proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatis oblique patribus, *quod cuncta curarum ad principem rejicerent*, 4 Manium Lepidum &

INTERPRETATIO.

lictum esse, si uxor modestiã egrediatur. cæterum temere ob unius aut alterius *mariti* deminutum ingeniũ, auferri viris omnibus societatẽ rerum prosperarum dubiarumq;. Etiam genus mulierum suopte ingenio imbecillum destitui, permittiq; suæ luxuriæ, & libidinibus alienis. Vix præsentis viri vigilantia stare illibata matrimonia: quid futurum, si per multos annos quasi repudio abrumpantur? sic occurrerent iis quæ alibi delinquerentur, ut scelera civitatis animo reputarent. *Nonnulla adjecit Drusus de uxore sua.* quippe Cæsaribus petenda sæpe extrema imperii. Quoties D. Augustum in Occidentem atque Orientem exiisse socia Livia? se quoque in Illyricum abiisse, & si ita expediret, alias ad nationes profecturum, non semper lubenti animo, si abstraheretur à conjuge amantissima & tot communium filiorum genitrice. *Sic Cæcina sententia frustrata* est. *Et primo die senatus, Tiberius, postquam epistola indirecte Patres perstrinxisset,* quod omnia negotia ad Cæsarem remitterent, *designavit*

NOTÆ.

1. *Oblitterentur.*] Quid futurum est, si plures per annos veluti quodam divortii genere separatæ uxores, caritatis fideique pristinæ oblivisci cœperint.

2. *Tot communium liberorum parente.*] Non plus trium. Infra: *Esse illi conjugem & tres liberos.*

Duos gemellos nempe, & Iuliam quæ nupsit Druso filio Germanici. Gemellorum alter non vixit, alter, Tiberius nempe, à Caligula occisus est.

3. *Cæcina sententia elusa.*] Verbum *eludendi* aptissimum huic rei: non enim vi aperta, aut impudenti aspernatione rejectam ostendit; verum specie moris antiqui, & publicæ utilitatis, circumventam atque frustratam. *Freinsh.*

In senatoribus aliqua ratio aut prætextus fuit. Sed consules impudenter abnuebant *relatum*, qui referre quicquid è repub. esset, tenebantur.

4. *M. Lepidum*] Duone ergo Lepidi eo tempore prænominibus iisdem? nam alius certe ab isto, qui Proconsul Afræ, pagina superiore. Non censeo: Manium censeo prænomen fuisse huic, non Marcum, facili scriptorum in nota ea lapsu. Et hercle Manium Lepidum supra reperies clare, Lepidæ, quæ damnata, fratrem.

Diversa etiam ingenia istorum. Marcus ignavus, socors: Manius prudens, gravis, sævis aliorum adulationibus adversus. quem Tacitus ex professo laudat lib. IV. Repono ergo ubique Manium, in eo Lepido qui in senatu & in urbe. *Lipsius.*

1 Iunium Blæſum nominavit; ex quis proconſul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba; intentius excuſante ſe Lepido, cum *valetudinem corporis*, 2 *ætatem liberûm*, 3 *nubilem filiam* obtenderet: intelligereturq; 4 etiam quod ſilebat, avunculum eſſe Sejani Blæſum, atque eo prævalidum. Reſpondit Blæſus 5 ſpecie recuſantis, ſed neque eadem adſeve-

INTERPRETATIO.

Manium Lepidum, & Iunium Blaſum, quorum alter proconſulari imperio Africam obtineret. Tum audita utriuſque oratio, impenſius id muneris *deprecante Lepido, cum* tenuem valetudinem, *teneram* ætatem liberorum, maturam viro filiam *cauſſaretur, ſimulq; adverteretur quod reticebat, Blaſum eſſe avunculum Sejani, ideoq; prapollentem. Reſpondit Blaſus in ſpeciem, quaſi honorem renueret, ſed neque eadem adfirmatione;*

NOTÆ.

1 *Iunium Blaſum.*] Obiter *adnotabo* locum Velleii quem hactenus nemo intellexit: nempe lib. 2. 116. haud dubie ſcripſerat Vellejus: *Nam & Sejani avunculus Iunius Blaſus vir antiquiſſimi moris* &c. Idem ipſe eſt qui infra apud Vell. c 125. ornamenta triumphalia meruit in Africa Proconſul.

Sed hoc loco 116. Contrarium aſſerere videtur Vellejus, cum dicit *mox in Africa* &c. *non merito, ſed materia adipiſcendi triumphalia defectus eſt.* Certe ſibi convenit Vellejus, ſi bene intelligatur, & ex Tacito res elucidabitur.

Igitur apud Tac. lib. 3. Iunius Blæſus Proconſul Africæ legitur à ſenatu. & certe per totum hunc annum quo duravit Proconſulatus ille Blæſi, nulla bella memorantur, nulla materia fuit triumphalia adipiſcendi. & de eo tempore, de illo anno intelligendus Vellejus primo loco 116. quia tum temporis nullum bellum in Africa geſſit Blæſus, neque gerendi occaſionem habuit.

Itaque provincia Africa Iunio Blaſo prorogata apud Tac. lib. 3. 58. & tum *triumphalia* obtinet Blæſus teſte eodem Tac. lib. 3. 72. *Neque multo poſt Cæſar cum Iunium Blaſum Proconſulem Africa triumphi inſignibus attolleret, dare id ſe dixit honori Sejani, cujus ille avunculus erat. Ac tamen res Blaſi digna tali decore fuere.*

Et de eo anno, quo prorogata eſt provincia Blæſo, intelligendus Vellejus ſecundo loco nempe cap. 125. ubi de Blæſo ſic habet. *Poſt paucos annos Proconſul in Africa ornamenta triumphalia* &c. *meruit.* ſicque conciliatur Vellejus cum Vellejo, ope & ſubſidio Taciti. Ob brevitatem & feſtinationem Vellejus ſæpe obſcurus eſt.

2. *Ætatem liberum.*] Adultos intelligunt, contrario ſenſu. Facile enim perſpici poteſt, ad excuſationem hoc nihil eſſe profuturum, ſi filios adultos ſe habere diceret. Itaque *ætas* hic, de tenera ætate liberorum eſt intelligenda. *Freinsh.*

3. *Nubilem.*] Valer. 4. 4. *Itaque cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, petens, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem adulta jam ætatis haberet, neque ei ſine ſe dos expediri poſſet; ſenatus ne reſpub. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit.*

4. *Etiam quod ſilebat.*] Alia etiam recuſandi ratio ſatis conjiciebatur, quamvis eam ipſe reticeret, illum nimirum nolle contendere cum Blæſo qui avunculus Sejani eſſet, & ejus potentia ſubnixus, potuit æmulos poteſtatis facile ſubvertere.

5. *Specie recuſantis.*] Blæſus etiam imaginem recuſantis præbuit, ſed neque ita intente, neque ita perſeveranter ſe excuſavit; ſed poſt aliquam cunctationem, provinciam ſe ſuſcepturum eſſe profeſſus eſt: ideoque à Patribus, qui per illum, Sejani favorem adulationibus quærebant, conſenſu laudibuſque excepta eſt ejus oratio. *Freinsh.*

ratione; 1 & conſenſu adulantium auditus eſt. Exin promptum quod mul- 36
torum intimis queſtibus tegebatur. Incedebat enim 2 deterrimo cuique licentia, impune probra, & invidiam in bonos excitandi, 3 arrepta ima-

INTERPRETATIO.

& conſenſu adſentantium idemq; cum illo volentium *auditus eſt. Poſtea patefactum prelatumq; quod multorum ſecretis queſtibus abſcondebatur. Quippe peſſimũ quemq; inceſſebat audacia, nullo pœna metu contumelias & odium adverſus probos incitandi,*

NOTÆ.

Specie recuſantis.] Blæſus neque pari adſeveratione provinciam recuſavit ac Lepidus, neque etiam pari affectu auditus à Patribus, à quibus magis intellectus eſt, ut ſentiebat quã ut loquebatur; & magis ut res erat, accepere Patres, quam ut dicebatur & in eo par conſenſus Patrum, ut rem offerrent quæ recuſabatur. In ſpeciem recuſabat Blæſus, nec pari adſeveratione ac Lepidus, & conſenſu adulantium Patrum auditus intellectuſque eſt.

Sed neque eadem aſſeveratione & conſenſu adulantium.] Prius membrum pertinet ad ea, quæ de Blæſi excuſatione dixerat auctor: ſpeciem quidem eum recuſantis præbuiſſe, ſed non pari ac Lepidum adſeveratione nixum eſſe.

Adſeveratio eſt ſerium & conſtans perſuadendi, quæ propoſueris, ſtudium & contentio. Sic apud noſtrum aliquoties. Dein audita eſt ejus oratio conſenſu applauſuque eorum, qui ipſi adulabantur; adulabantur autem omnes ut avunculum Sejani *Freinshem.*

1. *Et conſenſu adulantium.*] Non eadem adſeveratione ſe excuſabat Blæſus, & perinde auditus ab adulatoribus ut ſe excuſabat, molliter nempe, & quaſi non rejiceret honorem illum. eodemq; ſenſu auditus ſeu intellectus; in eam mentem pari conſenſu adulantium exceptus; quia ſcilicet non ſatis recuſantem eum illi etiam non ſatis excuſabant, imo ultro adulationibus impellebant itaque illi conſentiebant inter ſe & cum Blæſo, ita ut audirent eum, quo modo loquebatur.

Et conſenſu.] Reſpondit Blæſus quaſi recuſaret provinciam, ſed non pari conſtantia, ac Lepidus. Neque etiam eodem modo auditus eſt, imo prompto adulantium conſenſu, tacitus conſenſus illius exceptus eſt. conſentiebant invicem adulantes in Blæſum, ut Blæſus etiam molliter diſſentiebat. Nec profeſſus eſt ſe accepturum provinciam, niſi poſtquam conſenſu patrum auditus atq; impulſus eſt.

2. *Deterrimo cuique*] Optimum quemque contumeliis adficiebant, imagine Cæſaris apprehenſa. Nam eos lædere nemo ſuſtinebat, quum ob legem majeſtatis vererentur homines, ne ea res à delatoribus eo detorqueretur, quaſi imagini principis, ſeu principi ipſi illata contumelia eſſet.

3. *Arrepta imagine Cæſaris.*] Græci moris fuit, ad vim injuriamque arcendam, confugere ad templa, ſtatuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter ſupplices utebantur, frequentiſſime ſervi. *Lipſius.*

Imagine.] Euripides:

Ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν
δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

Quippe ſuffugium habet vipera lapidem
Servi vero aras deorum.

Servulus apud Plautum:

Ego interim hanc aram occupabo.

Tibullus alludens:

Et veneris ſancta conſidam victus ad aram.

Et bene, *conſidam* quia ſupplicum fuit ſedere. Nec diis modo is honos, ſed etiam heroibus quibuſdam? ut Theſeo Athenis. Plutarchus: *poſita eſt ara in media urbe prope nunc gymnaſium, & eſt perfugium ſervis & omnibus infirmoribus, & qui potentiores formidant.* Itemque Regibus uti Decium Magium Cytenas tem-

gine Cæsaris; 1 libertique etiam ac servi, patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur. Igitur 2 C. Cestius senator disseruit; *Principes quidem instar deorum esse: sed neque à diis nisi justas supplicum preces audiri, neque quemquam in 3 Capitolium aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. Abolitas leges, & funditus*

INTERPRETATIO.

apprehensa effigie principis; & liberti quoq; ac famuli ipsi formidabantur ultro, cum patrono vel domino minas manusque intenderent. Itaq; C Cestius unus è Patribus censuit, principem quidem imaginem esse deorum, sed neque à diis ipsis exandiri, nisi legitima supplicantium vota, & neminem in Capitolium confugere, aut alia civitatis delubra, ut eo patrocinio perfugioque ad scelera abutatur, abrogatas le-

NOTÆ.

pestate delatum, ad statuam Ptolemæi Regis confugisse Livius tradit lib XIII

Romæ haud ita freqnens ille mos nec libera Rep. quidquam reperio, præter Romuli Asylum Initium ei mori fuit à templo Iulii Cæsaris, quod Triumviri extruxere, cum hoc jure, ut perfugium in eo cunctis esset.

Dio lib XLVII. *Edixere etiam Triumviri, ne quis, qui impunitatis causa in templum D. Iulii confugisset, inde ejici vel abripi posset. Quod ante, ne Deo quidem cuiquam concessum, exceptis iis quæ ad Romuli Asylum pertinent.* Quæ postrema Dionis caute lege. Vereor enim ut erret. Nam præter Romuli Asylum, etiam Dianæ in Aventino monte templum idem jus habuit: quod elate notat Dionysius Halicarnas. IV. Antiq.

Sed sub Impp tamen maxime invaluit: nec templa solum, sed statuæ eorum imaginesque passim perfugium servis. Seneca de Clementia lib. I. *Servis ad statuam licet confugere. cum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere, commune jus animantium vetat.*

Ulpianus in Pythœanis fragmentis: *Ideoque cognosce de querelis illorum qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt. & si vel durius habiti quam æquum, vel infami injuria adfectos cognoveris, venire jube, ut in potestatem Sabini non revertantur.*

Etiam ingenuis, injuria adfectis. Sueton. in Aug. *Antonium juvenem simulacro Divi Iulii, ad quod post multas, & irritas preces confugerat, abreptum interemit.* In Tiberio de Agrippina: *novissime calumniatus, modò ad statuam Augusti, modò ad exercitus confugere velle* Resque eo evasit, ut non periculi solum fuga, imago imperatoris esset, sed calumniæ occasio. Ea arrepta, inferte injuriam licebat, non solum vitare.

1. *Libertique etiam ac servi.*] L. 2 D. De his qui sui juris sunt. Vox *ultro* maxime rem adgravat. Satis enim foret, nimiumque, si liberti & servi, etiam injuria lacessiti, metuendi essent: sed jam, *ultro*, hoc est sponte, non lacessiti, neque provocati metuebantur. *Freinsh.*

2. *C. Cestius senator.*] Sic lib. 1. *Pius Aurelius senator questus.* Sic modicos senatores designat, & qui honorem alium adepti non essent.

Nec frustra sic vocatur Tacito, quia nempe jus id senatoris fuit, proferre *loco sententiæ* quicquid è repub. esse censeret. & pro jure suo, tamquam *senator* hanc nunc orationem habuit *Cestius* de impudentia Rufillæ.

3. *Capitolium.*] Mons Saturnius, postea Tarpejus, demum Capitolinus, alias Capitolium. fuit in Octava regione Romæ antiquæ. hodie *Campidoglio* Italis, & *Capitole* Francis, in regione ab ipso dicta *Campitello.* & in parte ferè media Romæ modernæ. in hoc monte sita fuerunt olim varia Deorum templa, præcipue vero Iovis Capitolini, &c. *Tillemontius.*

versas, ubi [1] *in foro, in limine curiæ ab Annia Rufilla,* [2] *quam fraudis sub judice damnavisset, probra sibi & minæ intendantur: neque ipse* [3] *audeat jus experiri, ob effigiem imperatoris oppositam.* Haud dissimilia alii, & quidam atrociora circumstrepebant; precabanturque Drusum, *daret ultionis exemplum*: donec accitam convictamque attineri [4] publica custodia jussit. Et Considius Æquus, & Cœlius Cursor equites Rom. quod fictis majestatis criminibus Magium Cæcilianum prætorem petivissent, auctore prin- 37

INTERPRETATIO.

ges & penitus eversas, postquam in foro, in vestibulo senatus, Annia Rufilla, quam falsi sub judice condemnasset, contumelias sibi & minaces voces intentet: neque ipse jure agere audeat, ob imaginem principis objectam. *Haud disparia alii & nonnulli graviora circumfremebant; rogabantque Drusum,* ut vindictæ proponeret exemplum: *donec accersitam compertamq; sceleris, conjici in vincula jussit. Et Considius Æquus, & Cœlius Cursor equites Romani damnati* sunt *referente principe, & decreto Patrum, quod falsa majestatis crimina adversus Magium Cæcilianum prætorem sup-*

NOTÆ.

1. *In foro.*] Forum Romanum fuit inter montem Capitolinum & Palatinum, & in octava regione Romæ antiquæ, quæ ab ipso dicta *Forum Romanum*. hodie pars illa Campi *Vaccinæ* quæ est inter septentrionem & occidentem, in regionibus *Campitelli* & *Ripa*, inter Ecclesias vulgo dictas *Sancta Maria Liberatrice, Sant Adriano*, arcum *Septimij Severi*, & circa Ecclesiam *santa Maria della consolatione*. Ex Roma Antic. Nardini lib 5. c. 2. p 215. & imaginibus seu planis Romæ modernæ, Gregorii de Rossi & Ioan. Faldæ. *Tillemontius.*

2. *Quam fraudis.*] Quum ipsi accideret, ut conviciis incesseretur ab Annia Rufilla, quam in judicio fraudis convicisset. neque tamen audeat uti jure suo & judicatam, donec æstimationem litis solveret, abducere. quod ipsa imaginem principis opponat, tamquam scutum.

Fraudis.] Vertit Harlæus *crimine falsi*. forte non damnaverat ipse ut judex, sed, ut à judicibus damnaretur, procuraverat.

Audeat jus experiri.] A glossa videtur, *jus*. *Experiri* enim, pro jure agere, frequentissimum priscis. *Lipsius.*

3. *Audeat jus experiri.*] *Vinctam* quam *convictam* malui. Nec enim aut cognitione opus erat, aut si fuisset, ille cognoscendi locus, illudve tempus habebatur. Sed ultio poscebatur, in damnata, & manifesto noxia. *Freinshemius.*

Nolebat Cestius convinci illam fraudis, quippe eo nomine jam damnata erat. Sed voluit jus experiri, seu injuriarum agere; ideoque accita est à Druso, & à statua Cæsaris abrepta & convicta, publica custodia retenta est. Iam non agebatur de primo facinore, sed de novo crimine, injuriarum nempe & probri in senatorem, quod senatus universus ultro vindicabat, ut crimen publicum.

Convictamque.] Quidam intelligunt de crimine, cujus jam damnata erat à Cestio. Sed duplex in ea fœmina crimen, nempe fraudis, dein contumeliarum in Cestium senatorem. forte ob utrumque crimen, simul & pœnam in carcere retenta fuerit Rufilla.

4 *Publica custodia.*] Publicam custodiam, puto carcerem: discretamque à militari. *Lipsius.*

Publica custodia.] Rei aut sibi ipsis, aut fidejussoribus creduntur: iidem aut militibus committuntur, quæ *militaris custodia* Cornelio: aut in carcerem recipiuntur, Ulpiano auctore. Hos *in publica vincula conjici* Venulejus & Papinianus dixere.

Lex Iulia de vi, *in vinculis custodiave publica esse*, ut pro eodem accipiamus:

cipe, ac decreto senatus puniti. Utrumque in laudem Drusi trahebatur: *ab eo, in urbe* 1 *inter cœtus & sermones hominum obversante, secreta patris mitigari.* neque luxus in juvene adeo displicebat: 2 *huc potius intenderet,* 3 *diem editionibus, noctem conviviis traheret, quam solus & nullis voluptatibus avocatus, mœstam vigilantiam, & malas curas exerceret.* 4 Non enim Ti-
38 berius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius Priscus Cæsium Cor-

INTERPRETATIO

posuissent; utrumque flectebatur in gloriam Drusi; arcanam patris tristitiam leniri ab illo conversante passim in civitate, in colloquiis, & ore hominum; *neque adeo ingrata erat luxuria in adolescente*: huc potius animum conferret, diem spectaculis celebrandis impenderet, noctem epulis *potius*, quam solus & nullis oblectamentis delinitus, tristem vigilantiam, & pravas curas mente agitaret. *Non enim Tiberius; non delatores flagitiis absistebant. Et Ancharius Priscus repetundarum arcess-*

NOTÆ.

carcere, custodia publica, vinculis publicis attineri. Alias *vinculorum* appellatio, vel publica vel privata *vincula* significat: *custodia* vero nomen, tantum custodiam publicam, auctore Saturnino D. de verborum significatione. *Vertranius.*

1. *Inter cœtus.*] Hic in urbe degens & in cœtibus hominum sermones audiens attendit & cognoscit, quid in quoque negotio decerni conducat: & patrem suum in secessu agentem, & ipsa solitudine ad tristiora pronum, consiliis suis in humaniorem sententiam flectit.

2 *Huc potius intenderet.*] Seneca de benef. 8,20. *Si marmora & vestes desideraverit, nihil oberit cuiquam id, quo luxuria ejus instruitur: militem & arma non suggeram, si pro magno petet munere artifices scenæ, & scorta & quæ feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui triremes & æratas non mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lascivientium mittam.*

Iuvenalis Sat. 4.

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sævitiæ: claras quibus abstulit urbi
Illustresque animas impune & vindice nullo.

3. *Diem editionibus.*] *Editiones* proprie spectacula muneraque. *Editores*, qui ea præbent. Diem ergo trahebat Drusus editionibus, sive spectaculis: noctem, conviviis epulisque.

Notant utrumque id vitium in eo scriptores Noster supra: *Edendis gladiatoribus Drusus præsedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens. quod vulgus formidolosum & pater arguisse dicebatur.*

Ubi vides describi studium ejus, non in gladiatores modo, sed & histriones, scenicosque. Dio. *Pantomimis adeo deditus fuit, ut ad seditiones concitaret eos, neque legibus, quas Tiberius super iis tulerat, parere fineret.*

Iterum: *Druso autem filio, cum petulantissimus & crudelissimus esset, (adeo ut gladij acutissimi, Drusiani ab eo vocentur) vehementer succensuit, eumque publice ac privatim sæpe objurgavit.*

Crudelis ergo Drusus, & ideo cruentis illis spectaculis gaudens: quæ sibi non in publico solum, ut opinor, sed sæpe domi repræsentabat & in hortis. De ebrietate ejus, vide eumdem lib. LVIII. *Lipsius.*

4. *Non enim.*] Hoc *enim* manifesto indicat προδιήγησιν ejus rei, quam statim erat explicaturus, natam ex verbis præmissis, *quam malas curas exerceret*, videlicet ut parens ejus, cujus exempla statim subjiciuntur. neque enim hic aliud narraturus est, quam quod intenderat invo-

dum

dum proconsulem Cretæ postulaverat, 1 repetundis; addito majestatis crimine, quod tum omnium accusationum 2 complementum erat. Cæsar Antistium Veterem è primoribus Macedoniæ absolutum adulterii, increpitis judicibus, 3 ad dicendam majestatis caussam retraxit, ut turbidum,

INTERPRETATIO.

Postulaverat Cæsium Cordum proconsulem Cretæ, adjuncto crimine majestatis, qui tum cumulus fuit omnium delationum. Tiberius Antistium Veterem è proceribus Macedoniæ, postquam culpam adulterij purgasset, objurgatis judicibus, revocavit ad diluendũ crimen majestatis.

NOTÆ.

lueratque iis verbis 1 *non enim Tiberius. non accusatores satisfecebant.*

Jam igitur narrat per partes, quid illi, quid Tiberius egerint. Crebrum hoc nostro, & in primis decorum, ut primo veluti summam ejus rei, quam traditurus est, proponat, dein singula exsequatur; sed attentum & memorem lectorem requirit.

Illustre exemplum in lib. h 1. 4. quod ad intellectum eorum, quæ dixi, disertius & explicatius tradam. Ait: *finu Neronis ut latus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum non modo in Vrbe apud patres, aut populum aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat.*

Id deinceps per membra exponit de *Patribus* quidem statim. *Sed Patres læti:* de *populo*, ibidem, pars populi integra 1 de *milite urbano*, h. 1, 5 *Miles urbanus.* Et hæc quidem usque ad initium capitis 8. Ubi iterum, quia longior excursus intervenerat, lectorem propositionis suæ admonet: *Et hic quidem Romæ &c.* habitus animorum fuit.

Statimque progreditur ad cætera de *legionibus ducibusque* tradenda, *è provinciis Hispaniæ præerat Cluvius Rufus* &c. quæ pertinent usque ad h. 1 11. Ubi rursus in memoriam revocat lectori jam evolutam esse omnem istam syllepsin, atque summam instituendæ narrationis. *Hic fuit rerum Romanarum status, cum Ser. Galba iterum, T. Vinius consules* &c.

Idem familiare Suetonio ut Calig. 25. *Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit,* ubi in subjecta narratione, quæ de Livia Orestilla memorat, ad *contrahendum matrimonium* spectant; quæ de Lollia Paulina, ad *dimittendum* præcipue: quæ de Cæsonia, ad *tenendum.* Hæc lectoris attentionem requirunt. *Freinshemius.*

1. *Repetundis.*] Prodit Gellius lege XII, Tabul. scriptum esse, ut qui ob rem judicandam pecuniam accepisse convictus esset, capite puniretur. sed mirari subit, cur Cicero in oratione pro Cluentio *Repetundas* vocet, quas diversas fuisse nemo nescit, de quibus etiam propria lege quærebatur: eum de iis, quæ ob rem judicandam essent acceptæ, lege Cornelia de veneno, cognosceretur. Nisi, si pecuniæ *repetundæ* dicebantur, non eæ solum, quas provinciarum rectores contra leges accepissent, verum & illæ, quarum causa, qui ob judicandum eas cepissent, in judicium vocarentur. Quodam enim modo, cum adversus eos ageretur, judicio repeti pecunia videbatur. ideo facilius crediderim, quia lege Julia de repetundis, non rectores modo provinciarum, sed eos etiam, qui pecunia corrupti aliquid in judicio vel commisissent, vel omisissent, esse comprehensos jurisconsultorum libri demonstrant. Nec sane video quid intersit, utrum à sociis publico fungens munere, pecunias contra leges, an à civibus aliquis accipiat.

2. *Complementum erat.*] Plin. Paneg. *Vnicum crimen eorum, qui crimine vacabant.*

3. *Ad dicendam majestatis causam retraxit.*] Mos in vetere rep. fuit, quo in aliquam invidiam aut crimen vocati, sua

& 1 Rhescuporidis consiliis permixtum, qua tempestate 2 Cotye fratre interfecto, bellum adversus nos 3 volverat. Igitur *aqua & igni interdictum reo, adpositumque, ut teneretur insula, neque Macedonia neque Thracia* 4 *opportuna.* Nam Thracia diviso imperio 5 in Rhœmetalcen & liberos Cotyis, quîs ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, 6 insolentia no-

INTERPRETATIO.

jestatis, tanquam turbulentum, & Rhescuporidis cœptis innoxum, quo tempore, occiso fratre Cotye, bellum contra nos agitaverat. Igitur aqua & igni reus arcetur, adjectumque ut clauderetur insula, neque Macedoniæ, neque Thraciæ commoda. *Quippe Thracia distributo regno in Rhœmetalcen & filios Cotyis, quibus ob pueritiam tutor erat Trebellienus Rufus., insueta ac inscia imperii nostri dissentiebat; nec*

NOTÆ.

voce respondendum haberent, ut ait auctor Dialogi de Oratoribus. Quod prius Græcis vetustissimis usitatum comperio, ex Pausaniæ Atticis; cum Halirrhotio occiso, Mars Athenis causam dixerit, eo ipso loco, qui exinde Areopagi nomen habuit.

Sic olim jam Romæ T. Manlio indictæ causæ dictio & filii opera remissa legitur. Livii VII. Unde est quod idem ait: *Nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere causam.*

Item apud Tranquillum Tiberius *præfectum alæ, de vi & rapinis reum, causam in senatu dicere coëgit*: & alibi, *Citati ad causam dicendam.*

Ideoque Seneca 6. Declamat. 5. sic habet, *omnia legitime peracta sunt: accusator suo loco dixit, reus suo respondit.* Quare quod ita mortis esset, supra Cornelius scripsit: *Piso relatus domum, tamquam defensionem in posterum meditaretur.*

Et hoc loco Antistium veterem ad causam dicendam à Tiberio coactum. Et supra lib. 4. *Lucilius Capito, reus ipse causam dixit.* & infra lib. 15. *Ubi ad dicendam causam introiissent, latatum erga conjuratos.* Vertranius.

1. *Rescuporidis consiliis permixtum.*] *Consilia* sunt institutum, propositum, decretum cujusque. *consiliis permixti* non præcise, qui consilia subministrant, sed omnino idem institutum spe, voto, ope, opera promoverunt: etiamsi consilium nunquam suggesserint. *Freinsh.*

2. *Cotye fratre.*] Minime hercle fratre, sed (Tacito ipsi si fides) *fratris filio.* Ita enim lib. II. scriptum: *Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. quo defuncto Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri ejus, partem filio Cotyi permisit.* Et Vellejus: *Qua ille prudentia Rascupolim interfectorem fratris sui filij Cotyis evocavit.* Quin humani ergo aliquid Tacitus hic passus sit, nemo negaverit. *Lipsius.*

Fratre.] Quum ille Cotye fratre suo (an fratris filio) interfecto, bellum adversus Romanos meditaretur. *Freinsh.*

3. *Volverat.*] A volvo sic lib 1. hist. *bellum volvebat.*

4 *Opportuna.*] Unde nec in Macedoniam, nec in Thraciam commoda navigatio esset.

5. *In Rhœmetalcen.*] Defuncto Rhœmetalce Thracia diuisa est inter Rhescuporim fratrem ejus, & inter filium Cotyn. Hunc interfecit Rhescuporis, qui postea Romam adductus, & damnatus est: Thracia divisa inter Rhœmetalcem filium, & liberos Cotyis.

6. *Insolentia nostri.*] Et H. 3. 53. *obsequij insolens*: hoc est, non adsuetus parere.

Insolentia nostri.] Est qui vertat insolentia, seu injuria nostri militis. Sed injuriæ & contumeliæ in socios non solius militis sunt. Imo quandoque innocenter agit miles, dum legati & magistratus, sæviunt, & depeculantur prouincias.

ſtri diſcors agebat; neque minus Rhœmetalcen quam Trebellienum incuſans, 1 popularium injurias inultas ſinere. 2 Cœlaletæ, 3 Odruſæque, 4 & alii, validæ nationes, arma cepere, 5 ducibus diverſis & paribus inter ſe 6 per ignobilitatem; quæ cauſſa fuit, ne in bellum atrox coaleſcerent, pars turbant præſentia, alii montem 7 Hæmum tranſgrediuntur, ut remotos populos concirent: plurimi ac maxime compoſiti regem, ur-

INTERPRETATIO.

minus inſimulabat Rhœmetalcen quam Trebellienum, quod illatas popularibus, id eſt Thracibus injurias non ulciſcerentur, ſed impunitas eas relinquerent. Cœlaletæ Odruſaque & Dii, prapollentes populi bellum ſuſcipere, diverſis ducibus & ſimilibus invicem per obſcuritatem loci; quod in cauſa fuit, cur in grave bellum non convaleſcerent, alii commovent loca præſentia ſeu regionem ſuam, alii juga Hæmi tranſiliunt, ut longinquas nationes excitarent; multi ac maxime ordinati obſidione cingunt re-

NOTÆ.

Inſolentia noſtri, id eſt, quia inſcii & impatientes erant noſtræ dominationis, nondum virgas, ſecures, & tributa ferre didicerant; quamvis haberent reges, non tamen adductum imperium patiebantur, ut neq; fere ſeptentrionales barbari. *diſcors agebat* Thracia, non inter ſe, ſed in Romanos, regemque; id eſt ſeditioſe agebat.

Inſolentia noſtri.] Quia Romanis parere non conſueverat, ſic apud Sueton. Tib. *quaſi ab impatientibus Roma domini* &c. *accipi volebat.*

1. *Popularium injurias.*] Ipſa Thracia diſcors perinde utrumque incuſabat, quod illi popularium ſuorum, id eſt, Thracum injurias inultas ſinerent.

2. *Cœlaletæ*] Populi è Cœletica præfectura Thraciæ regionis circa Hebrum & Melam amnes. ex Ptolemæo & Ortelio *Tillemon.*

3. *Odruſæ.*] Vel Odryſæ, populi Thraciæ regionis intus, & circa Hebrum fluvium. ex Ortelio. *Tillemon.*

4. *Et alii.*] Varié legunt: *Aſty*, *Dii* qui Thraces montani ſunt. etiam *Scaligi*. Sed quid ni ſcripſerit Tacitus *Cœlaletæ*, *Odruſaque & alia*, nempe Thraciæ, *validæ nationes* &c. an debuit Tacitus omnes Thraciæ gentes nominatim tradere? ſi quid tamen mutas, repone *Dii* cum Lipſio.

5. *Ducibus diverſis.*] Diverſi, non quia diverſa ſentirent, præſertim quoad ſummam belli. Sed quia multi erant, & perinde ignobiles, nec ſatis in commune conſulebant, quod illis exitio fuit. Ut in commune conſulerent ſaluti patriæ, uno rectore opus fuit, non diverſis factionum capitibus. & quod peius fuit, duces ignobiles loco erant, at bella fama & auctoritate conſtant.

D. verſis.] Diverſis ducibus electis, qui quum ex æquo ignobiles eſſent, nec cujuſquam auctoritas alios præmineret, æmulatione contemtuque mutuo effectum eſt, ne tantæ molis bellum exoriretur &c. Nunc autem aliis alio tendentibus, quidam proxima & vicina loca incurſant vaſtantque, alii Hæmum montem tranſeunt &c.

6. *Per ignobilitatem.*] Ne accipias quaſi virtute, armis, famaque belli ignobiles eſſent, intellige obſcuros loco fuiſſe tantum. Forte tantum clari per ſeditionem & miſcere turbas periti, ut fit, concitata plebe.

7. *Hæmum.*] Is mons Thraciæ & Mœſiæ regionum. hodie *Monte Argentaro*, vel *de Coſtegnas & Balkan* Turcis; eſt in Macedonia, Romania & Bulgaria provinciis imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

bemque 1 Philippopolim à Macedone Philippo sitam, circumsidunt.
39 Quæ ubi cognita 2 P. Vellejo, (is proximum exercitum præsidebat)
alarios equites ac 3 leves cohortium 4 mittit in eos, qui prædabundi aut
adsumendis auxiliis vagabantur. Ipse robur peditum, ad exsolvendum ob-
sidium ducit. Simulque cuncta prospere acta, cæsis populatoribus; & dis-
sensione orta apud obsidentes, regisque opportuna eruptione, & adventu
legionis. neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo semermes ac pa-
40 lantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. Eodem anno Galliarum
civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptavere: cu-
jus exstimulator acerrimus inter 5 Treveros Julius Florus, apud

INTERPRETATIO.

gem, & urbem Philippopolim structam à Philippo Macedonum rege. Quæ postquam comperta sunt P. Vellejo (is proximis copiis praerat) auxiliarem equitem & expeditos cohortium adversus eos immittit, qui populationibus intenti, aut adsciscendis auxiliis palabantur. Ipse lectos pedites ducit ad solvendam obsidionem. Simulque omnia feliciter gesta, profligatis prædatoribus, & seditione orta inter obsidentes; cumq; rex etiam erupisset in tempore, advenissetque simul legio. neque pugnam aut discrimen appellari convenerit, in quo fere inermes ac vagi obtruncati sunt sine nostro cruore. Eodem anno urbes Galliarum defectionem agitavere, ob gravitatem immensi fœneris: hujus belli *concitor vehementissimus apud Treveros Iulius Florus,*

NOTÆ.

1. *Philippopolis.*] Urbs Thraciæ regionis ad Hebrum fluvium. hodie nomen retinet, urbs Romaniæ provinciæ ad Marizam fluvium. in Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

Philippopolim.] Quam Philippus Alexandri Magni pater condiderat.

2. *P. Velleio.*] Sunt qui illum velint esse, cujus Breviarium historiæ in manu i serium, doctum quantumvis opus, sed plenum adulationis fœdissimæ, cujus me pudet, Nec abnuerim, quin ille sit. Meruit servitio tam projecto evehi ad res magnas. quamquam modicus originis, ut ipse fateri videtur, & diu tantum tribunus militum: postea præfectus Tib. Cæsaris per novem annos aut legatus, ait ipse lib II. Prænomen tamen illi in vulgatis libris est, Cajus: nec id moveor. Nam Priscianus lib. VI. eumdem Marcum appellat: noster hic Publium. Quam confundi illa soleant, doctus scio. *Lipsius.*

3. *Leves cohortium.*] Non proprie *levis armatura*, ut vertunt, sed hæ auxiliarium cohortes, quæ loco *levium* priscæ militiæ successerant; non tamen proprie *leves* erant, quamvis distinctæ essent ordine, armisque à legionariis. per *leves*, intellige expeditos (*leves* veterum exoleverant) Tac. *nihil validum in exercitibus, nisi quod externum.* & lib. hist. octo cohortes Batavorum legionem quartamdecimam provocant, cujus auxiliares erant.

4. *Mittit in eos.*] Mittit qui partim illos, qui præsentia turbabant, partim illos, qui trans Hæmum socios cœptis quærebant, adorirentur.

5. *Treveri.*] Populi Belgicæ primæ, ad Mosellam & Rhenum amnes in Gallia. hodie Archiepiscopatus *Trevirensis*, vel pars ducatus Luxemburgensis, *Luxembourg*, aliquid Electoratus *Coloniensis*, partes Electoratus Trevirensis, *Treves*, & *Palatinatus Rheni*, & aliquid *Lotharingia*, &c. in circulis Burgundiæ & Rheni superioris & inferioris. ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

1 Æduos Iulius Sacrovir, nobilitas ambobus, & majorum bona facta, eoque 2 Romana civitas olim data, 3 cum id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ii secretis conloquiis, ferocissimo quoque adsumpto, aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo; componunt, Florus 4 Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire. Igitur 5 per conciliabula & cœtus seditiosa disserebant, *de continuatione tributorum,*

INTERPRETATIO.

inter Æduos Iulius Sacrovir, claritudo utrique & patrum merita, ideoque jus civitatis olim eis tributum, cum id infrequens, nec nisi fortitudini pramium esset. Illi occultis sermonibus promptissimo quoque adscito, vel quibus ob pauperiem ac formidinem ex sceleribus maxima delinquendi necessitas erat, *constituunt Florus Belgas, Sacrovir citeriores Gallos concitare. Itaque per concilia & conventus turbida differebant*, de perpetuo onere vectigalium, magnitudine æris alieni, im-

NOTÆ.

1. *Ædui.*] Populi Lugdunensis primæ, ad Ararim fluvium in Celtica, seu Lugdunensi Galliæ regione. hodie Episcopatus *Autun*, vel pars major, & meridionalis ducatus *Burgundia*, partesque provinciarum *Bresse*, *Beaujolois*, *Bourbonnois*, & *Nivernois*. in regno Franciæ. *Tillemonius*.

2. *Romana civitas.*] Qui jus civitatis Rom adepti erant, etiam tum cum raro, nec nisi virtuti concederetur. puto, vetere Rep. florente; eum se fratres Romanorum adpellarent. serius Julio Cæs. parante, vel faciente bellum in Galliis forte etiam & sub Augusto, qui raro talia, nec nisi meritissimis donabat.

3. *Cum raro.*] Proceres Gallorum, Germanorumque civitate Rom. donati, & etiam in equestre fastigium assumpti, in quibus Arminius Germaniæ vindex, & decus. & *Italus*, qui mox rex, Cheruscorum ex Urbe arcitus. Verum etiam Parthi ipsi nobiles, si quando transfugerent ad Romanos. Tac. lib. 6. 37. *Ornospades*. &c. *exsul quondam & Tiberio, cum Dalmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator, eoque civitate Rom. donatus.*

4. *Belgas.*] Belgæ populi Belgicæ, Belgica vero fuit regio Galliæ Comatæ ad mare Britannicum. hodie pars septentrionalis regni *Francia*, omnis Belgica Regia, vulgò *les Pays Bas Catholiques*, pars meridionalis Belgii Fœderati, seu *les Provinces Unies*, cum regionibus quibusdam *Imperii Allemania*, citra & ad Rhenum fluvium, &c. vide Chartas Sansonis, Galliæ antiquæ, & regni Franciæ. *Tillemonius*.

5. *Per conciliabula & cœtus.*] Scio quidem nunc vulgo ita loqui etiam doctos homines, ut *conciliabula* dicant per contemptum, quantumvis magna & frequentia concilia: sed ubi quis veterum ita locutus sit, etiamnum quæro.

Romanis vicorum aut oppidulorum, quæ jus nundinarum haberent, numero erant, ut eum *fora & conciliabula* jungunt. Extra hæc *conciliabulum*, haud dubie concilium minus, aut minus frequens est.

Nec *conciliabula*, & cœtus aliter dicuntur quam *concilia & cœtus*. Cicero in Somn. Scip. *concilia, cœtusque hominum jure sociati*. Item, *in illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar.*

De finibus lib. 2. *opiniones, qua apud populum, qua in omni cœtu concilioque proferenda sunt.* Idem pro domo: *quoniam plebi quoque urbana majores nostri conventicula & quasi concilia quadam esse voluerunt.*

Non magis apud Tacitum *conciliabula* vel per contemptum, vel tantummodo de clandestinis his dicuntur, quam Ciceroni *conventicula*. Sed nec *concilii* tam ho-

1 *gravitate fœnoris, ſævitia ac ſuperbia præſidentium. & diſcordare militem, audito Germanici exitio. egregium reſumendæ libertati tempus, 2 ſi ipſi florentes, quam inops Italia, quam imbellis urbana plebes, nihil validum in exer-*
41 *citibus, niſi quod externum, cogitarent.* Haud ferme ulla civitas intacta ſeminibus ejus motus fuit: ſed erupere primi 3 Andecavi, ac 4 Turonii. quorum Andecavos 5 Acilius Aviola legatus, excita cohorte quæ

INTERPRETATIO.

manitate & adrogantia præfectorum, & diſſentire legiones, nunciata Germanici morte. opportunam recuperandæ libertatis datam occaſionem, ſi ipſi affluentes opibus reputarent, quam egena Italia, quam belli inſcia vernacula multitudo, nihil firmum in caſtris Rom. niſi quod extraneum eſſet. *Nulla fere provincia illibata aut immunis ſeminibus hujus belli fuit, ſed exarſere primi Andes ac Turonenſes, ex quibus Andes compreſſit Acilius Aviola præfectus, evocata coherte, qua Lugduni*

NOTÆ.

neſta appellatio eſt, ut non & interdum de clandeſtinis cœtibus uſurpent.

In Tacito igitur ut non excludo congreſſus quoque ſecretos, ita expreſſum cenſeo id ipſum, quod Florus ait de Vercingentorige: *ille feſtis diebus & comitialibus, quum frequentiſſimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad jus priſtinum libertatis erexit.*

Sed tempus Florus, loca Tacitus deſignat. Per minora & majora populorum concilia, per vicos & oppida mercatuum aut ſacrorum tempore, per loca, & tempora, ubi quibuſque magno aut aliquo numero coire ipſis inter ſe licebat. *Grenevius.*

1. *Gravitate fœnoris.*] Ita hoc habet. provinciales & opida, cum tributis gravibus premerentur, aliiſque extra ordinem oneribus, pecuniam mutuam capiebant à divitibus illis Romanis, idque grandi fœnore. Unde hæc querela, & in Cicerone exempla jam tunc ſunt; & Dio ſcribit *Senecam cauſſam rebellionis Britannicæ, ſub Nerone, dediſſe, quod quadringenties HSS. grandi fœnore creditum, ſubito univerſum repetiiſſet.* Lipſius.

Fœnoris.] Cum civitates Galliarum nimiis oneribus, tributiſque premerentur, fœnori accipiebant pecuniam ab ipſis Romanis opulentioribus, hinc malum immenſum, nam quotidie creſcit, & rebellandi materies, ſpe exactores, fœneratoreſque importunos excutiendi.

2. *Si ipſi florentes.*] Si cogitarent, quantopere armis, viriſque floreant Galliæ, nempe ſi ſibi relinquantur, ſi libertas ſemel reſtituta ſit, ſi virgæ, & ſecures, tributaque amoveantur.

Florentes.] Si ubertatem regionis, & opes ſpectarent, nimirum ſi eas præbere Romanis deſinerent, ſi ſibi divitias ſuas retinerent, ſi hoſtes ſudore & ſanguine ſuo paſcere ſemel dedidiſcerent.

3. *Andecavi.*] Vel Andegavi, populi Lugdunenſis Tertiæ ad Ligerim fluvium in Celtica, ſive Lugdunenſi regione. hodie Epiſcopatus *Angers*, vel *Anjou* provincia fere integra, in regno Franciæ verſus occidentem. *Tillemontius.*

4. *Turonii.*] Vel Turones, populi Lugdunenſis Tertiæ, &c. ad Ligerim fluvium. hodie diœceſis archiepiſcopatus *Tours*, vel *Touraine*, provincia fere integra, in regno Franciæ verſus medium, & occidentem. *Tillemontius.*

5. *Acilius Aviola.*] Hic ille ipſe, quem Plinius inſigni exemplo elatum in rogo revixiſſe tradidit: & quia ſubveniri non potuit, vivum exuſtum. Nam quod Onufrius aliique ad illum Acilium referunt, qui conſul extremus Claudio: deſinant licet erroris, manifeſtus ἀναχρονισμός eſt.

Nam ecce Valerius (quem ſcripſiſſe omnes ſcimus Tiberio imperante) lib. 1.

1 Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. Turonii 2 legionario milite, quem 3 Visellius Varro 4 inferioris Germaniæ legatus miserat, oppressi, eodem Aviola duce, & quibusdam Galliarum primoribus; qui tulere auxilium, quo dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent. spectatus & Sacrovir intecto capite 5 pugnam pro Romanis ciens, *ostentandæ*, ut ferebat, *virtutis*: sed captivi, *ne incesseretur telis, adgnoscendum se præbuisse*, arguebant Consultus super eo Tiberius, aspernatus est indicium, 6 aluitque dubitatione bellum. Interim Florus insistere destinatis, pelli- 42

INTERPRETATIO.

præsidio erat. Turonenses debellati à legionariis copiis, quas Visellius Varro qui inferiorem Germaniam curabat, immiserat ductu ejusdem Aviolæ, & ope quorumdam è Galliarum proceribus qui auxilio fuere, quo rebellionem suam *velarent, magisque pro occasione erumperent. Conspectus etiam Sacrovir aperto capite prælium pro Romanis incitans*, exhibendæ, *ut jactabat*, fortitudinis gratia: *sed captivi incusabant*, ne armis peteretur, sic conspicuum se præstitisse. *Interrogatus de eo* motu *Tiberius sprevit nuntium, fovitque cunctatione & mora rebellionem. Interea Florus urgere cœpta, sollici-*

NOTÆ.

c 8. eamdem historiam recensuit. Quomodo autem ille operi suo inseruerit, quod post Claudium gestum. *Lips.* Non potuit uti vivus tempore Tiberii, simul & ævo Claudii.

Legatus.] Non legatus legionis, sed provinciæ: nulla enim legio in Gallia, cujus is legatus esset, sed cohortes tantum certis locis dispositæ erant. custodiebātur Galliæ iisdem legionibus, quæ arcebant barbaros apud Rhenum. infra hoc lib. adducuntur hinc legiones ad profligandum bellum Æduorum, seu Sacroviri.

1. *Lugduni.*] Lugdunum urbs Segusianorum populorum ad Ararim & Rhodanum amnes, in Lugdunensi Prima, Celticæ, seu Lugdunensis regionis provincia. hodie *Lyon*, urbs primaria provinciæ *Lyonnois*, in parte orientali & meridionali regni Franciæ. *Tillemonius.*

2. *Legionario milite.*] Ne intelligas legionem aliquam integram, sed vexillarios legionum, seu cohortes expeditas, quæ ad necessitates & ministeria belli urgentia raptim ducebantur.

3. *Visellius Varro.*] Nominatur in lapide Romæ. L. VISELLIUS. C.F. VARRO CURATOR. RIPAR. ET ALVEI. TIBERIS. Hicne, an alius?

4. *Inferioris Germaniæ.*] Hæc provincià Belgicæ regiōis in Gallia. hodie pars meridionalis Belgii Fœderati, seu *Provinciarum Unitarum* omnis ducatus *Cliviæ*, pars Electoratus *Coloniensis*, integri ducatus *Iuliacensis* & *Limburgi*, omnisque Episcopatus Leodiensis, seu *Lyege*, pars ducatus *Luxemburgi*, & comitatus *Hannoniæ* seu *Hainaut* omnis comitatus *Namurci*, pars ducatus *Brabantiæ* & *Geldriæ*, & aliquid comitatus *Flandriæ*, in circulis Burgundiæ, Uvestphaliæ, & Rheni inferioris. ex Chartis Sansonis, *Tillemonius.*

5. *Pugnam ciens.*] Hoc est pugnans, nota phrasi, non provocans: licet autem ut dixi *pugnam ciere*, idem videatur quod pugnare, subtilis quædam inest diversitas: ob quæ isto etiam sermonis genere voluit uti Tacitus, in homine, de quo non poterat dici eum serio depugnavisse, sed tantum ostentavisse operam, *Froinsh.*

Forte ciebat, incitabat, impellebatque prælium, magis in speciem, quam serio pugnaret. Sed cum hoc Tacitus dicat, non est mens illius temere extendenda.

6. *Aluitque dubitatione.*] Bellum quod in ipso exordio sublatis factionum capi-

cere 1 alam equitum, quæ conſcripta Treveris, 2 militia diſciplinaque noſtra habebatur, ut cæſis negotiatoribus Romanis bellum inciperet: paucique equitum corrupti; plures in officio manſere. Aliud 3 vulgus obæratorum 4 aut clientium arma cepit: petebantque ſaltus, quibus nomen 5 *Arduenna*, cum legiones utroque ab exercitu, quas Viſellius & C. Silius 6 adverſis itinetibus objecerant, arcuerunt. Præmiſſuſque cum delecta manu Iulius Indus è civitate eadem, diſcors Floro, & ob id navandæ operæ avidior, inconditam multitudinem adhuc disjecit. Florus incertis latebris victores fruſtratus, poſtremò viſis militibus qui effugia
43 inſederant, ſua manu cecidit. Iſque 7 Treverici tumultus finis. Apud Æ-

INTERPRETATIO.

tare alam equitum, quæ delecta apud Treveros, noſtro more, militiaque Rom. exercebatur, ut interfectis mercatoribus Rom. bellum cœptaret: & nonnulli equites pellecti, plures in obſequio perſtitere. Alia multitudo debitorum aut clientium bellum capeſſiit, tendebantq; in ſylvas quas vocant Arduenna,*cum legiones ab utriſq; caſtris,*excitæ *quas Viſellius & C. Silius per vias diverſas oppoſuerant, eos* ſaltibus *prohibuerunt. Et praire juſſus cum expedito firmoq; agmine Iulius Indus ejuſdem civitatis, infenſus Floro, ideoque ad miniſteria belli acrior ac promptior, tumultuarium & inconditum vulgus exterruit. Florus incognitis effugiis cum victores eluſiſſet, demum conſpectis militibus, qui latebras occupaverant, ſibi ipſe mortem intulit. Iſque exitus fuit Treverici motus. Apud*

NOTÆ.

tibus extinguere potuiſſet: aluit, dum dubitaret quid optimum factu eſſet, & ſic ſeditioſi ad ulteriores turbas ſpatium, animoſque ceperunt.

1. *Alam equitum.*] Alam quæ militia, armaturaq; Rom. exercebatur, ad occidendos negotiatores noſtros inducebat, ut equites hoc ſcelere imbueret, & minore ſpe veniæ, velut ſacramento, ad bellum ſumendum pertraheret.

2. *Militia.*] Sic barbari auxiliares, qui nova ea militia ſub principibus, in locum ſociorum adſciti, inſtituebantur militia Rom. & in id præficiebatur ipſis centurio vetus militiæ, diſciplinæque. Vide Tac. infra.

3. *Vulgus obæratorum.*] More Galliæ. Vide Cæſarem commentar. 6.

4. *Aut clientium.*] Germ. verſio alibi etiã *clientes* accipit pro ſubditis, quales hodie dynaſtis atque nobilibus parere ſolent. Sed *clientes*, qui apud Romanos habiti ſint, notum eſt.

Gallica verſio quam potuit optime, *Vaſſaux*; quippe licet non plane iidem ſint, horum tamen conditio proxime videtur accedere ad clientelam: unde etiam originem accepiſſe non immerito videtur. Licet non ignorem, quæ de feudorum initiis diverſa ſentientium ſit varietas. *Freinsh.*

5. *Arduenna.*] Saltus vel ſylva Belgicæ Primæ & Secundæ, atque Germaniæ inferioris, provinciarum Belgicæ regionis, in Gallia. hodie *Ardenne*, in comitatu Hannoniæ, ſeu *Hainaut*, Epiſcopatu Leodienſi *Lyege*, & ducatu Luxemburgico; in Belgica Regia, ex Chartis Sanſonis, *Tillemonius.*

6. *Adverſis itineribus.*] Dum in itinere erant, ex utroq; exercitu, eo qui inferiori, atq; eo qui ſuperiori Germ. præſidebat, à Viſellio Varrone & C Silio legatis miſſæ ſunt legiones, quæ ab utraque parte, contrariis itineribus incedentes, juxta ſylvam iſtam ſe conjunxerunt, & advenientes Treveros è loco, quem capere deſtinavetant, abſterruerunt.

7. *Treverici.*] Auguſta Treverorum, vel Treveri, urbs Treverorum populo-

duos

duos major moles exorta, 1 quanto civitas opulentior, & comprimendi procul præsidium. 2 Augustodunum caput gentis, armatis cohortibus Sacrovir occupaverat, nobilissimam 3 Galliarum subolem, liberalibus studiis ibi operatam, ut 4 eo pignore parentes propinquosque eorum adjungeret. simul arma occulte fabricata juventuti dispertit. Quadraginta millia fuere, 5 quinta sui parte legionariis armis; cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt. adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus 6 more gentico continuum ferri tegimen

INTERPRETATIO.

Augustodunum major motus excitus, quanto erat *civitas potentior, & longe* aberat *miles quo coërceretur. Sacrovir insederat Augustodunum metropolim provinciæ* cum *armatis cohortibus, & illustrissimam Galliarum juventutem ibi literis operam navantem retinebat; ut eo pignore parentes & adfines eorum ad se adliceret, simulque tela secreto parata juvenibus distribuit. Quadraginta millia extitere*, quorum *quinta pars legionariis armis instructa fuit, reliqui cum spiculis & cultellis, quæq; alia venatoribus arma sunt. adjunguntur è familiis & ergastulis* homines *gladiatura exercitati, quibus ritu nationis inducitur continui ferri lorica* (Crupellarios *appellant*)

NOTÆ.

rum, in Belgica prima, Belgicæ regionis provinciæ. hodie *Trier.* Allemannis, & *Trevet* Francis, urbs Electoratus cognominis in circulo Rheni inferioris *Tillemonius.*

1. *Quanto civitas opulentior.*] Hirtius ad finem librorum de bello Gallico, ait Æduorum inter Gallos summam esse auctoritatem: idem Cæsar lib. 6.

2 *Augustodunum.*] Urbs Æduorum populorum, in Lugdunensi prima, Celticæ, seu Lugdunensis regionis provinciæ. hodie *Autun*, urbs tractus *Autunois*, in ducatu Burgundiæ, & in regno Franciæ. *Tillemonius.*

Operatam.] Livius lib. 4. *Rem familiarem saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipub. esset.* Plinius 26, 2. *Sedere in scholis operatos.*

3. *Galliarum subolem.*] Cato Censor a. Originum. *Pleraque Gallia res duas industriosissimè persequitur, rem militarem & argute loqui.* Strabo lib. 4. de Gallis ait eos mercede collata præceptores alere, qui sapientiam profiteantur, & *Φιλέλληνας* nominat *Græcorum studiosos*, quos imitabantur, precioque sibi vinciebant & aureis catenis.

D. Hieronym. ad Rust. monach. epistola 4. *Post studia Galliarum, quæ vel florentissima sunt, misit Romam, non parcens sumptibus, & absentiam filii spe sustinens futurorum, ut ubertatem Gallici nitoremque sermonis gravitas Romana condiret.*

4. *Eo pignore.*] Barbato more, sibi oppignoraverat juventutem, Musis operam navantem: quod à nostris jurisconsultis damnatur, præcipue apud Bartolum, in tractatu de Repræsaliis.

Legi tamen apud Monstreletium, Ludovicum XI. regem Francorum, nobiliores exterarum nationū adolescentes, Parisiis, Navarrico Gymnasio literis operam dantes, pro pignore cepisse. Quod semel factum, semper improbatum est. Et ita me pro Juribus regiis patrocinante, fuit judicatum à Senatu Parisiensi. *Aurelius.*

5. *Quinta.*] Quorum circiter octo millia, in modum legionariorum instructa armis erant.

6. *More gentico.*] Sic etiam lib. 5. hist. *Quorum Sceptuchi utrinq; donis acceptis, more gentico diversa induere.* De Sarmatis loquitur.

1 (*Crupellarios* vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles, augebantur hæ copiæ vicinarum civitatum, 2 ut nondum aperta consensione, ita 3 viritim promptis studiis; & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur, utroque bellum sibi poscente: mox
44 Varro invalidus senecta, vigenti Silio concessit. At Romæ *non Treveros modo, & Æduos, sed 4 quatuor & sexaginta Galliarum civitates descivisse;*

INTERPRETATIO.

infligendis vulneribus inepti, recipiendis impervii. Illa copia, ut nondum manifesta conspiratione finitimarum nationum crescebant, ita singulorum prono favore, & æmulatione ducum Rom. firmabantur, inter quos certabatur, ambobus hoc bellum sibi postulantibus: dein Varro exacta jam ætate imbellis, florenti Silio cessit. At in urbe percrebuit non Treveros solum & Æduos, sed quatuor & sexaginta Galliarum gen-

NOTÆ.

1. *Crupellarios vocant.*] Non alibi ea vox mihi lecta. Hæsi, ne *Clibanarios* scribendum esset. Nazarius in Laudatione Constantini: *quæ enim illa fuisse dicitur species: quam atrox visu: quam formidolosa! operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu nomen est: superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenus pendens, sine impedimento gressus, à noxa vulneris vindicabat.*

Ammianus lib. XVI. *Sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant.* Iterumque: *Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum Clibanario nostro congressum, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse.*

Vocem peregrinam & Persicam esse, suadeor Lampridii verbis in Severo: *Centum millia equitum eorum fudimus Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant.* Alioqui non incommode à Græco κλίβανος deduxeris quod ἐκεῖνό τι σιδηροῦν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄρτους ὀπτῶσι *vas quoddam ferreum in quo panes coquunt.* definit Moschopulus.

Et Clibanus apud Leonem Imp. passim, pro thorace quo pectus regitur. At hic tamen nihil mutem: & fortasse Crupellarii pedites fuerunt, non equites. *Lips.*

Cataphracti vox Græca, *Clibanarii* Persica vel etiam Græca, *Crupellarii* vox Gallica, quid mirum? quemadmodum *alauda* & *becco*. *Crupellarii* hi pedites, & gladiatores, sicque diversi à *cataphractis*, seu *clibanariis*. Crupellariis *continuum ferri tegimen*, unde *inferendis ictibus inhabiles*. non item *clibanarii*.

2. *Ut nondum aperta.*] Licet nondum publico consilio defectorum causæ se adjungerent, tamen non prohibebant, quo minus privatim viritimque multi ad eos confluerent.

3. *Viritim promptis studiis.*] Tacitus intelligit, publico consilio nulla ipsis missa fuisse auxilia à vicinis civitatibus, sed multos, pro se quemque, ad eos confluxisse privato studio. Livius 4.31. *quum tamen nullam publici consilii societatem movissent, voluntarios undique ad spem prædæ adsciverunt.* Freinsh.

4. *Quatuor & sexaginta.*] In certas gentes videntur Galliam divisisse. Strabo lib. IV. Lugduni aram Augusto exstructam ait, à communi Galliæ: cum inscriptione LX. gentium. Quod in nummis etiam M. Antonii legimus, LUGDUNI. A. XL. potius ad gentium numerum retulerim, quam ut alii, ad annorum coloniæ conditæ. Appianus in Celtico ampliore numero ἔθνη τετρακόσια gentes 400. in Galliis ponit, πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας. super 800. urbes. *Lipsius.*

Quatuor & sexaginta.] Hoc est, universas Galliæ civitates tot enim fuisse intelliguntur. Sic apud Liv. 4.23. *Duæ civitates, legatis circa duos & viginti po-*

adsumptos in societatem Germanos, 1 *dubias Hispanias*, cuncta (ut mos famæ) in majus credita. optimus quisque Reipubl. cura mœrebat; multi odio præsentium, & cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur: increpabantque Tiberium, *quod in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. An Iulium Sacrovirum majestatis crimine reum in senatu fore? exstitisse tandem viros, qui* 2 *cruentas epistolas armis cohiberent, miseram pacem vel bello bene mutari.* Tanto impensius in securitatem compositus, 3 neque loco, neque vultu mutato, sed ut solitum, per illos dies egit: altitudine animi; an compererat modica esse, & vulgatis leviora.
Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmissa auxiliari manu, 45

INTERPRETATIO.

tes rebellasse, adscitos in societatem Germanos, ambiguas Hispanias, *omnia, pro more famæ, in deterius accepta. Honestissimus quisque Reip. studio tudelebat; plerique tadio præsentium, & rerum novarum desiderio, fuit etiam discriminibus gaudebant: & incusabant Tiberium*, quod in tanta rerum perturbatione, codicillis delatorum curam & tempus abuteretur. An Iulium Sacrovirum majestatis postulatum iri apud Patres? emersisse demum homines, qui sanguineos libellos gladiis comprimerent, infelicem pacem bene, vel in bellum converti. *Eo intentius in tranquillitatem animi compositus, neque loco, aut facie commotus, sed ut consueverat, per illud tempus agitavit, sive magnitudine animi; sive quia resciverat levia hac esse, & sparsis in vulgus minora. Interea Silius cum duabus legionibus iter faciens, pra-*

NOTÆ.

pulos missis: universus Hetruriæ populorum numerus comprehensus est, non pars excepta.

Sic apud Cicer. de nat. deor. 2. 37. *Vnius & viginti formæ litterarum.* Discrimen id adjectione articuli, vulgaribus linguis explicare facile est.

1. *Dubias.*] Hispanias etiam nutare & dubitare, utrum ipsis se adjungere, an in officio manere debeant.

2. *Cruentas epistolas.*] Iraque Cornelius Tacitus inquit, quod quum Tiberius libellis accusatorum frequentem insumeret operam, repertos tandem viros, Florum scilicet & Sacrovirum, qui bellum intentantes *cruentas epistolas armis cohiberent.*

Id est, Tiberium averterent à rescriptis pœnalibus, quibus, ob frequens crimen læsæ majestatis, modo huic, modo illi attributum, libellis truncibus & sanguinolentis decretis respondebat; hoc est, quibus pœna sanguinis reis accusatis infligebatur. *Donatus.*

Qui cruentas.] Qui sanguinolentas epistolas, quibus absens clarorum virorum condemnationes imperabat, armis reprimere auderent.

3. *Neque loco.*] Neque enim velut rebus in urbe componendis, sedandisve Romam profectus est &c. non excessit loco in quo degebat.

Neq; loco.] Nempe Campania. de more ejus Sueton. Tib 38 *Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulit: sequenti tempore, præter quam in propinqua oppida & cum longissime Antio tenus nusquam absuit.* Sic & oppressa conjuratione *Sejani nihilo securior aut constantior per novem proximos menses non egressus est villa qua vocatur Iovis* Sueton. Tib. 66. Hinc conjiciunt viri docti duodecim villas Caprearum fuisse XII. deorum nominibus adpellatas. Sed ex Tacito, Dione aut Sueton. nihil tale evincas.

LII ij

vastat 1 Sequanorum pagos, qui finium extremi & 2 Æduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, 3 certantibus inter se signiferis, fremente etiam gregario milite; *ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur; viderent modo adversos, & adspicerentur: id satis ad victoriam.* Duodecimum apud lapidem, Sacrovir, copiæque patentibus locis apparuere. in fronte statuerat ferratos; 4 in cornibus cohortes; à tergo semermos. Ipse 5 inter primores equo 6 insigni adire, memorare *veteres* 7 *Gallorum glorias, quæque Romanis adversa intulissent: quam decora victoribus libertas:* 8 *quanto intolerantior servitus*

INTERPRETATIO.

misso agmine sociorum, exscindit agros Sequanorum, qui regionis hujus ultimi, & Æduis finitimi, fœderatique in eorum partibus militabant. Exin Augustodunum se confert citato incessu, contendentibus invicem signiferis, simul fremente manipulario milite; ne solitam quietem, ne intervalla noctium exspectaret, intuerentur tantummodo hostes, & viderentur: id sufficere ad vincendum. *Ad duodecimum milliare, Sacrovir & copia ejus in apertis locis animadversa. in prima acie disposuerat Crupellarios, utroque cornu cohortes; in postremo agmine semermes. Ipse inter proceres, equo conspicuus volitare per aciem, celebrare* antiqua Gallorum decora, quasq; Romanis clades importassent: quam gloriosa vincentibus libertas foret, & quanto gravius

NOTÆ.

1. *Sequanorum.*] *Sequani*, populi Lugdunensis, quintæ seu Maximæ sequanorum, provinciæ Celticæ, vel Lugdunensis regionis. hodie diœcesis archiepiscopatus *Besançon*, vel ferè omnis comitatus Burgundiæ, seu *la Franche Comté*, fuit pars meridionalis circuli Burgundiæ in Allemaniæ Imperio, Regi Catholico etiam paruit, nunc vero Rex Franciæ hanc provinciam tenet. *Tillemonius.*

Sequanorum.] Proxima Æduis ea regio quam *Ducatum Burgundia* nunc appellamus, sed hi forte & alios ulteriores Sequanos nempe *Comitatus* incolas, ad se trahebant.

2. *Æduis.*] Ædui populi Galliæ Celticæ, quorum regio Burgundia ducatus, à Sequanis populis alterius Burgundiæ, Arari fluvio divisi.

3 *Certantibus inter se signiferis.*] Certare non est rixari, sed ipso facto, cum aliis contendere, studiumque & operam suam præ aliis adprobare. *Freinsh.*

4. *In cornibus cohortes*] Cohortes illæ *legionariis armis* instructæ & haud dubie eadem militia disciplinaque institutæ ac exercitæ. nempe cum jam pridem Galli in castris Rom. auxiliares meruissent.

5. *Inter primores.*] Inter proceres præcipuosque duces partium.

6. *Insigni.*] Virg. 10.

Cernis ut insultet Rutuli, Turnusq; feratur.
Per medios insignis equis.

7. *Gallorum glorias.*] Sallust. bell. Jug. *Per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris Q. Capione & M. Manlio male pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illique & usque ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti sua prona esse, cum Gallis pro salute, non pro gloria certari.*

Liv. lib 8. de Gallis. *Non me præterit (milites) omnium qua Asiam colunt gentium, Gallos fama belli præstare, inter mitissimum genus hominum ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum sedem cepit.*

8. *Quanto intolerantior iterum servitus victis.*] A. Gellius lib 19. cap. 7. inter ea quæ notat ex Nævio: *item curis intolerantibus, pro intolerandis.* Et hinc in-

iterum victis. 1 Non diu hæc, nec apud lætos : etenim propinquabat legionum acies ; inconditique ac militiæ nescii opidani 2 neque oculis neque auribus satis competebant. contra Silius, etsi præsumpta spes hortandi caussas exemerat, clamitabat tamen ; *Pudendum ipsis, quod Germaniarum victores adversum Gallos, tanquam in hostem ducerentur. una nuper cohors* 3 *rebellem Turonium, una ala Treverum, pauca hujus ipsius exercitus turmæ profligavere Sequanos. quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos, evincite, &* 4 *fugientibus consilite.* Ingens ad ea clamor : & circumfudit eques ; frontemque pedites invasere. nec cunctatum apud latera. paulum moræ attulere ferrati, restantibus laminis adversum pila & gladios : sed miles correptis securibus & dola- 46

INTERPRETATIO.

servitium iterum debellatis. Haud diu ista dixit, *nec apud hilares : quippe adventabat legionum agmen ; tumultuariique ac belli ignari urbicolæ ; neq; aspectu, neque auditu satis sui compotes erant. Contra Silius quamvis præcepsa vindicandi spes, incitandi militis causas ademerat : clamans tamen admonebat*, turpe & indecorum ipsis, quod Germaniarum victores, pugnare cogerentur contra Gallos, velut in justos hostes. Proxime una cohors desciscentem Turonium, una ala Treveros fudit, fugavitque, haud multæ hujus istius exercitus turmæ stravere ac debellavere Sequanos. vos profligate Æduos, qui quo magis opibus, & deliciis affluentes, tanto magis invalidi sunt, & terga dantibus simul insilite. *Immanis ad hæc vociferatio. & circumivit equitatus, & à fronte pedites incurrêre. nec dubitatum in cornibus. paulum reluctati sunt Crupellarii, resistentibus loricis adversus hastas & enses : sed legionarius, raptis bipen-*

NOTÆ.

tolerantia merum Tiberii, qui scilicet ferri nequirent Suetonio cap. 51. *Gronovius.*

1. *Non diu hæc.*] Hæc breviter monuit, neque enim longius spatium concedebat adpropinquans legionum acies: quæ res in causa fuit, cur minus alacribus animis verba ejus acciperentur.

2. *Neque oculis.*] Competere. Sall. Frag. lib. 1. *Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua* competere. Nonius: *competere, rei cujusque meminisse, aut constanter valere.*

Rebellem Turonium.] Itane *Turonium*, an verius Andecavum? ipse quidem paullo ante narravit : *Andecaves Acilius Aviola, excita cohorte qua Lugduni præsidium agitabat, coërcuit : Turonij, legionario milite, quem Visellius Varro miserat, oppressi.* Lipsius.

3. *Turonium.*] Puto, confundit Turonios & Andegavos, qui modico agmine compressi sunt, & ibi inter concionandū, rem verbis amplificat, ut audaciam suis addat, & terrorem aliis. Et certe legionario milite compressi Turonij, quæ una tantum cohors fuit ; sed electissimo quoque, & robore militum firmata; non enim tota legio affuit.

Ibi Gallos Gallis opponit, seu comparat, nec satis accuratè distinguit inter Turonios & Andegavos, minutias non exequitur Tac. & in re certe, viribus aut opibus parum differebant Turonii & Andegavi. sic sæpe Tac. magis attendit ad sensum, quam ad verba.

4 *Fugientibus consilite.*] Video Freinshemium interpretari : *ite, vincite, aut potius sponte jam fugientes cursu sequimini.* Sed quem auctorem apud alium invenite est *consilire*, pro cursu sequi? aut quem apud omnino *consilire*?

Nam & quod Muretus addit ex Livio,

bris, ut si murum perrumperet, cædere tegmina & corpora: quidam trudibus aut furcis, inertem molem prosternere; [1] jacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Sacrovir primo Augustodunum, dein [2] metu deditionis in villam propinquam cum fidissimis pergit. Illic sua manu, reliqui mutuis ictibus occidere. [3] incensa super
47 villa, [4] omnes cremavit. Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum senatui scripsit: neque dempsit, aut addidit vero; sed *fide ac virtute legatos*, [5] *se consiliis superfuisse*. simul caussas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adjunxit, *magnitudinem imperii* extollens;

INTERPRETATIO.

nibus, & dolab is, quasi mœnia perfringeret, scindere & secare laminas simul cum corporibus: nonnulli vectibus aut furcis ignavum pondus proruere; prostratique nullo ad se erigendum conatu, velut exangues omittebantur. Sacrovir primo se confert Augustodunum, exin pavore, ne traderetur hostibus ipse, in proximum prædium cum fidelissimis abit. Illic sua dextra, cæteri mutuis vulneribus occubuere, & cremata super eos domus omnes combussit. Tum tandem Tiberius nuntiavit Patribus simul inceptum confectumque bellum; nilque ademit, aut adjecit veritati; sed constantia ac fortitudine legatos, se prudentia superasse: *Etiam rationes addidit, cur non ipse, neque Drusus eam expeditionem suscepissent*, & majestatem atque amplitudinem imperii *celebrabat*;

NOTÆ.

fucatum; est enim lib. 24. c. 28. ubi nihil melius quam omnium codicum *consulere*; & quod afferunt ex nostro lib. 6. 36. non stat bono talo; legendum enim *occultos consilii*, ut Acidalius & Freinshemius viderunt.

Quid si legamus: *& fugientibus consulite*, id est, trepidos & tantum non jam fugientes exsuite, detractisque armis & insignibus militaribus, leviores & fugæ paratiores reddite. *Gronovius.*

Et fugientibus consilite.] Scripsit *consulite* & id Silii longe subtilius & acrius ad incitandum suos; quasi diceret, non est opus pugna adversus dites populos & imbelles, tantum erumpite & statim fugient, sed *fugientibus consulite*.

Quippe sunt dites & se magno pretio rediment. Sunt cives Rom. sunt fratres idcirco *parcite civibus* & fratribus enim fugerint, certe parati sunt ultro & proni ad fugam capessendam.

1. *Iacentesque.*] Qui enim ita prostrati erant, quia ob gravitatem tegminum, nullo nisu resurgere poterant, pro cæsis & profligatis habebantur.

2. *Metu deditionis.*] Verba Taciti magis de Sacroviri deditione, quam urbis, accipienda sunt. Nam hoc metuendum habent omnes duces victi.

Sic in Appiani Punicis: *Annibal refugit in oppidum, nominatum Thon: ubi cognovit Bruttiorum Hispanorumque multos equites eodem è clade fugisse. Metuens igitur Hispanos, ut Barbaros temerarios, Bruttios vero, ut Italos Scipionis conterraneos, ne, quo facilius veniam erratorum & actæ contra Italiam militia consequerentur, Scipioni ipsum dederent*, &c. Similia idem de Cn. Pompejo filio. *Freinsh.*

Metu deditionis.] Metuens ne ab oppidanis traderetur, in villam proximam contendit.

3. *Incensa super villa.*] Alius Castellum, alius vicum reddit: neuter male. Nam & villas in castellorum speciem exædificari solitas scimus; & casis circum eas exstructis, vicos enatos. *Freinsh.*

4 *Omnes cremavit.*] Ignibus, quos ante mortem injecerant villæ, omnes combusti sunt.

5. *Se consiliis superfuisse.* Vide Gellium

[1] *neque decorum principibus, si una alterave civitas turbet*, [2] *omissa urbe, unde in omnia regimen.* [3] *nunc quia non metu ducatur, iturum ut præsentia spectaret, componeretque.* Decrevere patres [4] vota pro reditu ejus, [5] supplicationesque, & alia decora. Solus Dolabella Cornelius, dum anteire ceteros parat, [6] absurdam in adulationem progressus, censuit *ut ovans è Campania urbem introiret.* [7] Igitur secutæ Cæsaris litteræ, quibus *se non tam vacuum gloria prædicabat, ut post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos*

INTERPRETATIO.

neque id honestum principibus, si una aut altera gens tumultuetur, relicta civitate, unde in cuncta manat imperium, statim exire aut expedire, nunc cum nullo timore impellatur, profecturum, ut res præsentes ipse videret constitueretque. *Statuere Patres vota pro regressu ejus, precesque, & alios honores. Unus Dolabella Cornelius, dum præcellere alios cogitat, fœdam in assentationem lapsus, statuit*, ut Tiberius ovans è Campania civitatem iniret: *Itaque allata mox Tiberii epistola, quis* se non adeo destitutum decore jactabat, ut post fortissimas nationes devictas, tot

NOTÆ.

lib. 1. cap. 21. Noct. Atticar. *Muretus.*

1. *Neque decorum principibus.*] Nam in minoribus bellis, principi, ut Claudianus ait.

Vindictam mandasse sat est

Et ipsa Roma huic rei apud eumdem vatem

——— *Medium non deserit unquam Cæli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.* Lipsius.

2. *Omissa urbe.*] Nihil deest. sic intellige; *neque decorum* principibus, si una alterave civitas turbet, omissa urbe; nempe, *proficisci ad bellum.*

Quod facile suppletur ex verbis præcedentibus & seq. *cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent.* Et mox *iturũ.* Sic multa apud Tac. suppleri debent, vel ex sensu ipso per mentem, vel ex præcedentibus, vel subsequentibus.

3. *Nunc* &c. *iturum.*] Sueton. Tib. 39. *Antio tenus nusquam abfuit: idque perraro & paucos dies, quamvis provincias quoque & exercitus revisurum se sæpe pronuntiasset, & prope quot annis profectionem præpararet: vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia & colonias dispositis.*

4. *Pro reditu ejus.*] Nam, quia dixit se iturum in provincias, ideo vota pro reditu ejus decernunt? quod tamen ridiculum & ineptum, cum nondum profectus esset. Puto, quia tum aberat ab Urbe, per adulationem Patres decernunt vota pro reditu ejus, & supplicationes simul etiam ob victoriam; illue fert sententia Dolabellæ, qui *censuit, ut ovans è campania Urbem iniret.*

5. *Supplicationesque.*] Urq; ad pulvinaria deorum supplicationes haberentur. quod olim decus par fere triumpho fuit.

6. *Absurdam in adulationem.*] Neque rum incivile fuit adulari: neque novum, in adulatione *modum excedere*: neque *turpiter* aut *inhoneste* adulari insolitum. Nihil itaque horum per *absurdam adulationem* designare voluit Tacitus.

Sed ut res, & Tiberii subjecta verba docent, inepta atque rudis, tempori personæq;, cui dabatur, disconveniens erat ea adulatio, non modo, quia contra omnem morem erat, sed multo magis, quia inferior majestate senis principis, & propius à contumelia ejus, quam honore. *Freinsh.*

7. *Igitur secuta.*] Igitur enim decreta senatus principi significata essent, rescripsit Cæsar *Freinsh* non decreta hæc aut senatusconsulta proprie fuere, sed *censensus senatus*, cum enim censuisset Dolabella, ut ovans urbem iniret. id perscripsere Tiberio, simul & aliorum Pa-

in juventa, aut [1] *spretos triumphos, jam senior peregrinationis suburbana inane premium peteret.*
48 Sub idem tempus, *ut mors Sulpicii Quirinii publicis exsequiis frequentaretur*, petivit à senatu. Nihil ad veterem & patriciam [2] Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium [3] Lanuvium: sed impiger militiæ, & acribus ministeriis [4] consulatum sub Divo Augusto; [5] mox expugnatis per Ciliciam

INTERPRETATIO

habitos in adolescentia, aut contemptos triumphos, jam ætate provectior profectionis suburbanæ vanum decus ambitet. *Eadem tempestate postulavit à Patribus*, ut funus Sulpicii Quirinii publica pompa celebraretur. *Prisca & senatoria Sulpiciorum genti nequaquam conjunctus Quirinius fuit, natus apud Lanuvium municipium; sed acer belli, & promptus opera navanda*, obtinuit *consulatum D. Augusto principe; deinde*

NOTÆ.

trum sententias, & in illa decora omnia Cæsari tribuenda consentiebat senatus, si ea accipere vellet.

Sed respuit nimiam adulationem Dolabellæ Tiberius, & adprobat *vota & supplicationes*, ut alii Patres censuerant. itaque hæc & similia, sæpe nondū *senatusconsulta* erant, nisi cum princeps adprobasset, sed consules consensum senatus principi mittebant, fœdo obsequio patientiaque projecta.

1 *Tot triumphos.*] Sueton. Tib. 9. *Ducto ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit & signa quæ M. Crasso ademerant Parthi. Post hæc comatam Galliam anno fere rexit* &c.

Exhinc Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas Pannonico, Breucos & Dalmatas subegit. Germanico &c. *quas ob res & ovans & curru urbem ingressus est.*

Mox *nunciata Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli*, &c. *toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum & Thraciam & Macedoniam, interque Danubium flumen & sinum maris Adriatici patet, perdomito* &c. *triumphus ei decretus est, quem distulit ipse mœsta civitate clade Variana, Urbem nihilominus prætextatus & laurea coronatus intravit* &c.

Dein *repetita Germania rem prospere gessit, unde post biennium regressus, triumphum quem distulerat egit, prosequentibus etiam legatis quibus triumphalia ornamenta impetrarat*, teste eod. Sueton.

2 *Sulpiciorum.*] Sulpiciorum alii patricii, alii plebeii fuere. patricii Galbæ, Rufi vero plebeii, qui tamen consulatus, dictaturas, censuram & triumphos obtinuere; præsertim è *Quirinis*, quæ & familia Sulpiciorum fuit, duo *Publii* consules fuere anno 712. & 741. quo anno Christus natus est.

Sic & *Sulpicii Galbæ* nam Sueton. de principe Galba: *haud dubie nobilissimus magnaque & vetere prosapia: ut qui statuarum titulis pronepotem Q. Catuli Capitolini semper adscripserit: Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iovem: maternam ad Pasiphaem Minois uxorem referret.*

3. *Lanuvium.*] Urbs Latinorum populorum, in Latio provincia Italiæ. hodie *Civita Lavina*, vel *Civita della Vigna*, urbecula Campaniæ Romanæ ad meridiem & versus urbeculam *Ariccia*, in statu Ecclesiastico *Tillemonius*.

4. *Consulatum.*] Consul fuit anno Urbis DCCXLII. cum M Valerio Messalâ, Quirinius à Dione, Josepho Tacito constanter appellatur: ut mirer quod maluerit Onufrius, Quirinus. *Lipsius.*

5. *Mox expugnatis per Ciliciam*] Tan-

Homo-

[1] Homonadensium castellis, insignia triumphi adeptus; [2] datusque rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. quod tunc patefecit [3] in senatu: laudatis in se officiis, & [4] incusato *M. Lollio* quem *auctorem C. Cæsari* [5] *pravitatis & discordiarum* arguebat. sed cæteris haud læta memoria Quirinii erat, ob intenta, ut

INTERPRETATIO.

excisis in Cilicia propugnaculis Homonadensium, ornamenta triumphi assecutus est: adpositusque rector C. Cæsari Armeniam curanti, officiis demeruerat Tiberium, etiam Rhodi commorantem. Quod tunc prompsit apud Patres, celebratis in se meritis illius, & objurgato M. Lollio quem consultorem C. Cæsari improbitatis & dissensionum incusabat: *Verum aliis haud grata memoria Quirinii fuit, propter structa, ut retuli,*

NOTÆ.

git historiam solus, quod sciam, Strabo lib. XII. *Homonadenses autem Quirinius fame expugnavit, quatuor millia virorum cepit & in vicinas urbes distribuit, regione spoliata omni juventute.*

At idem is etiam in Africa gessit, si Floro accredam, aut certe veteribus ejus libris. Nam libri ultimi cap. ultimo, legitur: *Marmaridas atque Garamantas Furnio subigendos dedit:* alter meus scriptus codex, *Curinio*, alter *Quirinio* refert, & puto, recte. *Lipsius.*

1. *Homonadensium castellis.*] De quibus Plinius 5, 27. *Simili modo omnibus, qui eadem compesuere, ignorata est illi contermina* (Ciliciæ scilicet) *gens Homonadum, quoniam intus oppidum. Homena. Cætera castella quadraginta quatuor, inter asperas cautes & convalles latent.*

Homonadensium.] Ii populi Pisidiæ provinciæ, ad montem Taurum, & citea Cestrum fluvium, in Asia minore peninsula. ex Charta Gulielmi Sanson. *Tillem.*

2. *Datusque rector.*] Diu etiam post, in Syriam missus ad census describendos. De qua re multa Iosephus lib. XVIII. cap. 1. 11 & seq. Et mentio ejus apud Lucam in historia sacra.

Rector.] Virg. 8.
Hunc tibi præterea spes & solatia nostri
Pallanta adjungam, sub te tolerare magistro,
Militiam & grave Martis opus &c.

3. *In senatu.*] Non coram, sed per literas; morabatur enim adhuc in Campania, ut antecedentia, quæque sequuntur, evincunt.

Officiis.] Putat vir doctus Quirinium coluisse Tiberium per literas tantum. sed certe eodem modo coluit cum Quirinius quo *datus rector C. Cæsari.* nempe cum coluit Rhodi præsens, cum in orientem transiret. de hoc agitur.

4. *Incusato M. Lollio.*] Suetonius. *Namque privignum Cajum Orienti præpositum, cum visendi gratiâ trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris ejus.*

M. Lollio.] Qui non abs re invehebatur in Tiberium, cujus flagitia & libidines jam Rhodi infames, & cujus nimiæ spes à Livia provectæ, quæ vera noverca respectu Caii Cæsaris, quem & forte occidit ipsa. Sed neque Lollius ipse à flagitiis intactus, qui spoliavit orientem gemmis cæterisque opibus.

Illum incusavit apud Cajum ipse filius regis Parthorum, multaq; admonuit de ejus sceleribus, & satis incertum, quo mortis genere mox perierit. Sicque hoc loco nunc se ipse absolvit pro jure suo Tiberius.

5. *Pravitatis & discordiarum.*] Sic Livius: *pravitas consulum discordiaque inter ipsos.* lib. 4. 26.

Pravitatis.] Quod idem est ac *improbitatis*, quæ etiam pertinacia seu pervicacia in rixando dici potest, quasi sui libiti & sensi nimis, tenax fuisset; unde pravitas & discordia perpetua,

Mmm

memoravi, Lepidæ pericula [1] ſordidamque & præpotentem ſenectam.
49 Fine anni C. Lutorium Priſcum equitem Romanum, poſt celebre carmen quo Germanici ſuprema [2] defleverat, pecunia donatum à Cæſare, [3] corripuit delator; objectans [4] *ægro Druſo compoſuiſſe, quod, ſi extinctus foret, majore præmio vulgaretur.* Id C. Lutorius in domo P. Petronii, ſocru ejus

INTERPRETATIO.

Lepidæ diſcrimina, turpemque, & præpollentem ſenectutem. Sub exitum anni accuſator invaſit C. Lutorium Priſcum equitem Rom. qui poſt inſigne carmen, quo Germanici mortem celebraverat, liberalitate principis exornatus erat; objiciebat delator ægrotanti Druſo id conſcripſiſſe, ut nempe ſi interiiſſet Druſus, majore pretio publicaretur. *Illud* carmen *recitaverat C. Lutorius, per oſtentationem ingenii, in ædibus*

NOTÆ.

1. *Sordidamque & præpotentem ſenectam.*] Explicant tantum de divitiis: ſed pertinet etiam ad ea, quæ ope illarum efficere poterat, ſi vellet. Cujus rei documentum dedit in Lepida, de qua ſupra 3. 22. Etiam & quæ voto & ſpe illarum à captatoribus obtinendarum. facere potuit quippe ea ſpes & aviditas multos inliciebat amicos, quos tamen ſæpe vivax ſenex *fruſtratur biantes*, non ſine riſu.

Præpotentem ſenectam.] Quod Lepida oppreſſa ſit à Quirinio qui præpotens fuerit, hoc tribuit Suetonius avaritiæ Tiberii qui hunc orbum ſenem captabat, ut teſtamento, illius opes invaderet.

2. *Defleverat.*] Tum cum morem receptum fuiſſe patet ex Sueton. Tib. 70. *Compoſuit & carmen lyricum cujus eſt titulus, Conqueſtio de L. Cæſaris morte.*

3. *Corripuit delator.*] Impietatis, ut qui carmine compoſito mortem Druſi ſperaviſſet. Curtius lib. 10. *Rex cognita cauſa, pronuntiavit, ab accuſatoribus unum & id maximum crimen eſſe præteritum, deſperationem ſalutis ſuæ. nunquam enim talia auſuros, qui ipſum ex India ſoſpitem aut optaſſent reverti, aut crediſſent reverſurum.*

4. *Ægro Druſo.*] Forte ægrotaverat Druſus, cum nondum periiſſet Germanicus, aut circa ea tempora. Sed interveniente morte Germanici, & convaleſcente Druſo, funus deflevit Germanici. Non in eo crimen Lutorii, quod majus præmium ſperaſſet ex Druſo, præciſe; ſed quod in ægri Druſi mortem compoſuiſſet carmen, & ſic mortem ejus exoptaſſe videretur.

Quod ſalutem principum, & Reipub. promiſcuo affectu habuiſſet, quodque ſic rideret Cæſares, & in illorum mortem, ſpe & voto prævertens fatum, accommodatum carmen in promptu haberet, turpis lucri cauſa; idque etiam jactaret, durante morbo, oſtentaretque in conviviis, & circulis procerum. Sicque *mentem ſuam & aures hominum polluerit.*

Ægro Druſo.] Dicit Druſo compoſitos verſus, ſperãte auctore, ſi quidẽ iſte moreretur, qui propius Tiberii ſanguis eſſet, majus ſe præmium publicatione carminis iſtius adepturum: quum autem convaluiſſet Druſus, *id ne* omnino periret, mutato tantum nomine, ut in Germanici honorem factum videretur, edidiſſe.

Ægro Druſo.] Plutarchus rem fere ſimilem narrat non illepidam. Auguſtus *cum ſublimis ex Actiaca victoria reverteretur, occurrit inter gratulantes quidam corvum tenens, doctũ hac verba ſonare, AVE CÆSAR VICTOR. Hac ſalutatione delectatus Auguſtus, avem ſex millibus nummum emit. Socius opificis ad quem nihil ex ea liberalitate pervenerat, indicavit Cæſari, illum & alium habere corvũ, quem, ut adferre cogeretur, rogavit; allatus verba quæ didicerat expreſſit,* Ave victor Imperator Antoni. *Auguſtus nihil exaſperatus, tantũ juſſit, ut munus cũ ſocio partiretur.* Sex *millia* ſunt 150. coronati.

[1] Vitellia coram, multisque inlustribus feminis, per vaniloquentiam [2] legerat. Ut delator exstitit, ceteris [3] ad dicendum testimonium exterritis, sola Vitellia *nihil se audivisse* adseveravit. sed arguentibus ad perniciem [4] plus fidei fuit. sententiaque Haterii Agrippæ consulis designati indictum reo ultimum supplicium. Contra Manius Lepidus in hunc modum exorsus est. *Si P. C. unum id spectamus, quam nefaria voce Lutorius Priscus mentem suam & aures hominum* [5] *polluerit; neque carcer, neque laqueus,* [6] *ne serviles quidem cruciatus in eum suffecerint.* [7] *sin flagitia & facinora sine modo sunt; suppliciis ac remediis, principis moderatio,* [8] *majorumque*

INTERPRETATIO.

P. Petronii, coram Vitellia socru illius, plurimisque claris mulieribus. Ut emersit accusator, reliquis ad ferendum testimonium metu excitis, una Vitellia nihil sibi auditum *adfirmavit; sed accusantibus ad exitium Lutorii magis creditum est. & censense Haterio Agrippa destinato consule capite damnatus est. Contra Manius Lepidus in eam sententiam differuit.* Si P. C. hoc unum intuemur, quam scelesto sermone Lutorius Priscus animum suum, & aures audientium contaminaverit; neque vincula, neque laquens, ne servilia quidem tormenra in illum satis superque atrocia fuerint. quod si crimina & scelera modum egrediuntur, clementia principis, ve-

NOTÆ.

1. *Vitellia.*] Adfinitatem etiam postea reperio fuisse inter illas domos Petronii & Vitelliorum. Sueton. Vitell. 6. de Vitellio principe, *uxorem habuit Petroniam consularis viri filiam & ex ea filium Petronianum.*

2. *Legerat.*] Capiunt quasi Lutorius jam rum legisset, illud poëma in domo P. Petronii, cum ægrotaret Drusus; quo crimen augebarur. & verisimile est sic legisse per vaniloquentiam. nam si post publicatum illud in honorem Germanici legisset, licet Druso præparatum, facilius refellere delarorem poterat.

3. *Ad dicendum testimonium exterritis.*] Id est, metu & vi principis, ad confitendum compulsis.

4. *Plus fidei.*] Magis creditum his qui testarentur in perniciem; quam his qui adfirmarent in salutem Lutorii.

5. *Polluerit.*] Quam abominabili voce Lutorius Priscus, non modo mentem suam exspectatione mortis Drusi infectam fuisse ostenderit, verum etiam aliorum aures rei tam nefariæ commemoratione inquinaverit.

6. *Ne serviles quidem.*] Id est patibula crucesque. *Lipsius.*

Ne serviles quidem.] Nequidem, si in carcerem condito gulam laqueo frangi, aut etiam servilibus cruciatibus affici hominem, flagellisque cæsum, cruci adfigi jubeamus, hoc sufficiat.

Ne serviles quidem.] Aliud supplicium civis Rom. aliud servorum; laqueo strangulabatur civis in carcere, at servi in crucem agebantur.

7. *Sin flagitia.*] Si autem perpendamus homines ad facinora tam proclives esse, ut omnem modum peccando egrediantur; econtra autem in pœnis ad excessum non procedi; ex ritu majorum, & moderante principe &c.

Flagitia sine modo.] Lepidus non innumera volebat intelligi, nec enim hoc ad rem pertinuisset, verum maxima, immensa, omnem modum egressa: adeo ut pares iis pœnas invenire non esset. *Freinsh.*

8. *Majorumque.*] Sic Livius lib 1. 28. de Mettio Suffetio proditore partium. Tullius rex *duabus admotis quadrigis in currus earum distentum illigat Mettium: Deinde in diversum iter equi concitati, lacerum utroq; in curru corpus, quà inhæserant vinculis membra, portantes. Avertere om-*

& vestra exempla temperant; & vana à scelestis, dicta à maleficiis differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impune sit, & nos clementiæ simul ac severitatis non pœniteat. Sæpe audivi principem nostrum conquerentem, si quis sumpta morte misericordiam ejus prævenisset. [1] *vita Lutorii in integro est, qui neque servatus in periculum Reipub. neque interfectus* [2] *in exem-*

INTERPRETATIO.

terumque & vestra instituta pœnis, & coërcitionibus modum adhibent; & certe inania discrepant à nefariis, verba à facinoribus: potest fieri decretum, per quod neque istius culpa inulta sit, neque nos pigeat lenitatis simul & acerbitatis. Sæpe audivi imperatorem nostrum expostulantem, si quis illata sibi morte clementiam ejus prævertisset. Vita Lutorii adhuc salva est, qui neque venia donatus periculum ullum reipub. importabit, neque interemptus vindicatæ majestatis

NOTÆ.

nes à tanta fœditate spectaculi oculos. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse pœnas.

Cic. pro C. Rabitio. *Misera est ignominia judiciorum publicorum* &c. Carnifex vero *& obductio capitis, & nomen ipsum crucis, absit non modo à corpore civium Rom. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio, exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive Rom. atque homine libero est.*

Ibidem Cic. *Ista laus primum est majorum nostrorum, Quirites, qui expulsis regibus, nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem, non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt.* Itaque lenitatem suppliciorum tribuit Orator expulsioni regum, libertati civium, clementiæ legũ legislatorumque.

Attamen in Virginibus Vestæ modũ pœnarum excessere, quas vivas defodiebant, sed *tantum Religio potuit suadere malorũ.*

Excessere etiam humanitatis leges in servorum suppliciis & in severitate securitatem suam constitutam putarunt. Tac. lib 14. 42. *Cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret.*

At eo loci patet, mansitavisse 400. servos, eosque debuisse omnes in crucem agi simul, & eodem die, quod & factum; ut patet ex Tacito, & hanc reddit rationem immanis & omnem modum excedentis sævitiæ, quia, inquit, *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos, utilitate publica rependitur.*

1. *Vita Lutorii in integro est.*] Lipsius legit, *in integro esto*: quasi id Lepidus pro sententia censuerit: Ego nihil mutarem, propter id quod supra dixit, principem sæpissime conquestum, si quis sumpta morte, misericordiam ejus prævenisset.

Ergo subjicit Lepidus, mortem adhuc Lutorius non sumpsit, vitaque ejus est in integro, ut nobis cavendum sit, ne nimiæ severitatis auctores simus. Suam ipse postremo sententiam profert, ut cedat urbe. *Pichena.*

Vita Lutoris in integro est.] Nondum sumpsit mortem, quod optavit sæpe, & nunc optat princeps, qui sæpe questus est, si quis morte spontanea ejus clementiam prævenisset.

2. *In exemplum ibit.*] Quintil. Declamat. 274. *Omnis enim pœna, non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.* Cyprian. de Capt. *Plectuntur quidam, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium, tormenta paucorum.* Aurelius.

plum ibit. [1] *ſtudia illi ut plena vecordiæ, ita inania & fluxa ſunt: nec quidquam grave ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed mulierculàrum adrepit. cedat tamen urbe, & bonis amiſſis aqua & igni arceatur. Quod perinde cenſeo,* [2] *ac ſi lege majeſtatis teneretur.* Solus Lepido [3] Rubellius Blandus è conſularibus adſenſit: cæteri ſententiam Agrippæ ſecuti: [4] ductuſque in carcerem Priſcus, ac ſtatim exanimatus. Id Tiberius ſolitis ſibi ambagibus apud ſenatum incuſavit, 51

INTERPRETATIO.

exemplum erit. Literæ illi, ut plenæ veſaniæ, ita vanæ & leves ſunt, nec aliquid moleſtum aut periculoſum ex illo formides, qui ſua ipſe ſcelera pervulgat, qui non aucupatur gratiam virorum, ſed feminarum demulcet animos. Pellatur tamen urbe, & opibus exutus, aqua & igni prohibeatur. Quod juxta ſtatuo, ac ſi majeſtatis crimen admiſiſſet. *Unus Rubellius Blandus è conſularibus Lepido acceſſit: reliqui idem cum Agrippa cenſuere: tractuſque in cuſtodiam Priſcus, ac mox interfectus eſt. Hoc Tiberius conſuetis ſibi ſimulationum artibus apud Patres increpavit, cum laudaret ca-*

NOTÆ.

1. *Studia illi ut plena.*] *Studia* ponuntur hic pro artibus & genere vitæ, cui ſe addixerat. Id per ſe honorificum, homo vecors & inanis, ut Lepidus credi vult, amentia implebat ac contaminabat.

Eoq; id contemptum, vile, fluxum, nulliuſque momenti reddiderat, ut ne quidem periculum eſſet, ſi maxime abuti eo vellet, cum cuivis quidquam eſſe perſuaſurum, aut, quod ad probrum, ſive diſcrimen principis, Reive publicæ pertineret, effecturum. *Freinsh.*

Per *ſtudia* poſſint intelligi literæ & literatum curæ ſeu lucubrationes, ſed hic præſertim *carmina*. Sic apud Tac. cupiebat poſtulabatque à Nerone ſordida plebs, ut *ſtudia ſua publicaret*, id eſt carmina ſua.

2. *Ac ſi lege majeſtatis.*] Hoc dicit Lepidus, quia adhuc incertum erat, an tale crimē capite aliquo legis hujus cōtineretur. erat id crimen *majeſtatis* tantummodo per interpretationem delatoris; non enim famoſum illud carmen, aut in dedecus principis compoſitum. Erat tantum vana & inſolens oſtentatio ingenii, & in eo ſpreta potius, aut deſpecta majeſtas, quam læſa erat, ac potius odii, quam facinoris reus argui potuit.

3. *Rubellius Blandus.*] Videndum, an hic ſit, qui in æreis numiſmatibus dicitur C. RUBELLIUS BLANDUS III. VIR. A. A. A. F. F. de quo item infra Tacitus mentionem fecit. *Urſin.*

4. *Ductuſque in carcerem Priſcus.*] *Carcer* ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro Anci Marcii juſſu extructus, à coërcendo & continendo, quaſi *coarcer*, nomen habet. In eum conjecti, cluſi, non tamen in vinculis omnes fuere, ſicut refert Ulpianus ccxvi. D. de verbor. ſignificat.

Habuit autem carcer penitiorem ſub terra locum, quod *Tullianum* à rege Tullio appellatur: habuit & in plano locum alium vinculorum, *ergaſtulum*, opinor Nonio dictum. Illo indicta cauſa & inauditi, qui ducerentur, Tribunorum opem invocabant, vel taciti morem ducenti magiſtratui gerebant.

Neque vero in carcerem ducti fuere cives, niſi prætextu delicti, quod facinus indignum putarent, ſi quem in eo deprehendiſſent, quo caſu etiam indemnati carcere cluſi ſunt, ex vinculis cauſam dicturi.

Sed & alias quandoque damnati in provincia, vinctique Romam, quo appellaſſent, miſſi, ex vinculis iterum cauſam dixere, uti ſenatui aut principi magis placuit.

Inibi reus cervicem ſecuri ſubjiciebat,

eum extolleret [1] *pietatem quamvis modicas principis injurias acriter ulciscentium*; deprecaretur *tam præcipitis* [2] *verborum pœnas:* laudaret Lepidum, neque Agrippam argueret. Igitur factum S. C. [3] *ne decreta patrum* [4] *ante diem decimum* [5] *ad ærarium deferrentur*; *idque vitæ spatium damnatis prorogaretur.* sed non senatui libertas ad pœnitendum erat; neque Tiberius

INTERPRETATIO.

ritatem illorum qui quamquam leves contumelias principis aspere vindicarent, simul *oraret*, ne tam properis suppliciis dicta punirentur. *etiam extolleret Lepidum, neque Agrippam reprehenderet. Itaque decreto Patrum cautum est*, ne senatusconsulta in ærarium deferentur, nisi post dies decem; illudque interstitium reis prolataretur. *At neque facultas Patribus ad mutandam sententiam erat, neque Tiberius*

NOTÆ.

carnifex reum decollabat: quod fuisse Romani moris Livii multiplex scriptum, & Seneca l. IX Declamat. II. indicat.

Inde quæ patet, quod dicitur apud Florum, *Iugurtha necatus in carcere.* Item quod Pomponius refert. D. de Origin. juris, *necatos in carcere quosdam ex Decemviris.* Sic quoque hic *ductus in carcerem statim exanimatus:* & infra lib. 5. Paconius in carcere strangulatus.

Et ut semel dicam, in reos, qui alicujus nominis, aut significationis essent, in carcere; in eos qui humilioris fortunæ, palam animadvertebatur. *Vertranius.*

Nonii loco, quem affert Vertranius. vehementer diffido. De ergastulis vide Lipsium 2. Elect. 15. *Gronovius.*

1. *Pietatem quamvis medicas.*] Sic vocabatur tum temporis, quæ veriore vocabulo est *sæva adulatio* 4. 26. Suet. Aug. 68. *Laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium.* Domitiano. 11. *Permittite, P. C. à pietate vestra impetrari.* Ovidius l. 1. metam.

Nec tibi grata minus pietas, Auguste tuorum.

Quam fuit illa Iovi.

Non melior *pietas* Vitellianorum l. 2. histor. cap. 69. *Gronovius.*

De L. Vitellio patre principis. Sueton. Vitell. 3. *Statua pro rostris, cum hac inscriptione PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.*

2. *Verborum pœnas.*] Recte, quia verba, non facta Lutorii, pœna adfecta sunt. Nec male tamen, *rerum pœnas* argumento decreti, quod secutum. *Lipsius.*

3. *Ne decreta.*] Ne decreta Patrum, quibus pœna seu supplicium ultimum decerneretur, ante decimum diem ad ærarium in publicas tabulas referrentur: puto in atrio libertatis ea deposita.

4. *Ante diem decimum.*] Interciderat nota numeri, quam nos certis auctoribus restituimus Suetonio in Tiber. 75. *Nam cum senatusconsulto cautum esset, ut pœna damnatorum semper in decimum diem differretur.*

Dione lib. LVII. *Iussit fieri decretum quo institutum erat, non necari quemquam damnatorum, ante diem decimum, neque senatusconsultum à patribus factum deferri in ærarium ante illud tempus.* Qui & idem repetit, fine libri LVIII. Nec aliud Seneca sensit, de tranquillitate 1. cap. XIV. *Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies, sine ulla sollicitudine exegisse?*

Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissime convicto & damnato reo, dies indulsit triginta vitæ: in l. Si vindicari C. De pœnis. Sigonius ergo non abest quin falsus sit, *l* 1. Epist. qui id tribuit SC. Tiberiano. *Ex vetere*, inquit, *SC. Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit.*

5. *Ad ærarium deferrentur.*] In ærario tabulæ publicæ & acta Senatus. Livius lib. XXXV. *Verum cùm sint notissima sibi cum consule inimicitia, quid ab eo posse*

[1] interjectu temporis mitigabatur. C. Sulpicius, D. Haterius consules sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspecta severitate adversum luxum: qui immensum proruperat ad cuncta, quis pecunia prodigitur. Sed alia sumptuum quamvis graviora, [2] dissimulatis plerumque pretiis occultabantur; ventris & ganeæ paratus adsiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne princeps [3] antiquæ parcimoniæ durius adverteret. Nam incipiente C. Bibulo, cæteri quoq; ædiles [4] differuerant, [5] *sperni* 52

INTERPRETATIO.

interposito tempore placabatur. Post hæc C. Sulpicius, D. Haterius consulatum obtinent. Haud inquies ille annus fuit extraneis motibus, Roma formidata acerbitate adversus luxum, qui infinitum processerat ad omnia quibus opes profunduntur. Sed alia impensa, licet grandiores tegebantur ut plurimum dissimulato valore; at gula & opularum sumptus continuis sermonibus exagitati in vulgus, metum intulerant, ne princeps priscæ severitatis asperius coërceret. Quippe cœptante C. Bibulo, reliqui etiam ædiles

NOTÆ.

quemquam æqui exspectare, qui per infrequentiam furtim factū Sc. ad ærarium detulerit? Nec antè rata SCta, donec delata. Intereà Auctoritas dicebatur, non *SC.* ut ex Cicerone & Dione jam alii notarunt. Vide similem in Tacito locum lib. XIII. de multis Ædilium.

1. *Interjectu temporis mitigabatur.*] Tiberius C. Lutorii mortem ægre tulit, non quod supplicio affectus, sed quod à Senatu, se absente, damnatus esset. Quare SCto caveri voluit: Ne quis reus à Senatu damnatus, intra diem decimum necaretur. Neve sententia contra reum lata, ante id tempus publicaretur: ut de sententia admonitus Cæsar, licet absens, causam recognosceret, reo gratificaretur, ex voluntateve de eo judicium proferret. Has causas ferendi Senatusconsulti retulit Dio l. LVII. quas prætermissas à Tacito, nolui silentio prætenisse. *Vertran.*

2. *Dissimulatis.*] Aliæ quidem impensæ, quamquam longe majoris sumptus essent, ut vestium, gemmarum, signorum atque tabularum pictarum, tamen dissimulato pretio occultabantur.

3. *Antiqua*] Ipse Tiberius *princeps antiquæ parcimoniæ*, idcirco timebant, ne durius in luxum animadverteret. infra lib. 4. de Tib. *Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus.*

Et Suet. Tib. 34. *Ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, solennibus ipse cœnis, pridiana sæpe ac semesa opsonia apposuit, dimidiatumque aprum, affirmans omnia eadem habere, quæ totum.*

4. *Differuerant.*] Ne sumas, quasi cœpisset tantum Bibulus, & alii ædiles ante disseruissent. incœpit Bibulus res proponere apud Patres, & postea alii ædiles etiam differuerant &c.

5. *Sperni sumtuariam legem.*] Augusti sumptuariam intelligit, de quâ Gellius l. II. *Postremò lex Iulia ad populum pervênit, Cæsare Augusto imperante, quâ profestis quidem diebus ducenti finiuntur: Kalendis, Idibus, Nonis, & aliis quibusdam festis, trecenti: nuptiis autem & repotiis HS. millies esse. Etiam dicit Capito Atejus edictum Divine Augusti, an Tiberii Cæsaris,* &c. Quo loco claram mendam per occasionem tollo, legoque: *nuptiis autem & repotiis sestertii mille. Esse etiam dicit Capito,* &c. Sestertiûm millies ad nuptias, an definiat ulla lex? non potest: nimis immane est. At sestertii mille conveniunt, & proportionē habent cum numero priore, ducentorum trecentorumq;.

Cæterùm hanc Tiberii curam intellexit Plinius lib. XXXIII. cap. II. hoc diversus, quòd C. Sulpicium Galbam Ædilem nominat, non C. Bibulum, rejicitque in annum sequentem, quo consules Vetus

sumptuariam legem, [t] *vetitaque utensilium pretia augeri in dies: nec mediocribus remediis sisti posse.* & consulti patres, integrum id negotium ad principem distulerant. Sed Tiberius sæpe apud se pensitato, an coërceri tam

INTERPRETATIO.

monuerant, temni legem sumptuariam, & æstimationem rerum ad usum vitæ necessariarum, ea lege prohibitam in dies crescere; nec modicis pœnis cohiberi posse. *Et interrogati Patres rem cunctam ad Cæsarem remiserant. Sed Tiberius sæpius apud se*

NOTÆ.

& Pollio. *Tiberii demùm*, inquit, *principatus nono anno, in unitatem venit equester ordo, anulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno urbis conditæ* DCCLXXV *quod miremur, futili pœne de causâ. Cùm C Sulpicius Galba, dum juvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgo institores ejus culpa defendi anulis.* Fieri tamen potest, ut iterata tunc ea inquisitio fit. *Lipsius.*

Sperni.] Contemni legem, qua olim sumptibus impositus fuisset modus, & suppellectilium prohibitam taxationem, non modo retineri, verum in dies augescere. *Freinsh.*

Per *utensilia* non tantum intelliguntur *suppellectilia*, sed etiam alia omnia ad vitæ usum necessaria. Etiam hoc loco, quæcumque in luxum & elegantiam veniunt, vestes, gemmæ, signa, tabulæ pictæ, libri, lecticæ, sellæ, cultus, equi, servi etiam per ætates & nationes dispositi, quæ Plinio *pædagogia* fibulis aureis vincta dicuntur.

Sumptuariam legem.] Sueton. Tib 34. *Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos 30. millibus nummum* (sunt 750. coronati, seu 2250. libræ) *venisse graviter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit; annonamque macelli, senatus arbitratu, quot annis temperandam, dato ædilibus negotio popinas ganeasque, usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent* &c.

Ex quo loco patet aliud esse *suppellectile*, ut sunt *vasa Corinthia*, aliud *annonam macelli*, ut sunt *mulli* & cætera id genus; & utrumq; ex Tacito per *utensilia* significatur.

Utensilia sunt etiā *suppellectilia*, at non omnino vice versa; nec tā late extenditur significatio suppellectilium, & pretia suppellectilium vetita, aut ipsa suppellectilia omnino etiam prohibita; at utensilibus, seu annonæ macelli modus seu pretium lege sumptuaria adhibetur, nec ista, ut pote necessaria vitæ, numquam omnino prohibentur.

Forte Tac. per *utensilium pretia*, non tantum intelligit pretium cujusque rei in particulari, sed immensos epularum sumptus, quibus opes prodigebantur. Certe initio lex sumptuaria statuerat modū seu pretium conviviis ipsis, & quantum quolibet impendi debuerit. annonam vero macelli quoad singula cohibere, popinas ganeasque legem illam egressas, coërcere magistratuum ædilium fuit.

t. *Vetita utensilium pretia augeri.*] Freinshemius, *suppellectilium prohibitam taxationem non modo retineri, verum etiam in dies augescere.* Mirum omnibus patribus. Tu accipe; & in cibaria & convivia plus plusque in dies, quam concessum sit, impendi. De ganeæ namque patatibus agunt: & *utensilia* quæ sint, diximus ad t. 70. *Gronovius.*

Vetitaque.] Vertit interpres Gall. *vetitarum rerum pretia augeri.* Certe luxus in aliquibus rebus, & res ipsæ propter eum luxum prohiberi potuerunt. v. g. vasa auro solida vetare lex potuit. Sed longe plura sunt quorum pretium immensum vetari debuit, non ipsæ res, ut quæ commercio & usui hominum prorsus necessariæ sint.

profusæ

profusæ cupidines possent, [1] num coërcitio plus damni in Remp. ferret; quam indecorum adtrectare quod non obtineretur; vel retentum ignominiam & infamiam virorum inlustrium posceret: postremò litteras ad senatum composuit, quarum sententia in hunc modum fuit. *Cæteris forsi-* 53
tan in rebus P. C. magis expediat me coram interrogari, & dicere quid è Repub. censeam: in hac relatione, subtrahi oculos meos melius fuit, ne denotantibus vobis ora ac metum singulorum, qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut deprehenderem. Quod si mecum ante [2] *viri strenui ædiles consilium habuissent; nescio an suasurus fuerim omittere potius præ-*

INTERPRETATIO.

cogitato, an comprimi tam effusa libidines possent, num remedium plus etiam mali in remp. inveheret, & quam turpe esset *adtentare quod non obtineretur; vel quod si obtentum esset, dedecus & probrum nobilium virorum postularet; tandem epistolam ad Patres scripsit in eam fere sententiam.* In aliis forsan negotiis, P. C. magis conducat me præsentem consuli, & proferre quid esse è Rep. sentiam: at in hac re quæ refertur, magis expediebat præsentiam meam vitari, ne demonstrantibus vobis faciemque ac formidinem singulorum, qui turpis luxus incusarentur, ipse quoque adspicerem illos, ac veluti coarguerem. Quod si mecum prius viri seduli ædiles rem communicassent, vix scio num auctor illis fuissem

NOTÆ.

Itaque pretio utensilium modus adhibebatur ab Ædilibus, sed pretium illud spernebat excedebatque facile libido ventris & ganeæ, in magnificentiam conviviorum, aut potius prodigentiam opum ultro proruens. Hanc libidinem procerum, hunc furorem mortalium cohibere pretium fuit, sed prius cupidinibus, prius animis medendum, quam pretio, quam utensilibus. Mentem Taciti satis intelliges ex Sueton. Tib. 34.

1. *Num coërcitio plus damni in remp. ferret.*] Cur luxus coërcitio majus damnum reip. afferat? cum contra, idque plurimis rationibus, utilissima videatur. Respondet Tacitus infra: *Si quis legem sanciat, pœnas indicat, iidem illi civitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.* Pichena.

1 *Plus damni.*] E numero scilicet periclitantium, & malitiâ delatorum. Itemque ex infamiâ, ut addit, tot illustrium. *Lipsius.*

Plus damni.] Nempe, ut supra de lege Papia. *Multorumque excisi status, & terror omnibus intentabatur; ni Tiberius statuendo remedio quinq; consularium* &c. *apud quos exsoluti plerique legis nexus* &c.

Hinc infra, remissa hæc cura Ædilibus cap. 56. *Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores represserat.*

Viri strenui.] Intelligit hoc Freinsh. quasi hic titulus seu honorifica hæc appellatio ædilium fuerit, & quasi jam tum tempore Tiberii, cœperit illa immensa inanium titulorum vocabulorumque seges, quæ mox in fastidium usque adcrevit, non sine summo pudore & flagitio talia adprobantium.

2. *Viri strenui.*] Insaniam epithetorum, quibus nunc vulgo utimur, luxuriã reprehendi facile fero, sed principium ejus à Cicerone vel Tiberio, vel Tacito petere est jocari. Non dubito, quin *viri strenui* fuit, acres, vigilantes, intenti, suique muneris & officii memores, quod in hoc ipso demonstrarunt negotio.

Sic Fabius apud Livium 28,40 *quẽadmodum jam certa provincia Africa consulis, viri fortis ac strenui, sit.* Et Parmenio apud Curtium lib. 7. *Rex expeditionem*

valida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret [1] *quibus flagitiis impares essemus. sed illi quidem officio functi sunt, ut ceteros quoque magistratus sua munia implere velim: mihi autem neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quia non adilis, aut pratoris, aut consulis partes sustineo:* [2] *majus aliquid & excelsius à principe postulatur; & cum recte factorum sibi quisque gratiam trahant,* [3] *unius invidia ab omnibus peccatur.* [4] *Quid enim pri-*

INTERPRETATIO.

relinquendi potius coalita & corroborata flagitia, quam id obtinere, ut manifestum esset, quæ vitia vincere, aut coërcere non possemus. Sed illi sane munus suum implevere, ut alios etiam magistratus officio suo fungi peroptem: mihi vero neq; decorum tacere, neque dicere promptum, quippe ego non impleo munus ædilis, aut prætoris, aut consulis: amplius aliquid & sublimius à Cæsare desideratur: Et cum rerum bene gestarum sibi singuli favorem vindicent, unius odio universi delinquunt. Quid

NOTÆ.

parat in Arachosios. strenuum hominem & nunquam cessantem. Quæ non addidissent illi, nisi res præsens eo duceret. *Gronov.*

Adeo tituli rari eo ævo, ut ne Augustus quidem aut filii ejus *domini* vocarentur, ut ne Tiberius quidem princeps, neque *dominus*, neque *Augustus* vocari voluerit, licet ultimū id hæreditarium esset. Non satis licuit tamen appellare principem proprio, seu privato nomine, sine addito decore. sic Britannicus Neronem salutavit, sic Helvidius Vespasianum privato nomine salutabat, & prætor in edictis sine honore transmittebat; quod dominationis magistri in crimen vertebant.

1. *Quibus flagitiis impares essemus.*] Non promiscue dicit, se vitiis inferiores esse; neque enim verum illud aut honestum; sed eo tendit Tiberii oratio, sicut in progressu ejus disertius exponitur: esse vitia, quibus obviam iri possit; esse alia, quibus non possit. sed vulgo discrimen hoc ignorari, atque ideo etiam in prævalidis vitiis subesse apud homines metum atque diffidentiam. quod si autem hoc jam adgrediantur, tum istud discrimen manifestatum iri, atque neminem deinceps ignoraturum esse, quæ vitia legibus validiora essent, & propterea impune possent exerceri. *Freinsh.*

Quibus flagitiis impares.] Macrob. 3. Sat. 17. *Alia lex pervenit ad populum ferente Antio Restione: quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuria & vitiorum firma concordia, nullo abrogante, irritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur: eum quo ad vixit, foris postea non cœnasse, ne testis fieret contempta legis, quam ipse bono publico pertulisset.*

Impares.] Quibus vitiis obnoxii nos cives simus, ita ut illis vincamur ac profligemur, vel quibus vitiis coërcedis nos imperitantes haud pares essemus. Forte utroque sensu simul capiendus Tacitus.

2. *Majus aliquid.*] A principe majus aliquid excelsiusque quam à reliquis exspectatur, & adversus Reipub. morbos, non tantum utile consilium, verum etiam efficax medicina poscitur. Cujus eo quoque respectu dura conditio est, quod quum recte aliquid gestum est, quilibet in partem & societatem laudis venit ultro, tamquam, se auctore vel administro, factum esset.

3. *Unius invidia ab omnibus peccatur.*] Unius, scilicet principis, cui soli communia vitia imputantur. Aliquid simile dixit Tacitus in vita Agricolæ: *prospera omnes sibi vindicant; adversa uni imputantur.* Eodem modo, paulo infra Tiberius ait: *Simultates faciunt, ac mihi relinquunt.* Pichena.

4. *Quid enim primum.*] Qua fronte

mum prohibere & priscum ad morem recidere adgrediar? 1 villarum ne infinita spatia, 2 familiarum numerum, & nationes? 3 argenti & auri pondus?

INTERPRETATIO.

enim primum interdicere conabor, & veterem ad parcimoniam resecare? An prædiorum immensa latifundia, au mancipiorum multitudinem, populosq; totos? argen-

NOTÆ.

luxum corrigat ille censor eximius? qui teste Sueton. 42. *Princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit.*

Qui *Sestio Gallo libidinoso ac prodigo seni* &c. *cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret, aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur.*

Qui *Asellio Sabino HS. ducenta donavit.* (sunt nostro more quinque millia coronatorum, seu 15. millia librarum.) *pro dialogo, in quo boleti & ficedulæ & ostrea & turdi certamen induxerat.*

1. *Villarumne infinita spatia.*] Adversum leges agrarias. Horat. *Agri quantum nec milvus oberret.* Lex Licinia plus quingenta jugera agri habere civem Romanum vetabat. Varro t. de Re Rustica. Ipse sua lege damnatus, cum substituta filii persona, amplius possideret. Plin. 18. *Verum confitentibus, Italiam latifundia perdidere.* Idem ejusdem lib. cap. 6. *Munetus.*

Villarum.] Prisci duces Rom. non in immensum auxere villas, sed egregie & ex arte eas disponebāt. Plin. 18 6. *Nec hoc sine arte quadam est Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castra metandi, sic ut comparatos ei cæteros etiam Sylla Fœlix cæcos fuisse diceret.*

Villarum] De quibus sic Plin. 18. 6. *Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam: jam vero & provincias. Sex domini semissem Africæ possidebant, cum interfecit eos Nero princeps: non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompejo, qui numquam agrum mercatus est conterminum.*

2. *Familiarum numerum.*] Numerum servorum Romanis cum reperio, qui non facile fidem inveniat moribus nostris. *Tacitus* l. XIV. Pedanio Costæ tribuit quadringentos: Plinius Cœcilio cuidam Isidoro quinquies mille. Et hi nihil dicunt præ Athenæo, cujus ipsa ponam verba, è lib. VI. c. VII.

Post hæc reversus Larentius ait. At Romanorum unus aliquis, quanto plures possideat servos, tu nosti optime Massuri. Nam ad decem & viginti millia, imo plures etiam, multi habuerunt. nec tamen ut quæstum ex iis faciant, sicut Græcorum ditissimus ille Nicias, sed plerique Romani anteambulones eos habent comitesque maxima ex parte.

Seneca de Demetrio: *Feliciorem ne tu Demetrium Pompejanum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompejo? numerus illi quotidie servorum, velut imperatori exercitus, referebatur: cui jam dudum divitiæ esse debuerant duo vicarii & cella laxior.*

Tot servi, si deo placet, uni servo Ut non injuriâ queratur & culpet Plinius: *mancipiorum legiones, & in domo turbam externam, & servorum quoque causâ nomenclatorem adhibendum.*

Fuerunt etiam olim Athenis 400. millia servorum. Thucydides auctor est, ex eâ urbe, bello Peloponnesiaco, idque uno tempore, transfugisse ad hostem super viginti millia: & quidem servorum, qui manuarias operas exercerent.

Quantam vim in urbe suspicari debemus fuisse reliquam? verba ejus, hæc l. VII. *Quippe Athenienses universa regione exuti ejectique sunt, ac servorum viginti millia & amplius transfugerant. & hi maxima ex parte operarii seu artifices.*

Familiarum numerum & nationes.]

[2] *æris*, [3] *tabularumque miracula?* [4] *promiscuas viris & feminis vestes? atque*

INTERPRETATIO.

teum aureumq; supellectile ingens? æneàrum imaginum,tabularumq; prodigia? ca-

NOTÆ.

Omnia hæc proprie accipienda. Constat enim dites illos atque luxuriosos in servis emendis, plurimum etiam ad nationis delectum respexisse, atque proinde, quum diversas in familia nationes haberent, in eas tanquam classes, ipsam distribuisse. Vide auctores, quos Pignorius adducit, & nostrum t4.94. *Freinsh.*

Familiarum.] Luxus ille auctus statim nec toto sæculo se se prorsus effudit. Valer. lib. 4. *Cato superior pellibus hædinis pro stragulis utebatur, tribusque servis comitatus Hispaniam rexit, eodem cibo, eodemque vino, quo nauta, contentus. At multum, à prisca continentia, spatio annorum, posterior Cato discedit, ut pote in Civitate jam divite, & lætitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus interesset, filium secum trahens, duodecim servos habuit, numero plures, quam superior, temporum diversis moribus, pauciores.*

1. *Argenti & auri pondus.*] Cornelius Rufinus Senatu motus est à Fabricio, quod x. pondo vasa argentea comparasset. Val. Maximus l. 2. Livius lib. 14. Virgil. *Sunt auri pondera facti, infectique mihi.* Silius lib. 13.
Nec modus argento, cælataq; pondera facti Tantum epulis auri. Aurelius.

Argenti.] An vasa aurea atque argentea immensi ponderis? an æreorum signorum tabularumque pictarum, ostento proximam elegantiam curamque?

2. *Æris.*] *Objecit accusator Camillo, quod ærata ostia haberet in domo*, ait Plin. lib. 34. cap. 3. Ovid. 6. Fast. *Quæ nunc ære nitent, stipula tunc tecta virebant.* Luxuries æris in candelabris, in columnarum capitellis, & pedibus; etiam in columnis, in lectorum, mensarumque pedibus, in tricliniis, & abacis.

Per τὸ *æris*, præcipue intelligit signa ænea.

3. *Tabularumque miracula.*] O egregium censorem! qui teste Sueton. in secessu Capreensi, *cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum & figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui, in opera edenda, exemplar impetratæ schemæ deesset.*

Qui *Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea acciperet:* (sunt 25000. coronati) *non modo prætulit, sed & in cubiculo dedicavit.*

Tabularum.] Quas colebant venerabanturque mira superstitione. Plin. Epist. *Caninio suo. Plures iisdem in locis villas possidebat* &c. *multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur. Virgilii ante omnes, cujus natalem religiosius, quam suum celebrabat* &c.

4. *Promiscuas viris & feminis vestes.*] *Sericas* intelligit *Coasque*, quibus nec abstinebant viri. Carpit non semel gravissimus auctor Seneca, ut Epist. CXXIII. *Non videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum feminis vestem? non vivunt contra naturam, qui expetunt,* ut pueritia splendeat tempore alieno?

Et CXIV. *Quod vides istos sequi, qui aut vellunt barbam aut intervellunt: qui labra pressius tondent & abradunt, servatâ & submissâ ceterâ parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam.*

Et Plinius: *Nec puduit has vestes* (de Cois loquitur) *usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum à loricâ gerendâ discessêre mores, ut oneri sint etiam vestes.*

Vestes.] De istis superbis decoctoribus potuit dici, quod alio sensu Virg. 8. Æn.

illa feminarum propria, quîs [1] *lapidum caussa pecunia nostræ* [2] *ad externas aut hostilis gentes transferuntur. Nec ignoro* [3] *in conviviis & circulis incusari ista, & modum posci: sed si quis legem sanciat, pœnas indicat;* [4] *iidem illi civitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis ex-* 54

INTERPRETATIO.

dem viris & mulieribus tegmina, & illa solis mulieribus vindicata, quibus gemmarum gratia, opes nostræ ad extraneas aut infensas nationes transmittuntur. Nec me fallit, reprehendi ista inter epulas cœtusque civium, & remedium postulari; sed si quis legem statuat, mulctas indicat; iidem illi Remp. subverti, magnificentissimo cuique perniciem strui, & nullum culpa exemptum conquerentur. At ne qui-

NOTÆ.

—— *Rerumque ignarus imagine gaudet Attollens humero, famamque & fata nepotum.*

Nam qui evertit opes, simul & decus & dignitatem domus amittit.

1. *Lapidum caussa pecunia.*] Plinius 12,19. *Arabia etiamnum felicius mare est. Ex illo namque margaritas mittit: minimaque computatione millies sestertium annis omnibus. Indi & Seres peninsulaque illa imperio nostro adimunt.*

Lapidum causa.] Seneca de beneficiis: *Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: (jam enim exercitatæ aures, oneri ferendo sunt:) junguntur inter se, & insuper alii bini suppenuntur* (forte *suppanguntur.*) *Non satis muliebris insania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonia singulis auribus pependissent.*

Tertull. acutè, de habitu mul. *Graciles aurium cutes Calendarium expendunt, & in sinistra per singulos digitos saccis singulis ludit.* Augustinus hoc amplius queritur, suo ævo insanisse in turpi isto aurium cultu, etiam viros, quem vide, si lubet, epist. lxxxiv.

Eum luxuriæ ritum referre quidam conantur ad ævum priscum, ex Valerii verbis l.v.c 11 de Martio Coriol. exorato à feminis: *in quarum honorem, senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque ut feminis semita viri cederent, confessus plus salutis resp. in stola, quam in armis fuisse: vetustisque aurium insignibus novum vittæ discrimen adjecit.* Legunt enim, *inaurium insignibus.* Non probo, & fortasse nec notæ quidem tunc Italiæ gemmæ. *Lipsius.*

Quid ni fuerint olim *inaures* & gemmæ Romæ, ubi fuit aurum?

2. *Ad externas aut hostilis gentes.*] Per *externas* Indos & Arabes præsertim intelligit, per *hostilis*, Persas, seu Parthos.

Forte etiam & Æthiopas, qui hostiles erant ultra *Elephantinen ac Sienen claustra olim imperij Rom.*

3. *In conviviis & circulis.*] Cicero lib. 2. ad Att. 18 *Hac tamen in oppressione ferme in circulis dumtaxat & conviviis est liberior.* Livius lib. 44 *In omnibus circulis, atque etiam, si diis placet, in conviviis, sunt qui exercitus in Macedoniam ducant.*

4. *Iidem illi civitatem verti.*] Valer. Max. l. 2. *M. autem Antonius & L. Flaccus censores Duronium senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumptibus latam, tribunus plebis abrogaverat, mirifica nota causa. Quam enim impudenter Duronius rostra conscendit, illa dicturus: frani sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi, alligati & constricti estis amaro vinculo servitutis: lex enim lata est, qua vos esse frugi jubet: abrogamus igitur istud horrida vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire, non licet?*

Iidem illi.] Iidem nempe illi, qui talia in conviviis & circulis differebant.

pertem clamitabunt. atqui [1] *ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas;* [2] *corruptus simul & corruptor, ager & flagrans animus, haud levioribus remediis restinguendus est, quam libidinibus ardescit. tot à majoribus repertæ leges, tot quas divus Augustus tulit, illæ oblivione, hæ (quod flagitiosius est) contemptu abolitæ, securiorem luxum fecere. nam* [3] *si velis quod nondum vetitum est; timeas, ne vetêre: at si prohibita impune transcenderis; neque metus ultra, neque pudor est. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: quia* [4] *unius urbis cives eramus: ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus. externis victoriis*

INTERPRETATIO.

dem corporis ægritudines inveteratas & pridem adultas, nisi per rigida & acerba remedia cohibeas; corruptus simul & corruptor, male adfectus atque exæstuans libidine animus, haud mitioribus exemplis reprimendus est, quam cupidinibus flagrat. tot ab antiquis inventæ leges, tot quas D. Augustus sanxit, per oblivionem illæ, hæ (quod turpius est) per despectum exolevere, & sic majorem luxui securitatem paravere. nam si cupias quod nondum prohibitum est, metuere potes, ne hoc tibi interdicatur: at si quæ vetita sunt, semel impune transgressus fueris; neque timor amplius est, neque verecundia. Cur igitur olim frugalitas vigebat? quia sibi quisque temperabat: quia unius civitatis incolæ eramus & ne incitamenta quidem voluptatum paria, dum intra fines Italiæ stetit imperium. Extraneis

NOTÆ.

1. *Ne corporis quidem.*] Quid ergo faciemus ad vitandam nimiam severitatis invidiam, nisi ut omittamus legem? nam si quis dicat vitia ista, nec impunita esse debere, & tamen moderatam pœnam posse constitui, fallitur. nam sicuti corporis morbi vetusti &c.

2. *Corruptus & corruptor.*] Instituta comparatione inter vitia corporis & animi, hic de animo intelligit, qui corruptus idem simul & corruptor, qui corruptus se ipse adhuc magis corrumpit; crescit enim in immensum libido, & de eodem animo respectu sui ipsius præsertim intelligit, ut patet ex his *ager & flagrans animus*, ubi *ager* idem est ac *corruptus*.

Nam dum flagrat æstuatq; libidinibus, se magis etiam corrumpit; nec obstat quin etiam proxima quæque corrumpat, velut contactu. Sed præcipua corruptio incipit in ipso & ab ipso ingenio humano, & ibi violentius grassatur, alios exemplo & quasi necessitate mox trahit. Sed præsertim se ipso corrumpitur. neq; corrumperent animum voluptates aut cupidines, nisi jam corruptum & æstuantem ultro reperissent.

Corruptus.] Multo magis animus, qui eo pravitatis pervenit, ut haud minus alios corrumpat, quam corruptus est ab aliis, quiq; luxuria quasi febre lãguet flagratq;, per dura & aspera coërcendus est.

3. *Si velis*] Ita fieri solet, ut timidius peccent homines in flagitiis, quibus nondum statuta pœna; metuunt enim, ne peccando, occasionem legi præbeant; quum vero aliquid commiserunt, quod lege vetitum erat, jam nullus pudor est.

4. *Unius urbis cives.*] Quasi dicat, at nunc ex omni orbe mixtio sumus. Undique gentes civitate & honoribus donatæ, itemque non donatæ confluximus.

Unius urbis cives.] Alienigenis enim quam plurimis Romana civitate donatis, jam non omnes urbis incolæ, unius urbis Romæ cives erant, sed ex aliis civitatibus oriundi, & quasi gentium colluvies. Non mirum ergo, si diversi mores, diversa luxus irritamenta intulerunt.

Unius urbis cives.] Vel quia unam illam

aliena, civilibus etiam nostra consumere didicimus. 1 *Quantulum istud est, de quo ædiles admonent! Quam, si cætera respicias, in levi habendum! At Hercule nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod* 2 *vita populi Romani per incerta maris & tempestatum, quotidie volvitur. ac nisi* 3 *provinciarum copiæ & dominis, & servitiis, & agris subvenerint; nostra nos scilicet nemora nostræque villæ tuebuntur. Hanc P. C. curam sustinet princeps. hac omissa*

INTERPRETATIO.

bellis alienas opes profundere didicimus, intestinis etiam nostras. Quam tenue & leve istud est de quo ædiles disserunt! Quam in tenui reputandum, si alia spectes! At certe nullus movet, quod Italia externi subsidii eget, quod vita civium Rom. per discrimina pelagi & procellarum quotidie jactatur. ac nisi provinciarum fertilitas atque affluentia frugum præsto sint, & dominis, ac familiis ipsis & ergastulis, ipsisq; villis; nos nempe, luci nostri, nostraque suburbana alent, sustentabunt. Hoc munus P. C. princeps in se recipit perfertque. Idque si neglectum sit,

NOTÆ.

olim civitatem possidebant, quod innuit, cum id opponit, *intra Italiam dominantibus*; vel quia non jam urbis unius illi, sed totius orbis cives erant, quia possidebant orbem; etiam quia optimi validissimique provinciarum in civitatem Rom. adsciti erant, & toto urbe diffusi cives Rom.

Unius urbis.] Donec universus populus Rom. unius urbis mœnibus includebatur, aut intra solam Italiam dominaretur.

1. *Quantulum.*] Hæc igitur quamquam haud levis dissuadendæ legis ratio, non tamen sola est; sunt enim longe alia Reipub. vitia & incommoda, quibus ante prospiciendum esset. quantulum enim istud? &c.

2. *Vita populi Rom. per incerta.*] Nam è Sicilia, ex Africa, ex Ægypto frumentum advehebatur. Columella l. 1. *Itaque in hac Latia & Saturnia terra, ubi dii cultus agrorum progeniem suam docuerunt, ibi nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehatur frumentum, ne fame laboremus: & vindemias condimus ex insulis Cycladibus, ac regionibus Quadicis Gallicisque.*

Tac lib. XII. *Navibusque, & casibus vita populi Romani permissa est.*

Et lib. 15. 18. Frumenti *pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis, & centum alias Tiberi subvectas fortuitus ignis absumpsisset.*

Vita populi Rom.] Varro lib 2. de R R. *Igitur quod nunc intra murum fere patres familiæ correpserunt relictis falce & aratro, & manus movere maluerunt in theatro, ac circo, quam in segetibus, ac vinetis: frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa & Sardinia: & navibus vindemiam condimus ex insula Coa & Chia.*

Vita pop.] Possit dici quod Quintil Declam. 12. *salutem publicam vobis, spiritum populi tui repertas, omnium vestrum in ista classe navigant animæ &c.*

3. *Provinciarum copia & dominis & servitiis.*] *Copia* accipiendæ, quomodo 15. 16. *Obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem inicerent; contraque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum &c.*

Sic igitur accipienda *copiarum* vox; *tuendi* vero quomodo Germ 14. 5. *Magnum comitatū non nisi vi belloq; tueare &c.* hoc est, alas, sustentes, toleres. *Freinsh.*

Provinciarum copia] Cave accipias, ut clariss. Harlæus, pro copiis, seu auxiliis militaribus sociorum. Tac. intelligit fruges, annonam & alia hujusmodi ad victum necessaria, quibus adfluebant Provinciæ, præ Italia.

Quæ nempe jam tota in lacus, piscinas,

funditus Remp. trahet. reliquis [1] *intra animum medendum est: nos, pudor; pauperes, necessitas; divites, satias in melius mutet. Aut si quis ex magistratibus, tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc & laudo & exonerari laborum meorum partem fateor. sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam ejus rei adepti sunt,* [2] *simultates faciunt, ac mihi relinquunt; credite P. C. me quoque non esse offensionum avidum. quas cum graves, &*

INTERPRETATIO.

penitus imperium subvertet, cæteris intra mentem subveniendum est: nos verecundia; inopes, angustiæ; opulentos, satietas in melius convertat. Aut si quis magistratuum tantam vigilantiam ac severitatem promittit, ut mederi luxui possit; hunc & probo, fateorque sic exsolvi parte curarum mearum. Quod si invehi in flagitia cupiunt, & postquam ejus rei famam adsecuti sunt, odia movent, atque in me refundunt; existimate P. C. me etiam inimicitias effugere velle. quas enim acres &

NOTÆ.

lucos & alia quæque amænissima, exculta erat; ita ut ipsæ familiæ servorum & ergastula Italiæ his copiis provincialibus alerentur. Sueton. Vitel. 7. *posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam.*

1. *Intra animum.*] Ab animo qui corruptus se ipso, & corrumpit, incipienda medicina est. nos, pudor animi, proceres, mutare debet; dein *amulandi* principes *amor validior, quam pœna ex legibus* &c.

Intra animum.] non tam externa legum coërcitione, quam interiore animi modestia, luxui obviam iri potest, si nempe nos pudor &c.

2. *Simultates faciunt.*] Lego *faciant.* Mox etiam, *remissam curam* interpretantur, *permissam.* nam ita Sueton. Tib. cap. XXXIV *Annonam macelli senatus arbitrio quotannis temperandam censuit, dato Ædilibus negotio, popinas ganeasq; usq; eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria venalia proponi sinerent.* At hoc sane ad publicum luxum, non ad divitum istorum intemperantiam spectat: potius ad pretia rerum (prior quidem pars:) & reliqua ad plebeculæ disciplinam. *Lipsius.*

Simultates faciunt, ac mihi relinquunt] Sensit senatus principis voluntatem, & ædilibus qui emendationem postulaverant, eam curam permisit. Indicio est Sueton. in Tiberio; & quod Tacitus addit, *remissam ædilibus talem curam*, non est contra.

Permissum enim vult ædilibus, ut in luxum inquirant ex sumptuariis legibus. *Remissa* siquidem, idem quod permissa, ut lib. 1. *Remisit Cæsar*, pro permisit, quod adseruit maximus Cujacius. Symmachus l. 9. Ep. 6. *Actores absentium, quibus res longinqua remittitur, tanquam soluti legibus vivunt, quoniam procul positis nullus dominorum terror incurrit.* Et alia exempla passim.

Sed quid fiet iis, quæ mox Tacitus addit, luxum illum & profusionem annonæ, ab Actiaca pugna, ad Galbæ imperium, licentia summa exercitam, tandem post Vespasiani ævum, per se exolevisse.

Scilicet ut sumtuariis Augusti ac Tiberii legibus nullus magnus & rigidus vindex, ita quod nunc ædilibus permissum, id exercuere in popinas ac vulgares cœnas, non in procerum & magnatium insana convivia; quod & Plinii locus de Galba ædile, popinarum pœnis famam aucupante, indicio est. *Mercerus.*

Fero vulgatum; ut dicat Tiberius, initium simultatum oriri quidem ab ædilibus: sed excuti statim deinde, & transferri cum augmento in se exsecutorem talium. Simile quod supra, l. 2. Ann. c. 38. *Vrgere modestiam senatus, eamdem vim in me transmittere*, &c. Gruterus.

plerum-

1 *plerumque iniquas pro Republica suscipiam, inanes & irritas, neque mihi aut vobis usui futuras, jure deprecor* Auditis Cæsaris litteris, 2 remissa Ædilibus 55
talis cura; 3 luxusque mensæ, à fine Actiaci belli ad ea arma 4 quis Ser. Galba rerum adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerci-

INTERPRETATIO.

sæpius injustas pro rep. ultro induam; ita vanas, & inutiles, neque mihi aut vobis profuturas, merito à me amoliri velim. *Acceptis Tiberij epistolu, ejusmodi munus remissum* est *ad Ædiles; & sumptus paratusque epularum celebrati à pugna Actiaca, centum per annos, immenso luxu, usque ad ea bella, quibus Ser. Galba imperium vindi-*

NOTÆ.

1. *Plerumque iniquas.*] A pravis causis animisque ortas, non ex merito meo. *Lipsius.*

2. *Remissa Ædilibus.*] Hîc, *remissa*, non est, omissa, vel neglecta: sed potius permissa, vel rejecta; quasi dicat: reliquerunt Ædilibus, ut ipsi suum munus curarent, quandoquidem neque princeps, neque senatus, quidquam super eo negotio statuere volebant. Atque ipsorum ædilium alioqui cura erat, ut annonæ præessent.

Eam quoq; significationem esse verbo, *remittere*, notat Lipsius ex Cujacii observationibus, in verbis. *Remisit Cæsar adroganti moderatione.* Ann. lib. 1. Eodem sensu Tacitus lib. III. *Integramq; causam ad senatum remittit.* Pichena.

Ambiguũ sensum parit vox *remissa*: nam potest intelligi, tanquam ædilibus permissa fuisset, sic supra 18. *Remisit Cæsar adroganti moderatione.*

Sed ratio suadet, ut potius interpretemur gratiam ejus curæ factam ædilibus: quomodo enim ipsis permissa intelligi potest, quam illi jam ad senatum, hic ad principem detulerant: quamque ipse princeps, ut nimis invidiosam gravemque, declinabat? *Freinshemius.*

Remissa.] Ambigua illa vox, & duo importat, nempe & rejectam talem curam ad ædiles, simul & illis veniam ejus datam. ita rejecta res est, ut curæ talis gratia ipsis fieret; & puto distinguendum inter, *remissa ædilibus*, & *remissa ad ædiles*, hoc ultimũ idẽ importat, quod *rejecta ad ædiles.*

At cum dicit, *remissam* curam ædilibus, innuit veniam seu gratiam talis curæ ipsis factam esse. *remittere* id est relaxare, indulgere; & sic vere explicuimus etiam illa verba lib. 1. *Remisit Cæsar adroganti moderatione*, id est non permisit proprie, sed relaxavit, indulsit, se flexit, ut permitteret. Ita & hic, *Remissa* id est relaxata seu data venia talis curæ ædilibus, luxum illum divitum coërcendi.

Itaque sic distinguendum putem; *remissa* est Ædilibus cura coërcendi luxum procerum; simul & ad eos *rejecta*, ut in ganeas & propinas plebis eam pro munere exercerent.

Vel, si vis, rejecta, remissa illis talis cura quocumque modo, & indistincte, nempe ut potestate sua uterentur, eo modo quo possent & soliti essent. Quæ potestas, cum destituta auctoritate primorum, & principis esset, luxus duravit à fine belli Actiaci, usque ad motus civiles, quibus imperium orbemque vindicavit Galba.

Remissa.] Decretum, ne ædiles ea de re solliciti essent, ad eam ne curã *in proceres* muneris sui ratione teneri putarẽt. *Freins.*

3. *Luxusque mensæ.*] De tali luxu Plin. lib 9. 17. *Asinius Celer e consularibus, hoc pisce* (Mulleo) *prodigus, Cajo principe* (alij legunt, *Claudio*) *unum mercatus octo millibus nummum* (sunt 200 coronati, seu 600 libræ) *qua reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorumque in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris, quam equos quiritabant. At nunc coci triumphorum pretiis parantur, & coquorum pisces. Nullusque prope jam mortalis æstimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit.*

4. *Quis Sergius Galba rerum adeptus est.*] Galba oblatam à Tarraconensibus

ti, paulatim exolevere. Caussas ejus mutationis quærere libet. Dites [1] olim familiæ nobilium, aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabebantur. nam etiam tum [2] plebem, socios, regna colere, & coli licitum: ut quisque opibus, [3] domo, paratu speciosus, per nomen & [4] clientelas inlustrior habebatur. postquam cædibus sævitum, & [5] magni-

INTERPRETATIO.

cavit, sensim consenuere. Rationes istius vicissitudinis investigare juvat. Locupletes olim patriciorum domus, vel fama illustres, cupidine splendoris subvertebantur: quippe adhuc fas erat populum, socios, reges celebrare & celebrari: prout quisque divitiis, ædibus & sumtu splendidus, per famam & amicitias clarior existimabatur. at ubi cæde nobiliũ exhausta civitas, cum proceres interfecti sunt malitia principũ, & amplitudo no-

NOTÆ.

coronam auream librarum xv. conflavit, & tres uncias, quæ ponderi deerant, exigi jussit: apposita largiore cœna ingemuit.

Ordinario dispensatori breviarium rationum adferenti paropsidem leguminis, pro sedulitate ac diligentia porrexit. Cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donavit, prolatos manu sua è peculiaribus loculis suis. *Suet.* Galb. 12.

1. *Olim.*] Intelligo de vetere Repub. etiam & de ævo Augusti, quo nondum cædibus sæviebatur. At sub Claudio & Nerone præcipue, *magnitudo famæ exitio* fuit, unde *ad sapientiora convertere.*

2. *Plebem, socios, regna colere.*] Sic apud Dionem 45. Augustus ludos edidisse dicitur, *ut plebem demereretur.* Neq; ad solã liberalitatem id hic cum nonnullis restringi debet: quippe omnis generis artes, officia, beneficia, quibus animi conciliari possunt, complectitur. *Freinsh.*

Plebem.] Ad rem Val. Max. lib. 7. *Q. Ælius Tubero, à Q. Fabio Max. epulum populo, nomine P. Africani patroni sui, dante, rogatus, ut tricliniũ sterneret, sacculos Punicanos pellibus hœdinis stravit: & pro argenteis vasis Samia exposuit. Cujus rei deformitate sic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisque prætoriis candidatus in campum L. Paullo avo, & P. Africano avunculo nixus, descendisset; repulsa inde notatus, abierit. Nam ut privatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est.*

Socios.] Cic. in Divinatione. *Clarissimi viri nostræ civitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant: ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Rom. ditioneque essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere.* Hoc jus personale, & hæreditarium fuit.

3. *Domo.*] Intelligi possit de nobilitate & splendore, sed ad verbum sume hic, de ipsa *domo*, quæ magnorum multorumque hospitum capax esset. Vide Cic.

4. *Clientelas.*] Plutar. in Tito. *Sic servati Chalcidenses præclarissima & amplissima ornamenta seu anathemata, quæ apud ipsos erant, Tito Flaminio dicarunt, quorum inscriptiones tales adhuc videre licet.* Populus Tito & Herculi Gymnasium.

Et *rursus.* Populus Tito & Apollini Delphinium. *Adhuc avo nostro suffragiis eligebatur sacerdos Titi, & sacrificantes illi, dum libationes fiunt, cantant Pæanem in ejus laudem compositum.*

Siculi Marcellum patronum adoptarant eique sacrificabant, quoties Siciliam intraret. Plut. in Marcello. *Hanc legem tulerunt, ut quoties veniret in Siciliam Marcellus, vel aliquis posterorum illius, coronis redimiti Syracusani diis rem sacram facerent.*

5. *Magnitudo famæ exitio erat.*] Aliter sub *optimo* principe Trajano. Plin. Paneg. *Tutum est reverentiam, tutum charitatem mereri. Nec ducum quisquam, aut non amari a militibus, aut amari ti-*

tudo famæ exitio erat; cæteri [1] ad sapientiora convertere. simul novi homines è municipiis, & coloniis, atque etiam provinciis, in senatum crebro adsumpti, domesticam parcimoniam intulerunt; & quamquam fortuna vel industria plerique pecuniosam ad senectam pervenirent, mansit tamen prior animus. Sed præcipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, [2] antiquo ipse cultu victuque. [3] obsequium inde in principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus. Nisi forte rebus cunctis inest quidam [4] velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores [5] meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit. [6] Verum hæc nobis majores; certamina ex honesto maneant. Tiberius fama modera- 56

INTERPRETATIO.

minis perniciei fuit; cateri ad prudentiora consilia flexere. Etiam novi homines è municipiis, & coloniis, atque etiam è provinciis in curiam adsciti, sape provincialem severitatem invexere, & licet casu, vel ingenio multi opulentam ad senectutem proveherentur, duravit tamen prius institutum. Sed maximus antiqua parcimonia vindex & adsertor Vespasianus fuit, prisco ipse cultu victuque. hinc obsequentia in Casarem & imitandi ardor, acrior firmiorque, quam mulcta ex sanctionibus & timor. Nisi forsitan rebus omnibus insit quidam veluti circulus, ut quemadmodum tempestates vicissim revolvuntur; ita & animorum habitus statis temporibus immutentur: nec cuncta apud veteres feliciora, sed nostrum etiam avum plurima gloria & ingeniorum emulanda nepotibus reliquit; Verum hac nobis priores exhibuere; *maneat amulatio ex decore & egregio.*

NOTÆ.

met, & inde offensa gratiaque pariter securi instant operibus, adsunt exercitationibus, arma, mœnia, viros aptant. Quippe non is princeps, qui sibi imminere, sibi latendi putet, quod in hostes paretur: qua persuasio fuit illorum, qui hostilia quum facerent, timebant.

1. *Ad sapientiora.*] Ceteri aliorum periculis edocti, omisso magnificentiæ studio, sapientiora consilia sequuti sunt.

2. *Antiquo ipse.*] Quum ipse victu amictuq; veterum frugalitatem exprimeret.

Antiquo ipse cultu.] Vertit clar. Harlæus: cum ipse antiquum suum vivendi, vestiendique morem retinuisset. Non hoc vult Tacitus, sed antiquam parcimoniam, moresq; majorum servasse illum, neque novo luxui indulsisse.

3. *Obsequium inde in principem.*]. Panegyristes ad Theodosium: *Tua, Imperator, epula mensis communibus parciores. hinc certatim in omnes luxuria pudor, parcimonia cultus inolevit: & quiescentibus legum minis, subiit quemque* (ita lego) *privatim pœnitentia.* Lipsius.

4. *Velut orbis.*] Posset tamen dici, fatali quadam periodo, eam morum mutationem intervenisse. Inest enim cunctis rebus, velut orbis & circulus quidam, ita ut, sicut temporum vices voluuntur, aliæque anni partes aliis succedunt: ita morū quoq; conditio subinde commutetur.

5. *Meliora.*] Hoc dicit, quia etiam suo ævo parcimonia, & antiqui bonique mores revocati, iterumque virtutes florebant, ut apud veteres, & etiam relictum posteris quod imitarentur, non solum quod ad mores virtutesq; spectat, sed etiam quoad decus artium. Puto, hic intelligit *bonas artes* quascunque, non tantum virtutes.

6. *Verum hac nobis majores certamina.*] Sic distingue: *Verum hac nobis majores; certamina ex honesto maneant.* Plane ad.

tionis parta, quod ingruentis accusatores represserat, mittit litteras ad senatum, quis *potestatem tribuniciam* Druso petebat. 1 Id summi fastigii vocabulum 2 Augustus repperit, ne *regis* aut *dictatoris* nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret. M. deinde Agrippam socium ejus potestatis, quo defuncto, Tiberium Neronem dele-

INTERPRETATIO.

Tiberius clementiæ laudem adeptus, quod sævientes delatores coërcuisset, componit epistolam ad Patres, qua dignitatem tribuniciam *Druso postulabat. Illud principalis fortunæ nomen invenit Augustus*, ne regis *aut* dictatoris *vocabulum usurparet, ac tamen titulo aliquo cæteras dignitates anteiret: deinde M. Agrippam consortem istius potestatis* assumpsit; *quo extincto, Tiberium Neronem adscivit, ne* imperii *hæres*

NOTÆ.

eam formã, qua alibi Tac: *Maneat gentibus si non amor nostri, saltem odium sui.* Ann. xv. *Maneat provincialibus, potentiam suam tali modo ostentandi.* Sententia est: cæterum hæc immensi luxûs à fine Actiaci belli usque ad principatum Galbæ, & dein parsimoniæ exempla reliquere nobis nostri majores: nos ea, quæ in eorũ moribus honesta sunt, sequi, æmulari, etiam & superare conemur. *Boxhor.*

Verum hac.] Atque utinam nobis honesta hæc cum majoribus certatio constans & perpetua sit. *Freinsh.*

Verum hac nobis majores.] Alii aliter legunt, *Verum hac nobis in majores certamina ex honesto maneant.* Alii: *erga majores: adversus majores.* Omnes fere eodẽ sensu Sed nihil hic deesse puto, sic capio. *Verum hac nobis majores* tulere, quod supplendum ex præcedenti voce, *tulit.* sic sæpe Tac. brevitatis amans parcit verbis.

Verum hac.] Quasi diceret; veruntamen hoc imperium majores, has opes nobis sua virtute paravere. Hæc exempla laudis & artium protulere; nobis cum illis maneat certamen, seu æmulatio de decore, de virtute, laude, & bonis artibus; non de luxu aut prodigentia, vel aliis ejusmodi flagitiis.

Verum hac.] Habuere veteres sua decora, sed non omnia meliora. nostra etiam ætas multa laudis & artium exempla protulit; de his certandum nobis est cũ majoribus, non de luxu & prava libidine.

Verum.] Vertit Harlæus: verum omittam hæc de honesto, certamina quæ, inter nos & majores nostros intercedunt; non satis apte ad mentem Taciti.

1. *Id summi fastigij vocabulũ*] Is *summi fastigij* titulus principi, sed Cæsaribus, id est, filiis, & generis principum hic primus & supremus gradus fuit ad summum fastigium, seu imperium.

Summi fastigij.] Eo vocabulo summus in Repub. bonorum atque potentiæ apex intelligebatur ex Augusti instituto. *Freins.*

Qui ad hunc honorem evehebantur, sub principe consortes erant tribuniciæ dignitatis, nondum autem principatus. In principe id fuit vocabulum & decus quo distingueretur & præcelleret ceteris potestatibus; at in aliis fuit summus gradus ad principatum & successionem, & quo distingui etiam inciperent ab aliis proceribus. Primus id decus habuit sub Augusto M. Agrippa gener illius, dein illo mortuo Tiberius, qui Juliam Augusti filiam, & Agrippæ viduam duxerat. dabatur ea dignitas in quinquennium, dein renovabatur pro nutu principis.

2. *Augustus repperit.*] Ita cum Tacito plerique scriptores. At tradit Dio, *Cæsarem admisisse, ut Dictator in integrum annum diceretur, & tribuniciam potestatem per omne ævum haberet.*

Non ergo *vocabuli* auctor Augustus. Sed verum est, Cæsarem eo titulo publicè non usum: usus est primus Augustus, & dedit ei splendorem, sicque origo ejus vere refertur ad ipsum. *Lips.*

git, 1 ne successor in incerto foret. sic cohiberi 2 pravas aliorum spes rebatur: simul 3 modestiæ Neronis, & suæ 4 magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Drusum summæ rei admovet: cum incolumi Germanico 5 integrum inter duos judicium tenuisset. Sed principio litterarum veneratus deos, *ut consilia sua Resp. prosperarent*, modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta rettulit: *esse illi conjugem & tres liberos*, 6 *eamque ætatem* 7 *qua ipse quondam à divo Augusto ad capessendum hoc munus vocatus sit. Neque nunc propere, sed per octo annos capto ex-*

INTERPRETATIO.

in dubio foret. Sic existimabat coërceri improbas aliorum cupidines: etiam moderationi Tiberij, & sua amplitudini confidebat. Quo tunc instituto, Tiberius ad supremum fastigium sensim promovit Drusum; cum florente Germanico incertam inter utrumque mentem retinuisset. Sed initio epistola precatus deos, ut cœpta sua reip. secundarent, *pauca de ingenio juvenis disseruit; neque in falsum adaucta*: Esse illi uxorem & tres filios, eamque ætatem, qua ipse olim à D. Augusto ad suscipiendam hanc dignitatem accitus sit. Neque nunc festinanter, sed octo annis, multo rerum usu exer-

NOTÆ.

1. *Ne successor.*] Nempe quia is gradus ultimus ad imperium, & veluti dispositio prærequisita. Vide post excursus Lipsii Mercerum.

2. *Pravas aliorum spes.*] Sic multis subsidiis munimentisque principatum firmabat; nec certe tam legionibus, quam filiis & certis successoribus munita principis auctoritas.

Pravas aliorum.] Sic improbas spes posse coërceri putabat, eorum qui vel post mortem ipsius, tanquam orbam & vacuam rempub. invadere, vel etiam in ipsum florentem conspirare poterant &c.

3. *Modestia Neronis.*] Sive veræ, sive fictæ, certe paucissimi illum imperare voluissent, præ Augusto, præ sanguine Augusti. is quippe malis artibus Liviæ adrepebat principatui, ideo hæc novercali arte filios Augusti subnerterat, aut necarat.

Puerum ipse præceptor subinde objurgabat, appellabatque πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, *Lutum sanguine maceratum*; quem mater ne quidem amavit; *dispeream, si te mater amare potest*. vox Augusti per cubicularios excepta: *miserum populum Rom. qui sub tam lentis maxillis erit*. Suet. Tib.

Modestia Neronis.] Eum certe oderat Augustus, multaq; de cultu habituq; ejus, quasi excusaret, publice exprobraverat, sed vel necessitate rerum, vel precibus Liviæ fatigatus, & quia deerant sibi filii, eum tandem delegit, non tamen sine tædio & angore animi.

4. *Magnitudini.*] Eam enim, tum in sua magnitudine atque auctoritate, tum in Tiberii modestia, fiduciam habebat, ut neque ausurum illum quidquam adversus se se crederet, & si vellet; neque motum esse, etiam si facultas & occasio adesset. *Freinsh.*

5. *Integrum judicium.*] De utrovis, quem successorem destinaret, incertum & adhuc cogitandum reliquerat.

6 *Eamque ætatem qua.*] Egit ergo Drusus tunc trigesimum sextum annum. Nam Tiberius natus est L. Munatio Planco. M. Lepido iterum coss. anno urbis DCCXII. A quo die, anni medii triginta sex ad Tribuniciam ejus potestatem; quæ delata ipsi, anno urbis DCCXLVIII. *Lipsius.*

7. *Qua ipse quondam.*] Primo in quinquennium electus est Tiberius consors tribuniciæ potestatis, dein in aliud quinquennium prorogata illa potestas; ita ut etiam tribuniciæ potestatis compos esset, cum ad imperium evectus est, adoptione & testamento Augusti.

perimento, compreßis [1] *seditionibus, compositis* [2] *bellis,* [3] *triumphalem & bis*
57 *consulem, noti laboris participem sumi.* [4] Præceperant animis orationem patres: [5] quo quæsitior adulatio fuit. nec tamen repertum, nisi *ut* [6] *effigies principum, aras deûm, templa & arcus,* aliaque solita censerent. nisi quod M. Silanus ex contumelia consulatus, honorem principibus petivit: dixitque pro sententia, *ut publicis privatisve monumentis,* [7] *ad memoriam temporum, non consulum nomina præscriberentur; sed eorum qui tribuniciam potestatem gererent.* At Q. Haterius, cum *ejus diei* [8] *senatusconsulta aureis lit-*

INTERPRETATIO.

citum, compositis dissensionibus, sedatis bellis, triumphalem & bis consulem, competræ curæ consortem adsciri. *Iam ante meditati sententiam erant Patres: hinc major & ornatior adsentatio fuit. Nec tamen aliud inventum est, nisi ut decernerent imagines Cæsarum, altaria numinum, delubra, & arcus, aliaque solennia. nisi quod M. Silanus ex injuria consulum, decus imperatoribus quæsivit & prompsitque hanc sententiam,* ut actis publicis privatisve, ad historiam annorum, non vocabula consulum præscriberentur; sed eorum qui tribuniciam dignitatem obtinerent. *At Q. Haterius, cum differuisset,* decreta Patrum hujus diei aureis caracteribus insculpenda.

NOTÆ.

1. *Seditionibus.*] Pannonicis nempe

2. *Bellis.*] Illyrici & Germaniæ, Maroboduo subverso, receptoque in fidem.

3. *Triumphalem.*] Ob Maroboduum deditum, ovans Urbem inierat.

4. *Præceperant animis orationem.*] Fere omnes ita sentiunt, Senatum, antequam hæc proponerentur, odoratum fuisse, quid esset petiturus Tiberius. quod quidem verum est; sed non eo respici puto, his verbis; quin potius ulterius aliquid innui; scil. sentientes jam antea, de qua re referendũ esset, præcepisse animis orationem, hoc est, præparatos præmeditatosq;, quid censerent, accessisse. Quibus omnino respondent sequentia; *quo quæsitior adulatio fuit.* Freinsh.

Utrumque præceperant Patres & quid rogaturus esset Tiberius, & quid, aut quo modo censerent, cum rem consules referrent, nomine principis. sed hîc Tacitus præcise tantum de præmeditata oratione Patrum intelligit

5. *Quo quæsitior.*] Quia res ea differebatur famâ à morte Germanici, quia proceres illi perrumpebant arcana dominationis., aut etiam quia imperitantes rem sic ultro produnt, vulgantque ut eorum voluntates introspiciant, vel etiam ut eos ad approbanda placita sua disponant; etiam quia pauca arcana sunt principum quæ non evulgentur à purpuratis gratiosis.

6. *Effigies principum.*] An Augusti &. Tiberii principum? num potius Tiberii & Drusi qui florebant? sed tamen. Drusus nondum princeps, licet jam principatum proxime tangens, ita ut certus princeps haberetur Posuit tamen statui in. Drusi decus, quod post ea in gratiam Sejani, qui simul pingebatur, adorabaturque cum Cæsare.

Aras.] Sic fere in omni eventu insigni aras dicabant in decus & rei memoriã, in honorem deorum tamen; sed ita ut monumenta essent rei feliciter gestæ, vel fausti eventus.

Templa, arcus.] Puta, *templa* in honorem deorum, non principum, ut & aras; sed *arcus* puto, in decus Tiberii Drusique decretos structosque.

7. *Ad memoriam.*] Quia nempe nomen consulum præscribebatur omnibus actis publicis privatisque, ut notaretur annus, temporumque sic fieret distinctio.

8. *Senatusconsulta aureis literis.*] Ve-

teris figenda in curia censuisset, [1] deridiculo fuit, senex fœdissimæ adulationis tantum infamia usurus. Inter quæ provincia Africa Iunio Blæso 58
prorogata, Servius Maluginensis flamen Dialis, [2] ut Asiam sorte haberet

INTERPRETATIO.

in senatu esse, *irrisui fuit senex, turpissimæ adsentationis solummodo ignominia fruiturus. Cum interea proconsulare imperium Africa Iunio Blæso prorogatum esset, Servius Maluginensis flamen Dialis petivit, ut Asiam sorte obtineret, differens*, teme-

NOTÆ.

tere Repub. plebiscita ære figebantur, ita & ævo principum senatusconsulta. infra, *ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam*, & sic alibi, æneis tabulis hæc incisa & insculpta.

At nunc Haterius audaciori adsentatione vult, senatusconsulta hæc inscribi non ære, sed auro. id est aureis tabulis, non æreis, quod vulgare fuit. Sed hunc deridet Tiberius, prisci moris tenax, *arguens insolentiam sententiæ, aureasque litteras*; & quemadmodum dicebant veteres, *figere æra*, ita & ille, *aureis litteris figenda in curia* Senatusconsulta censebat &c.

1. *Deridiculo.*] Et tanto magis, quod vir provectæ jam ætatis, ad tam fœdam adulationem provectus esset.

2. *Vt Asiam sorte haberet.*] Asia & Africa in sortem mittebantur: & de illis sortiebantur duo consularium vetustissimi: Sed Africa tum temporis sine sorte prorogabatur Iunio Blæso; ergo & citra sortem vetustissimo consularium cedebat Asia.

Is erat Ser. Cornelius Maluginensis: eoque postulabat, *ut Asiæ sortem haberet*. Ita puto scripsisse Tacitum, & intelligo Asiam provinciam.

Quod miror, non animadvertisse Mercerum, qui dicit, eum etiam qui sine sorte habetet, *sorte obtinere*, dictum esse.

Nusquam hoc, sed *sortem*, hoc est provinciam, quæ sorte dabatur ex more. *Vt Asiæ sortem haberet*, id est, ut Asiam alteram provinciarum, quas sortirentur consulares, quando altera earum Africa Iunio Blæso prorogata esset, & sic neutra in sortem mitteretur, ipse istam ante omnes alios consulatu functus, citra sortem haberet. Quam etiam nactus esset, nisi Diale Flaminium obstitisset,

Ideo sequenti cap. 71. *ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata.* Provincia nimirum Asia, sine sortitu. Neque his adversantur illa: *porro si hi duxissent provincias*, quæ primus recte cepit Mercerus.

Loquitur enim ut pro more, atque ex instituto fiebat, nisi aliquid præter ordinem statuendum esset.

Nam si Dialibus Flaminibus sortiri concessum esset, sequebatur, ut quoties sine sorte transibat alterutra harum provinciarum ad primum consularium, si Flamen is Dialis esset, non posset excludi. *Gronovius.*

Vt Asiam sorte haberet.] Quandoquidem jam data, seu prorogata erat Africa Blæso, tum Maluginensis, ut pote vetustissimus consularis, non opus habuit sortiri Asiam, sed eam habere debuit sine sorte.

Igitur hic Tac. pro more communi loquitur, quia istæ provinciæ Asia & Africa sorte obtinebantur, sed cum hic nihil opus sorte sit, Africa jam occupata, *Asiam sorte habere, & habere Asiæ sortem*, & habere Asiam unum & idem est.

Vt supra. *Asiæ sorte depellendum* id est *Asiæ provincia abdicandum, privandum.* Vel, si vis, *Asiam sorte haberet*, id est suo loco & ordine Asiam obtineret, *suo ordine*, nempe, quia tum vetustissimus consularium erat & solus, & haud dubie illā obtinuisset, nisi sacerdotium obstaret. Recte juxta Mercerum, is dicebatur etiā *sorte habere* provinciam, qui eam etiam

postulavit, *frustra vulgatum* dictitans, *non licere* 1 *Dialibus egredi Italia. neque aliud jus suum, quam* 2 *Martialium, Quirinaliumque Flaminum: porro si hi* 3 *duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum? nulla de eo populi scita, non in libris cerimoniarum repperiri. Sæpe Pontifices dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur:* 4 *duobus & septuaginta*

INTERPRETATIO.

re creditum in vulgus, nefas esse Dialibus abscedere Italia, neque aliud sibi fas, quam Martialibus & Quirinalibus Flaminibus: at si illi sortiti fuissent provincias, quare Dialibus id prohibitum? nulla de ea re plebiscita, neque in commentariis rituum inveniri. Sæpe Pontifices Dialium sacra celebrasse, si Flamen ægritudine aut officio publico distineretur: nullum subrogatum Dialem esse duobus &

NOTÆ.

sine sorte obtineret; nam quia sic vulgo, pro more sors interveniebat, ita & etiam vulgo loquebantur, & præcipue hoc Taciti loco, licet sors aut urna non esset adhibita; idq; per accidens fuit, sorte quippe, ex more, deligi proconsul debuit. Et erat etiam tum aliqua sors, quod prorogata esset Africa alteri consulari, & etiam quod vetustissimus consularium esset ipse Maluginensis. Sed de ea sorte non agitur hic.

1. *Dialibus egredi Italia.*] Adeo non egredi, ut nec urbe abesse iis liceret una nocte quod lege in Camilli oratione, apud Livium, lib. v. *Flamini diali, inquit, noctem unam manere extra urbem nefas est.* Lipsius.

2. *Martialium Quirinaliumque*] Atqui ne his quidem antiquitus egredi Italia concessum. Valerius lib. 1. cap. 1. *Metellus vero Pont. Max. Postumium consulem, eumdemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris discederet, multâ indictâ, urbem egredi passus non est, Religionique summum imperium cessit.*

Epitoma Livii, XIX. *Cæcilius Metellus Pont. Max. A. Postumium consulem,* quoniam idem & Flamẽ Martialis erat, in urbe tenuit, nec passus est à sacris recedere.

Et de Quirinali, Livius lib. XXXVII. *Prinsquam in provincias Prætores irent, certamen inter P. Licinium Pont. Max. fuit & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale Patrum memoriâ inter L. Metellum & Postumium Albinum fuerat. Religio ad postremum vicit & dicto audiens esse Flamen Pontifici jussus.*

Eadem cærimonia Pontificem Max. tenuisse videtur ex Liviana Epitome LIX. *Adversus eum P. Licinius Crassus consul, cum idem Pont. Max. esset, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, victus & interemptus est.* Sed scire licet, quædam ex his eum ævo mutasse. alias apertè falsis exemplis se juvet hic Flamen. *Lipsius.*

3. *Duxissent provincias.*] Id est, sortiti essent, sorte duxissent, quod idem prorsus est, ac si diceret, si hi in provincias populi Romani issent; nam earum perpetua nota sors, adeo ut, etiam si aliqua occasio fiat, ut in eas eatur sine sorte, tamen *sorte obtineri* dicantur: ut supra de Lepido; etiam *Asia sorte depellendum*; quum provincia Africâ extra ordinem datâ, Asia illi sine sorte restaret regenda. Ita hic Maluginensis petit, ut sibi liceat, sorte Asiam habere, quum eadem Africa extra ordinem Blæso continuata, sine sorte eam habiturus esset, si fas ei egredi pomœrio. & in fine libri: *ita fors Asia in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata.* Mercerus.

4. *Duobus & septuaginta annis.*] Constat ratio Nam Merula interfectus, anno urbis DCLXVIII. Suffectus Flamen novus ab Augusto, anno urbis DCCXLIV. Notat

annis

annis post Cornelii Merulæ cædem, neminem suffectum, neque tamen cessavisse religiones. Quod si per tot annos possit non creari nullo sacrorum damno, quanto facilius abfuturum, ad unius anni proconsulare imperium? Privatis olim simultatibus effectum, ut a Pontificibus maximis ire in provincias prohiberentur: nunc deûm munere, summum Pontificum etiam summum hominum esse, non æmulationi, non odio, aut privatis adfectionibus obnoxium. Adversus 59 quæ cum augur Lentulus aliique 4 varie disserent, eo decursum est, *ut*

INTERPRETATIO

[illegible] annis post necem Cornelii Merulæ [illegible] tamen cærimonias [illegible]. Quod si tot per annos possit non eligi Dialis, nullo [illegible] quanto [illegible] ad [illegible] Privatis [illegible] accidisse, ut veteres [illegible] Pontifices maximi [illegible] in provincias [illegible] nunc beneficio [illegible] summum [illegible] & summum esse mortalium, non invidiæ [illegible] aut privatis [illegible] ad- [illegible] *ra ea cum augur Lentulus, & [illegible] sententiæ, eo deventum est, [illegible]*

NOTÆ

Dio lib. liv. *Et hoc ipso tempore sacerdos [illegible] primum post Merulam electus est.* [illegible] Julius Cæsar [illegible] men Dialis designatus [illegible] teste Suetonio cap. 1. quia tantum [illegible] a Sylla eodê Sacerdotio [illegible] est.

Facit huc Suetonii [illegible] cap. xxxi. in Augusto: *Nonnulla ex antiquis [illegible]* [illegible] Livius. [illegible] 2. *Merula* [illegible] *fu que al arbitr* [illegible] *Rempub* [illegible] *partiumque civium prestatus optime de Repub. meritum spiritum reddidit.*

Sic & Appianus lib. 1. bell. civil. *Merula quidem venas abscidit sibi tabulaque illi adposita ostendebat, ipsum priusquam secaret venas, apicem seu pileum deposuisse; nequi enim fas erat, Flaminem [illegible] redimitum mori.*

2. *Ut à Pontificibus maximis.*] Liv. 4- [illegible] *quam in provincias prætores irent, cer*- [illegible] *P. Licinius Pontifice Max. fuit* [illegible] *Fabium Pictorem flaminem, qualis pa*- [illegible] *inter L. Metellum & Postu*- [illegible] *Consulem* [illegible] *Siciliam, ad clas*- *sem* [illegible] *ad sacra retinuerat Me*- [illegible] *Pontifex Max. præter* [illegible] *Sardinia præficeretur P.* [illegible] *magnum contentione* [illegible] *imperia inhibita ultro* [illegible] *pignora capta, & mulcta dicta, & Tribuni* [illegible] *provocatum ad populum est.* [illegible] *ad postremum* [illegible] *Flamen* [illegible] *populi* [illegible] *provincia erepta, prætorem magistratum abdicare se conatum, patres authoritate ita deterruerunt, & ut* [illegible] *inter peregrinos* [illegible]

3 [illegible] Seneca [illegible] *turbinem, omnia* [illegible] *fulminant. Eodem modo sublimis animus quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens quibus iræ concitantur, modestus, & venerabilis, & compositus* [illegible] *in irato* [illegible] [illegible] Summum [illegible] Numa [illegible] Max. [illegible] & ipse princeps & [illegible] vato [illegible] cem est.

4. *Varie disserent.*] [illegible]

Pontificis Max. [illegible] *opperirentur.* Tiberius, dilata [illegible] flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem cærimonias temperavit, nominatim arguens *insolentiam sententiæ, aureasque litteras contra patrium morem.* Recitatæ & Drusi epistolæ, quamquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur: *Huc recidisse cuncta, ut ne juvenis quidem tanto honore accepto, adiret urbis deos, ingrederetur senatum, [2] auspicia saltem gentile apud solum inciperet? Bellum scilicet, aut diversa terrarum distineri, litora & lacus Campaniæ cum maxime peragrantem. sic imbui rectorem generis humani: id primum e [4] paternis consiliis discere. sane gravaretur aspectum civium senex imperator, fessamque ætatem, & actos labores prætenderet Druso quod, nisi ex adrogantia, impedimentum?* Sed Tiberius vim princip-

INTERPRETATIO

[illegible] m Pontificis Ma[illegible] *Tiberius prolata cognitione de jure Dia-* [illegible] *tribuniciam Drusi potestatem honoribus, modum adhibuit; præ-* [illegible] Q. Haterii, au[illegible] [illegible]es [illegible] post tu-ta m[illegible] *Drusi litera* [illegible] *in comitatem* [illegible], *pro a*[illegible] *sumuntur* [illegible] ia, [illegible] ta a dignitate [illegible], [illegible] a [illegible] & [illegible] civit[illegible] c[illegible] honor[illegible] pia [illegible] b[illegible] n ne[illegible] qua reg[illegible], oras & la[illegible] x [illegible] im [illegible] max[illegible] pe[illegible] m sic in[illegible] m generis huma[illegible] ait [illegible]. Ergo, d[illegible] præ[illegible] iam civium [illegible] ex Ti[illegible] tolerasset lab[illegible] p ætexeret Drus[illegible] qu[illegible] lar [illegible] *A Tiberio* [illegible]

NOTÆ

[illegible]saque censerent haud dubie & inter se opposita.

1 *Ne juvenis quidem* [illegible] Drusus, qui & [illegible] juvenilem ætatem minus sibi tribuere debebat & ob honorem acceptum bene merentibus gratiam referre; ne quidem dignaretur adire urbem, deosque patrios & penates imperii, aut venire [illegible] senatum ut ne vel more majorum a[illegible] p[illegible] tæ dignitati natali in [illegible] o[illegible]

2 *Auspicia saltem* [illegible] L[illegible] [illegible] ftrat[illegible] m[illegible] L. vi[illegible] 22. 1 *P*[illegible] *m* [illegible] *pus Cn. Servi*[illegible] *is Romæ idibus M*[illegible] *ma*[illegible] *ratum in* [illegible] *quem de* [illegible] *pub.* [illegible] *tu*[illegible] *et redint*[illegible] *C. F*[illegible] *m*[illegible] *vi*[illegible] *Duo* [illegible], *unum haber*[illegible] *quod* [illegible] *ju*[illegible] *quod a*[illegible] *c*[illegible] *st*[illegible] *a d*[illegible] *mo pub*[illegible] [illegible] *n* [illegible] *te* [illegible] *rite in Capitolio* [illegible] *cum, ere*: *nec privatum auspicia sequi* [illegible] *sine auspiciis profectum, in externo ea solo nova atque integra concipere posse.*

Auspicia incipere. Id est aliquas res quæ ad eam d[illegible] a[illegible] [illegible] tu [illegible] at[illegible] e[illegible] c[illegible] & [illegible] e [illegible] am *a*[illegible] ce[illegible] [illegible] idem [illegible] e m[illegible] m [illegible] fi bat [illegible] u aliqu[illegible] & [illegible]. unde n[illegible] s[illegible]. [illegible] e maj[illegible] a[illegible] *im* [illegible] l [illegible] in[illegible] cte[illegible] c-[illegible] iatio [illegible] S[illegible] *A*[illegible] *un*[illegible] quod [illegible] et [illegible] v[illegible] *novini*

4 *Paterni* [illegible] co[illegible] ia, ne i[illegible] l-[illegible] a q[illegible] be[illegible], quid st ue-r[illegible] bi agi[illegible] u, [illegible] i se gereret p[illegible] placitas artes, ut a[illegible] T[illegible]

[illegible] firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat, postulata provinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebrescebat enim Græcas per urbes licentia atque [2] impunitas asyla statuendi. [3] complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. [4] Nec ullum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi flagitia hominum [5] ut cærimonias deum protegentis. Igitur placitum, ut [illegible] civita-

INTERPRETATIO

imperium [illegible] afferens, [illegible] prist[illegible] P[illegible] t[illegible] bu[illegible] [illegible]ebat, [illegible]um de[illegible] pro-vinciarum, rejiciens ad cognitionem senatus. [illegible] per [illegible] [illegible]ebat pertinaciæ [illegible] libido, [illegible] audaciæ, inviolata [illegible] ca [illegible] tuend[illegible], & referta [illegible] erant [illegible] terrimis mancipiorum [illegible] eodem [illegible] obruti, contra creditores & rei capitalium [illegible] auctoritate [illegible] tanquam [illegible] I[illegible] um est, ut [illegible] mitterent [illegible] privilegia, atque ora-

NOTÆ.

1 *Imaginem antiquitatis* [illegible] [illegible] *libertatis* [illegible] *majestatem* [illegible] *pri*[illegible], [illegible] *neque* [illegible] *quidquam, neque* [illegible] *privatisque negotiis* [illegible] *P.* [illegible]

[illegible] *statuendi* [illegible] C[illegible] [illegible] [illegible] V[illegible] Æ[illegible] *Verran*[illegible]

A[illegible]] [illegible] Suc[illegible] T[illegible] 37, *A*[illegible] *& jus m*[illegible] *remque* [illegible] *lorum, quæ u*[illegible]*quam* [illegible] S[illegible] attingit tantum [illegible] [illegible] Suetonius non modum [illegible], ut circum[illegible] rei perse-quitur, quemadmodum Tacitus, ut ex multis locis liquere potest. Nec certe propter publicarum rerum historiam condit, sed fere tantum vitam Cæsa-[illegible] quasi privatam com[illegible]it. Modus [illegible] servatus est in a[illegible] re[illegible]en-[illegible] abolendis, quod temp[illegible]ent[illegible] depingit unus Tacitus.

[illegible] *[illegible]bantur templa.*] Tribu[illegible] g[illegible] perfugium in a[illegible] [illegible] De maleficis [illegible] superstitione.

Servi [illegible] *est ara, & latron*[illegible] [illegible] *templ*[illegible] [illegible] *tur*

D[illegible] P[illegible] D[illegible] *apud* E[illegible] *tum pra*[illegible] *ad* [illegible] *p*[illegible] Et Sal[illegible] [illegible] [illegible] *quæ*[illegible] L[illegible]

4 [illegible]] [illegible] ve[illegible] ut co[illegible] [illegible] de causa [illegible] [illegible] ho[illegible], quia templa se [illegible] cus tendebat ac si ipsorum [illegible] dignitas [illegible] eo v[illegible] tereretur.

5 *V*[illegible] *cæ*[illegible]*moniæ*] Hoc est pro cærimoniis, [illegible] in quarum [illegible] suo [illegible] ur per-peram [illegible], *cæ*[illegible]*rimo*[illegible]

Perp[illegible] in *cærimo*[illegible] fi-ca a[illegible] [illegible] nihil ho[illegible] [illegible] atque ius [illegible]

res 1 jura, atque legatos. Et quædam quod falso usurpaverant [illegible] omi-
sere: multæ vetustis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum
fidebant. Magnaque ejus diei species fuit, quo senatus majorum benefi-
cia, sociorum 2 pacta, regum etiam qui ante vim Romanam 3 valuerant
decreta: ipsorumque numinum religiones introspexit, libero, ut quondam,
61 quid firmaret mutaretve. 4 Primi omnium Ephesii adiere, memorantes
non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem 5 Delo genitos: esse apud se 6 Cenchrium amnem, 7 lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & olea que tum etiam maneat adnisam, edidisse ea numina: deorumque monitu

INTERPRETATIO

sores. Et nonnulla quod temere occupaverant ultro deseruere, pleraque priscis re[illegible] nibus, aut officiis in populum Rom. nitebantur. Ingensque ejus diei splendor & d[illegible] extitit, quo senatus majorum beneficia, fœdera sociorum, [illegible] & arbitr[illegible] re[illegible] qui ante imperium Rom. floruerant, ipsorumque deorum cærimonias intro[illegible] est cum summa libertate, ut olim, quid statueret, aut [illegible]teret. Ephesii primi [illegible] advenere, differebantque; non ut vulgo existimatum erat, Dianam atq; Ap[illegible] apud Delum procreatos: exstare apud ipsos Cenchrium fluvium, [illegible]lvam O[illegible] Latona uterum ferens, & oleæ, quæ etiam hodie vig[illegible]t, a[illegible]ixa, peperiss[illegible]

NOTÆ.

denique, diis ac eorum ædibus debita. *Freinshemius.*

1. *Iura*] Id est, Privilegia, seu acta & decreta, sive regum sive legatorum Rom qui talia indulsissent, nempe, ut per ea, de jure illorum templorum c[illegible] osceretur.

2. *Pacta.*] Seu fœ[illegible]a, [illegible] nempe talia *jura* concessa [illegible] f[illegible]ile[illegible]t.

3. *Valuerant*] I[illegible]telligit clar. Harlæus de concessionibus regum, quæ ante Romanos etiam viguissent, de reg[illegible]us ipsis id intellige.

4. *Primi omnium Ephesii.*] Quibus Diana cul[illegible]a celebri illo templo St[illegible]tuam e[illegible]us describ[illegible]t Minutius Fe[illegible]x in [illegible]ial[illegible] *Diana interim est alte succinct[illegible] ver[illegible]atrix & Ephesia mammis multis & [illegible]beribus exstructa*

De toto hoc Asylo e[illegible]ganter Strabo lib xiv *Templum e[illegible]am nunc ut & olim A[illegible]lum [illegible] [illegible] inviolatum manet [illegible] at termini san[illegible]titat[illegible] [illegible] [illegible] immunitatis [illegible] immutati sunt, Ale[illegible]nder e[illegible] ad stadium extenderat [illegible] M[illegible]trida[illegible] [illegible] ab angulo Cer[illegible] [illegible] [illegible] paululum extra stadium d[illegible] [illegible] Ant[illegible] [illegible] vero hu[illegible] proxime acce[illegible] [illegible] [illegible] nibus etiam partem ur[illegible] a[illegible] [illegible]xu[illegible] est Sed cum periculo[illegible] [illegible] videretur, m[illegible] [illegible] ur[illegible] in permittere [illegible] ar Au[illegible] [illegible] Ante[illegible] decretum abr[illegible] C[illegible] [illegible] [illegible]* [illegible] *L*[illegible]

Ephesii] [illegible] I[illegible] prov[illegible]æ ad [illegible] Æ[illegible] in Asia m[illegible] [illegible] *Ajalouc* vocatur a Turc[illegible], & *F*[illegible] à Francis. [illegible]a est præt[illegible] [illegible]iæ Na[illegible]iæ ad Archipelagum, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

5 *Delo.*] [illegible] Cycla[illegible] [illegible] u[illegible]a in mari Æ[illegible]æo h[illegible]c *parva Deloe* m[illegible] a [illegible] vocatur *S*[illegible] est in Archipe[illegible], [illegible] T[illegible] imperio E[illegible]p[illegible] ex [illegible] Sp[illegible] &c *Tillemonius*

6 [illegible]*rium* [illegible]] Cenchrius fl[illegible] v[illegible] Asiæ, per Ioniam, apud Ep[illegible] flu[illegible], haud procul à Ca[illegible] O[illegible] [illegible] lucum, [illegible] Latonam ab O[illegible] [illegible] e[illegible]ucatam [illegible]

7 [illegible]*cum Ortygiam* [illegible] *demra* [illegible] *or* [illegible] *ut* [illegible] *vari* [illegible] *præcipue* [illegible] *r*[illegible]*e. eum* [illegible] *Cenchrius amnis,* [illegible] *am post partum* [illegible] *lo*[illegible]*um puerperii, & nu*[illegible] *& adytum in quo puerpe-*

sacratum nemus. Atque ipsum illic Apollinem, post interfectos 1 *Cyclopas, Iovis iram vitavisse. Mox Liberum patrem bello victorem, supplicibus* 2 *Amazonum* 3 *quæ aram insederant, ignovisse. Auctam hinc concessu Herculis, cum* 4 *Lydia potiretur, cærimoniam* 5 *templo: neque Persarum ditione, deminutum jus. Post Macedonas, dein nos servavisse.* Proximo 6 Magnetes L. Scipionis, 62
& L. Sullæ constitutis nitebantur: quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravere, *uti* 7 *Dianæ Leu-*

INTERPRETATIO.

num[illegible] umque afflatu dicatum hunc locum. Et Apollinem ipsum hic effugisse iracundiam Iovis, postquam Cyclopas occidisset deinde Bacchum prælio superiorem veniam concessisse precantibus Amazonibus iis, quæ ad asylum confugerant. Postea increvisse religionem delubri, beneficio Herculis, cum Lydiam obtineret, neque Persarum imperio jus immutatum. Deinde Macedonas, postea Romanos, idem conservasse. Post hos *proxime* locuti Magnetes *fidebant constitutionibus L. Scipionis & L. Sullæ, e quibus ille Antiocho, hic Mithridate fusis fugatisque, ornavere constantiam & fortitudinem Magnetum*, ut templum Dianæ Leucophrynæ sanctum & immune

NOTÆ.

rium, & propter [illegible] oleam, qua primum deam adnixam, requievisse dicunt, cum exsoluta partu esset.

1. *Cyclopas*] Cyclopes populi aliquando Siciliæ insulæ prope hanc insulam fuerunt Cyclopum scopuli hodie *li Faraglioni*, prope vallem Demonæ, & in oram orientalem Siciliæ. *Tillemonius.*

[illegible] *Amazonum*] Amazones populi Sarmatiæ A[illegible] ad Tanaim & R[illegible] fluvi[illegible] [illegible] *C[illegible]rum*, versus fluvios *Don.* & *Volga.* [illegible] magni Ducis Moscoviæ. ex Charta Sansonis. *Tillemonius.*

Amazonum.] Fabulam deridet Strabo Lib. XI *De Amazonibus eadem nunc dicuntur quæ olim, quamquam miraculosa sint & à fide multum distent. quis enim credat, ut vel exercitus, vel civitas, vel gens unquam ex solis constiterit mulieribus, & non solum constiterit, verum etiam invaserit aliena, & non modo fuerit vicinis dominata, adeo ut usque in Ioniam processerit, sed etiam exercitum trans Pontum miserit usque in Atticam? hoc perinde est, ac [illegible] dicat, viros tunc mulieres fuisse, & mulieres viros. Quin eadem nunc de eis prædicantur, quam quidem rem adaugent, & facit ut magis antiqua credantur, quam nova: quod nempe urbes quædam ab illis condita & cognominatæ perhibeantur, ut Ephesus, Smyrna, Cumæ, Myrina, Paphe.*

3. *Quæ aram insederant*] Quæ ad aram supplices confugerant. In illo luco tantum *ara* initio fuit, templum postea conditum est, *concessu Herculis.* Aræ hujusmodi magnificæ olim, nec sine amplissimo decore exstructæ. Vide supra.

4. *Lydia.*] Provincia Asiæ Minoris peninsulæ versus occidentem, & ad Hermum fluvium hodie pars præfecturæ *Natolie*, circa fluvium *Sarabat*, & oppidulum *Sarde* & e[illegible] b Turcico imperio Asiatico.

5. *Te*[illegible]] quia ibi templū de novo [illegible]xit H[illegible] vel quia jam structo templo [illegible]em addidit.

Proximo.] Malim *proxime*, vel *proximi.* sic supra. *Primi omnium Ephesii adiere.*

6. *Magnetes.*] Nempe Magnesia ad Sipylum. Vide lib. 2 47

7. *Dianæ Leucophrynæ.*] Recte *Leucophrynæ.* Ejus deæ templum in Magnetibus, describit Strabo lib XIV causam cognominis ad feminam aliquam, quæ ibi condita, referre ex Arnobio possis. Lib. VI *In Didymæo Mileſio Cleochum dicit habuisse suprema Leandrius funeris Leucophrynæ monumentum in fano apud Magnesiam Dianæ esse Myndius profitetur ac memorat Zeno.*

cophryna [1] *perfugium inviolabile foret.* [2] Aphrodisienses [illegible] & Stratonicenses dictatoris Cæsaris ob vetusta in parteis merita, & recens [illegible] Augusti decretum attulere. [3] Laudati *quod Parthorum irruptionem*, *nihil mutata in populum Romanum constantia*, pertulissent. Sed Aphrodisiensium

INTERPRETATIO.

foret. Exin *Aphrodisienses & Stratonicenses citavere statutum divi Cæsaris ob* [illegible] *tiqua in partes officia, & nuperam D. Augusti* [illegible] incursionem Parthorum sustinuissent, nihil [illegible] acta erga Romanos fide *Sed Aphro-*

NOTÆ

E Clemente in Protrept. *Hoc loco monumentum est Leucophrynes quod præterire silentio non debemus, sequentes Zenonem Myndium, quæ in templo Dianæ apud Magnesiam sepulta est.* Vel ad Tenedon insulam, quæ olim appellata Leucophryn ubi Dianæ [illegible] templum.

Xenophon rerum Græcarum [illegible] *Exercitus Græcorum accessit ad Leucophryn, ubi templum erat Dianæ valde* [illegible] Ejusque exemplo & cognomine [illegible] ædificatum in Magnetibus [illegible] lib. 1 *Magnetes, quibus* [illegible] *tate imperavit Themistocles, Leucophrynem Dianam colunt.*

At Appianus lib. 5 Bell. [illegible] alterum ejus deæ [illegible] cognomento pari [illegible] *apud Miletum, in* [illegible] *Leucophrynes, jussu Antonii in* [illegible] *est*

Dianæ Leucophrynæ.] Fuisse hujus deæ hoc quoq. [illegible] mento *Leucophrynes* aram Atheneis auctor [illegible] Pausan [illegible] dedicata stat [illegible] T[illegible] ejus filiis dedicata stat [illegible]

De templo illo [illegible] Strabo lib. 14 *In nova urbe Magnesiæ Dianæ Leucophrynæ fanum est, quod* [illegible] *magnitudine & multitudine rerum dicatarum, ab Epheso superatur artificio vero,* [illegible] *structura concinnitate circa adem,* [illegible] *ma-gnitudine omnia A*[illegible], *præter Ephesium & D*[illegible].

Leucophrynæ. [illegible] *Leucophrys* [illegible] a nom & stagnum [illegible] & Meandrem fluvium in Lydia.

1 *Perfugium inviolabile.*] Nefas erat, [illegible] qui ad [illegible] confugerant, [illegible] loci sacri [illegible] violare, aut per vim inde extrahere ne cum [illegible] non tam in deorum [illegible] quam in d[illegible] v[illegible]

Nullum tamen ju[illegible] tam [illegible] potest, [illegible] vi opprimatur, saltem [illegible] & simulatione [illegible] [illegible] ab [illegible] & [illegible]

P[illegible] natum [illegible] [illegible] & [illegible]

[illegible] apud Eurip[illegible] Herm[illegible] natur, [illegible] Andromachæ, quæ [illegible] confugerat, [illegible] & inde incendio [illegible] tam [illegible], ac [illegible] fulatu[illegible].

Ubi [illegible] *ferre* [illegible] *ad aram* [illegible], hoc profecto [illegible], cum [illegible] Plac[illegible] & [illegible] R[illegible], [illegible] [illegible] ut ancillas [illegible] quæ ad [illegible] Veneris perfugerant, [illegible] *erat* [illegible] *canum ad* [illegible] *rimæ est.*

2 *Aphrodisienses.*] [illegible] Liberi A'a [illegible] 5 c 29 vel Aphrodisi[illegible] in finibus [illegible] & [illegible] Asia Minor nunc [illegible] Tachisali urbs Natoliæ præf[illegible] meridiem &c. *Tralera*

3 *Laudati quod Parthorum.*] Parthorum

civitas, Veneris, [1] Stratonicensium Iovis & [2] Triviæ religionem tuebantur. Altius [3] Hierocæsarienses exposuere, [4] *Persicam apud se Dianam*, *delubrum rege* [5] *Cyro dicatum.* & memorabantur [6] *Perperna, Isaurici*, multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin [7] Cyprii tribus delu-

INTERPRETATIO.

[illegible] tuebantur cultu & cærimoniis Veneris, Stratonicenses Iovis & Triviæ [illegible] Hecates. Hierocæsarienses antiquiora [illegible] memoravere, Dianam apud ipsos Persicam esse, & templum [illegible] principe Cyro sacratum, *[illegible] referebantur* Perpernæ Isaurici, *multaque alia ducum [illegible] nomina, qui non solum delubro, sed etiam duobus millibus passuum eandem re[li]gionem,* seu [illegible] tatem *[illegible] rant. Postea Cyprii tribus templis* se tue-

NOTÆ

[illegible] tionem intelligit, quæ [illegible] Lab[illegible] de qua, & de hac ipsa Stratonicea Dio XLVIII. *Tunc vero Labienus & C[illegible] [illegible] & Asiæ civitates in conti[illegible] præter Stratoniceam & plurima quidem [illegible] loca [illegible] at vero [illegible] & Al[illegible] non sine belli [illegible] expugnavit.*

1. *Stratonicensium.*] Stratonicea Cariæ urbs est, & templa duo in suo urbano agro habet, *Iovi C[illegible] & Hecates* (sive *Triviæ*) *in Laginis.* Strabonem vide lib. XIIII. Notat & Pausanias, *quod olim [illegible] C[illegible] dicta fuerit,* [illegible] Stratonicea [illegible] Stratonicea [illegible] C[illegible] Alabandæ conventu, in Asia m[illegible] lib. 5. c. 29. hodie *Stantoni* [illegible] præfecturæ Natoliæ, ve[illegible] us [illegible] in & occidentem &c. *Tillemon.*

2. *Trivia.*] Sive eadem cum Diana aut Luna, quæ & *Trivia* sive alia hæc Trivia fuerit, Hecates nomine, in Stratonicecorum regione, Laginis summo conventu, maxima celebritate culta fuit. Auctor lib. 14. Strabo.

Id autem illi nomen inditum ideo ferunt, quod nata ex Iove & Pherea Æoli [illegible], à matre in trivio expofita, à pastoribus Pheretis suscepta, & in trivio enutrita fuisset, deinde progentium [illegible] [illegible] de qua & hæc & alia T[illegible] Eidillio 11. scripsere [illegible]

3. *Hiero[illegible]*] Oppidum est in Lydia vide lib. 2. 47.

4. *Persicam Dianam.*] Atque ipsi Lydi illi *Persici* cognomen habent, velut inde oriundi. Pausanias notat in Eliacorum 1. *Sunt*, inquit, *Lydi, qui Persici cognominantur, templa in Hierocæsarea oppido & Hypæpis. In utroq; teplo ædicula, sive cella est cu aris: super his cinis. eoq; ingressus sacerdos, sive magus* (ad magicam enim Pausanias miraculum refert) *tiara caput velatus, foco arida ligna imponit: & deum nescio quem barbarico sermone* (Persico opinor) *invocans ubi desiit, [illegible] [illegible] [illegible] at & [illegible].* Id le[illegible] Pausanias [illegible] & non [illegible] hinc templo [illegible] & [illegible] m[illegible]x Asi[illegible] *Lipsius.*

5. *Cyro dicatum.*] Valeret hoc imperante Cyro, sed amplius videtur velle non [illegible] Cyro [illegible] & ab ipso delubrum id dicatum esse. Ere[illegible] emendem, *Regi Ciro dicatum*, hoc est, quod rex Cyrus dicavit. *Freinsh.*

Rege Cyro.] Id est, imperante Cyro dicatum illud templum Dianæ Persicæ, forteq; ejusdem regis privilegiis ornatu.

6. *Perperna, Isaurici.*] Ne sumas quasi memorarentur nomina præcise Perpernæ, Isaurici, & aliorum imperatorum Rom. Sed sic memorabantur Perpernæ, Isaurici & alii illustres duces Romani quorum florebat fama. *Alia imperatorum nomina*, id est, alii clarissimi imperatores Rom. discrimen est inter *nomen* [illegible], & famam auctoritat[illegible] [illegible]cem.

7. *Cyprii.*] Cyprus insula in latere

bris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Ærias, post filius ejus Amathus Veneri Amathusiæ, & Jovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus, posuissent. Auditæ aliarum quoque civi-
63 tatum legationes. Quorum copia fessi patres, & quia studiis certabatur, consulibus permisere, *ut perspecto jure, & si qua iniquitas involveretur, rem integram rursum ad senatum referrent.* Consules super eas civitates quas memoravi, *apud Pergamum Æsculapii compertum asylum* retulerunt: *ceteros obscuris ob vetustatem initiis niti. nam*

INTERPRETATIO.

bantur, *quorum antiquissimum Paphiæ Veneri fundator Ærias struxisset*, [illegible] *ejus Amathus Veneri Amathusiæ, & Jovi Salaminio Teucer ab* [illegible] *Telamone patre ejectus* alia duo *statuissent. Admissi etiam aliarum nationū oratores*, [illegible] *dine fatigati Patres, & quia per ambitionem contendebatur, rem* [illegible], ut examinato jure, & si qua fraus inesset, iterum rem indec[illegible] Patr[illegible] ferrent. *Consules præter eas urbes quas retuli, renuntiaverunt*, apud P[illegible] Æ[illegible] pii certum perfugium, seu compertæ sanctitatis asylum esse, [illegible] ob an-

NOTÆ

meridionali maris Mediterranei, & c[illegible] tra Ciliciam, Asiæ min[illegible] reg[illegible]. hodie à Turcis vocatur *Kibros*, & à Francis *Cypre* vel *Chypre*. pars est meridionalis & ferè dimidia præfecturæ *Cypri*, in Turcico imperio Asiatico.

Notandum hic obiter præfecturam *Kibros*, seu *Beglerbeg*[illegible] *de Chipre* sub Turcis, non solum [illegible] Cyprum [illegible] integram, ver[illegible] partem Nat[illegible]æ peninsulæ, huic proximam & oppositam, ideoque ipsa insula *Kibros* est tantum pars præfecturæ Cypri ex Chartis Sanson[illegible] V[illegible] notas supra lib 2 cap 42 ubi de Cilicia provincia. *Tillemon*.

1. *Paphiæ*] Paphos urbs Cypri [illegible] in latere occidentali hodie *Baffo*, urbs & sedes Episcopalis Græcorum, in *Kibros* insula, sub Turcis *Tillemon*.

2 *Amathusiæ*] Amat[illegible], urbs Cypri insulæ, in latere m[illegible] hodie *Limiso*, vel *Limisso*, u[illegible] *Kibro*, seu *Chipre*, sub Turcis *Tillemon*.

3 *Salaminio*] Salamis, urbs Cypri insulæ, in latere [illegible] ali & [illegible] hodie *Famagusta* urbs, aut prope *Tillemonius*

4 *Profugus*] Q[illegible]m à patre irato [illegible]d sive Ajace fratre [illegible], non r[illegible]ceptus, in [illegible] re c[illegible] & in Cypium [illegible] Jovi Salaminio [illegible] patriæ suæ vocabulo sic cognominat[illegible] struisset

5 *Ut per pecto.*] S[illegible] rum n[illegible] c[illegible] g[illegible] c[illegible] an [illegible] privilegium [illegible] tamen statu[illegible] ad senatum re[illegible] *Freinsh.*

Ut nempe rem integram re[illegible] natur, post[illegible]am per [illegible] habe[illegible] pi[illegible]

6 *Pergamum*] P[illegible] urbs Mysiæ Majoris ad C[illegible]m fl[illegible] in Asia Minore [illegible] ho[illegible], urbs præ[illegible] Natoliæ, a[illegible], in Turcico imperio Asiatico *Tillemonius*

7 *Æsculap.*] Sed debu[illegible] qua ca[illegible] & [illegible] te[illegible] illa san[illegible] adeo c[illegible]mperta, præ aliis.

8 *Ceteros ob curi.*] N[illegible] p[illegible]tes propterea repulsos ceter[illegible] & [illegible]um tantum Æsculapii pr[illegible]m adprobatum esse, imo par[illegible] itates supra dictas E[illegible], Aphrodisiense &c. [illegible] eos qui postea memorātur

Smyrnæos

[1] *Smyrnaeos* [2] *oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint;* [3] *Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare* Neptuni effigiem ædemque *iussi sint. propiora Sardianos; Alexandri victoris id donum, neque minus Milesios Dario rege niti. sed cultus numinum utrisque,* [4] *Dianam aut Apollinem venerandi. Petere & Cretenses simulacro divi Augusti.* Factaque Senatusconsulta, quis multo [5] cum honore, [6] modus tamen præ-

INTERPRETATIO.

quitatem principiis stare. Quippe Smyrnæos memorare oraculum Apollinis, cujus jussu delubrum sacraverint Stratonicidi Veneri; Tenios ejusdem dei versum celebrare, quo moniti sint, *dicare imaginem Neptuni, templumque* recentiora Sardianos; Alexandri Magni id munus esse, nec minus Milesios Dario principe se tueri. sed religio deorum utrisque Dianam vel Apollinem colendi. Postulavere etiam Cretenses immunitatem *imagini* D. Augusti. *Factaque sunt Patrum decreta, quibus maxima cum veneratione, modus tamen præcipiebatur, imperatumque, ut*

NOTÆ.

Smyrnæos, Tenios, Sardianos, saltem ex parte, & ita ut asylis modus adhibitus sit quoad loca, quoad personas, quo ad tempus, & quoad fines locorum.

1. *Smyrnaeos.*] Smyrna urbs Archiepiscop. Ioniæ matr. Hodie regni primaria & Satrapæ Turcarum sedes.

2 *Oraculum Apollinis.*] Aristot. Rhetor. *De futuris etiam interpretes oraculorum ut Themistocles navibus pugnandum esse, ligneum significare murum prævidit*: ita & controversiæ ex priscis oraculi versibus dirimi possunt.

3. *Tenios ejusdem carmen.*] Insulæ Teni (quæ inter Cycladas) cultores. De hac re, Strabo lib. x. *Tenus insula oppidum habet non magnum, sed extra illud in luco Neptuni templum, dignum sanè quod spectetur* & de magno ibi conventu addit.

Carmen referre.] Oraculorum & vatum carmina fidem faciunt. Quintil. lib 12. *Ea quidem propria aut testimoniorum, aut etiam judicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur* Et lib 5. *Iam sententiis quidem poëtarum, non orationes modo sunt referta, sed libri etiã philosophorum, qui quamquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credant, repetere tamen auctoritatem à plurimis versibus non fastidierunt. Neq; enim est ignobile exemplum Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine contenderent, victos Homeri versu, qui tamen ipse, non in omni editione reperitur, significans Ajacem, naves suas Atheniensibus junxisse* Unde & intelliges etiam quæ habentur infra lib 4. 43. Ubi *de jure templi Dianæ Limenitidis, quod suis à majoribus, suaque in terra dicatum Lacedæmonii firmabant annalium memoria, vatumque carminibus* &c.

4. *Dianam aut Apollinem.*] Sardiani Dianam cognomento Coloënem, cujus templum, *magnam sanctitatem habet.* ait Strabo: Milesii Apollinem venerabantur, cognomento Didymæum. cap xxi. *Lipsius.*

5. *Cum honore*] Non tam erga civitates, quam erga deos vetustatemque cærimoniarum. deorum templis sanctitatem & immunitatem concedebat senatus, eosque sic venerabatur sed adhibito modo ne in ambitionem, superstitionem, aut etiam in crimina, pietate homines abuterentur.

6 *Modus tamen præscribebatur.*] Scilicet, utendi Asylis, quem egredi non liceret. *Pichena.*

Modus tamen.] Sueton Tib 37. *Abolevit & jus moremque asylorum quæ usquam erant.* Mira dissensio inter auctores. Ubi de luxu, referente Suetonio, hunc compressit Tiberius, senatuique

ſcribebatur, [1] juſſique *ipſis in templis* [2] *figere ara, ſacrandam ad memoriam, neu ſpecie religionis* [3] *in ambitionem delaberentur.* Sub idem tempus
64 Iuliæ Auguſtæ valetudo atrox neceſſitudinem Principi fecit feſtinati in urbem reditus: ſincera adhuc inter matrem filiumque concordia; ſive occultis odiis. Neq; enim multo ante, cum haud procul theatro [4] Marcelli, eſ-

INTERPRETATIO.

ipſis in delubris æneas tabulas affigerent, ad memoriam hujuſce rei dicandam, & ne obtentu cærimoniarum in ambitionem deciderent. *Eadem ferme tempeſtate Livia Auguſta morbus ingraveſcens neceſſitatem Tiberio attulit, propere revertendi in civitatem, ſive vera etiam tum inter matrem & filium concordia, ſive diſſimulatis offenſionibus. Nam paucis ante diebus, cum Livia ſacraret imaginem D. Auguſto non*

NOTÆ.

hanc curam mandavit. quod diſerte negat Tacitus. At ubi de aſylis, modum eis adhibuit Cæſar, teſte Tac. at ex Suetonio ea penitus & ubique abolevit. quid mirum? diſſentiunt rumor, fama, ſcriptores, ſic fere cuncta mortalium incerta.

Modus tamen.] Nempe quia non omnes civitates id jus obtinuere, & quæ obtinuerunt etiam cum reſtrictione ad unum templum, & in illo templo ad certum ſpatium, nec ad multa millia jus aſyli extendebatur, ut olim.

1. *Iuſſique ipſis in templis figere ara, ſacrandam ad memoriam.*] Intelligit enim de æreis tabulis ad parietes templorum affigendis, ad ſacrandam memoriam Senatuſconſulti eo die ſuper aſylis facti. Sic lib. xi. *Aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo.* Hiſtor. lib. 4. *Quique ara legum vetuſtate delapſa noſcerent figerentque.*

Virgil. vi. *Fixit leges pretio atque refixit.* quia, ut ibi Servius ait, *inciſa in æreis tabulis affigebantur parietibus.* Idem Tac. paulo ſupra: *cum ejus diei Senatuſconſulta aureis literis figenda in curia cenſuiſſet* Pichena.

Figere ara.] Iſta ſenatuſconſulta æneis tabulis inſcripta in ipſis templis figerent ſimul memoriæ, ſimul etiam admonitionis cauſa, ne per ſpeciem ampliandarum religionum, ad pravam ambitionem deflecterent, & ne præter ſenatuſconſulta quidpiam ſpecie religionis adderent; ne jura ſua, ultra quod decretum eſſet, extenderent.

2. *In ambitionem.*] In eo ambitio fuit, quod ſanctitate templorum civitates finitimis præcellere cuperent, quod huc ſe reciperent ex aliis provinciis obærati, & rei criminum capitalium, quo fama & opes oppidorum augebantur, non ſine publico latrocinio tamen.

Quod ſe vetuſtate deorum & templorum tuerentur, quod ſe ſanctos & inviolabiles crederent, quo receptaculo & ipſi accolæ fruebantur gloriabanturque, non ſine aliorum populorum injuria ac contumelia, & ſæpe æmulatione & diſcordia, ut fit inter vicinas civitates. quæ dicitur Tac. *oppidana æmulatio.*

3. *Marcelli effigiem divo Auguſto.*] Nota morem, ſtatuas effigieſque dedicandi certis diis, cujus veſtigium in hoc lapide vetuſto P VEIDIUS P. F POLLIO. CÆSAREM IMP CÆSARI. AUG. ET COLONIAI BENEVENTANAI.

Pollio enim ibi non aliud, quam effigiem Cæſaris Imp. dedicat conſecratque Auguſto & coloniæ ſuæ & clarius in Strabone l. xiv.

Erat ibidem & Venus Emergens, quæ nunc ſacrata eſt Divo Cæſari Romæ, Auguſto eam patri, ut auctorem generis dedicante. Etiam Dionyſius. lib. ii. Antiq. ſcribit, *Romulum ex manubiis Vulcano dedicaſſe quadrigas aureas, ſimulque ſuam effigiem.*

figiem divo Augusto Iulia dicaret, [1] Tiberii nomen suo postscripserat; idque ille credebatur, [2] ut inferius majestate principis, [3] gravi & diffi-

INTERPRETATIO.

longe à theatro Marcelli, vocabulum Tiberij post suum inscripserat; & existimabatur ille acri & occulta ira id pressisse, tanquam infra fastigium imperatoris esset. Sed

NOTÆ.

Huuc morem iu Græcia quoque fuisse, Diogenes mihi præit iu vita Platonis, ubi air Mithridatem, quandam Platonis statuam in Academia dedicasse, cum iuscriptione ista. *MITHRIDATES RHODOBATI FILIVS PERSA MVSIS STATVAM PLATONIS DEDICAVIT, QVAM SILANIO FECIT* Lipsius.

Theatro Marcelli, effigem Divo Augusto.] Ita se res habet, ut Livia posuerit statuam Augusti in foro Marcelli & ipsimet Augusto dedicaverit. Eodem ergo modo hic, effigies Augusti ubi posita fuerit, indicatur. quo infra 4. 15. narratur, ubi Lucillii statua dedicata fuerit, illis verbis: *novo homini effigiem apud forum Augusti patres decrevere.*

Theatrum autem Marcelli Romæ ab ipso Augusto exstructum fuit, ut auctor est Sueton. Augusto c. 29. & Epit. Liv. 118. In ejus ergo vicinia effigies Augusto posita fuit à Livia, cum hac aut simili inscriptione. AUGUSTO JULIA ET TIBERIUS P. P. Hoc ergo Tiberium offendit, quod ipse postpositus, ac non potius sceiptum fuisset, TIBERIUS ET JULIA. *Freinsh.* Forte sic potius habuit AUGUSTO LIVIA AUGUSTA UXOR ET TIBERIUS FILIUS POSUERE.

Marcelli theatro.] Illud theatrum fuit in Nona regione Romæ antiquæ. hodie ruinæ visuntur ad plateam Montanarani, & ubi palatium *Savelli* in regione *Ripa*, & in Roma moderna Ex Roma Nardini lib. 6. cap. 1. p. 312. & imaginibus, seu planis Romæ hodiernæ Gregorii de Rossi & Ioannis Faldæ. *Tillemon.*

Marcelli effigem D. Augusto.] Imagines hominum etiam diis dicabant, sic olim Mithridates rex imagiuem diviui Platonis Musis dicavit. sic Augustus imaginem Veneris D Julio. sic Pollio imaginem Cæsaris dictatoris Augusto sacraverat, ut jam deo.

1. *Tiberii nomen suo.*] Suetou. Tib 50. *Tulit etiam perindigne actum à senatu, ut titulis suis, quasi Augusti, ita & Liviæ filius adyceretur.* Etiam simultatis aliam causam affert Suetou. ibid. Nempe *instanti sæpius (matri) ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit alia se conditione allecturum, quam si pateretur adscribi albo, extortum id sibi à matre.*

2. *Vt inferius.*] Ipsa Livia Augusta, uxor & mater Cæsaris & imperatoris, ipsam majestas amplectebatur; attamen ipsa iufra principem fuit, nec debuit aut potuit post suum, nomen principis inscribere. dare imperium filio potuit, sed tanti beneficii meminisse nimis haud licuit. Sapiëtior ille qui statim abscedit è regno, quod dederat Macrob. 1. Sat. 10. *Anaxilaus enim Messenius qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. Is cum parvos relinqueret liberos, Mycitho servo suo commendasse contentus est. Is tutelam sancte gessit, imperiumque tam clementer obtinuit, ut Rhegini à servo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona & imperiū tradidit: ipse parvo viatico sumpto profectus est, & Olympiæ cum summa tranquillitate consenuit.* Plin. Paneg. *Sed in principe rarum, ac prope insolitum est, ut se putet obligatum, aut si putet, amet.*

3. *Gravi & dissimulata offensione abdidisse.*] *Abdidisse* non modo occultandi vim habet; verum etiam penitus in pectus demittendi, quam vim fere non assequuntur interpretes.

mulata offensione abdidisse. Sed tum *supplicia diis*, [1] *ludique magni* ab senatu decernuntur, *quos Pontifices, & augures, & quindecimviri, septemviris simul & sodalibus Augustalibus ederent.* Censuerat L. Apronius, *ut feciale quoque iis ludis præsiderent.* Contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum jure, & repetitis exemplis, *neque enim unquam fecialibus hoc majestatis fuisse. ideo Augustales adjectos, quia proprium ejus domus sacerdotium*
65 *esset, pro qua vota persolverentur.* Exsequi sententias haud institui, nisi insignes per honestum, aut notabili dedecore: quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. Cæterum tempora illa adeo infecta & adulatione sordida fuere, ut non modo [2] primores civitatis, quibus claritudo sua obsequiis protegenda erat; sed omnes consulares, magna pars eorum qui prætura functi, multique etiam [3] pedarii senatores certatim ex-

INTERPRETATIO.

tum statuuntur à Patribus supplicationes diis, & ludi Magni, quos Pontifices, & augures, & quindecimviri celebrarent, simul cum septemviris, & sacerdotibus Augustalibus. *Differuerat L. Apronius*, statuebatque ut feciales etiam iis spectaculis præessent. *Obstitit Tiberius, discretis privilegiis sacerdotiorum, & memoratis e vetustate exemplis*, neque enim unquam fecialibus id dignitatis fuisse. Propterea Augustales ea occasione additos, quod proprii ejus gentis sacerdotes essent, pro qua vota effunderentur. *Haud decrevi memorare sententias, nisi eximias, per decus, aut insigne flagitium: quod potissimum esse munus annalium puto, ne virtutes taceantur, neque improbis dictis factisque ex memoria in posteros atque ignominia formido sit. Cæterum ætas illa adeo inquinata & turpi assentatione maculosa fuit, ut non modo proceres Urbis, quibus nobilitas sua vili obsequela tuenda erat, sed cuncti consulares, magna pars eorum, qui praturam obierant, & plurimi quoque pedarii se-*

NOTÆ.

1. *Ludique magni.*] Ludi magni, iidem cum Romanis. Quia autem ludi plerique sacri diis, & instituti ad eos placandos: visum est, ut cura eorum editioque sacerdotibus esset. Non omnibus tamen: sed collegiis sacerdotum quatuor. quæ ista: Pontifices, Augures, Septemviri epulones, Quindecimviri.

Dio lib. LIII. sub initium, de ludis Actiacis Agrippæ. *Atque ii ludi in hunc usque diem quinquennio quoque celebrati: quorum curatio penes quatuor collegia sacerdotum ordine & in vices. Dico Pontificum, Augurum, Septemvirorum, uti appellantur & Quindecimvirum.*

Ceterum ad curationem sacerdotalem pertinet Cornelii & ille locus Annali XI. *Iisque ludis intentius adfui, sacerdotio Quindecimvirali praditus, ac tum Prator. Quod non jactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirûm antiquitus ea cura.* Lipsius.

2. *Primores civitatis.*] Sic lib. 1.7. *At Romæ ruere in servitium consules, Patres, Eques, quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes*

3. *Pedarii Senatores.*] *Pedarij* dicuntur auctore Gellio, ex commentariis C. Bassi, *qui nondum gessissent curulem magistratum, quod pedibus itarent in curiam.* Alii tamen *pedarios senatores* existimant dictos, qui in senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, proficiscentes

Cui opinioni favere videtur Cic. lib. 1. ad Att. Epist. 14. & 15. ubi inquit: *Et*

furgerent, fœdaque & nimia cenferenr. Memoriæ proditur, Tiberium,
quotiens curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui fcli-
tum, *ô homines ad fervitutem paratos!* fcilicet etiam illum, qui libertatem
publicam nollet, [1] tam projectæ fervientium patientiæ tædebat. Paula- 66
tim dehinc, ab indecoris ad infefta tranfgrediebantur. C. Silanum [2] pro-
confulem Afiæ repetundarum à fociis poftulatum, Mamercus Scaurus è
Confularibus, Iunius Othon. prætor, Brutidius Niger ædilis, fimul cor-
ripiunt. objectantque [3] *violatum Augufti numen, fpretam Tiberii majefta-
tem.* Mamercus antiqua exempla jaciens, [4] *L. Cottam à Scipione Africa-*

INTERPRETATIO.

natores certatim confurgerent, indecoraque & immodica decernerent. Fertur Tiberium, quoties fenatu exiret, Græce fermone in eam fententiam dicere confuetum; ô homines in fervitium pronos! *nempe etiam illum, qui libertatem civium averfaretur, tam vilis fœdique obfequentium flagitii pudebat. Exin fenfim à flagitiis ad fcelera tranfibant. Mamercus Scaurus confularis, Iunius Otho prætor, Brutidius Niger ædilis, fimul invadunt C. Silanum rectorem Afiæ, peculatus à provincialibus incufatum; exprobrantque* violatam Augufti divinitatem, contemptam Tiberii majeftatem. *Mamercus vetufta exempla referebat*, L. Cottam à Scipione Africano, Ser.

NOTÆ.

raptim in eam fententiam pedarii concurrerunt. Et rurfus: *quum præclarum caput recitaretur, ne quis ad nos referret, ne decerneret, ne pedibus iret.*

Idem & à Tacito hoc loco confirmari videtur, *cum pedarii fenatores certatim exurgerent, fœdaque & nimia cenferent.*

Feftus lib. 1. inqnit, *pedarium fenatorem fignificat Lucilius, quum ait: Agipes vocem mittere cœpit, quia ita appellatur, qui tacitus tranfeundo ad eum, cujus fententiam probat, quid fentiat, indicat.* Hinc *pedibus ire in fententiam, & pedariam fententiam* obfervamus apud Latinos fcriptores.

Pedarios autem fenatores fuiffe minoris auctoritatis cæteris, ex dictis, & ex Tacito ipfo, hoc in loco, facile conftare poteft.

Clare vero ex Livio l. 27. ubi de Livio antea ex confulatu à populo damnato, & à cenforibus in fenatum reducto. qui *ignominia accepta memor, aut verbo affentiebatur, aut pedibus in fententiam ibat, donec cognati hominis caufa in fenatu ftantem fententiam dicere coëgit.* Donatus.

Pedarii.] Quia pedibus in curiam ibant, quia nullum curulem magiftratum obtinuerant, vel quia ipfi non voce promebant fententiam, fed in aliorum patrum fententiam pedibus accedebant.

1. *Tam projectæ.*] Ipfum etiam Tiberium pigebat tam abjectæ eorum patientiæ, per quam nihil recufabant, quod vel ipfis, aut civitati pudendum effet, modo principi voluntatem fuam adprobarent.

2. *Proconfulem Afiæ*] Proconfulatus Afiæ continebat partem occidentalem Afiæ minoris, ad mare Ægæum, & ubi provinciæ Æolis, Ionia, & Doris ex notitia imperii orient. & Panciroli commentatio cap 101. *Tillemontius.*

3. *Violatum*] Objectantque quod divi Augufti numen perjurio violaffet fic *Freinsh.* Sed certe potuit aliter violari numen hujus dei, quam perjurio nec dicit Tac. quo facinore violatum illud fit. nec debet interpres in re ambigua Taciti mentem extendere.

4. *L. Cottam.*] Cicero Divinatione in Verrem, ibique Afconius & Valerius lib. VIII. cap. 1. *Lipfius*

no, Ser. Galbam à Catone censorio, P. Rutilium à M. Scauro accusatos. videlicet Scipio & Cato [1] talia ulciscebantur, aut [2] ille Scaurus, quem proavum suum, opprobrium majorum Mamercus, infami opera dehonestabat. [3] Junio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit: mox Sejani potentia senator, [4] obscura initia impudentibus ausis propellebat.

INTERPRETATIO.

Galbam à Catone censorio, P. Rutilium à M. Scauro delatos esse. *Nimirum Scipio & Cato talia vindicabant, aut ille Scaurus, quem proavum suum, Mamercus patrum suorum labes ac flagitium, pudendo ministerio dedecorabat. Junius Otho olim ludimagistrum professus erat: dein Sejani auctoritate in senatum adscitus, ignobilem origi-*

NOTÆ.

1. *Ser. Galbam.*] De Galba ibidem Cicero & Valerius. De Rutilio Livius Epit. LXX. Cicero in Bruto, & Oratore 1. Orosius lib v. *Lipsius.*

2. *Talia ulciscebantur.*] Quod non referendum ad *repetundas*, supra (nam talia ulcisci poterant Scipio & Cato) sed ad proxime objecta crimina, *violatum Augusti numen, spretam Tiberii majestatem.*

Et talia certe non ulciscebantur veteres illi, Ne satis illum crimine repetundarum subvertere posset Scaurus, addit crimen majestatis, quod omnium criminum complementum, quod scelus ultimum non rei sed delatorum, quod crimen eorum, qui nullum crimen haberent.

3. *Ille Scaurus.*] Nempe M Scaurus qui ter princeps senatus, & qui in tanto decore, paupertatem profiteri non erubuit. Val. Max lib. 4. 5. *M. autem Scaurus quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit, refert: Ait enim sibi decem solu mancipia, totumq; censum quinque atq; triginta millium nummum relictum. in hac penuria ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus* 30. mill. sunt 750 coronati.

4. *Junio Othoni.*] Declamator fuit eo ævo notus. Seneca pater, & ipsum & genus ejus dicendi describit, non sine nota l. II controv. 1. Ait illum usum tecto genere dicendi & suspicioso, ubi minime opus, & cum aperte liceret agere *Bene*, inquit, *de hoc vitio illius Scaurus ajebat, illum acta in aurem tegere.*

Acumen joci reddo, scriboque *legere.* Acta publica sunt, nec aliud tam vulgo promptum notumque, adeo ut proverbii loco Seneca filius alibi dixerit, *Beneficia in acta non mitto*, id est, non publico, non divulgo. Quid autem magis ridiculum, quam Acta publica alicui recitare in aurem? *Lipsius.*

Bene *tegere in aurem*, id est, ita garrire in aurem, ut res tegatur. Martialis: *Garris in aurem semper omnibus, Cinna.* opponit *tegere* τῷ *publica* Hoc dico, non prorsus adfirmo.

5. *Obscura initia propellebat.*] Suetonius de claris Rhetoribus *Paulatim & ipsa (Rhetorica) utilis honestaque apparuit: multique eam præsidii causa, & gloria appetiverunt. Cicero ad præturam usque Græce declamavit. Latinè vero senior quoque & quidem consulibus Hirtio & Pansa: quos discipulos & grandes prætextatos vocabat. Cnæum Pompejum quidam historici tradiderunt, sub ipsum civile bellum, quo facilius Cajo Curioni promptissimo juveni causam Cæsaris defendenti contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem M. Antonium, item Augustum, ne Mutinensi quidem bello omisisse. Nero Cæsar & primo imperii anno, publice quoque bis antea declamavit Plerique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia, adeoque floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atque ad summos honores processerint.*

Sueton. de illust. Grammat. cap. 3. *Pre-*

1 Brutidium artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat, dum æqualis, dein superiores, postremò suasmet ipse 2 spes anteire parat. quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ 3 tarda cum securitate, præmatura vel
cum exitio properant. Auxere numerum accusatorum Gellius Poplicola, 67
& 4 M. Paconius. Ille quæstor Silani, hic legatus. Nec dubium habebatur, sævitiæ captarumque pecuniarum teneri reum: sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa, cum super 5 tot senatores adversos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis responderet solus, & orandi nescius, 6 proprio in metu, qui exercitam quoque eloquen-

INTERPRETATIO.

ginem suam audacia & sceleribus promovebat. Nimia properandi libido incitabat Brutidium egregiis artibus adfluentem; & si recta via ingrederetur, illustrissima quæque adepturum, dum pares, mox excelsiores, demum suamet ipse vota antevertere cupit. quod plerosque etiam viros probos in exitium impulit, qui posthabitis, quæ sero & tuto potuissent obtinere, *præpropera vel cum pernicie sua accelerant. Accusatorum turba adjunxere se Gellius Poblicola, & M. Paconius. Ille quæstor Silani, hic legatus. Et procul dubio crimen habuit crudelitatis & avaritiæ; sed plurima adjiciebantur etiam innocentibus infesta; cum præter tot senatores infensos, eloquentissimis totius Asiæ, ideoque ad arguendum adscitis, unus ipse responderet; & dicendi rudis, proprio in pavore, qui*

NOTÆ.

tia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magna, ut constet, Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis πανὸς ἄγημα dicit, ducentis millibus nummum Quinto Catulo emptum, ac brevi manumissum: Lucium Apulejum ab Eficio Calvino equite Rom. prædivite, quadringenis annuis conductum, multos edocuisse. Ducenta millia sunt quinque millia coronatorum.

1. *Brutidium artibus honestis.*] Vera laus. Non solum enim inter oratores rhetorasque locum habuit, recensente Seneca, non semel: sed etiam historiam scripsit, ut ex fragmentis apparet, cum laude.

Pete à Seneca patre, in suasoria de morte Ciceronis puto eumdem esse, quem signat Juvenalis:

——— *Pallidulus mi*
Brutidius meus ad Martis fuit obvius
aram. Lipsius.

2. *Spes anteire.*] Corrupit eum impatientia moræ & festinatio, per quam primo æquales, dein superiores anteire, & postremò etiam ad ampliora quam paulo ante sperare ausus esset, adspirare conabatur.

3. *Tarda.*] *Qui spretis, quæ tarda* sunt *cum securitate*, quæ *præmatura* sunt, vel *cum exitio* suo *properant.*

4. *M. Paconius.*] Quem posthac reum majestatis Tiberius interfecit, admonitu scurræ cujusdam. Sueton. Tib. cap. LXI. *Interrogatum eum subito & clare à quodam nano adstante mensa inter copreas, cur Paconius majestatis reus, tamdiu viveret: statim quidem petulantiam linguæ objurgasse, cæterum post paucos dies scripsisse senatui, ut de pœna Paconij quamprimum statueret.*

5. *Tot senatores adversos.*] Alios etiam potuit habere adversos, sed præcise intelligit istos, de quibus supra, Scaurum, Iunium, Brutidium, Gelliũ, Paconium &c.

6. *Proprio in metu.*] Ut distinguat ab aliis oratoribus, qui reos defendunt, & in alieno corio ludunt, securi exitus caussarum, quicunque sit; sed Silanus tantæ vit nobilitatis patronos nullos habuit,

tiam debilitat: 1 non temperante Tiberio quin premeret 2 voce vultu, eo quod ipse 3 creberrime interrogabat: neque 4 refellere, aut eludere dabatur; ac sæpe etiam confitendum erat ne frustra quæsivisset. Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio

INTERPRETATIO.

expertam etiam facundiam infringit, haud moderante Tiberio, quin urgeret voce, fronte, cum ipse frequenter inquireret: neque refutare aut declinare reo fas esset, ac sæpe etiam confitendi necessitas erat, ne frustra interrogasset. Simul Procuratori publico addicti, seu venditi sunt *servi Silani, ut per cruciatus quæstio de iis haberetur,*

NOTÆ.

quantum patet ex Tacito, ob crimen *majestatis* ex quo *vinclum & necessitas silendi.*

1. *Non temperante.*] Divelli hoc non debet à prioribus est enim ex *multis* illis, quæ tum *adgesta* dixit paulo superius. *Freinshemius.*

2. *Voce vultu, eo quod.*] Sic 4 34. *Id perniciabile reo & Cæsar truci vultu defensionem accipiens.* Freinsh.

3. *Creberrime interrogabat.*] Ex eo colligunt, non ipsi licuisse respondere, quod creberrime interrogaretur à Tiberio, ideo premebat voce & vultu, quia creberrime interrogabat

At non ideo à respondendo absterrebatur Silanus. Sed quia principe ipso adsidente & urgente veluti novum crimen admittebat reus, si refelleret Cæsarem, aut elideret, imo necessitas confitendi erat omnia quæ inquirebantur, quamvis innocenti, ne velut in contumeliam principis verteretur, si frustra quæsivisset.

Quod alibi dicit Tac *Dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur* & infra *minui jura quoties gliscit potestas*, nec certe utendum imperio, ubi *legibus agi possit.*

4. *Refellere aut eludere dabatur*] Ideo, sicut opinor, quod, ut est apud Curtium 6 10. *Non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est, quæ judicem non docere videtur, sed arguere* Freinsh

Alii putant eo non potuisse refellere quod crebris interrogationibus omne tempus respondendi Tiberius exemisset: quod non putem probari cuiquam posse.

Alii videntur velle, tam exquisite & minutim interrogatum fuisse, ut necessario hæreret defensio, cum ad omnia occurrere, & singula statim diluere, non valeret

Alii, quasi expresso imperio prohibitus fuisset, se defendere: quod quia temporum istorum moribus non convenit, eam quam dixi sententiam præfero, ut existimetur suo metu & sævitia Tiberii turbatus impedituſque obticuisse ne cum ipso principe sibi altercandum foret, isq; magis etiam irritaretur.

R. fellere, aut eludere.] Sensus validior Taciti est, quem vulgo capiunt, neque refellere licuit principem judicem, neque eludere; ideoque pretium reo fuit confiteri, ne frustra quæsivisset princeps, si refellit, aut eludit principem, irritat. ergo si diffitetur periit, si confitetur etiam per eundum est.

Callidior Domitius Afer qui licet facundus orator, cum accusatus fuisset à Caligula, oratione scripto prolata, non aliter periculum evasit, quam cum auditor & admirator, potius quam reus, tandem defensionis loco eum se magis, ut oratorem, quam ut Cæsarem, metuere respondit. Quintil. Dio, Seneca.

Neque refellere.] Neque enim audebat ipsum refellere, neque poterat interrogationes ejus silendo aut dissimulando frustrari; ita ut confiteri sæpe quædam cogeretur, ne suspicionem præberet, quasi per superbiam aut contumaciam Cæsari interrogaunti nihil respondisset. *Freinshemius.*

acceperat,

acceperat. & 1 ne quis necessariorum juvaret periclitantem, majestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silendi. Igitur petito paucorum dierum interjectu, defensionem sui deseruit, ausis ad Cæsarem codicillis, quibus 2 invidiam & preces miscuerat. Tiberius quæ in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, 3 libellos divi Augusti

INTERPRETATIO.

& ne quis propinquorum reo in tali discrimine adesset, crimina majestatis supponebantur, nexus & necessitas tacendi. Itaque postulato paucorum dierum intervallo, defensionem caussæ reliquit, compositis tamen ad Tiberium literis, quibus indignationem precesque inseruerat. Tiberius quo facilius vetustatis obtentu, excusarentur ea quæ in Silanum struebat, legi præcipit commentarios D. Augusti

NOTÆ.

Ne frustra de crimine interrogasset, quod forte nullum erat, quod tamen quia Cæsar premeret, fatendum metu aut respectu fuit, aut ne Cæsar temere & injuste eum interrogasse videretur.

1. *Ne quis.*] Ne quis propinquorum adesset periclitanti, majestatis crimina interjiciebant, qua re necessitas silentii cunctis imponebatur, quum nemo iam odiosum atque periculosum patrocinium suscipere auderet. *Freinsh.*

Et certe quis contra majestatem reum tueatur? quis patronus adversus principem? quis roget aut prenset patres pro tali reo qui jam funus? Prisca repub. cum imperaret populus, nemo etiam patronus reis lesæ majestatis aderat, neque vel propinqui squallorem induebant.

2. *Invidiam & preces.*] Sic. lib. IV. *Profusis diu ac per silentium lacrymis, mox invidiam & preces orditur. Invidia* plerumque apud Tacitum est virulenta quædam publici odii concitatio lib. I *Tantum consternationis invidiæque concivit.* lib. II. *Nec ad invidiam ista, sed conciliandæ misericordiæ refero.*

Petronius arbiter: *contra, nos perturbati, ne videremur nihil agere, & ipsi scissam & sordidam tenere cepimus tunicam, atque eadem invidia proclamare, nostra esse spolia quæ illi possiderent. Sed nullo genere par erat causa nostra & conciones, quæ ad clamorem confluxerant, nostram, scilicet de more, ridebant invidiam.*

Sic Agrippina 4. 53. ubi *invidiam & preces orditur*, quamquam ferox ingenio nihil tamen dicit, quo Tiberius aperte videatur argui, sed tacitos invidiæ stimulos infert, *solitudinem, habilem juventam, Germanici conjugem ac liberos,* memorando. nam ea cuncta si contemneret, id invidiosum & sermonibus obnoxium apud omnes erat futurum. *Freinsh.*

Invidiam.] Precibus pro salute sua, etiam interposuit sparsim verba, quibus tangebat, quam iniquè secum ageretur, si condemnaretur, & quam adversi rumores in principem inde sequuturi essent.

3. *Libellos.*] Est qui vertat, quasi *libelli supplices* essent Augusti; quod falsum. *libelli, codicilli, commentarij* sæpe pro eodem sunt. de istiusmodi commentariis Sueton. Tib. 51. *At illa commota (Livia) veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate & intolerantia morum ejus è sacrario protulit, atque recitavit.*

Certe *libelli* isti seu *commentarij* Augusti continebant accusationem, & testimonia adversus Volesum, & etiam Senatusconsultum de ea re factum. idque genus memoriæ diligenter asservabantur, in conclavi, seu sacrario principis, & erant velut arcana imperii, quibus ipsi, & futuri principes informarentur.

Sic Tac. lib. 4. hist. 40. *Signo ultionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisq; accusandū poposcisset.*

de [1] Voleso Messalla ejusdem Asiæ proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari jubet. Tum L. Pisonem sententiam rogat. ille multum de *clementia principis* præfatus, *aqua atque igni Silano interdicendum* censuit, *ipsumque in insulam* [2] *Gyarum relegandum*. eadem cæteri, nisi quod Cn. Lentulus *separanda Silani* [3] *materna bona (quippe alia parente ge-*

INTERPRETATIO.

de Voleso Messalla ejusdem Asiæ rectore, factumque adversus illum decretum patrum. Tum interrogat L. Pisonem quid censeret. Ille amplissimis verbis exorsus de indulgentia Cæsaris, aqua & igni arcendum Silanum *statuit*, ipsumque in insulam Gyarum amovendum. *Eadem & alii* promebant, *nisi quod Cn. Lentulus censuit*, dividendas maternas Silani opes (quippe alia matre procreati) & filio restituendas *ad-*

NOTÆ.

1. *Voleso Messalla.*] De quo Seneca l. II. De Ira. *Volesus nuper sub divo Augusto proconsul Asiæ, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera, vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Græcè proclamavit, O rem regiam! Quis hac rex fecisset? non fuit hac ira, sed majus malum & insanabile.*

2. *Gyarum.*] De hac insula, seu scopulo, sic Strabo lib. 10. *Cum ad Gyarum jactu starem in ancoris quemdam agnovi tunc viculum, quem piscatores incolerent. Cumque inde solveremus, legatum quemdam à piscatoribus ad Cæsarem missum assumpsimus (erat autem Cæsar Corinthi ad Actiacum tendens triumphum) navigans una adpercunctantes respondit, quod levandi gratia tributi legatione fungeretur ad Cæsarem. Drachmas enim centum & 40. sese solvere, è quibus 100. magna cum difficultate pendere possent.* Centum Drachmæ sunt 30. libræ.

Gyarum.] Hæc insularum Cycladum una in mari Ægæo. hodie *Ioura*, in Archipelago, Turcis patet. *Tilkmon.*

3. *Materna bona, quippe alia parente.*] Certe hæc implexa. Pichena interpretatur, Silano fuisse matrem & novercam; materna autem bona intelligi, veræ matris, quæ separanda à novercæ, ac filio danda, aut aviæ paternæ Ego causæ nihil video, cur bona matris non fuerint Silani hic rei: & simul igitur cum paternis, pari jure, confiscanda.

Mihi semper aliquid occulti vulneris in hac scriptura visum, & sententiam affirmare pœne audeam, etsi vix scripturam. Sed hæc quoque fortasse fuerit: *quippe tali parente geniti*: vel *quippe illa parente*, per admirationem.

Enim vero Lentulus separari materna bona per honorem voluit, & respectu illius parentis: quæ ex Augusti sanguine scilicet esset. Hoc in Silanis verum est: & Tacitus noster lib. XIII. *Silanum abnepotem Divi Augusti* facit, & Plinius, *Divus Augustus neptis sua nepotem genitum vidit, quo excessit anno.* Stemma tamen seriatim hoc texere difficile sit.

Quod si in lectione nihil mutas: tum ego interpretari cupiam duas matres Silano huic reo fuisse, veram & novercam. Noverca autem bona maxima ex parte Silano reliquerat, in gratiam mariti, vel obsequiis, ut fit, privigni capta. Nune censet Lentulus, separanda ea bona, quippe cum *non ea parente genitus esset*: sed adventicia illa bona, & ex indulgentia data, filio item indulgenda. *Lipsius.*

Alia parente genitis.] Constat Silanos maternam originem ad Augustum retulisse, quomodo infra 13. 1. *Silanus D. Augusti abnepos* diserte traditur. Ut ita non absurdè legi possit: *Quippe Iulia parente geniti.*

Quid enim absurdi esset, si quis existimaret plures fuisse Iulias, quas quas hæ scriptorum reliquiæ nobis exhibent? ideoque ob præcellentiam hujus familiæ

indignum videri poterat, si bona inde provenientia publicarentur.

Quamquam & in illis verbis *reddendaque filio*, latet altera minoris sententiæ ratio, quam attendi video & in damnatione Suilii, infra 13 43. *Adempta bonorum parte. nam filio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quæ testamento matris aut avi acceperant* (an *avia ceperant*.)

Ut nimirum à matre vel avia profecta, viderentur non tam ad patres aut avos pertinere, (quamquam jure potestatis patriæ ipsis adquirebantur) quam ad liberos, quibus relicta erant, idque mitior interpretatione, ut dixi. *Freinshemius*.

Hoc stemma vir doctus sic constituebat; ut Silanus, quem Plinius neptis Augusti nepotem scripsit, esset hic *filius*, cui materna bona concedantur hoc loco; ipse autem *damnatus*, filius Iuliæ, quæ neptis erat Augusti.

Sed ratio temporum non congruit. Nam Silanus qui hic damnatur, consul fuit A. V. C. DCCLXII. demonstravi autem, Iulia nepte, ante annum DCCLIX. nullum Silanum nasci potuisse. *Freinshem*.

Lentulus dixit Silani materna bona in honorem familiæ, ex qua illa oriunda fuerat, non cum cetera substantia publicanda, sed filio reddenda esse. *Freinsh*.

Repone, *quippe Mallia parente geniti*. Omnia quidem bona Silani, quippe in insulam deportandi, publicanda erant: sed Lentulus rigorem sententia suâ mitigat, & bona materna damnati vult ipsius filio servari in honorem Manliæ, sive Malliæ gentis, unde genus maternum Silano. infra; *sororem quoque Silani Torquatam*.

Mos autem frequens virginibus mulieribusque Romanis nomen à matre sumere, præsertim si ea pars sanguinis illustrior esset. infra lib. XIII. *Sabina Poppaea T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, illustri memoria Poppæi Sabini consulari & triumphali decore præfulgentis*. Grotius.

Lege, *quippe Cornelia parente geniti*. Quia mater Iunii *Lepidi* gentilis erat Lentuli, grave huic videbatur, quod per legem dimidia parte bonorum multaretur reus, etiam bona ejus materna simul confiscari, seu publicari; & integra seorsum à reliqua massa, malebat ad filium consobrinum suum transire.

(Ita de Cn. Pisone præside Syriæ, qui priusquam damnaretur, se morte absolverat, censuit Cotta Cos. A. V. 773. *Partem bonorum ejus publicandam, pars ut Cn. Pisoni filio concederetur*, Tac. 3. Ann. 17.) quod hoc Lentulus in favorem familiæ suæ vergere prudenter judicaret.

Corneliam istam amitam hujus Cnæi Lentuli magnam, eumque Corneliæ è fratre pronepotem facio sic.

L. Cornel. Lentulus	Cn. Corn. Cn. F. Lentulus Cos. A. V. 740. Panvinius huic cognomen Gætulici tribuit.	Corn. Cn. F.	C. Iunius Silanus Cos. A. V. 737.
L. Corn. L. F. Lentulus Cos. A. V. 750.	Cossus, qui & Cn. Corn. Cn. F. Lentulus Cos. A. V. 752. post Gætulicus: Pighius Isauricum cognominat è Dione Panviniusque: sed male.	C. Iunius Silanus C. F. Cos. A. V. 763. Pro C. Asiæ, damnatus A. V. 775.	

niti) ***reddendaque filio*** dixit, adnuente Tiberio. At [1] Cornelius Dolabella, dum adulationem longius ſequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit, *ne quis vita probroſus, & opertus infamia, provinciam ſortiretur: idque princeps dijudicaret. nam à legibus delicta puniri: quanto fore mitius in ip-*
69 *ſos, melius in ſocios, provideri ne peccaretur?* Adverſum quæ diſſeruit Cæſar: *non quidem ſibi ignara, quæ de Silano vulgabantur: ſed non* [2] *ex rumore ſtatuendum.* [3] *multos in provinciis* [4] *contra quam ſpes aut metus de illis fue-*

INTERPRETATIO.

ſentiente Tiberio. At Cornelius Dolabella, dum aſſentationem ulterius ſectatur impellitque, intuſatis C. Silani flagitiis, adjecit, ne quis vita ſceleroſus & ignominia ſordidus, provinciam ſorte obtineret: idque Cæſar diſceptaret. quippe legibus in crimina animadverti: quanto fore lenius in ipſos præfectos, & felicius erga ſocios, præcaveri, ne delinqueretur? *Contra ea cenſuit Tiberius*, non quidem ſibi ignota, quæ de Silano jactabantur, ſed non ex vulgi ſermonibus decernendum. pleroſque in provinciis aliter, ſe geſſiſſe, ac ſpes aut formido de illis præ-

NOTÆ.

Coſſus, Coſſi F. Cn. N. Lentulus, Coſ. A V.778. in præfectura urbi ſucceſſor Piſonis, qui obit A. V.785. *Tac, Sen.* ep. 83. Hic eſt qui ſenſerat Præſides Provinciæ non poſſe accuſari, Coſſ. Sulla & Trione A. V.784. l.12. D. de accuſat.
Reineſius.

Cn. Cornel. Cn. F. Lentulus Gætulicus, Coſ. A. V.789. Hic eſt ille Taciti: Pighio Cn. Triumphalis F.

C. Appius Iunius Silanus Coſ. A. V.781. proc. Hiſp. occiſus A. V.795. Domum habuit in monte Cælio. Tac. IV. Ann. 64. Sed quia hunc Senatorem vocat ibi *Tac.* alius ab Appio fuerit.

1. *Cornelius Dolabella.*] Præter ceteros adulator: qui ſupra cenſuit, ut Tiberius ovans urbem iniret. cujus mentio in priſco lapide conjunctim cum hoc C. Silano: P. CORNELIUS P. F. DOLABELLA. C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN. MARTIAL. EX S. C. FACIVNDVM. CVRAVERVNT. IDEM QVE PROBAVERVNT. *Lipſ.*

Corn. Dolabella.] Lapis apud Lipſium (in quo Gruterus 6. p.176. addit *Coſſ.*) quod cuivis manifeſtum eſt, loquitur de P. Cornelio P. F. P. N. Dolabella C Iunio C. F. M. N. Silano Flamine Martiale Coſſ. A.V.762. Conſulem vero fuiſſe hunc, de quo Tacitus hoc loco, ex ejuſdem narratione fere negare auſim. Tiberius enim exhibet nobilitatem familiæ Iuniæ, dignitatem ſenatoriam, voluntatem ſororis; cur de Conſulatu & Flaminio, unde efficacius argumentum erat, ſilet? *Rupertus.*

2. *Ex rumore ſtatuendi.*] *Statuendi* verbum, nihil aliud quam privatum cujuſque judicium, nempe de hujus illiuſve moribus, non recte acceperunt de publicis decretis. *Freinſh.*

3. *Multos in provinciis.*] Vir idem etiam diverſe agit aliquando. nec ſemper ſibi conſtat. Sueton. de Vitellio 4. *Proconſulatum Africæ poſt hæc, curamque operum publicorum adminiſtravit, & voluntate diſpari & exiſtimatione. In provincia ſingularem innocentiam præſtitit, biennio continuato* &c. *At in urbano officio dona atque ornamenta templorum ſurripuiſſe* &c.

4. *Contra quam ſpes.*] Sic Otho ſe

rit, egisse. excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum; hebescere alios. neque posse principem sua scientia cuncta complecti: neque expedire, ut ambitione aliena trahatur. ideo leges in facta constitui, quia futura in incerto sint. sic à majoribus institutum, ut si antissent delicta, pœna sequerentur. ne verterent sapienter reperta, & semper placita. satis onerum principibus, satis etiam potentiæ. [1] *minui jura, quotiens gliscat potestas: nec utendum imperio, ubi legibus agi possit.* Quanto rarior apud Tiberium [2] popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atque ille prudens moderandi, si propria ira non impelleretur, addidit, *insulam Gyarum immitem & sine cultu hominum esse: darent Iuniæ familiæ, & viro quondam ordinis ejusdem, ut* [3] *Cytheram potius concederet. id sororem quoque Silani* [4] *Torquatam,* [5] *priscæ sanctimoniæ virginem*

INTERPRETATIO.

sumpserit. erigi nonnullos ad honestiora rerum amplitudine; alios torpescere; neque posse imperatorem cuncta amplecti animo: neque conducere ut aliena libidine aut nutu impellatur. propterea leges in facinora statui, quia futura in dubio sint. sic placitum veteribus, ut, si præcessissent crimina, supplicia succederent, ne mutarent prudenter inventa, & ab omni ævo adprobata; satis curarum principibus, satis etiam auctoritatis, & debilitari infringique leges, quoties crescat auctoritas imperantium, nec ad vim dominationis recurrendum, ubi jure experiri liceat. *Quanto varius se civilem adprobabat Tiberius, tanto hæc majori gaudio accepta sunt. Atque ille sciens temperandi, si propria offensione non incitaretur, adjecit,* insulam Gyarum asperam & ab omni cultu vastam esse: tribuerent Iuniæ genti & homini olim ejusdem dignitatis, ut Cytheram potius commigraret. id etiam Torquatam Silani sororem antiquæ castimoniæ Vestalem exposcere, *In hanc*

NOTÆ.

innocenter gessit in Lusitania, cum se in Urbe flagitiis fœdasset. Teste Sueton. *uxoris mœchus cœperat esse sua.* Et tamen *provinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari.* Sic & Tac. de Vespas. lib. I. hist. *Ambigua de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.*

1. *Minui jura.*] Est qui sic vertat, cum altius augetur vel attollitur potestas principum, tum eam subverti, subrui tollique; quod verum. Sed hîc præcise vult tantum Tac. tum minui vim legum.

2. *Popularitas.*] Quanto rarius civilis ingenii specimen dabat Tiberius, ita ut leges & æquum jus inter cives mallet, quam superbiam domini, fere semper tristis & *atrox in iis etiam quæ recte faceret*; tanto id lætius visum.

Popularitas.] Civilis status patientia.

3. *Cytheram.*] Insula maris Ægæi prope Peloponnesum provinciam Græciæ. hodie *Cerigo* in Archipelago, prope Moream provinciam imperii Turcici Europæi, hæc insula paret Reipublicæ Venetæ. *Tillemonius.*

4. *Torquatam.*] Cujus memoriam servat marmor Romæ: IVNIÆ. C. SILANI F. TORQVATÆ. VIR. VEST. MAXIMÆ. Itemque alterum in hortis Vaticani mihi lectum: I. IVNONI. IVNIÆ C. SILANI F. TORQVATÆ. SACERDOTI. VESTALI ANNIS LXIIII. COELESTI. PATRONÆ ACTIVS. *Lipsius.*

5. *Prisca.*] Vertunt, quasi jam olim ipsa sanctitatem coluisset. Intellige Torquatam sanctitatem habuisse, ex antiquis moribus, & parem priscis Virginibus Vestæ.

70 *expetere.* 1 In hanc ſententiam facta diſceſſio. 2 Poſt auditi Cyrenenſes, & accuſante Anchario Priſco, Cæſius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium equitem Romanum majeſtatis poſtulatum, *quod effigiem principis* 3 *promiſcuum ad uſum argenti vertiſſet*, recipi Cæſar inter reos vetuit; 4 palam aſpernante Atejo Capitone, quaſi per libertatem *Non enim debere eripi patribus vim ſtatuendi: neque tantum maleficium impune habendum. ſane* 5 *lentus in ſuo dolore eſſet; Reſp. injurias ne largiretur.* Intellexit hæc Tiberius 6 ut erant magis, quam ut dicebantur: perſtititque intercedere. Capito inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens,

INTERPRETATIO.

ſententiam ivere Patres. *Poſtea Cyrenenſes admiſſi, & poſtulante Anchario Priſco, Caſius Cordus captarum pecuniarum convincitur. Prohibuit* Tiberius *inter ſontes recipi L. Ennium equitem Rom. majeſtatis interrogatum*, quod imaginem Cæſaris communem in uſum argenti conflaſſet, *palam improbante & adverſante Atejo Capitone, quaſi ſic libertatem adſereret.* Non enim auferri debere Patribus poteſtatem decernendi: neque tantum ſcelus inultum relinquendum. eſto, lenis in ſua offenſione eſſet Cæſar, at publicas injurias ne condonaret. *Accepit hæc Tiberius, ut erant magis, quam ut jactabantur, perſeveravitque contradicere. Capito eo notabilior flagitio fuit, quod peritus humanarum divinarumque legum, bonum publicum,*

NOTÆ.

1. *In hanc ſententiam facta diſceſſio.*] Id eſt, in hoc ſenatus conſenſit. Duobus enim modis facta SC. ex literis Varronianis Agellius lib. XIV. refert: *aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur; aut conquiſitu ſententiis per ſingulos, ſi dubia res eſſet.*

Atejus Capito contra: & Tuberonem vere dicere ait, *nullum SC. fieri, non diſceſſione facta: quod in omnibus SC. etiam quæ per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria.* Ejus infra lib. proximo meminit Cornelius & lib. XIV. inquit, *poſtquam diſceſſionem conſul permiſerat, pedibus in ſententiam ejus iere.* Vertran.

2. *Poſt auditi Cyrenenſes.*] Ancharius idem etiam proconſul Cretæ, & ex Strabone lib. ultimo patet, Cretam cum Cyrenaicâ ejuſdem proconſulis fuiſſe. Etiam Suetonius Veſp. cap. II. *Quæſtor Cretam & Cyrenas provinciam ſorte cepit.* Ubi malè quidam libri, *provinciis.* Lipſius.

Cyrenenſes.] Cyrenaica, provincia Lybiæ regionis in Africa hodie pars occidentalis regni & deſerti *Barca*, in Barbaria & Biledulgerid regionibus. *Tillemon.*

3. *Promiſcuum ad uſum argenti.*] *Promiſcuo argenti uſu*, non tantum ſupellex argentea debet intelligi, ſed omne id, quocumque uſus argenti extenditur. puta, ſi ad arma exornanda, vel phaleras adhibuiſſet, aut creditoribus dediſſet. *Freinsh.*

4. *Palam aſpernante.*] Simili in re dixit Tac. *ea ſola ſpecies adulandi ſupererat.* Jam tum omne adſentationum genus exhauſtum profuſumque; quia nempe iſti vana & inani libertate in verâ certamq; ſervitutem abutebantur. ipſa libertate libertatem corrumpebant ſubvertebantq;.

5. *Lentus eſſet.*] Summa arte aſſentatoriæ libertatis hic adhibitum eſt vocabulum, quod in deteriorem ſenſum uſurpari ſolet. *Freinsh.*

6. *Ut erant.*] Reipſa noluit Atejus damnari Ennium, noluit forte abſterrere principem à clementia, ſed ita ſpecie libertatis prorupit, ut ſic magis extolleret celebraretque principem & lenitatem illius, qui cum paratos ad ultionem Patres haberet; in propria injuria, non tantum parceret, ſed etiam ſævire alios

1 egregium publicum, & bonas domi artes dehonestavisset. Incessit dein 71
2 religio, quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudi-
ne Augustæ equites Romani voverant 3 *Equestri Fortunæ.* nam etsi delu-

INTERPRETATIO.

& eximias pacis *artes ipse contaminavisset. Dein intravit subiitque* animos *reli-gio, quonam in delubro statuendum foret votum, quod equites Rom. pro valetu-dine Livia nuncuparant* Equestri Fortunæ. *nam quamvis plurima istius numi-*

NOTÆ.

prohibe:et palam & magno exemplo Nã eo major virtus quo magis adversatur impellentibus & insipentibus adulatoribus. Capito tamen hîc *insignitur infamia* &c.

1. *Egregium publicum.*] Tacitus dixit, sicut Varro, *villas pessimo publico ædificatas.* quem Livius imitari non veritus est, lib. 2. *Nec ambigitur, quin Brutus pessimo publico reges exacturus fuisset.* Sed ex ipso Tacito, ut solet, Sulpicius Severus histor sacræ lib. 2. *Quod initio jure judiciorum & egregio publico defensum.* Colerus.

Egregium publicum.] Vertit Harlæus *Rempub* sed Tacitus vocat illam humani divinique juris peritiam *egregium, publicum*, itemque *bonas domi* seu pacis *artes*; neque duo sunt hoc loco peritia illa juris & *bona domi artes.*

2. *Bonas domi artes.*] Non potest id exponi vocabulo, quod tantum vitam civilem & inculpatam, non etiam studiorum & præcipue juris peritiam (quæ hic unicè spectatur) significet. *Freinsh.*

Possint & intelligi eloquentia, & alia literarum studia, sed præcipue peritia divini humanique juris hîc intenditur.

3. *Religio.*] Ad religiones pertinens quæstio.

4. *Equestri fortunæ.*] Quidam legunt *Sequestri*, sed frustra. probare ante debuerunt fortunam tali cognomento dicatam fuisse, & habuisse templum Antii.

Sed certè equites Rom. quærebant, quia equites illi, *Equestrem* fortunam, seu templum illius, quo donum suum locarent; & *Equestris* dicta illa, vel quia equo insideret, vel quia pro equestri victoria vota olim dicataque erat. & nunc hoc loco etiam sunt Equites, qui votum nuncuparant pro valetudine Augustæ.

Sed repetenda altius origo templi Fortunæ Equestris structi olim in ipsa Urbe. Cum Q. Fulvius Flaccus prælio decertaret in Hispania adversus Celtiberos, fere impellebatur, cum erumpere equites duarum legionum jussit, qui statim *magna strage hostium cuneum transcurrerunt.*

Idem ultro audent alarii, seu sociorum equites. Tuncque *Celtiberi omnes in fugam effunduntur & Imperator Rom. aversos hostes contemplatus ædem Fortunæ Equestri, Iovique opt. maximo ludos vovit.* sic fere Livius lib. 40. 40.

Sed cum posteà Fulvius, quod voverat templum strueret *enixo studio, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset*, illud tegulis marmoreis exornatum cupiit, propterea que ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit, quod ædi suæ sufficiebat, & tegulas in urbem advehit.

Sed sacrilegii arcessitus in curiam, acerrime increpitus est à Patribus; decrevitque Senatus ut tegulæ illæ in templum Junonis referrentur. quippe censebant sic obstringi *religione populum Rom.* qui *ruinis templorum templa ædificaret.*

Addit miraculum Val. Max. lib. 1. 1. Fulvium post factum mente non constitisse: *quin etiam*, inquit, *per summam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decessisse, alterum graviter audisset affectum, cujus casu motus Senatus tegulas Locros* (seu Bruttios) *reportavit*, &c.

Ex quo loco Valerii conjiciebam, eo casu interjisse Fulvium, & marmore in Bruttios reportato, eoque mortuo, & filiis ipsius, (si viverent,) & ipsis Patribus ab infausto cœpto deterritis, neminem perfecisse templum, sic-

bra ejus deæ multa in urbe, 1 nullum tamen tali cognomento erat. repertum est ædem esse 2 apud Antium. 3 quæ sic nuncuparetur., *cunctasque carimonias Italicis in opidis*, 4 *templaque*, *& numinum effigies*, *juris atque imperii*.

INTERPRETATIO.

nit templa in civitate essent, *nullum tamen tali cognomine reperiebatur. excogitatum est fanum esse apud Antium*, *quod sic apellaretur*; omnesque religiones Italicis in civitatibus, delubraque, &. deorum imagiues in potestate Romanorum. esse. *Sic*

NOTÆ.

que omissum & relictum templum, ita ut ætate sequenti ne quidem vestigium exstaret.

Sed obstat Livius qui tale miraculum, ut vanum, fabulosum & indignum veritate ac majestate historiæ silentio prateriit. Imo, inquit ille lib. 42. c. 10. *Fulvius adem fortuna Equestris quam proconsul in Hispania dimicans cum Celtiberorum legionibus voverat, annos sex post quam voverat, dedicavit.*

Itaque illud templum structum, perfectum dicatumque est ab ipso Fulvio. & omnes anctores mansisse id testantur, & situm fuisse in nona regione Urbis. Imo & fuit etiam templum Fortunæ Equestris novæ in quarta-decima regione, & tamen nullum tali cog nomento exstat ævo Tiberii. quis hoc credat?

Audeam incusare hoc loco incuriam, seu brevitatem nimiam Taciti. nec uno hoc loco. debuit saltem dicere, fuisse olim tale tem plum, nec amplius exstare. an istud parergon historiæ? an uostra & illius cura tam indignum? Sed id pro genio Taciti, qui modica spernere amat.

Nec certe nobis scribebat posteris tam procul amotis, ad nos tam seros nepotes vix intendit, aut respexit Tacitns. respiciebat adhoc suum præsensque aut proximum ævum. quo amplissimæ memoriæ & longe doctiora monumenta historiarum manebant. nos usque adeo rerum Rom. studiosos fore haud cogitavit. Nec ipse immortalitatis suæ aut operis sui securus, post tam longiuquas ætates resurrectura studia satis prævidit.

Dubitando, dicam tamen, ut cousulam honori Taciti, illud templum vetus Fortunæ Equestris forte periisse, vel terræ motu, vel iuundationibus, aut incendiis, quibus obuoxia Urbs fuit, vel aliquo simili casu, ita ut non amplius exstaret ævo Tiberii.

Conjiciam etiam tū nondum extitisse templum Fortunæ Equestris uovæ, cum donum illud votum est ab Equitibus, sed postea constructum putem ab ipsis equitibus Rom. qui auctoritate, gratia & opibus præpollebant ævo principum, per procurationes administrandis negotiis, ut alibi diximus.

1. *Nullum tali cognomento*] Mirum vero. Nam & Livius & Valerius auctores sunt, Q. Fulvium Romæ didicasse ædem fortunæ Equestri. Nominat & Iulius obsequens. *C. Claudio*, inquit, *M. Perperna Coss. bubo in ade fortuna Equestris comprehensus inter manus expiravit.*

Incendio consumptam suspicemur: nisi obstaret P. Victor, qui eam collocat in regione IX. urbis suo etiam ævo. Fatebor ingenuè. aliud quod pro Tacito dicam non habeo. *Lipsius.*

Nullum tali cognomento.] At meminerunt hujus templi prioris posteriorisque temporis scriptores Quid ergo? potuit antiquitus exstructa fuisse tali cognomento ædes, mox incendio periisse, demum post Tiberii tempora restituta esse. *Freinsh.*

2. *Apud Antium.*] Sic olim teste Liv. lib. 21. 62. *Donum ex auri pondo quadraginta, Lanuvium portatum est &c. lectisternium Cara, ubi sortes attenuata erant.*

Antium.] Oppidum Volscorum populorum iu Latio; hodie iu ruinis jacet, &. ab Italis vocatur *Antio rouinato*, villa aut Burgus Campaniæ Romanæ ad mare *Tyrhenum*, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

3. *Qua in Italicis.*] Non solum quæ in Italia, sed etiam in toto imperio & ditione Rom. erant, ea omnia populi gentium victoris & rerum domini esse censebantur.

4. *Templaque.*] Liv. lib. 1. 38. Tarqui-

Romani

Romanæ &c. ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem Flaminem Dialem, prompsit Cæsar, recitavitque decretum pontificum: *quotiens valetudo adversa Flaminem Dialem incessisset, ut Pontificis maximi arbitrio, plusquam binoctium abesset: dum ne diebus publici sacrificii, neu sæpius quam bis eundem in annum.* Quæ principe Augusto constituta, satis ostendebant annuam absentiam & provinciarum administrationem dialibus non concedi. memorabaturque L. Metelli Pontificis maximi exemplum, qui Aulum Postumium Flaminem attinuisset. Ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi pro-

INTERPRETATIO.

munus apud Antium locatur. Et quia de carimoniis agebatur, Tiberius dilatum haud ita pridem responsum contra Servium Maluginensem Flaminem Dialem, tandem protulit, legitq; sanctionem Pontificum qua cautum erat: ut quoties Flamen Dialis incidisset in morbum ex Pontificis maximi voluntate plusquam duabus noctibus abesset Urbe: dummodo non diebus publicarum cærimoniarum, & ne sæpius quam bis eodem anno. *Quæ imperante Augusto decreta, satis [illegible] hanc peregrinationem annuam, & provinciarum curam Dialibus haud permitti. [illegible] utque exemplum L. Metelli Pontificis maximi, qui Aulum Postumium Flaminem [illegible] in Vrbe. Ita proconsulatus Asiæ translatus in illum consularem, qui post*

NOTÆ.

nius [illegible] &c. *D[illegible] me voi popu[illegible] lum [illegible] mum urbem. [illegible], aqu[illegible] m, termi[illegible] noi, del[illegible] ra, ute[illegible] l[illegible] a, divina humanaque om[illegible] a, in meam po[illegible] iquæ Rom. ditionem D[illegible] m A[illegible].*

1 *[illegible] plusquam binoctium [illegible].*] Apud Livium [illegible] v Camillus dixit, F[illegible] *Diali ne [illegible] m[illegible] extra urbem, ne[illegible]* Collegium tamen Pontificum potuit [illegible] veterum ceremoniarum fecisse, [illegible] collata sub modo in arbitrium Pontificis maximi cognitione, quomodo & quotiens, male se habenti Diali Urbe abesse liceret.

Quod decretum habuit, *ne diebus publici sacrificii*: non accip[illegible] de Idibus singulorum mensium, quibus [illegible] Flamen bove operabatur. Stata enim erant illa sacra, certoq; die facienda quibus diebus Servius Maluginensis [illegible] supra, *Pontifices si Flamen valetudine [illegible] diretur, Dialia sacra fecisse.* Quod si de [illegible] tel igas, decretum Pontificum prohi[illegible].

A[illegible] tur expono *sacrificij publici dies,* sacra [illegible] laria, ut ait Labeo, sive publica, quæ omnes cives pro populo [illegible] p[illegible] curis, [illegible] privato sumptu faciebant. Auctor Pompejus Festus lib. xiv. *Popular.*

Ita ex fide manuscripti *Ut Pontificis maximi arbitrio plusquam binoctium abesset.* Sententia videtur cum Flamini Diali binoctium abesse liceret, venia non petita, Pontificum decreto statutum est, ut valetudini curandæ ultra binoctium abesse posset, [illegible] tamen Pontificis maximi.

Sed hæc expositio redargui videtur, quod nullum decretum appareat, quo binoctii absentia sine Pontificis venia permitteretur. Quin immo noctem unam Diali extra urbem manere nefas, Livius lib v.

Sed fortasse Augustus ut pleraque alia, ita hæc ex horrida illa antiquitate deflexit, ut innuunt sequentia: *Quæ principe Augusto constituta &c. Pichena.*

Plusquam binoctium.] Ita in manuscripto de Mediceo ablegatis aliis vocibus, placetque. licere Flamini abesse, sed consulto & conscescente Pontifice etiam plusquam binoctium: sed duntaxat in adversa valetudine, & cum exceptionibus quæ sequuntur.

72 ximus erat, conlata. Iisdem diebus Lepidus à [illegible]nat[illegible] pet[illegible]t; *ut* 1 *basilicam Pauli*, 2 *Æmilia monumenta, propria pecunia firmaret ornaretque.* [illegible]t etiam tum 3 in more publica munificentia: nec Augustus 4 arguerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias, aut 5 exundantis opes ornatum ad urbis, & posterum gloriam conferre. quo tùm exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ [illegible]o[illegible]icus,

INTERPRETATIO.

Servium Maluginensem vetustissimus erat. Eodem tempore Lepidus postulavit à Patribus ut suo sumptu instauraret, exornaretque basilicam Pauli gentis Æmiliæ monumenta. *Vigebat eratque in usu etiamtum publica magnificentia. nec Augustus prohibuerat Taurum Philippum, aut Balbum, hostium spolia, vel abundantes divitias contribuere ad* [illegible] *rem Urbis, & posterorum decus. quo tum instituto Lepidus, & si non multis opibus adflueret,*

NOTÆ.

1. *Basilicam*] Idem Romanis erat *Basilica*, quod jam Gallis *Palais*, ædificium nimirum magnificum, in quo causæ agebantur *Freinsh.*

Basilicam.] Pauli Æmilii Basilica fuit [illegible] Octava regione Romæ antiquæ ex Roma Nardini lib. 5. cap 8. pag. 257. *Tillemontius.*

2 *Æmilia monumenta*] Bene Æmilia monumenta. Non enim unius Æmilii opus. Æmilius Paulus qui posteà cum C. Marcello consul, duas Basilicas, veterem refecit, novam locavit. auctor Cicero ad Atticum lib IV epist. XVII Novam interventu bello rum civilium non perfecit ipse: perfecit filius Augusto Paulus Æmilius, qui consul anno DCCXX. & posteà censor. Dio lib. XLIX. *Et porticum Pauli dictam Æmilius Lepidus Paulus proprio sumtu perfecit, & in consulatu dicavit.*

Eam incendio consumptam refecit XX. annis post alius Æmilius, ut narrat idem Dio lib LIV. *Post ea porticus, nomine quidem & specie instaurata est ab Æmilio, qui è gente prisini conditoris ortus erat, at revera ab Augusto & ab amicis Pauli restituta est.*

Et nunc post annos XXXV iterum collapsam, firmavit ornavitque Manius Lepidus, de quo dixi suprà. *Lipsius.*

Monumenta.] Ne pro sepulcris capias sed pro ædificiis splendidis, quæ in decus Urbis domusque struebantur.

3. *In more*] Erat enim tum etiam in usu, ut privati etiam publicis operibus sua pecunia exstruendis munificentiam exercerent.

4. *Arguerat Taurum.*] Scribendum, *ar*- *cuerat*. Id est, vetuerat, prohibuerat. *Lipsius.*

Recte *arguerat*, quomodo enim *arceret* Augustus, quod non reprehendebat, imo quod incitabat ipse impellebatque toto conatu, nempe ut ornaret urbem inundationibus & incendiis deformem.

Plus est *arcere* quam *arguere*. & qui arceret, qui neque arguebat, & [illegible] argueret ille, qui suadebat hortabaturque ad talia [illegible]pienda, Augustus.

Sueton Aug 29 *Sed & cæteros principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis & excultis urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt; sicut à Marcio Philippo ædes Herculis Musarum: à L. Cornificio, ædes Dianæ: ab Asinio Pollione atrium libertatis: a Munatio Planco ædes Saturni: à Cornelio Balbo theatrum, à Statilio Tauro amphiteatrum*, &c.

5. *Exundantis opes.*] Opes alias ab hostilibus manubiis intelligi, præfixa *aut* particula denotat. Quam non temere usurpavit auctor; sed ut ostenderet duo genera hominum ejusmodi opera exstruxisse: alios non sua impensa, sed manubiis hostilibus [illegible] alios privatis tantum opibus viguisse [illegible] ut huic magnificentiæ sufficerent.

Et potest declarari res exemplis [illegible] Philippus, qui hic nominatur, bellorum & [illegible]e manubiarum expers, ex suis bonis ædem Herculis Musarum, ut apud Suet. in Aug. cap 29. [illegible]itur, exst[illegible] S[illegible] Tan[illegible]us amplificat[illegible] lib. [illegible] Domitius aut[illegible]m G[illegible] Dionem lib 48. Pala[illegible]m [illegible] auro coronario. *Freinsh.*

avitum decus recoluit. At *Pompeii theatrum* igne fortuito haustum, Cæsar 1 *ex-
structurum* pollicitus est, *eo quod nemo e familia restaurando sufficeret; manente ta-
men nomine Pompeii.* simul laudibus Sejanum extulit, *tamquam labore vigilan-
tiaque ejus tanta vis 2 unum intra damnum stetisset.* Et censuere patres *effigiem Se-
jano, quæ 3 apud theatrum Pompeii locaretur.* neque multo post Cæsar cum Ju-
nium Blæsum proconsulem Africæ 4 triumphi insignibus attolleret, *dare id se*
dixit *honori Sejani*, cujus ille avunculus erat. Ac tamen res Blæsi 5 dignæ de- 73
core tali fuere. nam Tacfarinas quamquam sæpius depulsus, reparatis per in-
tima Africæ auxiliis, huc adrogantiæ venerat, 6 ut legatos ad Tiberium mit-
teret, *sedemque* ultro *sibi atque exercitui suo* post[illegible]ret, aut *bellum inexplicabile*
minitaretur. Non alias magis sua populique Rom. contumelia indoluisse Cæ-

INTERPRETATIO.

avorum honorem instauravit. At Tiberius promisit, restituturum se theatrum Pompeii incendio forte absumptum; propterea quod nemo è gente illa restituendo decori par esset, servato tamen vocabulo Pompeii conditoris *Etiam Sejanum celebravit*, tanquam opera & diligentia [illegible], tanta violentia ignium unam intra cladem substitisset. *Et decrevere Patres* imaginem Sejano, quæ apud monumenta Pompeii statueretur *Et paucis postea diebus, cum Tiberius eveheret, ornaretque Junium Blæsum præfectum Africæ ornamentis triumphi* id se tribuere *dixit* decori Sejani, *cujus ille avunculus erat. Attamen res à Blæso gestæ digna tali honore fuerunt. quippe Tacfarinas, licet sæpe fusus fugatusque, contractis rursus copiis, per penetralia Africæ eo audacia processerat, ut mitteret oratores ad Tiberium*, agrosque *ultro* sibi & agmini suo *flagitaret*, *aut* bellum arduum atque immensum minaretur. *Dicunt haud alias magis indignatum esse Tiberium de suo populique Rom. dedecore, quam*

NOTÆ.

1. *Extructurum*] Quod promisit nec tamen pe fecit Sueton lib. 47 [illegible] *Augusti* [illegible] *nemque Pompeiani theatri* [illegible] *post tot annos reliquit*

2. *Unum intra.*] Nempe quod intra unum illud Theatri damnum stetisset ignis.

3 *Apud theatrum Pompeji*] De ea re Seneca ad Marciam cap XXII *Decernebatur Sejano statua in Pompeii theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat exclamavit Cordus, tunc vere theatrum perire.*

Pompeji theatrum] Fuit in Octava regione Romæ antiquæ Hodie Palatium *Orsini* in Campo Floræ, & in regione *Regola*, Romæ modernæ ex Roma Ant Nardini lib. 6. cap 3. pag 328 &c *Tillemontius*

4 *Triumphi insignibus attolleret.*] Frequens Cornelio *insignium* horum mentio est: quæ observata sunt ex auctoribus, *corona, patera* [illegible]*urea*, *sella curulis*, *scipio eburneus*, *toga picta*, *tunica palmata*, *statua laureata*, *nomen triumphale.* Erant autem ea lege ornamenta ejusmodi concessa, ut donato commorerentur, & dum viveret, eis perpetuo uti licuit. *Vertranius.*

5. *Digna decore.*]Ut nefas olim fuit *repudiare* decretum à senatu triumphum, ita & flagitium indignos triumphos adpetere. Val Max. lib. 2 8 *Prabentur nunc cuijusibet gloria cupidi, qui ex desertis montibus, Myoparonumque piraticis rostris, laudis inopes, laurea ramulos festinabunda manu decerpserunt.*

6. *Ut legatos ad Tiberium.*] Voluit mittere legatos, aut certe id cogitavit postulavitque, sed non venere ad Cæsarem, ut puto, neque enim licuit hosti, mittere legatos ad Senatum, aut ad Principem, nisi volente & annuente duce, qui Provinciam regeret, in qua bellum habebatur.

Et de ea re pactum fieri cum eo duce debuit, priusquam proficiscerentur legati per terras & provincias Rom. alioqui nullo jure inviolati fuissent legati, nec sine comi-

fatem ferunt, quam *quod desertor & prædo, hostium more ageret.* [1] *ne Spartaco quidem, post tot consularium exercituum clades inulti in Italiam urenti, quamquam* [2] *Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret Resp. datum, ut pacto in fidem acciperetur: nedum pulcherrimo populi Romani fastigio, latro Tacfarinas, pace & concessione agrorum redimeretur.* Dat negotium Blæso, *ceteros quidem ad spem pro-*

74 *liceret arma sine noxa ponendi, ipsius autem ducis quoquo modo potiretur.* Et recepti ea venia plerique. mox adversum artes Tacfarinatis, haud dissimili modo belligeratum. Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, plures per globos [3] incursaret, eluderetque, & insidias simul tentaret; tres incessus, totidem agmina parantur. [4] ex quis Cornelius Scipio legatus præfuit, quia prædatio [illegible] in Le-

INTERPRETATIO.

quod perfuga & latro justorum hostium instar agitaret. ne quidem id Spartaco post tot consulares exercitus profligatos, impune Italiam incendenti, concessum esse, quamvis immanibus bellis Sertorii atque Mithridatis trepidaret Resp. ut inito fœdere & conditionibus datis acceptisque se populi Rom. fidei permitteret: tantum abesse, ut florentissima populi Rom fortuna, prædo Tacfarinas fœdere, & largitione terrarum conciliaretur *Mandat Blæso*, ut alios quidem rebelles in spem traheret, ab armis impune discederent, ipsum autem ducem quacunque ratione in potestare haberet *Et multi sic, impunitate* proposita, *redire ad obsequium. dein adversus fraudes Tacfarinatis haud dispari arte certatum. Quippe* [illegible] *quia vi militum inferior, latrociniis aptior plures per cuneos irrumperet, frustraretur[illegible] fraudemque & insidias etiam pararet; tres incessus, totidem exercitus disponuntur quorum uni Cornelius Scipio legatus imperavit, quia ex una parte diripiebantur Leptitani, & pe[illegible]*

NOTÆ.

tibus seu ducibus Rom. non sine commeatu Ducis Rom. (Centurio quandoque adponebatur) iter susceptum nunc *salvum ductum* vocant. Primo advenientes ad castra Rom. caduceatorem præmittebant eoque signo, jure gentium inviolati erant, etiam in bellis civilibus.

1. *Ne Spartaco quidem.*] Spartacus, Oenomaus, & Crixus, effracto Capuæ Lentuli ludo, in quo alebantur cum LXXIV. gladiatoribus, bellum servile in Italia concitarunt, & vocatis ad vexillum servis, occuparunt montem Vesuvium. Vicerunt P. Vatinium Prætorem, & Claudium Pulchrum Legatum, anno DCLXXX. confecti sunt à M. Crasso Prætore, qui de eis ovavit lauro coronatus.

2 *Sertorii atque Mithridatis.*] Sertorianum bellum excitatum erat anno DCLXXIII. confectum est à Pompeio, anno DCLXXXII. bellum autem adversus Mithridatem cœpit anno DCLXV. post R.C. confectum anno DCXX. *Muretus.*

3. *Incursaret eluderetque.*] Re[illegible]eet [illegible] factisque, non verbis insultans. *Frein*[illegible].

4. *Ex quis Cornelius*] Uni Cornelius Scipio præfuit, qui ab uno latere L[illegible] tra prædationes tueretur, [illegible] ad Garamantas viam Tacfarinati [illegible] ret; alia parte Blæsus filius, cum manu quam ducere ipse solebat Cirtensium pag[illegible] multi ab hoste vexarentur protegendos [illegible] sumpsit.

5 *In Leptinos.*] Eo[illegible], qui Lep[illegible] Africæ urbem colunt [illegible] ubique, etiam apud nostrum *Leptitani* vocantur; nusquam, quod sciam, *Leptini*. ut vitium videatur [illegible] repsisse, oscitantia librarii, & proc[illegible] talibus lapsu. *Freinsh.*

Leptinos.] Leptis parva, vel [illegible], urbs Byzacenæ provinciæ [illegible] Africa proprie dicta, & versus S[illegible] minorem. Hodie *Lempta*, Arabo Nu[illegible], Europæis verò *Monastero*, urbs regni Tunetani ad orientem

Fuit etiam *Leptis magna*, quæ & *Neapolis*,

tinos, & suffugia [1] Garamantum · alio latere, ne [2] Cirtensium pagi [3] impune traherentur, propriam manum Blæsus filius duxit: medio, cum delectis castella & munitiones idoneis locis imponens, dux ipse, arta & infensa hostibus cuncta fecerat, quia quoquo inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & sæpe a tergo erat: multique eo modo cæsi, aut circumventi. Tunc tripartitum exercitum plures in manus dispergit, præponitque centuriones virtutis expertæ. nec, ut mos fuerat, acta æstate retrahit copias, aut in hibernaculis [4] veteris provinciæ componit: sed ut [5] in limine belli, dispositis castellis, per expeditos & solitudinum gnaros, mutantem mapalia Tacfarinatem proturbat donec fratre ejus capto, regressus est, properantius tamen quam ex

INTERPRETATIO.

Garamantum erant ex alia, ne Cirtensium oppida inulta agere & ferre liceret, proprio agmini Blæsus filius præfuit, in medio imperator ipse cum validissimis propugnacula & arces opportunis locis immuniens, angusta & adversa omnia prædonibus effecerat, quia quocunque se verterent, pars aliqua copiarum Rom. instabat à fronte, à latere, & sæpe postremum agmen hostium invadebat: plurimique ea ratione occisi, aut intercepti. Tunc trifariam divisum agmen plures in cuneos dispertit præficitque centuriones spectata fortitudinis, nec, ut fieri solebat, exeunte æstate reducit militem, aut in præsidiis antiquæ provinciæ collocat: sed velut initio belli, ordinatis propugnaculis, per promptissimos & desertorum scientes profligat Tacfarinatem castra seu mapalia moventem. donec fratre ejus potitus Blæsus, *reversus est, festinantius tamen, quam expediret o-*

NOTÆ.

urbs Tripolitanæ Provinciæ in Africa proprie dicta, ad oram maris Africi. Hodie *Lebeda*, seu *Lepede*, urbs regni Tripolitani ad oram, in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemonius.*

1 *Garamantum.*] Garamantes late sumpti, populi Africæ interioris, ad fluvi[illegible] Hodie pars orientalis *Sara*, vel *D[illegible]*. *Tillemonius.*

2 *Cirtensium.*] Cirtesii populi Numidiæ provinciæ, in Africa minore. Hodie pars provinciæ *Constantina*, circa urbem Constantinam, in regno Algeriano sub clientela Turcarum, in Barbaria *Tillemonius*

3. *Impune traherentur.*] Scio quidem *trahendi* hanc quandoque significationem esse, quæ his supra 2, 52 *compellere in eandem* vel cogere ad easdem partes suscipiendas, ut hist. 2. 100. Sed ipsa res ex cujus ingenio, verborum ambiguitas explicanda est, non patitur aliud esse *trahere*, quam diripere, deprædari, populari.

Sic h 3 33. *Pecuniam vel gravia auro templorum dona sibi quisque trahunt.* Et facit adjecta vox *impune*, hunc inesse verbo sensum: item, quod in pagis nullum fuisset operæ pretium in partes trahendis. *Freinsh.*

Sic lib. 15 1. *Iam de Armenia concessum proxima trahi: & nisi defendant Parthi, lenius servitium apud Romanos deditis, quam captis esse.* Certe quibusdam locis, ut hoc [illegible]o lib 15 potest τὸ *trahere*, habere utrumq. [illegible]num qui enim vastat diripitque, simul & trahit sæpe in partes, vi vel sponte sed tamen aliquando tantum significat diripere, agere & ferre quod intelligendum ex anteced. & consequentibus.

4 *Veteris.*] Copias nec retrahit nec in hibernis habet, quæ in ea parte Africæ erat, quam pridem Carthaginensibus ereptam *veteris Provinciæ* nomine intelligebant

5 *In limine belli.*] Sic nempe, quia initio belli statim disponuntur castella locis opportunis, quæ sint subsidia nostris, & propugnacula in hostes, & quibus incursus hostiles retundantur, simul & copiarum & opum omnis generis receptacula sint, quæ in longum bellum comparantur.

utilitate ſociorum, relictis per quos reſurgeret bellum. Sed Tiberius [1] pro confecto interpretatus, id quoque Blæſo tribuit, ut *Imperator* à legionibus ſalutaretur; priſco erga duces honore, qui bene geſta Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures ſimul Imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem. conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum; ac tunc [2] Tiberius Blæſo poſtremum. Obiere eo anno viri inluſtres [3] Aſinius Sa-

INTERPRETATIO.

ciis, manentibus per quos bellum renovaretur. Sed Tiberius bellum pro patrato accipiens id etiam Blæſo conceſſit, ut Imperator *à militibus appellaretur veteri erga duces decore, qui rebus præclare geſtis, lætitia & ardore victricium legionum ſic ſalutabantur: exſtabantque plures ſimul Imperatores, & omnes ſibi invicem pares. Etiam Auguſtus nonnullis* ducibus *id nomen tribuit: ac tunc Tiberius Blæſo ultimum* conceſſit. *Eo anno interiere clari viri*

NOTÆ.

1. *Pro confecto interpretatur.*] Sic ſupra, ubi de Germanico, quem Tiberius partæ jam gloriæ abſtulit in Germania, tum etiam pro confecto & patrato bellum accipi voluit, ne patraretur, & ne quis patrati belli gloriam haberet, maluit id relinquere, quam conficere, nempe confecti belli decus aliis invidebat.

2. *Tiberius Blæſo poſtremum.*] Olim & liberâ repub. multi imperatores dicti ut quiſque rem ſuis auſpiciis benè geſſiſſet. Diſplicuit Auguſto, & ut reliquos honores in ſe, ſic & hoc nomen traxit, quod communicarum poſteà cum paucis, & fere non niſi ex gente Auguſta.

Tiberius tamen hic Blæſum Imperatoris nomine inſignit: cumque è privatis poſtremum, id eſt, ut poſt inde ſoli principes eo titulo ſint uſi, nemini ultra conceſſo ſubditorum. Velleius: *Iunius Blæſus proconſul in Africa ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit.*

Neque etiam indignum nota, quod obſervamus in nummis & inſcriptionibus, Imperatoris titulum, cum principis eſt, præponi; cum victoris, ſubjungi. hoc modo, *Imp. Cæſar Auguſtus*, &c. contra. *Iunius Blæſus Imp. M. Tullius Cicero Imp.* Quod etiam è Suetonii Julio colligas cap. LXXVI. cujus id inventum. *Lipſius.*

3. *Aſinius Saloninus.*] Aſinio Pollioni oratori & hiſtorico filius natus Aſinius Gallus, quem captis Salonis, Dalmatica urbe, agnomento dixit Saloninum. Servius auctor in Virgil. Eclog. II. Etſi id cognomen Tacitus & Dio illi nuſquam tribuunt, contenti dixiſſe Aſinium Gallum.

Is Saloninus duxit Vipſaniam, Agrippæ filiam, dimiſſam paullo ante à Tiberio, qui ex ea ſuſtulerat Druſum. Hoc eſt quod Tacitus lib. I. ſcripſit: *nec Ga[illegible] ideo iram ejus lenivit, pridem invi[illegible], tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filiâ, quæ quondam Tiberii uxor fuerat, [illegible] quam civilis agitaret.*

Habuit ex ea liberos complures. Viriles ſexus iſtos, C. Aſinium Saloninum, de quo hic: Aſinium Gallum, de quo Suetonius, & Dio. Aſinium Pollionem, qui c[illegible] anno urbis DCCLVI, de quo [illegible] Tacitus, Dio & Fa[illegible]. Aſinium Agrippam, de quo libro ſequenti. Aſinium Celerem, quem conſularem Plinius nominat & p[illegible] ſub principe Ca[illegible].

Nec vanum eſt, quod tribuo tam multos. Jubet [illegible] Tacitus lib. VI. ubi de morte Aſinii Galli patris. *Scilicet medio triennio defuerat tempus ſubeundi judicium conſularis ſenis, tot conſularium parentis.* Cui loco abunde lucem fecerint iſta.

Sed quomodo hic Aſinius [illegible]nus Druſi frater mortuus dicatur, q[illegible] Suetonius & Dio vivum ponunt Clud[illegible] nam Suetonius ecce, cap. te xr[illegible] Claudio. *Conſpiraverant ad res novas [illegible]us Aſinius & Statilius Corvinus Pollionis ac Meſſallæ oratorum*

loninus, [1] M. Agrippa & Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis Cæsarique [2] progener destinatus. Et Capito Atejus, de quo memoravi, principem in civitate locum [3] studiis civilibus adsecutus; sed avo centurione Sullano, patre prætorio. [4] consulatum ei adceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium iisdem artibus præcellentem dignatione ejus magistratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora simul tulit. sed [5] Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi,

INTERPRETATIO.

Asinius Saloninus, avis M. Agrippa, & Pollione Asinio & fratre uterino Druso inlustris, & Tiberii nepti vir destinatus. Et Capito Atejus, de quo retuli, juris civilis peritia civium Romanorum factus princeps, sed qui avum centurionem Sullanum, patrem pratura functum haberet. consularem dignitatem ei adproperaverat Augustus, ut istius muneris decore antecelleret Labeonem Antistium, qui iisdem studiis pranitebat. Quippe eo avo simul floruere duo pacis ornamenta. verum Labeo vir integer atque pervicax libertatis, ideoque fama clarior: Capitonis obsequentia imperitantibus acceptior erat. Illi, quia intra

NOTÆ.

nepotes. & Dio lib ultimo *Asinius vere Gallus Drusi frater uterinus insidias paravit Claudio,* &c. Ne quæras ultra, frater hic fuit Salonini, non ipse. *Lipsius.*

1. *Asinius Saloninus.*] Lapis Puteolanus CN ASINIO POLLIONIS. ET AGRIPPÆ NEPOTI PUTEOLANI. PATRONO PUBLICE. Lipsius quinque Pollioni è Gallo filio nepotes recenset, nullum Cnæum nominat. Ex iis M. cognomine Agrippa Co. A. V. 777. Non Caio Asinio Gallo, sed Marco, qui alter C. Pollionis filius erat natus esse videtur. & ex hujus filia M. Asinius Marcellus Eserninus. De quo Caii patris sui tempore Suet. Oct. c. 43.

Fuit eodem tempore Asinius Pollio Trallianus sophista & historicus, cujus adfinitatem cum Romano isto ostendas. *Rupertus.*

2. *M. Agrippa.*] Qui fuit avus ejus maternus, pater ipsius Gallus Asinius duxerat Vipsaniam filiam M. Agrippæ & Pomponiæ Attici filiæ, ex Vipsania Agrippina & Asinio Gallo procreatus iste Agrippa.

Hinc Druso fratre clarus, qui filius ejusdem Vipsaniæ & Tiberii. eidem Agrippæ destinata uxor aliqua filia Germanici, ut puto, quæ neptis Cæsaris, sicque progener illius fuisset.

3 *Progener.*] Agrippa destinatus progener Tiberio, sed cum Asinium Gallum patrem prius occidisset Tiberius, ideo, puto à talibus nuptiis repulsus est. forte destinatus vir erat Drusillæ filiæ Germanici.

4 *Studiis civilibus.*] *Civilia studia* opponit bellicis, opinor. suntque eadem quas supra 3. 70. *bonas domi artes* vocaverat, in quod *domestico loco* publicis opponitur. ut dictum est. & *bonæ artes*, sicut hic quoque *civilia studia*, præcipue quidem ad jurisperitiam. non tamen unam referenda sunt.

Nam *ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam se atque Dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat*, Gellio teste 13. 10.

Nec dicit auctor, inter Jurisconsultos principem locum adsequutum esse Capitonem: verum non claritudine generis, non virtute militari, sed studiis civilibus ad summas in urbe dignitates evectum fuisse. *Freinsh.*

Fallitur, cum dicit *bonas domi*, sive privatas *artes* publicis opponi. Imo Tac. vocat in *egregium publicum.* & opponit illas *bellicis*, non vero publicis.

5. *Consulatum.*] Quem cepit inter suffectos, anno urbis DCCLIX. x. Cal. Julii. Lapis priscus Romæ C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO POSTUMO COS.

6. *Labeo incorrupta libertate.*] Patrem æ-

quod præturam intra ſtetit, [1] commendatio ex injuria, huic, quod conſulatum adeptus eſt, odium ex invidia oriebatur. Et [2] Iunia ſexageſimo quarto poſt
75 Philippenſem aciem anno ſupremum diem explevit, Catone avunculo genita, C. Caſſii uxor, M. Bruti ſoror. Teſtamentum ejus multo apud vulgum rumore fuit; quia in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore

INTERPRETATIO

præturam ſubſtitit, decus ex contumelia, huic, quia conſulatum obtinuerat, odium ex æmulatione [illegible]. Etiam Iunia anno quarto & ſexageſimo poſt Philippenſe prælium extremum ſpiritum hauſit, Catone avunculo procreata, C. Caſſii conjux, M. Bruti ſoror. Suprema tabula illius plurima apud plebem fama & ſermonibus [illegible] quod in ampliſſimis divitiis Tiberium præterierit, cum fere omnes primores cum decore me-

NOTÆ.

mulatus, virum præclarum & prudentem, qui bello Philippenſi pro libertate fortiter occubuit. Appianus lib. IV. *Labeo vero ſapientia clarus, is pater Labeonis qui etiam nunc peritia legum celeberrimus eſt, fideliſſimi ſervorum ſuorum dextram prehendens & circumvertens, eo modo quo aſſerere in libertatem ſolent Romani, converſo ſeu liberato gladium dedit, & ſe interfici juſſit.*

1. *Commendatio ex injuria.*] Antiſtius ille Labeo agebat incorrupta libertate: *agitabat hominem* (ait adverſarius ejus Ateius apud Gell. 13. 12.) *libertas quædam nimia atque vecors, ita que eo, ut D. Auguſto jam principe, & remp. obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Hæc ille, qui ſub Auguſto ſervilem in modum ſu[illegible]di [illegible], occ[illegible] Tiberio dedidicerat morem inveteratum. Tac. hoc lib. cap. 70. Sueton. in Grammat. cap. 22.

Sed quadam *injuria* affectus Labeo, ſi ei quoq; conſulatus oblatus eſt ab Auguſto, ut refert Pompon. l. 2. § 47. D. de orig. jur. putatur Labeonem ſuffici noluiſſe, nam *ſuffectus* plerumque dicitur, quem ſubſtituunt in locum vita functi: idque (opinor) non erat in ea dignatione, qua electio prima. Suffectorum nomen famæ non tantum inferebat, quantum prior, quod omnia nomine demortui ſemper ſignabantur. Verum nihil promovemus, quia Ateius etiam inter ſuffectos recenſetur.

Utri horum credam? Cornelio cui propius vero ſit Auguſtum procul eum à conſulatu eſſe voluiſſe, ut hominem præfractæ nimis & invictæ libertatis.

Nec eſſet abſurdum, ſi diceremus, Pomponium, ut Proculianum ſubblanditum eſſe Antiſtio Labeoni, cujus ipſe ſectam profitebatur: idque ne adverſa nempe Caſſiana, quæ Ateium Capitonem venerabatur, dignatione præcedere videretur.

Dixi Pomponium inter [illegible] hæc m[illegible] induxerunt [illegible] Pomponius Procu[illegible] non fecisset, ſi unus ex ejus ſectatoribus non fuiſſet, cum alias diverſæ factiones acerrime inter ſe digladientur. At adverſatur lex 40. D. de recep. arbit. Ubi ecce eum Caſſianum. Non decedam tamen de ſententia: duos enim invenio Juriſconſultos, nomine Pomponios. [illegible] 24. de rei vindic. *Salmaſius.*

2 *Iunia Catone avunculo.*] D. Junius Silanus, qui conſul cum L. Licinio Murena, uxorem habuit Serviliam ſororem M. Catonis, ex [illegible] nata hæc Iunia ſoror M. Bruti per matrem: nam Bruti pater fuit M. Iunius Brutus. Tertia vel Tertulla cognomen [illegible] qua notus Ciceronis jocus, *Tertia deducta eſt.*

Diverſa igitur ab hac Junia [illegible] Velleius: *M. Lepidus juvenis* [illegible] *vir fuerat reip. conſtituend*[illegible] *Iunia Bruti ſorore natus.* Nam hæc [illegible] Le[illegible] fuit, niſi ſi ante Caſſii [illegible] non opinor. *Lipſius.*

nomina-

[1] nominavisset, Cæsarem omisit. [2] quod civiliter acceptum: neque prohibuit quominus [3] laudatione pro rostris, cæterisque solennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familiarum [4] imagines antelatæ sunt,

INTERPRETATIO.

moravisset: neque vetuit Cæsar, quin habita oratione apud Rostra laudaretur, cæterisque cærimoniis solitis exsequiæ ejus celebrarentur. Effigies viginti nobilissimarum gentium prælatæ

NOTÆ.

1. *Nominavisset.*] Nempe ita ut ipsis legata relinqueret in honorem & veluti judicium ac testimonium virtutis & amicitiæ illorum. Neque enim præteriti Cæsares saltem boni in testamentis, tam legata seu opes quærebant, quam ultimū de se testimonium judiciumque in amicis exoptabant, desiderabant.

2. *Quod civiliter.*] Quod accepit ut unus civium, vel accipere simulavit. nam in animo revolvente iras, multa abstrudebat ad tempus. & certè si supra civem se efferre voluisset & legum dominum se tulisset, facile contumeliam hanc seu contemptum vindicare potuit. sed quid? adhuc Pompejana fuit Iunia. sic anui pervicaci libertatis se ulcisci saltem licuit.

3. *Laudatione pro rostris.*] Apud Græcos antiqua & solennis laudatio virorum & præcipue, qui in prœliis pro patria occubuerant. Non ita solenne de feminis, attamen aliquando usurpatum.

Patet ex Athen. lib. 15. *Quin & Aristoteles in sua defensione, nisi forte supposititia est: sic ait, Hermeia, ut immortali, cum ego sacrificare non deliberarem, sepulchrum, ut mortali, exstruxi: immortalem vero famam ejus reddere cupiens, funebri commendatione atque laudatione illam cohonestavi.* Quod tamen, forte, privata & scripta tantum oratione fiebat, quæ postea edebatur, non publice pronuntiabatur.

Apud Romanos, primum à primis Consulibus in usu fuit laudatio virorum. At de feminis non statim invaluit mos. Plutar. in Camillo originem ejus ritus describit.

Cum nempe ageretur de cratere aureo conflando, quod donum apud Delphos Apollini dicaretur, feminæ consilio inter se habito, quod habebant in mundo muliebri aurum singulæ præbuerunt in tale donum, collectumque pondus auri octo talentorum.

Ideoque feminis tribuit Senatus convenientem honorem, decrevit laudationem ipsis post obitum, quemadmodum & viris, quippe antea usitatum non fuit, laudari feminam defunctam publice.

Attamen cum honores fœminis ex ea liberalitate concessos memorat Livius, silet de laudatione post mortem.

Distinguit Plutarchus in Cæs. traditque, laudatas seniores fœminas post obitum; non autem juniores. *Patrium institutum Romanorum fuit funebri laudatione celebrare fœminas ætate provectiores. Non item juvenes immature fato ereptas. Primus suam uxorem Cæsar, cum junior ea è vivis excessisset, laudavit pro Rostris, quo facto gratiam meruit in vulgus.*

4. *Imagines antelatæ.*] Ii soli habebant *jus imaginis* qui magistratum curulem obtinuerant, & sic neque Quæstura, neque Tribunatus jus imaginis dabant. Itaque prima imago ex Ædilitate curuli. Cicero in Verrem de se Ædile. *Ob earum rerum sollicitudinem atque labores, fructus illos datos, antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.*

Hæ imagines fuerunt *expressi cera vultus* Plin. humerotenus tenus. Cur disponerentur in atriis explicat Valer. lib. 5. cap. 8. *Prudentissimoque viro succurrebat effigies majorum cum suis titulis, idcirco in prima ædium parte poni solere; ut eorum virtutes, posteri, non solum legerent, verum imitarentur.* Non tamen omnes ex cera effictæ illæ imagines.

[1] Manlii, Quinctii, aliaque ejuſdem nobilitatis nomina: [2] ſed præfulgebant

INTERPRETATIO.

ſunt, Manlii, Quinctii, cateraque ejuſdem nobilitatis decora: at pranitebant Caſſius

NOTÆ.

Nam imago Africani quæ ex cella Iovis, & effigies ſuperioris Catonis, quæ è Curia, promebantur in pompam, haud dubie ex ære fuerunt.

Diebus feſtis lætiſque majorum imagines aperiebantur ornabanturque. Seneca lib. 7. controv. 6. *Indicit diem feſtum, aperiri jubet majorum imagines*, &c. ſic & cum publica ſacrificia fierent, teſte Polybio. cui muneri impoſitus ſervus *atrienſis*. ſic & apud Sueton. Domit. 17. *Puer qui cura Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens interfuit cadi* &c.

His imaginibus adfixi tituli honorum, & rerum in magiſtratu geſtarum Plinius. *Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.* Livius lib 10. *cujus imaginis titulo conſulatus cenſuraq; & triumphus aquo animo legetur* &c.

In funere præferebantur imagines in perticis ſeu haſtis, forte in thenſis, ut fercula triumphorum Silius lib. 10.

Non conjux nati ve aderant, non juncta propinquo
Sanguine turba virum, aut celſis de more feretris
Pracedens priſca exequias decorabat imago.

Ferebantur in pompa imagines majorum etiam qui ante Romam conditam floruerant. Tac. lib 4. ubi de funere Druſi. *Funus imaginum pompa maxime inluſtre fuit, cum origo Iulia gentis Æneas, omneſque Albanorum reges & conditor urbis Romulus, &c. longo ordine ſpectarentur.*

Non tamen ſpectabantur in funere imagines Cæſarum qui inter deos relati eſſent. Dio ubi de funere Auguſti. *Poſt has ferebantur imagines avorum ipſius, ac cognatorum vita functorum, excepta Iulii Caſaris, quia inter ſemideos relatus* &c.

In pompa Cæſarum tria genera imaginum prælata. Sic Dio ubi de funere Pertinacis. Primo ferebantur imagines veterum Romanorum illuſtrium. Secundo loco ſtatuæ æreæ omnium nationum imperio Rom. parentium, ſic ornatæ, ut cujuslibet gentis patrius mos eſt. Tertio effigies multorum aliorum virorum, qui præclare feciſſent aliquid, aut excogitaſſent, aut nobili ſtudio aliquo floruiſſent.

1. *Manlii Quinctij.*] Quare Manlii? quia Junii Silani, innexi Manliæ genti. T. Manlius Torquatus filium in adoptionem dedit D. Silano De quo Ciceronem vide 1. de finibus, Valerium lib. v. de Quinctiis nihil dum repperi. *Lipſius.*

2. *Sed præfulgebant Caſſius atque Brutus quod effigies eorum non viſebantur.*] Immo viſebantur. Tac. l. 4. ann. *Quomodo imaginibus ſuis noſcuntur, quas nec victor quidem abolevit.*

Habebantur domi & in publico, ſed ut majeſtatis damnatorum in funeribus non præferebantur, lib. 2. ann. *Tum Cotta Meſſalinus, ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur, cenſuit.* Hæc autem duo lumina Romanæ gentis parricidæ dicebantur.

Nec fidem abrogat jam dictis, quod cultor domi Caſſianæ effigiei peſſundatus ſit: imperator enim arripuit anſam eum perdendi ex inſcriptione. *Objectavitque Caſſio, quod inter imagines majorum, etiam C. Caſſii effigiem coluiſſet, ita inſcriptam, Duci partium.* Salin.

Non ex ſola inſcriptione arripuit anſam Nero perdendi Caſſium. Sed ex veluti duplici crimine, nempe & quod effigiem C. Caſſii, *inter imagines avorum* coluiſſet, & quod eam ita inſcripſiſſet, *Duci partium.* non enim licuit habere imaginem hominis damnati hoſtiſque publici, inter alias avorum imagines, & longe minus licuit illam ita inſcribere. Sic enim ſemina diſcordiæ in Cæſares ſpargere, & propagare adhuc videbatur maligne talia interpretantibus.

Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum 1 non visebantur.

INTERPRETATIO.

& Brutus ob id ipsum, quod imagines eorum in ea pompa *non spectabantur.*

NOTÆ.

Puto, in Urbe non visebantur publice imagines Cassii aut Bruti, sed domi & in atriis colebantur. Et etiam in oppidis & coloniis apud socios, præcipue apud clientes populos quorum illi patroni fuerant. Patet ex imagine quam vidit apud Mediolanum Augustus, qui & ideo irasci simulans per risum, tamen Gallos laudavit.

Præfulgebant.] Sed ante omnes maxime conspicui mentibus hominum erant *Brutus & Cassius*, hanc ipsam ob caussam, quod imagines eorum, tamquam hostium Cæsaris, non præferebantur. *Freinsh.*

Conjurati lege Pædia damnati erant, & hostes denuntiati, ideoque in funeribus imagines eorum non visebantur. Non tamen domi habere stricte prohibitum, ut mox in damnatis obtinuit.

Apud Plutar. Cæsar laudavit pro Rostris Juliam uxorem Marii defunctam, & in exequiis Marii imagines proponere publice ausus est, quæ tum primum palam visæ sunt post Sullæ dictaturam, quippe Marii omnes hostes judicati erant. Forte tantum tolerabantur domi imagines damnatorum, in Urbe, & sæpius occultæ, non apertæ. Nam Cicero pro Sylla, *domus erit, credo, exornata, aperientur majorum imagines*, &c. *Omnia, judices; hæc amissa sunt, omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt.*

1. *Non visebantur.*] Invisorum infensorumque imagines amovebantur Tac. lib. 7. ubi de Messalina *Juvitque oblivionem ejus senatus, censendo nomen & effigies privatis ac publicis locis dimovendas.* sic & mox de Poppæa.

Damnatorum imagines frangebantur, revellebantur, in Gemonias abiiciebantur, etiam & conflabantur in promiscuum usum. Juven. *Frangenda misstam funestat imagine gentem*

Idem *Descendunt statuæ restemque sequuntur. Ardet adoratum populo caput* &c.

Eo ipso quo damnati senatusconsulto erant, eo ipso & abolitæ illorum imagines censebantur. Attamen turbat quod habet Tacitus lib. 2. 32. ubi de Libone. *Tunc Cotta Messallinus, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, censuit.* Sic indicare videtur Messallinus, non esse abolitas imagines Libonis, eo ipso judicio, quo damnatus est, nisi & senatusconsulto adderetur de imaginibus.

Quicquid sit, patet passim ex auctoribus, non licuisse hæredibus, filiis, propinquis, vel amicis quibuscunque, habere domi imagines damnatorum, præsertim in crimine majestatis. sic etiam prisca repub. usurpatum erat. Cicero. *Sex. Titius quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt Equites Rom. illo judicio, improbum civem esse, & non retinendum in civitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem ejus honestaret, aut desideria imperitorum misericordiæ commoveret, aut suam significaret imitandæ improbitatis voluntatem.* Attamen id toleratum fuisse liquet, nisi adverteret durius princeps, aut accusator aliquis.

Constat tamen non spectatas illas imagines publice in Urbe, nec in exequiis posterorum. Publice tamen spectatas fuisse in coloniis & municipiis constat.

Fuisse toleratas domi in urbe patet ex Tac. lib 4. de Cassio & Bruto loquitur. *Quomodo imaginibus suis noscuntur, quas ne victor quidem abolevit.* & lib. 11. 35 ubi de Silio Messalinæ adultero. *Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat.*

Fuisse etiam toleratas publice in oppidis & coloniis, patet ex Plut. & Sueton. ubi de

C. CORNELII TACITI
AB
EXCESSU DIVI AUGUSTI
ANNALIUM
LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Ælij Sejani præfecti pret. ingenium & mores. Is ad dominationem adspirat: & ut perveniat; Drusum Ti. filium è medio tollit, adjuvante uxore Liviâ, quam stupro prius polluerat. Eidem fini castra prætoria Romæ jubet exstrui, & militem in unum locum conduci. Ab hoc tempore lapsæ imperij res, ideoque qui status tunc rerum, qui numerus, quæ loca cohortium & legionum, Tacitus opportune exsequitur. At Druso jam mortuo, Senatum princeps ingreditur: Germanici duos filios inducit, eosque ut imperij hæredes patribus commendat. Sejanus quo destinata perficeret, Agrippinam callide calumniatur, & semina futuri odij in ipsam liberosque jacit. Tiberius legationes, & accusationes aliquot civitatum & provinciarum audit. Histriones sive Pantomimos immodestius agentes Italia pellit. De Flamine Diali ejusque cærimoniis temperandis nova lex lata. Sacerdotes, solemnibus votis, etiam Drusum & Neronem diis commendaverant, ægrè id Tiberius tulit, & initium in eos exitij fuit. C. Silius ex amicis Germanici damnatus. Cn. Piso, C. Cassius, Plautius Silvanus, accusati aut damnati. In Africa Tacfarinatis bello finis impositus, à P. Dolabella ipse Tacfarinas cæsus. Semina servilis motus in Italia, sed statim oppressa. Q. Vibius Serenus in senatu à filio accusatur, & Amorgum amovetur. P. Suillius aliique damnantur. Inter eos Cremutius Cordus historiæ scriptor, quod Brutum & Cassium laudavisset, ejusque libri combusti. Cyzicenis libertas adempta. Templi honorem ab Hispanis ob-

latum Tiberius spernit. Sejanus rebus ex voto adhuc fluentibus altiora struit: & Liviam sibi uxorem à principe petit. hic modeste negat, additis causis. Sed ille ut potentiam sibi augeret, magisque opportunum Tiberium haberet, perpulit eum ad secessum ab urbe. nec multo post persuasit. Interea Romæ legationes Græcorum auditæ, de jure asylorum. In Hispania L. Piso prætor a quodam agreste interficitur. In Thraciâ, montani Thraces dilectus abnuunt, arma sumunt. vicit eos Poppæus Sabinus, & triumphi insignia accepit. Claudia Pulchra Romæ adulterij accusata & damnata. Agrippina maritum sibi postulat, nec accipit. Undecim Asiæ civitates certant; in quâ earum templum Tiberio statueretur. Smyrnæi prælati. Tandem Tiberius, non ultra dilato consilio, in campaniam ab urbe abiit. ubi in speluncâ quâdam, repentino lapsu lapidum, periclitatur: sed à Sejano servatur; quæ res huic fidem addidit. Igitur Neronem majorem è liberis Germanici aggreditur, & variis artibus calumniisque subvertit. Amphitheatri casu Fidenis multa hominum millia debilitata, vel obruta. Romæ ingens incendium Cælium montem deurit. Princeps Capreas insulam transit, ibique se recondit. Titus Sabinus turpi fraude circumventus accusatur, damnatur ipsis anni Kalendis. Julia neptis moritur. Frisii rebellant: quos L. Apronius Proprætor inferioris Germaniæ parum feliciter repressum iit. Cn. Domitius Agrippinam filiam uxorem accepit. Hæc sexennio fere gesta.

C. Asinio C. Antistio Coss.
C. Cornelio Cethego; Visellio Varrone.
Cosso. Lentulo, Asinio Agrippa
Cn. Lentulo Gætul. C. Calvisio.
M. Licinio Crasso, L. Calpurnio Pisone.
Ap Junio Silano, P. Silio Nerva.

C. Asinio, C. Antistio Coss. [1] nonus Tiberio annus erat [2] compositæ Reip. florentis domus (nam Germanici mortem inter prospera du-

INTERPRETATIO.

C. Asinio, C. Antistio consulibus nonus Tiberio volvebatur annus, constituti imperij, vigentis familiæ: (quippe Germanici exitium inter secundas res numera-

NOTÆ.

Nonus *Tiberij annus erat.*] Nam quatuor illi menses ejus anni, quo duo Sexti Pompejus & Appulejus consules fuerunt, non numerantur in annis Tiberij. Fuit autem hic annus ab urbe condita DCCLXXV. ut auctor est Plinius l. 33. 2

Nonus. Quidam *decimus* sed falso. quamquam enim connumeratis Sex Pompejo Apulejoque Coss. decimi hi fuerint consules, ex quo Tiberius principatum susceperat, tamen nondum exacti erant novem anni a. XIV. Cal. Septemb quo die Augustus decesserat ad cal. Januarias, quibus consulatum C. Asinius C. Antistius inierunt: sed adhuc currebat quartus noni anni mensis. *Freinsh.*

2. *Composita.*] Neque reipub. pœnitendo statu, & inprimis domi prospera, fortuna nam inter res secundas mortem Germanici numerabat. *Freinsh.*

Composita reipub.] Nam in urbe pacata

cebat) cum repente [1] turbare fortuna cœpit : sævire ipse aut sævientibus vires præbere. [2] Initium & causa penes [3] Ælium Sejanum , cohortium prætoriis præfectum , cujus de potentia supra memoravi : nunc originem , mores , & [4] quo facinore dominationem [5] raptum ierit , expediam [6] Genitus Vulsiniis ,

INTERPRETATIO.

bat) cum subito mutare fortuna cœpit : ipse crudelis esse , aut crudelibus & furentibus subministrare potentiam Principium & origo ab Ælio Sejano , quem prætoriano militi imposuerat ; de cujus auctoritate antea retuli : nunc memorabo illius stirpem, ingenium , & quo scelere usurpatum ierit imperium. Natus Vulsiniis , parente Sejo

NOTÆ.

erant omnia , & externa bella virtute Germanici composita erant. Non à Tiberio inductam quietem , quæ sub Augusto maxime floruerat , sed conservatam sentit Tacitus.

Bene ordinata & *composita* tū respub. erat comparatè ad ea tempora quæ interitum Germanici , & Drusi secuta sunt , nam post nonum annum Tiberii, fortuna sævire , ipse Tiberius Sejanusque grassati atrocitate delatorum, veneno , sanguine & cæde civium cœperunt.

1. *Turbare.*] Cum res humanæ eodem in statu manere non queant ; ubi ad summum venere , in deterius mutentur necesse est. Hippocrates ait , αἱ εὐεξί-αι ὅταν ἐς ἄκρον ἴκῃ ἐπισφαλεστάτην εἶναι. Ita est & in fortuna familiarum, urbium & imperiorum , tum cum splendet maxime , frangitur. quare & eam *vitream* finxere.

2. *Initium & causa.*] Non sunt omnino idem , & distinguenda sunt, quamvis in Posterioribus videatur Aristoteles utrumque confudisse.

3 *Ælium Sejanum*] Is patrem habuit *Sejum Strabonem* : sed in adoptionem datus alicui ex Æliis , dictus mutato inflexoque , ut solet, patris nomine , *L. Ælius Sejanus* Id enim prænomen illi Dio dat lib. 57. At in nummo æreo legi adfirmat mihi quidam *Tiberium Sejanum* : cujus hæc inscriptio: TI CÆSAR DIVI. AUGUSTI. F. AUGUSTUS. AUGUSTA BILBILIS. parte altera, corona è quercu. TI. ÆLIO SEJANO. non vidi ego *Lipsius*.

Forte sic inscriptus nummus, (si ita sit) cum *socium laborum* Sejanum appellavit Tiberius, vel quia se veluti servum libertumque Tiberij per amorem & obsequium profiteretur Sejanus , qui amor maxime inclaruit, cum Tiberium servavit cœnantem in specu & fere oppressum , quod forte denotat corona è quercu , nempe ob civem & civium principem conservatum. Liberti autem nomen assumebant domini liberatoris vel etiam dominæ Hic autem libertus simul & liberator foret.

4. *Quo facinore.*] Nece Drusi , quem veneno sustulit.

5. *Raptum ierit.*] Sic lib. 2. histor. *Mox ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire , vulgatum est.* Sic lib. 15. 1 de Vologese *spretum Arsacidarum fastigium ire ultum* vel in. 4. 73. *neque dux Romanus ultum iit.* 6. 36. *Artabanus tota mole regni ultum iit.*

6 *Genitus Vulsiniis.*] Quia ergo Vulsiniensis Sejanus, ideo acutè & non sine morsu Juvenalis

——— *Idem populus si Nortia Thusco*
Favisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora
Augustum

Nam Nortia , vel potius , ut libri meliores , Nurscia , Volsiniensium peculiaris dea. Livius lib. 7. *Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nursciæ Etruscæ deæ diligens talium monumentorum auctor Cincius ad-*

[1] patre Sejo Strabone equite Romano, & prima juventa C. Cæsarem divi Augusti nepotem sectatus, non sine rumore [2] Apicio [3] diviti & prodigo [4] stuprum venum dedisse: mox Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum adversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret: non tam sollertia, (quippe iisdem artibus victus est) [5] quam deum ira in rem Romanam, cujus [6] pari exitio viguit, ceciditque.

INTERPRETATIO.

Strabone equite Rom. & initio juventutis comitatus erat C. Cæsarem nepotem D. Augusti, non sine fama venalem exhibuisse pudicitiam Apicio magna opulentia & prodigentia viro: postea Tiberium ita sibi *obstrinxit diversis artibus, ut occultum illum abstrusumque cæteris* mortalibus, *sibi soli improvidum, & apertum redderet: non tam perspicaci aut subtili ingenio (nam iisdem dolis subversus est) quam cælestium numinum offensione adversus remp. Rem. cujus pari clade* ille *floruit, periit-*

NOTÆ.

firmat Tertullianus: *Asculanorum Ancaria dea, Volsiniensium Nurscia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.* Lipsius.

Vulsinii.] Volsinium, oppidum Etruriæ provinciæ. hodie *Bolsena*, castrum ad lacum cognominem, in patrimonio sancti Petri & in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

1. *Patre Sejo Strabone*] Qui & ipse prætoriis cohortibus præfuit: sed eo in Ægypti administrationem misso, solus deinde filius curabat. Ob hæc officia, attollit eum magnifico elogio Vellejus: *Sejanus Ælius, principe equestris ordinis patre natus, materno vero genere clarissimas, veteresque & honoribus insignes, complexus familias.* Quod autem maternum genus? *Iunium*, ut opinor: hoc argumento, quod *Iunius Blæsus proconsul Africæ, avunculus* ei fuit. Tacitus lib. 3. extremo. *Lipsius.*

2. *Apicio diviti.*] Quod idem Dio adfirmat lib 57. qui *M. Gavium Apicium* nominat. Sed *Apicios* ejusdem notæ & luxus tres reperio. Primum, qui Athenæo nominatus libro 4. capite 20. quem à Posidonio celebratum ait, & auctorem fuisse, ut Rutilius in exsilium mitteretur. Alterum, qui Augusti & Tiberij ævo. de quo noster hic & Seneca Consolat. ad Elbiam: *Apicius nostrâ memoriâ vixit, qui in ea urbe ex qua aliquando Philosophi ut corruptores juventutis abire jussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplinâ suâ sæculum infecit.* Qui idem Plinio dictus *nepotum omnium altissimus gurges*: & de cujus deliciis volumen Apioni grammatico scriptum, lego in Athenæi lib. 7. At tertium, qui in imperio Trajani, cujus mentio apud Suidam in ὄστρεα. Τραιανῷ ἐν Πάρθοις ὄντι καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα παρὰ διέπεμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα. Si tamen Trajani ibi vox incorrupta. Id est *Apicius gulæ deditus ostrea misit Trajano apud Parthos versanti, è mari quod itinere multorum dierum hinc aberat, tanta arte ingenioq; condita compositaque, ut ad illam longinquitatem vecta, adhuc recentia & nova viderentur.* Extant tertij istius Apicij libri de re Coquinaria

3. *Diviti & prodigo.*] Hic ipse Tacit. lib. 11. *Ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.*

4. *Stuprum*] Infami rumore adspersus est, quasi Apicio divitiis & prodigalitate nobilissimo, florem ætatis vendidisset.

5. *Quam deum ira.*] Recte judicabant, irato deo maxima mala & publicè, & privatim evenire. *Memini relinqui me deo irato meo.* Virgil. 1. Æneid. *Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum confusam eripuit mentem* Cato. *Quis deus tibi non bene advocatus vecordem parat excitare rixam?* Virg 10. Æneid *Quis deus in fraudem, quæ dira potentia nostra egit?* Homer. Τίς δ᾽ ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι

6. *Pari exitio viguit ceciditque.*] Vi-

Corpus illi laborum tolerans: animus audax, sui obtegens: in alios criminator: juxta adulatio & superbia: palam compositus pudor: intus summa apiscendi libido: ejusque causa modo largitio & luxus, sæpius industria ac vigilantia. [1] haud minus noxiæ, quotiens parando regno finguntur. Vim præfecturæ modicam antea intendit, [2] dispersas per urbem cohortes [3] una in castra conducendo: [4] ut simul imperia acciperent, numeroque & robore, & visu inter se, fiducia ipsis, in cæteros 2

INTERPRETATIO.

que. Corpus illi patiens laborum; promptus animus, sui occultans, in alios fingens crimina: perinde adsentatio & adrogantia inerant; *in publicum adornata modestia seu verecundia, intus maxima imperij* adipiscendi *cupido, eoque consilio interdum liberalitas, & luxus, sæpissime solertia, & diligentia* quæ *perinde exitiabiles, quoties occupandæ dominationi simulantur. Potentiam præfecturæ quæ parva antea erat, auxit, contrahendo una in munimenta cohortes* prætorianas *quæ divisæ antea diversis locis urbis erant, ut simul jussa audirent* præfecti *multitudineque, & viribus, & aspectu inter se, audacia ipsis, in alios terror* sic *addi videretur. Prætexebat* co-

NOTÆ.

gens Sejanus, pravorum consiliorum auctor Tiberio fuit, struxit insidias multis, inimicosque aut suspectos pessum dedit. *Cadens* ruina sua traxit amicos, qui fere omnes à principe senatuque, exilio, aut morte multati fuerunt.

1. *Haud minus noxia.*] Quia post in contraria vitia gravius erumpunt. Tac. 2. hist. *Otho interim contra spem omnium non deliciis, neque desidia torpescere, dilatæ voluptates, dissimulata luxuria & cuncta ad decorem imperij composita: eoque plus formidinis afferebant falsæ virtutes & vitia reditura.* Inde etiam Tiberius, quanto intentus olim *ad publicas curas, tanto occultior in luxus, & malum otium resolutus.* Sic & Sallustius in Jugurth. *Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium à vobis petere, & postquam adepti sunt gerere, primo industrios, supplices, modicos esse, deinde per ignaviam ætatem agere.*

Noxiæ virtutes perinde ac ipsa vitia, cum parando regno præferuntur, & forte magis; nam etiam bonos ad factionem & partes inliciunt, trahuntque. fictarum virtutum specie res innovantur, dein & subvertuntur facilius.

Haud minus noxia.] Quæ virtutes haud minus noxiæ sunt in publicum, quam illa vitia (largitio nempe & luxus) quotiescunque non à naturæ bonitate proficiscuntur. sed parandæ dominationis & adquirendi hominum favoris causa, violenta simulatione extunduntur. *Freinsh.*

2. *Dispersas per urbem.*] Non per urbem modò, sed per oppida vicina dispersæ fuerunt prætoriæ cohortes, ex Suetonij cap. 49. in Augusto: *Neque unquam plures quam tres cohortes in urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hiberna & æstiva circa finitima oppida dimittere assueverat. Lipsius.*

Dispersas per urbem cohortes.] Sueton. Tib. 37. *Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia dispersæ continerentur.*

3. *Una in castra.*] Inter portas viminalem & Tiburtinam. *Muretus.*

4. *Ut simul imperia.*] Omnes in una castra collegit, eo consilio, ut universi eodem tempore jussa præfecti acciperent, simulque cum numerum suum roburque intuerentur, mutuo adspectu & ipsi ad fiduciam erigerentur, & aliis terrorem incuterent. Hæ veræ causæ erant, sed prætexebat lascivire militem, &c.

metus [1] crederetur. Prætendebat *lascivire militem diductum: si quid subitum ingruat, majore auxilio pariter subveniri: & severius acturos*, [2] *si vallum statuatur* [3] *procul urbis inlecebris.* Ut perfecta sunt castra, inrepere paulatim militares animos, [4] adeundo, appellando: simul [5] centuriones ac tribunos ipse deligere. [6] neque senatorio ambitu abstinebat,

INTERPRETATIO.

hortes intemperanter agitare, si quid repentinum incumbat, majore robore simul succurri, simul opem ferri, & arctiori disciplina usuros, si castra struantur procul urbanis delictis. *Ut peractum est vallum*, cœpit *sibi conciliare sensim militum studia, salutando, compellando nominatim* caligas: *etiam centuriones ac tribunos ipse provehere. Neque apud senatum* ipsum *ambitione temperabat, dum suos fauto-*

NOTÆ.

Ego vulgatam lectionem utcumque non sperno. Quod scilicet Sejanus, cohortes in una castra conducendo Tiberium ipsum, ac populum Rom. decipere cogitaverit, ea specie, ut illam militum conjunctionem, ad ipsorum fiduciam & ceterorum metum crederent; cum re vera ad potentiam sibi sedulo parandam pertineret. *Pichena.*

Sic interpretor, ut multitudinem suam noscendo, robur æstimando, vultus omnium singuli familiares habendo certi fierent de fiducia inter se se, deque metu sui apud cæteros; se, quicquid esset audendum, confidere inter se, aliis metum facere posse. *Gronovius.*

1 *Crederetur*] Nihil mutandum hoc loco. sic intellige ut numero, robore & visu inter se fiducia ipsis addi & in cæteros metus major crederetur, quam si dispersi fuissent.

2 *Si vallum statuatur.*] Id enim ex disciplina. Veget. lib 1. 3. *Et si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi sunt, proculque habendi à civitatis illecebris; ut eo modo, & corporibus eorum robur accedat & animis.* Tac lib. 2 *Simul juvenem urbano luxu lascivientem, melius in castris haberi.*

3. *Procul urbis inlecebris.*] Quomodo hoc verum? nam castra ista ad ipsam urbem fuerunt, juxta portam Viminalem: & hoc antiquarij nostri hodie docuerunt, vel Onufrium in urbe Romá vide. Adde hæc Scholiastis prisci, in Juvenalem: *Iuxta aggerem primus posuit castra Sejanus, id est super Diocletianas: quæ dicta sunt castra prætoria.* Sunt ipsa quæ dixi. nam Agger Tarquinij est ad Viminalem, & infra, Diocletianæ. Sed quod quærebam, quomodo igitur *procul urbis illecebris*? Non nimis herclè: nisi quod non in mediis ipsis, & quod amoti à consuetudine vulgi. Item quod vallo clausi & licentia cohibita: quo spectabat Sejanus aut spectare fingebat. *Lipsius.*

4 *Adeundo, appellando.*] *Adire* non ita capiendum autumem, ut sponte ad eos ventitasse credatur, nisi ad universos, jam in castra collectos: Sed ubi forsitam conspexisset aliquos, ad eos se convertisse & blande eos compellasse; neque hoc nominatim, quis enim potuisset, nisi forte Xerxis aut Cyri fabulosa memoria præditus? sic *appellare* dicimus etiam penitus ignotos. Plaut. Pœnulo 5. 2. 22. *Adibo hosce atque appellabo Punice. Freinsh.*

Comis vulgo militum & ἰναρόεσθαι haberi voluit, præveniebat eos ut facile ipsum adirent, eos blande compellabat salutabatque. *omnia serviliter*, ut Otho, *pro dominatione.*

5. *Centuriones.*] Ut honores & munia militaria sui beneficij faceret, centuriones ipse & tribunos provehebat, inscio, vel connivente aut etiam prono faventeque principe

6. *Neque senatorio ambitu.*] Id est, vo-

clientes ſuos honoribus aut 1 provinciis ornando, facili Tiberio, atque ita prono, ut *ſocium laborum*, non modo 2 in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret, 3 colique per theatra & fora effigies ejus, 4 interque principia legionum ſineret. Cæterum plena Cæſarum domus, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupitis adferebant. & 3

INTERPRETATIO.

*res dignitatibus, aut præfecturis auget, indulgente Tiberio, & ita prompte, ut con*ſortem curarum, *non ſolum in colloquiis* privatis, *ſed & apud ſenatum plebemque* cum *laudaret, extolleret, permitteretque honorari per theatra, & plateas imagines illius, & etiam inter aquilas & ſigna legionum. Sed pleni Cæſarum penates; filius juventa florens & nepotes jam puberes vota illius morabantur, & quia periculoſum*

NOTÆ.

lebat à ſenatu ambiri, coli: cum & eos promoveret, ac poſſe ibi doceret. *Lipſius.*

Neque ſenatorio ambitu abſtinebat.] Ea largiendo quæ ambitu & precibus ab ſenatu impetrari conſueverant. *Ferretus.* Neque caſtrenſi ambitione contentus, etiam in ſenatu eam potentiam factionemque ſibi comparavit, ut clientes atque ſatellites ſuos magiſtratibus atque provinciis pro arbitrio ſuo attolleret.

Non ceſſabat etiam in ſenatu ſe venditare ac gratioſum & potentem reddere. Qua ratione? nempe non patiendo ad honores & imperia pervenire, niſi quibus ipſe apud Tiberium ſuffragatus eſſet. Quo animadverſo, quis dubitaret hunc patronum adoptare? *Gronovius.*

1. *Provinciis ornando.*] Non Silebo, in Man. legi, *ornandi*: quod forte ſperuendum non eſt, ut quodammodo regatur à voce, *ambitu. Pichena.*

2. *In ſermonibus.*] Nempe in privatis & promiſcuis ſermonibus, verum & in publicis. in curia, in foro, pro Roſtris, in ſenatu coram patribus, in concione apud populum infra 40. *Id tantum aperiam nihil eſſe tam excelſum, quod non virtutes iſtæ, tuuſque in me animus mereantur; datoque tempore, vel in ſenatu, non reticebo.*

3. *Coli.*] Cultum divinum ſignificat, quem Sejani ſtatuis exhibitum fuiſſe diſerte teſtatur Dio. lib. 58. καὶ τέλος καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ταῖς τοῦ Τιβερίου, ἔθυον. *Et tandem etiam ipſius imaginibus, quemadmodum & Tiberij ſtatuis rem divinam faciebant.* Reſpicitque eo his verbis, ubi de ruina Sejani: ὅντε προσεκύνουν καὶ ὡς θεῷ ἔθυον. *quem adoraverant & ſacrificiis tanquam deum coluerant. Freinsh.*

Coli juſſit Sejanum tanquam *collegam imperij*, ut principem, ut Cæſarem, ut Heroa, ut divum, quod mali ominis fuit. Nam *divus* fit, modo non *vivus*, Tac. *deûm honor principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit.* Sed quem maxime perire volunt, hunc maxime ornant, fere quaſi victimam aræ & neci deſtinatam.

4. *Interque principia legionum.*] Sinebat quidem Tiberius, ſed invitus, ut ex Suetonio colligitur cap. 48. *Quadam munera Syriacis legionibus largitus eſt, quod ſola nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent.* Pich.

Erant *principia*, locus in caſtris honoratiſſimus, in quo jus reddebatur, & aquilæ ſignaque legionum ſervabantur, uti demonſtratum ad 1. 61. 1. 67. Inter ea autem ſigna, quæ pro *numinibus legionum* habebantur, 2. 17. inter illa ſigna Imperatorum imagines. Tac. h. 1, 36. *In ſuggeſtu, in quo paulo ante aurea Galbæ ſtatua fuerat, medium inter ſigna Othonem vexillis circumdant.* Freinsh.

tis os verberaverat. Igitur cuncta tentanti promptissimum visum, [1] ad uxorem ejus Liviam convertere. Quæ [2] soror Germanici, [3] formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine præcellebat. Hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit: & postquam primi flagitii potitus est. ([4] neque femina amissa pudicitia alia abnuerit,) ad conjugij spem, consortium regni, & necem mariti impulit. Atque illa cui [5] avunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi, seque ac majores & posteros [6] municipali adultero fœdabat; ut pro honestis & præsentibus, flagitiosa & incerta expectaret. Sumitur in conscientiam

INTERPRETATIO.

mum etat, *placuit, ad conjugem ejus Livillam se vertere. Quæ soror Germanici, prima juventa deformis, postea forma eximia pranitebat. Hanc veluti cupidine incitus stupro polluit, & cum primum facinus adeptus esset, (neque enim mulier, profligato semel pudore, cætera recusaverit)* eam *incitavit ad spem matrimonij, societatem imperij, & cadem viri. Et fœmina illa quæ neptis Augusti, nurus Tiberij, cui ex Druso proles, seque, & avos, & nepotes polluebat adultero provinciali:* ita *ut pro decoris & certis, scelerosa probrosaque & ambigua speraret.* Socius

NOTÆ.

à se averteret, quod tamen ægrè ferens commotior animo Cæsar, statim os hominis verberavit. Obnitendo tantum vim repulisse Sejanum verisimile est, ut adversus filium principis, forte tantum ut minas retunderet, quasi invicem minaretur.

1. *Ad uxorem ejus Liviam.*] Suetonius *Livillam* semper vocat: ut *Claudillam*, quam noster *Claudiam*. Nec te moverit, ὑποκόρισμα est, ut *Secundilla, Tertulla, Quartilla* in feminarum nominibus per blanditias frequens. Sic in Museo Carpensi lapis de hac ipsa Livia.

SECUNDA
LIVILLAES
MEDICA
TI CLAUDIUS
CÆSARIS L.
CELER ÆDITUUS A. VESTA

Lipsius.

2. *Soror Germanici.*] Filia Drusi ex Antonia minore.

3. *Forma initio ætatis indecora*] Tacitus *deformem* fuisse dicit, dein non minus *formosam*: at inter illa duo multum interest. Sic Aristonis Spartanorum regis uxorem ex deformi puella pulcherrimam evasisse tradunt Herodot. 6. cap. 61. & Pausanias in Laconicis. *Mox* nihil aliud significat hoc aliisque multis locis, quam *deinde*: nec ad proximum tempus restringendum est.

4 *Neque femina amissa pudicitia alia abnuerit.*] Subaudi, flagitia; *quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia?* Livius de Lucretia.

5. *Avunculus Augustus*] Id est, major avunculus. Nam Octavia soror Augusti ex Antonio genuit Antoniam, Antoniæ filia Livilla.

6. *Municipali adultero.*] Quasi diceret, ne *Romano* quidem. Nam *municipales*, tunc minus honorati, nec pares urbanis censebantur. Ita Juvenalis, per contemptum: *Municipalis eques.* Florus: *Municipalia prodigia.* Erat autem Sejanus *Vulsiniis* natus *Lipsius.*

Municipali adultero.] Cic. Philip. 3. 6. *Aricina mater. Trallianam aut Ephesiam putes dicere. Videte, quam despiciamur omnes, qui sumus è municipiis, id est omnes plano; quotus enim quisque non est? quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere despicit?*

¹ Eudemus amicus ac medicus Liviæ, ſpecie artis ² frequens ſecretis: pellit domo Sejanus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ³ ne pellici ſuſpectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, ⁴ diverſa interdum conſilia adferebat.
4 Interim anni principio ⁵ Druſus ex Germanici liberis ⁶ togam virilem ſumpſit: 7 quæque fratri ejus Neroni decreverat ſenatus, repetita. addidit orationem Cæſar multa cum laude filij ſui, *quod patria benevolentia in fratris liberos*

INTERPRETATIO.

& conſcius facinoris *adſciſcitur Eudemus familiaris & medicus Livillæ, prætextu profeſſionis, arcanorum particeps: Sejanus ſuis penatibus ejicit conjugem Apicatam, ex qua tres filios ſuſceperat, ne concubina ſuſpecta eſſet. Sed atrocitas ſceleris timorem, dilationes, moras & varia quandoque propoſita importabat. Interea Druſus ex Germanici filiis togam virilem ineunte anno induit, quaque cenſuerant* & *conceſſerant patres fratri ejus Neroni, Druſo pariter conceſſa & decreta. Adjecit orationem Tiberius, qua filium ſuum multo cum honore celebravit*, quod paternum amo-

NOTÆ.

1. *Eudemus.*] In criminatione medicorum non omiſit eum Plinius lib. 29. cap. 1. *Iam vero & adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Liviá Druſi Cæſaris.*

2. *Frequens ſecretis.*] Prætextu artis frequenter & ſine ſuſpicione ſecreto cum ipſa Livia verſari colloquiq; ſolitus erat.

Frequens ſecretis.] Non modo frequenter inviſit Liviam: verum etiam, eorum quæ ipſa ſecreto agebat aut conſultabat, medicus ſolebat eſſe particeps: adeo quidem ut ipſe quoque illam adulterio cognoviſſe arguatur à Plinio 29. 1. hæc autem ſub ſpecie, ſive prætextu artis facile perpetrare poterat: quia dum Livia ſe conſulere eum de valetudine ſua fingit, tanquam per verecundiam omnes arbitros ſubmovebat.

3. *Ne pellici ſuſpectaretur.*] Ne Liviæ cauſam ſuſpicionis præberet, quaſi illam non eſſet ducturus. *Freinsh.* Ne ſuſpectaretur Sejanus magis diligere uxorem. Ne ſuſpectaretur ipſe, quaſi nihil ageret amore Livillæ pellicis, & quaſi non omnia desereret, illius cauſa, quaſi non domum vacuam faceret cupidine Livillæ, ne ſuſpectaretur etiam Apicata, quaſi velut ex inſidiis & è domo Sejani velut è ſpecula dolos & amores utriuſque adulteri rimaretur promeretque. quod & evenit, ſed octo poſt annos.

4. *Diverſa conſilia.*] *Diverſa* hic ſunt omnino contraria prioribus, ideoque addit *interdum*, ut ſolet evenire in tam arduis, ubi magnitudinem facinoris reputantibus, interdum pœnitentia ſubrepit. quod oſtendi poſſet exemplis multorum, qui eædem principum moliri, quamcumque ob cauſam deſtiterunt.

Et quia jam *metum, prolationes* præmiſit, quæ ipſa variorum conſiliorum cauſas præbent, indicavit eo, quod ad finem reſervabat, plane ſe dicere velle aliquid majus & minus exſpectatum. Hac ſignificatione ponitur hæc vox apud noſtrum 16. 30. *Steteruntque diverſi ante tribunal*, hoc eſt adverſi invicem. ſic apud eumdem frequenter, *ex diverſo*, pro *ex adverſa parte*. Freinsh.

5. *Druſus.*] Druſus unus liberorum Germanici juventam ingreſſus togam virilem ſumpſit, iidemque honores, qui tertio ante anno fratri ejus Neroni à ſenatu decreti fuerant, ipſi delati ſunt.

6. *Togam virilem.* Quæ *pura* dicta ut nempe diſtingueretur à *prætexta* cui *purpura* adtexta erat, ſumebatur *toga* illa *virilis* circa annum ſeptimum decimum, ſed in filiis principum quandoque maturabatur, ut ad honores citius pervenirent, & imperio maturi viderentur.

foret. Nam Drusus (1 quamquam arduum sit, eodem loci potentiam & concordiam esse) æquus adolescentibus, aut certe non adversus habebatur. 2 Exin vetus & sæpe simulatum proficiscendi in provincias consilium refertur. *multitudinem* 3 *veteranorum* prætexebat imperator, & *delectibus supplendos exercitus. nam voluntarium militem deesse: ac si suppeditet, non eadem virtute ac modestia agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant.* percensuitque cursim numerum legionum, & quas provincias tutarentur. Quod mihi quoque exsequendum reor, quæ tum Romana copia in armis, qui socii reges, 4 quanto sit angustius imperitatum. 5 Italiam utroque mari duæ classes, 6 Misenum apud &

INTERPRETATIO.

rem exhiberet erga fratris Germanici filios. *Quippe Drusus (quamvis ægre consistant & in una sede maneant simul potestas & amor) favorabilis juvenibus, aut saltem non infestus putabatur. Deinde renovatur antiquum, & sæpe fictum eundi in provincias propositum: prætendebat Tiberius* numerum ingentem veteranorum, & supplendas legiones novo milite. quippe sponte militantes desiderari, & quamvis suppeterent, non eadem fortitudine, aut disciplina agitare; quia sæpius egeni ac palantes ultro bellum capessant. *enumeravitque obiter quot legiones & quibus provinciis præsidio essent. Quod mihi etiam memorandum esse existimo, nempe qua tum Romana vis fuerit in castris, qui fœdere innexi reges, quanto sit arctius imperatum. Duæ classes utroque æquore Italiam obtinebant, apud Misenum* nempe *& Ravennam: &*

NOTÆ.

1. *Quamquam arduum sit.*] Lucanus lib. 1. *Nulla fides regni sociis, omnisque potestas impatiens consortis erit.*

2. *Exin vetus refertur.*] Particula hæc ostendit eodem tempore hæc gesta esse, quo ea, quæ superius exposuerat. *Refertur* non est positum eo sensu, quo *consulum* relatio dicitur: sed *refertur* idem est ac *repetitur*, rursum introducitur, denuo adfertur, ab ipso videlicet Tiberio. *Freinsh.*

3. *Veteranorum.*] Prætendebat veteranorum multitudinem, quorum discessu vacuæ legiones novis delectibus supplendæ forent. Raros enim reperiri qui sponte militiam subirent. & si qui essent, non ita fortiter & modeste se gerere, sicut delectum militem, quia plerumque pauperes & vagabundi tantum, voluntarij milites fierent.

4. *Quanto sit angustius.*] Nempe tum, seu ævo Tiberij angustius imperium Rom. quam ævo Taciti sub Trajano qui fines imperij longius promovit spreto consilio priorum Cæsarum, seu potius otio & ignavia successorum Augusti.

Angustius.] Quanto angustius, sub Tiberio, quam nunc nostra ætate, sub Trajano principe imperitatum sit. id ad laudem sui ævi suique principis obiter dixit Tacitus vere & sine adulatione.

5. *Italiam utroque mari.*] Scil. infero sive Tyrrheno, in quo Misenum promontorium; ac supero seu Adriatico, in quo Ravenna civitas. Suet. Aug. cap. 49. *Classem Miseni, & alteram Ravennæ, ad tutelam superi & inferi maris collocavit.* Lucanus de Apennino Italiam dividente, lib. 2. *Mons inter geminas medius se porrigit undas, Inferni superique maris.* Pichena.

6 *Misenum apud.*] Promontorium inter Cumas & Puteolos. *Muretus.*

Misenum.] Misenum promont. & urbs *Miseno* adhuc dicuntur tam mons quam urbs in eo excisa. olim Episcopalis, in ora ejus adhuc vestigia & ruinæ manent.

Misenum] Promontorium Campaniæ provinciæ ad mare Tyrrhenum, hodie *Capo di Miseno*. in Terra Laboris provincia regni Neapolitani. *Tillemontius.*

1 Ravennam: proximumque Galliæ littus rostratæ naves 2 præsidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense miserat, 3 valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum juxta, 4 commune in Germanos Gallosque subsidium, 5 octo legiones erant. 6 Hispaniæ recens perdomitæ, tribus habebantur. 7 Mauros Juba rex

INTERPRETATIO.

vicinam Galliæ oram rostratæ naves habebant, *quas Actiaco prælio victas expugnatasque in coloniam Forojuliensem miserat Augustus firmo cum remigio. Sed præcipuæ vires* imperij *apud Rhenum, promiscuum adversus Germanos Gallosq; robur & præsidium, octo legiones fuere. Hispania nuper devicta tribus* legionibus *continebantur. Iuba rex ob-*

NOTÆ.

1. *Ravennam.*] Ravenna, sic vulgo *Ravenna* urbs Galliæ Togatæ Æmiliæ archiep. & metrop. apud oram littoream, inter Ferrariam & Ariminum urbs olim ex primis Italiæ & antiquissima; anno post diluvium 480. à Thessalis teste Strab. vel à Sabinis teste Plinio condita, à Longobardis, ejectis Exarchis, capta anno salutis 744. Olymp. 380. anno 3.

2. *Præsidebant.*] Sic supra de Vellejo: *Is proximum exercitum præsidebat.*

3. *Valido cum remige.*] Videtur voce *validi* præter numerum etiam vigor ætatis & robur corporis intelligi. Sic apud Vellei. 2. 48. *Hinc remiges firmissimi; illinc inopia affectissimi.* & mox 2. 85. *Omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites; in altera nihil, præter milites.* Ubi negat remiges fuisse, non quod nulli aut pauci numero essent, sed quia invalidis corporibus munia sua explere non poterant. *Freinsh.*

4. *Commune in Germanos.*] juxta Rhenum dispositæ, ut tam adversus Gallos ex una ripa, quam ex altera adversus Germanos subsidium essent.

5. *Octo legiones.*] Divisæ per varia castra & castella. Florus de Druso; *per Rheni quidem ripam amplius quinquaginta castella direxit.* Quæ non dubia origo nobilium in eo tractu oppidorum. *Lipsius.*

6. *Hispania recens perdomita.*] Ab Augusto. Livius lib. 28. de Hispania: *Ita ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est.* Propter Cantabros scilicet & Astures quos ipse devicit. *Lipsius.*

Intelligendus Tacitus de tempore quod ibi describit, de ævo Augusti, à quo tandem perdomitæ Hispaniæ, id est penitus domitæ. devictæ atque pacatæ sunt, post quam per multos annos ætatesque bella Romana Punicaque sustinuissent.

Recens perdomita.] Plerique vertunt *recens adquisita.* Negabit hoc, qui legerit ante annos ferme ducentos jam Romanorum magistratus in Hispania fuisse debebant igitur exprimere illud *per*, in *perdomita*: quo absolutum opus & ad finem perductum significatur. Rem declarabit Livius 28. 12. Florus 2, 17. Strab. lib. 3 *Freinsh.*

7. *Mauros Iuba rex acceperat.*] Filius Jubæ, cujus pater victus à Julio Cæsare in Africa cum Petrejo, post epulas lautiores, concidit mutuis vulneribus, manu Petreij acceptis. Evasit is filius in regem magnum & eruditum; ita ludente fortuna in rebus humanis, imo ita deo volente.

Et citantur ejus libri sæpe à Plinio in indice. de illo lib. 5. cap. 1. ita scribit. *Iuba Ptolemai pater, qui prius utrique Mauritaniæ imperavit, studiorum claritate memorabilior, etiam quam regno.* *Scripsit de expeditione Arabica, volumina dicata Cæsari*, inquit idem lib. 6. cap. 28. Et lib. 12. 14. *Iuba rex iis ve-*

acceperat, donum populi Romani. 1 Cætera Africæ, per duas legiones, parique numero Ægyptus. dehinc initio ab Suria usque ad flumen Euphraten, 2 quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coërcitum: 3 accolis 4 Hybero, Albanoque, & aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur 5 adversum externa imperia. &

INTERPRETATIO.

tinebat Mauros, beneficium populi Romani. Aliæ Africæ partes duabus legionibus, totidem copiis Ægyptus custodiebatur. Posthac incipiendo à Suria, usque ad amnem Euphratem, quantum immenso orbis illius sinu circumdatur, quatuor legiones tuebantur: conterminis Ibero Albanoque & aliis principibus, qui vi & amplitudine nostra defenduntur adversus extraneas dominationes. Et

NOTÆ.

luminibus quæ scripsit ad Cajum Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ.

Mauros.] Vertunt ita ut videantur existimavisse, Jubam antequam Mauros accepisset; regem fuisse, & regionem aliquam possedisse: accepisse deinde dono Mauros, homines sine lare, sine tribu, & eos in suo regno collocasse, ibique custodivisse ne forsan iterum delaberentur.

Ignorabant videlicet gentis nomen creberrime pro regione, quam incolat illa, poni. Sic. l. 55. *Repentino in Cattos excursu*, & 1. 56. *Exercitum in Cattos rapit.* hoc est in Cattiam, sive terram Cattorum. *Freinsh.*

1. *Cætera Africæ, per duas.*] Ain'tu duas? atqui una legio adtributa Africæ ab Augusto Tiberioque, te ipso teste non uno loco. libro 4. Historiarum scribis. *Legio in Africâ auxiliaque tutandis imperij finibus, sub Divo Augusto Tiberioque principibus, proconsuli parebant.* Et lib. 11. Annalium: *Furius Camillus proconsul Africæ, legionem, & quod sub signis sociorum, ad hostem duxit.* Libro 11. histor. *In Africa legio, cohortesque dilectæ à Clodio Macro.*

Unam legionem ordinariam Africæ fuisse, verissimum est. Unde hic ergo duæ? Per bellum Tacfarinatis abducta è Pannonia legio, & in Africam missa. Supra lib. 3. *Pœso adsequitur legionem, quæ è Pannonia in urbem, dein præsidio Africæ ducebatur.* Ea ibi mansit biennium paulo amplius, iterumque in Pannoniam remissa. Hoc ipso libro, statim: *Cæsar post res à Blæso quasi nullis jam in Africa hostibus, reportari nonam legionem jusserat: nec proconsul ejus anni Dolabella retinere ausus fuerat, jussa principis magis quàm incerta belli metuens.*

At enim quia quo loco quæque legio hoc ipso anno fuerit, decretum scribere Tacito, & nondum ea abducta: ideò duas ecce in Africa collocavit, in Pannonia duas. Atqui tres in ista debuerat: quod clarum vel ex iis, quæ in seditione trium Pannonicarum legionum dicta suprà. Ubi etiam recensita hæc Nona. *Lipsius.*

2. *Quantum ingenti terrarum.*] Ingens illud terrarum spatium quod initio à Suria facto, ad Euphratem fluvium usque protenditur, quatuor legiones continebant.

3. *Accolis Ibero albanoque.*] Planitiem omnem à Cyro usque Albanorum genus tenet, mox Iberûm Plin. 6.10. pertinent ad Caucasios montes.

4. *Ibero.*] Iberia regio Asiæ ad montem Caucasum, & ad Cyrum fluvium, prope Armeniam majorem. hodie regna *Carduel* & *Zacheti*, in Georgia regione. ex chartis Gulielmi Sanson. *Tillemonius.*

5. *Adversum externa.*] Præcipue adversus Parthos & Medos.

Thraciam Rhœmetacles ac liberi Cotyis; ripamque [1] Danubij, legionum duæ in Pannonia; duæ in Mœsia arrinebanr. [2] totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia poscerer, haud procul accirentur: quamquam insiderer urbem proprius miles, [3] tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes, [4] Etruria

INTERPRETATIO.

Thraciam Rhœmetalces, ac filij Cotyis habuere *littusque Danubij bina legiones in Pannonia, totidem in Mœsia coercebant. duabus etiam in Dalmatia dispositis, qua pro situ provincia à tergo alias tuebantur, ac si subitam opem Italia flagitaret, haud longe accerserentur, quamvis esset in civitate peculiaris miles, tres urbana cohortes, & novem pratoria* in *Etruria fere & Vmbria*

NOTÆ.

1. *Danubij.*] Danubius fluvius *Donavu* & *Tonavu.* Germanis: *Danubio* Italis, fluv. Germaniæ notissimus & maximus, per Suevos, Vindelicos Noticos, Pannonios, Mysosque in Euxinum mare delatus, ac *Ister* dictus ab Axiopoli urbe Mysiæ.

2. *Totidem apud Dalmatiam.*] Dalmaria Augusto tradita, perpetuumque præsidium in ea decrerum, anno urbis DCCLIII. Antea inermis fuit. Adi Dionem, lib. 54. *Lipsius.*

Dalmatia.] Vel Illyricum propriè dictum. vide notas lib. 2. c. 44.

3. *Tres urbana, novem pratoria cohortes.*] Vigilum autem cur omittit? quæ numero & robore supra urbanas. Septem enim cohortes erant, institutæ jam inde ab Augusto. Causa hæc. quia id ævi, inter legitimos justosque milites, vigiles non censebantur. itaque in omnibus bellis civilibus Galbæ, Othonis, Vitellij, rara eorum mentio, nullus usus. E libertinis lecti erant, vile genus, & Vulcani potiùs ministri quàm Martis. Itaque nec Præfecti vigilum inter illustres dignitates mentio Tacito usquam: cujus auctoritas tamen adolevit, sicut & militum ipsorum, uti ex Pandectis aliisque scriptoribus. clarum. Dicam de hoc omni urbano milite cum cura, ad libros historiarum. *Lipsius.*

Tres urbana, novem pratoria.] Labor, ut reseribam, *decem pratoria*, quia & Dio decem millia militum fuisse ait, in decem cohortes tributa & mansisse eundem numerum etiam sequenti ævo fidem facit vetus inscriptio, quam descripsi ex libro epigrammarum urbis Romæ.

M. Aurelio. Casari. Imp. Casaris. T. Æli, Hadriani. Antonini. Augusti. Pij. Fil. Divi. Hadriani. Nep. Divi. Trajani. Pronep. Divi. Nerva. Abnep. Cos. Petronius. Mamertinus. & Gavius. Maximus Pr. Pr. Tribuni. cohortium. Pratoriarum decem. & Vrbanarum. trium Centuriones. cohortium. Pratoriarum. & Vrbanarum, & Statorum. Evocati. cohortes. Pratoria. decem. & Vrbana. X. XII. XIV. *Centuria. Statorum optimo ac piissimo.* Nam quod Vitellius sedecim prætorias conscripsit, quatuor urbanas, non mansit diu.

4. *Etruria.*] Vel *Hetruria*, & *Tuscia*, provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum. hodiè ferè omnis ducatus *Toscana*, & ducatus *Massa*, respublica *Lucca*, pars etiam plurima marchionarus *Malespina*, & integri comitatus *Ronciglione* & *Pitigliano*, atque ducatus *Bracciano*, nec non provinciæ vulgò dictæ *Patrimonio di San Pietro, stato di Castro* & *Orujetino*; pars major provinciæ *Perugino*, aliquid provinciæ *Bolognese* & reipublicæ *Genuensis.* quæ omnes regiones aut provinciæ parent variis principibus, veluti summo pontifici, Magno Duci Toscanæ & aliis. ex chartis Sansonis. *Tillem.*

ferme [1] Umbriaque delectæ, aut [2] vetere Latio, & coloniis [3] anti-
quitus Romanis. At apud idonea provinciarum [4] sociæ triremes, alæ-
que, & auxilia cohortium: [5] neque multo secus in iis virium; sed per-
sequi incertum fuerit, cum ex usu temporis huc illuc mearent, glisce-
rent numero, & aliquando minuerentur. Congruens crediderim re- 6.
censere cæteras quoque Reipublicæ partes, quibus modis ad eam diem
habitæ sint: [6] quando Tiberio mutati in deterius principatus initium
ille annus attulit. [7] Jam primum publica negotia, & privatorum ma-

INTERPRETATIO

conscripta vel antiquo Latio, & coloniis olim Romanis. At in opportunis provinciarum locis sociorum triremes, alaque & cohortes auxiliarium. Neque fere minus in iis roboris, sed quantæ vires *fuerint tradere anceps sit, cum ex necessitate rerum hucque & illuc commearint,* modo *crescerent multitudine, & interdum pauciores, aut minores essent. Opera pretium esse existimaverim enumerare cæteras etiam reip. partes, quo pacto ad id usque tempus administrata sint: quandoquidem ille annus principium Tiberio invexit præcipitata in pejus dominationis. Initiis* Tiberij *publica res, & pri-*

NOTÆ.

1. *Umbria.*] Provincia Italiæ ad mare Adriaticum. hodie *Urbino* ducatus, & *Citta di Castello* comitatus, major pars *Ombria* seu ducatus *Spoleti*, cum nonnullis partibus *Romandiola*, *Marca Anconitana*, & *Perusini* sub dominio summi pontificis. & pars minima *Etruria* sive *Toscana* ducatus *Tillemonius.*

2. *Vetere Latio.*] Latium Vetus, pars est occidentalis Latij provinciæ & ubi *Latini* populi, ad Tiberim fluvium & ad mare Tyrrhenum. hodie pars occidentalis *Campania Romana* circa urbes *Palestrina*, *Frascati*, *Roma*, *Ostia*, &c. in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

3. *Antiquitus.*] Quæ olim & primis reipub. seu veteris populi Rom. temporibus deductæ & conditæ erant, ita ut vere & ex animo olim Romanæ, Romanam indolem, fidemque referrent.

4. *Sociæ triremes.*] Ut classis in Danubio, classis in Rheno, in Ponto. *Lipsius.*

Sociæ.] *Triremes* illæ, *alæ* & *cohortes* auxilia sociorum erant (*alæ* equitum sunt, *cohortes* peditum) auxiliares quippe hujus ævi non habuere legiones, ut Romani, sed tantum *cohortes* & *alas.*

5. *Neque multo secus.*] dicit clare non minus virium roborisq; in auxiliis fuisse, quam in legionibus: ex quo magnitudinem opesque videas imperij Romani. *Lipsius.*

Neque multo secus.] Sensus est, quæ provinciæ idoneæ essent auxiliis dandis, habebant triremes socias & alas & cohortes auxiliares: in quibus non minus erat virium, quam in cohortibus aut legionibus Rom. sed illud erat incertum: quia ex utilitate temporum huc & illuc, meabant, augebanturque.

6. *Quando.*] Positum est pro *quia*, ut sæpe. Ita 1. 44. *Nec Cæsar arcebat, quando nullo ipsius jussu, penes eosdem sævitia facti & invidia erat.* Sed quidam acceperunt vulgari notione, pro *quo tempore.* Freinsh.

7. *Iam primum.*] Ad ordinem narrationis pertinet, idemque valet ac si dixisset, *ut hinc exordiar.* Male, qui ad initia Tiberij retulit. Quod præter alia ipsa quoque re evidenter refutatur: nam Tacitus diserte dixerat se exsequuturum, quibus modis habita sit reip. non tantum inter initia Tiberiani imperij, sed ad eam diem.

xima, apud patres tractabantur: dabaturque primoribus 1 disserere; & in adulationem lapsos, cohibebat ipse; mandabatque honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ 2 inlustres domi artes spectando: ut satis constaret non alios potiores fuisse. sua consulibus, sua, prætoribus 3 species. minorum quoque magistratuum exercita potestas, legesque, si majestatis quæstio eximeretur, bono in usu. At 4 frumenta, & pecuniæ vectigales, cætera publicorum fructuum, societatibus 5 equitum Romanorum agitabantur. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat; semelque adsumpti tene-

INTERPRETATIO.

vatorum quæ majoris momenti essent, apud senatum agitabantur, licebatque proceribus proferre sententiam, & si quando *in assentationem cecidissent, retinebat ipse; tribuebatque dignitates, ratione habita claritudinis avorum, famæ bello quæsitæ, spectabat & insignes pacis artes; ut satis compertum esset, non alios,* quos eligeret, *præstantiores fuisse. Sua consulibus* majestas, *sua prætoribus dignitas* erat. *Inferiorum etiam magistratuum valebat auctoritas; legesque, si majestatis causa exciperetur, rite & ordine exercebantur. Et annona, tributa, & alij census, reditusque reip. societatibus equitum Rom. administrabantur. Rem familiarem suam, seu fiscum principi honestissimo cuique, nonnullis* etiam *incognitis, ex sola virtutis fama commit-*

NOTÆ.

1. *Disserere.*] Nimirum in sententia dicenda probandaque.

2. *Species.*] Manebat etiam consulibus prætoribusque aliqua pristinæ majestatis imago, & minores magistratus suam potestatem sine impedimento ullo exercebant. Sueton. Tib. 30. *Quin etiam speciem libertatis quamdam induxit, conservatis senatui ac magistratibus & majestate pristina & potestate: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopoliis, de extruendis reficiendisque operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum descriptione: denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & qua forma regum litteris rescribi placeret.*

3. *Inlustres domi artes*] Plane intelliguntur tales artes, quales supra 3. 75. *Studia civilia* & alibi *bonas domi artes* vocavit. Non enim *domi* referendum est ad singulas ædes, sed ad urbem, ut fit, ubi hæc opponitur longinquis expeditionibus. quomodo in nota sententia. *Parvi sunt arma foris, nisi consilium sit domi.* Ita frequenter junguntur, *domi bellique.* Freinsh.

4 *Frumenta.*] Intellige non quævis, sed à tributariis pendi solita, quæ apud auctores JCtos præsertim, *annonæ* vocabulo censeri solent.

5. *Equitum Rom. societatibus.*] Publicanos ex equestri ordine fuisse plurimis Livij aliorumque locis promptum esset ostendere. Sed sufficiat hic Ciceronis ex orat. pro Cn Plancio cap. 9 *Flos equitum Rom. ornamentum civitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. Agitabantur* bono sensu hic exstat pro *tractabantur*

Seneca epist. 119. *Iam ego paraveram fiscos: circumspiciebam, in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem.* Suetonius Vespas. 1. *Publicum quadragesimæ in Asia egit.* Gronovius.

bantur,

bantur, prorsus 1 sine modo, cum plerique iisdem negotiis insenescerent. Plebes acri quidem annona fatigabatur: sed nulla in eo culpa ex principe; quin infecunditati terrarum, aut asperis maris 2 obviam iit, quantum impendio, diligentiaque poterat. Et ne provinciæ novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat. corporum verbera, 3 ademptiones bonorum aberant. 4 Rari per Italiam Cæsaris agri; 5 modesta servitia; intra

INTERPRETATIO.

tebat; semelque electi habebantur in muneribus omnino sine fine, cum plurimi iisdem in muniis senescerent. Populus quidem rei frumentaria inopia premebatur: sed nullum in eo delictum ex imperante: quin agrorum sterilitati, vel pelagi procellis succurrit, quantum sumptu, & vigilantia licebat. Et prospiciebat ne provincia novis tributis vexarentur, & ut antiqua onera *ferrent, sine cupiditate, aut sævitia præfectorum: neque in corpora, neque in bona* civium aut sociorum *sæviebatur. Haud multa per Italiam Cæsaris prædia, modesti servi; pauci liberti intra penates: & si aliquando*

NOTÆ.

1. *Sine modo.*] Illos præter modum retinebat, ita ut plerique ad ulteriores honores pervenire non possent, sed in iisdem negotiis ad quæ primo adhibiti fuerant, consenescerent, supra lib. 1. 80. *ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium* in deligendo. quam hæsitationem & anxietatem vitavit, cum eosdem in iisdem muniis retineret. Alij id invidia factum putant, ne plures rempub. haberent gererentve. Alij amore populi, ne avidi novi procuratores pecus seu plebeculam degluberent, non tonderent.

2. *Obviam iit.*] Ita ut pericula maris præcaverit. aut etiam, si quæ naves tempestatibus interceptæ essent, damnum id sarciretur. *Freinsh.*

3. *Ademptiones bonorum.*] Providit ne provincialium aut sociorum corpora verberibus, aut confiscationibus bonorum vexarentur.

4. *Rari per Italiam.*] Non latifundia, ut posteà, ex bonorum publicatione, & reorum damnationibus parta.

Rari per Italiam.] Non ut postea Emphiteuticarij patrimoniales, tum rei privatæ, tum divinæ domus, tum tamiei, qui impediunt agriculturam, diminuunt vectigalia, pauperantque populos.

5. *Modesta servitia.*] Id est, intra modum. lib. 3. *Simul modestia Neronis, & sua magnitudini fidebat.* Et lib. 1. *Et ille varie disserebat de magnitudine imperij, sua modestia.* Et lib. 12. *Magnaque deum benignitate & modestia hiemis, rebus extremis subventum.*

Martialis de Domitiano, sed vereor, ne adulatione, 9. 81.

Oderat ante ducum famulos turbamque priorum
Et Pallatinum Roma supercilium.
At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum,
Vt sit cuique sua cura secunda domus.
Tam placidæ mentes: tanta est reverentia vestri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos (hæc est aula natura potentis)
Sed domini mores Cæsarianus habet.

Miror omnes *modesta servitia* pro paucis accepisse. Nihil ego cunctatus sum de servorum, non de *numero*, sed de *modestia* exponere: quod ex contrario magis apparebit, si aliorum immodestiam, petulantiam, arrogantiam spectes, qui propterea quod principum essent servi, se non modo super ingenuos, sed etiam magistratus extollebant. In hoc auctore. 4. 4. *Eo venere patres, eques,* &c. & mox;

paucos libertos domus; ac si quando cum privatis disceptaret, [1] forum & jus. Quæ cuncta, non quidem comi via, sed horridus ac plerumque formidatus retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur: nam dum superfuit, mansere; quia Sejanus incipiente adhuc potentia, [2] bonis consiliis notescere volebat, & ultor metuebatur, non occultus odii, & crebro querens, *incolumi filio adjutorem imperij alium vocari: & quantum superesse ut collega dicatur?* [3] *Primas dominandi spes in arduo;*

INTERPRETATIO.

cum privatis rem seu litem haberet, forum & judices. Quæ omnia non quidem civili more, sed tristis & atrox ac sæpe metuendus servabat tamen, donec interitu Drusi res mutarentur: nam dum vixit, dum floruit, duravere; quia Sejanus, recente adhuc potestate, inclarescere probis consiliis cupiebat, & vindex Drusus *formidabatur, haud dissimulans offensionis, & sæpius fremens,* salvo & superstite filio, administrum imperij alium adsciscí: & quantum abesse, ut socius & consors imperij appelletur? Primam imperandi cupidinem diffici-

NOTÆ.

ibi campo aut littore jacentes, nullo discrimine, noctem ac diem juxta, gratiam aut fastus janitorum perpetiebantur. 6, 8. *Libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur.*

Seneca epist. 74. *Stare ante limen Callisti dominum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter rejicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.* Ubi similem de Epaphroditi servo, postea sutore Cæsaris facto, narratiunculam adnotat Lipsius ex Epicteto 1, 19.

Occiso Commodo inter alias acclamationes senatus hoc quoque legitur, *servis servivimus*, apud Lamprid. c. 19. Hæc est igitur immodestia servitiorum, quam in suo servo tetudit Adrianus referente Spartiano cap. 21. *Quum quodam tempore servum suum inter duos senatores è conspectu ambulare vidisset, misit qui ei colaphum daret, & diceret, noli inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes servus.*

Modesta servitia.] Quod rarum & difficile viris principibus. Juvenal.
Omnis magna domus servis est plena superbis. & ut ait Tacit. in Agric. vita sæpe difficilius est regere familiam, quam provinciam. Doctus *parum profici armis, si injuria sequerentur causas bellorum statuit exscindere à se suisque orsus, primam domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere.* Plin. Panegyr. *Est magnificum quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum est alios præstare quam se, tanto laudabilius, quod quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti.*

1. *Forum & jus.*] Plinius idem laudat in Trajano Optimo principe. *At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes, immò tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo, in jus veni, sequere ad tribunal.*

2. *Bonis consiliis.*] In rempub. & etiam in privatos; operam nempe dabat, ut bona consilia principi daret, ut nempe si constaret eum honesta suadere „majoribus hominum studiis celebraretur. Præterea, si quid perperam fecisset, Drusum metuendum habuit, tanquam ultorem facinorum, si quando Tiberio succederet, & solus rerum potiretur.

3. *Primas dominandi spes.*] Jam sane eum, quod in eo negotio difficillimum fuerat, superasse. nam primos captandæ dominationis conatus arduos esse, at ubi quis ingressus fuerit, fautores & adjuto-

ubi sis ingressus, adesse studia & ministros. exstructa jam sponte præfecti castra; datos in manum milites: [1] *cerni effigiem ejus* [2] *in monumentis Cn. Pompeij:* [3] *communes illi cum familia Drusorum fore nepotes.*

INTERPRETATIO.

lem & ambiguam: At, ubi semel ausus fueris, adesse statim favorem, & adjutores. ædificata jam arbitrio præfecti munimenta, traditos in potestatem prætorianos, spectari ejus imaginem apud theatrum Cn. Pompeij: promiscuos illi cum gente Druso-

NOTÆ.

res statim adesse, qui propellant. hoc in Sejano prætorij præfecto jam id satis manifestum esse, ut cujus ad arbitrium castra prætoria exstructa sint, & eo jam pervenisse, ut his non contentus esse posse videatur, & necesse sit exorare modestiæ numen, quod tandem ei aliquod cupiditatum & ambitionis temperamentum inspiret.

1. *Cerni effigiem ejus.*] Statuam æneam in theatro Pompeij. Dio.

2. *In monumentis.*] Nihil hîc intelligitur aliud quam *effigies Sejano apud theatrum Pompeij locata.* Supra 3 72. Id *theatrum* hîc intelligitur per *monumenta Cn. Pompeij*. sicut ejusdem capitis initio *Basilica Pauli*, per *Æmilia monumenta*.

3. *Communes illi.*] Suetonius Claudij filio Druso desponsam Sejani filiam scribit, cap. 27. in Claud. nec alius sententiæ est, quod noster lib. 5. dixit Claudij filio Sejanum socerum destinatum Hæc certa, clara. sed quomodo hîc Drusus queritur communes illi fore cum Drusorum gente nepotes? locum non habet ea querela, vana est. Si vere idem Sueton. scribit, Drusum exstinctum esse post paucos dies, quam ei Sejani filia esset desponsa. Desponsa autem ante biennium; ergo exstinctus, & simul connubij nepotumque spes.

An aliud aliquid est, quo noster hic respexit? nemo dicit. In Zonara lego, *Iuliam* Drusi filiam desponsam Sejano: corruptè: quia scribendum *Liviam*: intelligitque Germanici sororem, de qua infra dicemus, Drusi majoris prolem. Quid nugamur? cum omnia scrinia excusserimus, non inficiabimur, quin Tacitus guttam attigerit è flumine Lethes. *Lipsius.*

Suetonius tradit filiam Sejani biennio ante plus minus Druso filio Claudij desponsam fuisse, posteaque brevi Drusum hunc Pompeiis vita cessisse.

Nihil aliud queritur Drusus, nisi quod jam Sejanus conjunctione Cæsaris dignus habitus esset, ut ait Tacitus infra. Ideoque quamvis primum illud matrimonium morte irritum fuerat, fortasse prævidebat fore, ut quandoque Sejanus aliud simile moliretur, affinitatemque cum Drusorum familia iterum & arctius jungeret.

Non existimo restringendas esse has querelas Drusi ad hoc tempus, quo Tacito memorare eas placitum, sed cogitemus jam ante, nec semel, (ut ipse auctor est iis verbis, *crebraq; querens*,) erupisse Drusum: & singulas querelas effudisse eo maxime tempore, quoque, quibus offendebatur, facta erant Eas cum suis quasque locis commemorare nollet Tacitus, collegit hic loci, in quem seposuerat totam de potentia Sejani historiam; ut patet ex primo statim hujus libri capite. *Freinsh.*

Queritur simulque vaticinatur Drusus posse Sejanum habere prolem nepotesque communes cum Drusis, eique jam destinari tantum decus, ab eo tempore quo desponsa filio Claudij ejus filia fuerat, quæ tamen vota Sejani & vaticinia Drusi in irritum abiere, nam Drusus ille filius Claudij statim extinctus, filia Sejani occisa, cum adhuc immatura esset, ipseque Sejanus necatus priusquam voti, seu nuptiarum Livillæ compos factus esset; ut patet ex Sueton. Tib. 65. *Deinde*

precandam post hac Modestiam ut contentus esset. Neque raro

INTERPRETATIO.

rum futuros nepotes : orandam postea modestiam, ut se continere vellet. *Ne-*

NOTÆ.

spe affinitatis ac tribunitiæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est.

1. *Precandam post hac modestiam*]Mirum genus loquendi, quasi modestia inter deas. Et cave tamen immutes, simile illud è libro 15. *Sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes confectis itinerum spatiis equitem assequeretur.* Lipsius.

Precandam post hac modestiam] Intelligi possit de modestia quæ dea sit. Nam ut nullo possit testimonio veteris scriptoris ostendi, consecratam inter numina fuisse *modestiam*, ideo ne etiam pro absurdo habendum id est, quum *spem, concordiam, pudicitiam, pavorem* etiam, aliosque animi habitus adfectusve pro diis habita sint?

Unde illa invocatio Manlij Statiani, apud Vopiscum in Probo cap. 12. *Iupiter optim. max. Iuno regina, tuque virtutum præsul Minerva, tu orbis Concordia & tu Romana Victoria, date hoc Senatui, populoque Rom. date militibus, date sociis atque exteris nationibus: imperet, quomodo militavit.*

Omitto Stoicorum opinionem, qui, teste Seneca Ep. 113. Virtutes etiam computabant inter animalia, neque minus deos. Sed etiam si neutrum horum probaretur, tamen mirifice elegans esset ea θεοποιΐα, qua hominis ejus nimias spes eo processisse ostenditur, ut non nisi divino quodam auxilio possent cohiberi. Tale quid est hoc in Asinaria 3. 2. *Perfidiæ laudes gratiasque habemus merito magnas* Freinshemius.

Tanquam cum dicitur *precandam modestiam*, non possit intelligi, vel *Sejano*, vel *Sejano à Diis*, qui eo creverat, ut coërceri, atque adeo modestia ei imperari non posse videretur. Tanquam verbo *precandam* necessario statuatur singularis *dea modestia*, à quo modestiam peti oportet. Male igitur Horatius l. 1. sat 4. *Dij bene fecerunt, inopis, me quodque pusilli finxerunt animi.*

Debuisset dicere : *Modestia numen bene fecit, quod me modestum finxit.* Non venit enim scilicet illa modestia virtus & animal, nisi à peculiari numine modestia; quemadmodum nemini potest optari, nisi ab eo unico numine, quod eam conferre possit.

Ego talem deam nullam, sed quæ sanis facile modestiam ingeneraret. *Adrastiam, Rhamnusiam, Nemesin* novi. Nam Plautus risum captat. Quid multa? quod illi mire elegans, id mihi ψυχρὸν & gravitate Taciti, atque materiæ indignum videtur. *Gronovius.*

Modestiam] Si dea *Modestia* sit, cur nomine dei appellatæ sint virtutes istæ, explicat facunde. Cic. 2. de Nat. deorum. *Multa autem alia natura deorum ex magnis beneficiis eorum non sine causa & à Græcis sapientibus & à majoribus nostris constituta nominataque sunt : quidquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud quod erat à deo natum nomine ipsius dei nuncupabant : ut cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum : ex quo illud Terentij*

Sine Cerere & libero friget Venus,

Tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus, proxime à M. Æmilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. vides Virtutis templum, vides Honoris à M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset. ipsa res deorum nomen obtinuit.

Audi etiam Plinium lib. 2. 7. Innu-

neque apud paucos talia jaciebat : & [1] secreta quoque ejus ; corrupta uxore prodebantur. Igitur Sejanus maturandum ratus [2] deligit venenum, [3] quo paulatim inrepente, fortuitus morbus adsimularetur. id

INTERPRETATIO.

que infrequenter, neque apud paucos talia querebatur, & arcana etiam ejus, pellecta & polluta conjuge aperiebantur Sejano. Itaque Sejanus putans properandum esse, parat venenum, quo sensim grassante, fortuita ægritudo crederetur. Id.

NOTÆ.

meros quidem (deos) credere, atque etiam in virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, majorem ad socordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, ut portionibus quisque coleret, quo maxime indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, & numina iisdem innumerabilia reperimus: inferis quoque in genera descriptis, morbisque & multis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideoque etiam publice Febri fanum in palatio dicatum est. Orbonæ ad ædem Larium ara, & Malæ fortunæ Exquiliis. Hæc Plin.

Longe validior graviorq; sensus, Taciti seu Drusi erit, si intelligas jam orandam modestiam Sejani, ut temperare ambitionem & libidinem imperandi vellet.

Modestiam.] Non præcise de dea aliqua intelligendum hoc, nisi forte virtus illa in Sejano dea fuerit, quod vanum & ridiculum fuerit. intellige orandam esse modestiam Sejano diis, vel potius orandam ipsam Sejani modestiam, seu ipsum Sejanum ut temperaret sibi velit, nempe rogandum esse Sejanum ipsum, ut modestiam exhibere & contentus esse dignaretur.

Nec par est locus quem attulit Lipsius ex Taciti lib. 15. *Optimam fortunam orandam, ut pedes* (Romanus) *confectu itinerum spatiis, equitem* (Parthorum) *assequeretur*, seu cursu adæquaret. ne nempe legionibus Rom. contingeret, quod olim Crasso & M. Antonio ut equite & sagittis Parthicis multi perirent. Tum certe maxime *oranda* fuit *optima fortuna* populi Rom. & ipsius principis. (& ista hæc fortuna dea deorum dearumque celeberrima) ut saluti tot civium Rom. consuleret.

Irridet hoc loco Drusus Sejanum quem ambitione ferocem & nullius modestiæ capacem sciebat, & si semel principatum raptum isset, de illo dici potuit quod Tac. lib. de Germ. Mor. *Inter impotentes & validos falso quiescas, ubi manu agitur, modestia, ac probitas nomina superioris sunt.*

1. *Secreta.*] Secreta ejus prodebantur à Livilla uxore adultero Sejano, Liviæ Augustæ, forte & Tiberio. qui juvenem ingenio ferocem hinc minus amaret.

2. *Deligit venenum.*] Tale venenum sibi Carthaginenses dedisse dixit Regulus, non præsentaneum, *sed ejusmodi, quod mortem proferret: eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio: post autem grassante sensim veneno, cor tabesceret*, (lego *contabesceret*) Gell. 6. 4.

Theophrastus lib. 9. περὶ φυτῶν ἱστορ. de aconito συντίθεσθαι δὲ, ὥστε κατὰ χρόνον τακτὸν ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαυτὸν, τοὺς δὲ καὶ δύο ἔτη. Mihi tamen hoc verisimile non fit; causæ sunt obscuræ.

3. *Quo paulatim inrepente.*] Delegit venenum, quod non statim extingueret hominem, sed ita temperatum esset, ut paulatim se corpori insinuans, viresque consumens, fortuitæ valetudinis speciem exhiberet. Sic Tacit. 12. 66. ubi de necando Claudio consultat Agrippina. *De genere veneni consultavit, ne repentino & præcipiti facinus proderetur; si lentum &*

Druſo datum per Lygdum ſpadonem, [1] ut octo poſt annos cognitum eſt. Cæterum Tiberius per omnes valetudinis ejus dies, [2] nullo metu (an ut firmitudinem animi oſtentaret) etiam defuncto, needum ſepulto, curiam ingreſſus eſt. [3] conſuleſque ſede vulgari per ſpeciem mœſtitiæ ſedentes, [4] honoris locique admonuit; & effuſum in lacrymas ſena-

INTERPRETATIO

Druſo oblatum per Lygdum eunuchum, ut octo annis elapſis compertum eſt. At Tiberius per totum tempus quo duravit morbus illius, ſive nullo timore (ſive ut conſtantiam animi præferret jactaretque) etiam exſtincto, & nondum tumulato filio, ſenatum intreiit. & conſules throno communi, ut triſtitiam oſtentarent, recumbentes, dignitatis ſediſque memores eſſe juſſit; & ſuperato compreſſoque dolore, erumpentes in

NOTÆ.

tabidum delegiſſet, ne admotus ſupremis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filij rediret. exquiſitum aliquid placebat, quod turbaret mentem & mortem differret.

1. *Vt octo poſt annos.*] Recte. eo ipſo videlicet anno, quo interfectus Sejanus, cum Apicata ejus uxor hæc ſcelera prodidit: vide Dionem lib. lviii.

2. *Nullo metu.*] Nullo metu, forte quia lethalem mortem non credebat, vel *nullo metu*, quia nullo amore animatus erga Druſum erat, teſte Suetonio & aliis auctoribus. Gaudebat forte ſenectutem ſuam non premi ætate aut ingenio juvenis violenti & forte aliquid auſuri, ſi caſus daret. Sueton. Tib. 52. *Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit, alterius vitiis infenſus*, nempe Druſi.

3. *Conſules ſede vulgari.*] Id eſt, in ſedibus prætorum aut tribunorum, ut Dio interpretari videtur, in morte Augusti lib. 56. Ἐκαθίζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὥς πη ἕκαστος εἰώθει, οἱ δ' ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῶν στρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων.

Verterem ego: *ſederunt autem vulgus ſenatorum, quo quiſque loco ſolebat: Conſules vero inferne in ſubſelliis, alter prætorum, alter tribunorum.* Nec diſſimile eſt, quod Suetonius ſcribit, Claudium *de majore negotio acturum, medium inter Conſulum ſellas Tribuniciæ ſubſellio ſediſſe.* Humiles autem ſenatorum omnium ſedes, altæ conſulum & excelſæ Lucanus V.

Vt primum mœſtum tenuere ſilentia cœtum,
Lentulus è celſa ſublimis ſede profatur.

Lentulus enim ibi conſul. & alius poëta quiſpiam.

Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur.

Intelligit Conſulis ſellam curulem: in qua ornatus cauſa, ſigna. idem

Signa quoque in ſella noſſem formata curuli
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.

4. *Honoris locique.*] Admonuit conſules ſuæ dignitatis, & ut curules ſellas magiſtratui quem exercerent, debitas occuparent. debuit indui veſte magiſtratus quæ ſuam dignitatem deceret, debuit ſervare majeſtatem, ac præferre inſignia dignitatis, & cum adiret ſenatum, & cum ſenatûs acciperet mandata, & ſic, quovis loco, & quacunque in re ille perſonam publicam ſuſtineret. Plinius lib. 18. 3. *Aranti quatuor ſua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem, ut traditur, nudo plenoque pulveris etiamnum ore. Cui viator. vela corpus, inquit, ut proferam ſenatus populique Rom. mandata.* Et ſtatim uxor prætextam ei attulit.

tum, [1] victo gemitu, simul [2] oratione continua erexit. *Non quidem sibi ignarum, posse argui, quod tam recenti dolore subierit oculos senatus: vix* [3] *propinquorum adloquia tolerari,* [4] *vix diem adspici à plerisque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos; se tamen fortiora solatia* [5] *è complexu Reipubl. petivisse.* Miseratusque *Augustæ extremam senectam,* [6] *rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem suam, ut Germanici liberi,*

INTERPRETATIO.

fletum, patres etiam concione perpetua firmavit & solatus est. Neque certe sibi ignotum, se posse reprehendi, quod tam repenti mœrore in conspectum patrum venerit; vix proximorum solatia ferri, vix lucem contueri plerosque flentium. Neque illos infirmitatis arguendos, se tamen firmiora delinimenta è sinu reip. quæsivisse. Et cum deflevisset provectam Liviæ ætatem, nepotum teneram & nondum adultam ætatem, suamque *præcipitantem* in senium, *postulavit ut filij Germanici,*

NOTÆ.

1. *Victo gemitu.*] An Tiberius vicit sedavitque gemitum senatorum, quos ait, in lacrimas effusos? ita videtur, cum supra dixerit, ipsum nullo metu, fortitudinemque præferentem, introisse curiam. Tamen verius credo, de ipsius Tiberij gemitu, nam verisimile est, morte filij magno dolore affectum; sed, ut cetera omnia, dissimulasse, ut invictum animum ostentaret. *Freinsh.*

Aliquid simile de Valerio Asiatico dixit lib 11. cap. 2. *Ad quod victo silentio, prorupit reus*, id est, suo ipsius silentio. Pichena. *Victo gemitu* id ad Tiberium referre, debes. nec enim Patrum lacrymas cessasse vult Tacitus, imo lacrymantes eos eummaxime principis constantia & adloquio erectos: neque vero *gemitus & lachrymæ* pro iisdem sunt accipienda, quum adeo nihil de lachrymis Tiberij cogitare nos velit auctor, ut etiam gemitus, quod majus atque difficilius est, in potestate habuisse tradat.

Denique constructio turbatur, quæ hæc est: Tiberius *victo gemitu, simul oratione continua, erexit senatum in lachrymas effusum.*

2. *Oratione continua.*] Quum gemitus in potestate haberet, oratione continua, nulloque doloris impetu interrupta patres consolatus est *Freinsh.* Certe non desineret esse perpetua oratio, etiam si gemitu aliquando & dolore interrumperetur. intelligit Tacitus per *orationem continuam*, eam quæ sit in id composita & meditata, quæ non aliis rebus aut sermonibus vel interrogationibus interrumpitur & quamvis abrumperet aliquando talem orationem dolor, miseranda magis, sed nihilominus continua dici posset.

3. *Propinquorum adloquia.*] Alloquia propriè in consolatione. notarum aliis.

4 *Vix diem adspici.*] Ita enim moris, ut limine & domo se continerent in luctu. Plinius lib. 9. *Mitto ad Arriam. rogo ut veniat. quoniam me recens adhuc luctus limine contineret.*

5. *E complexu Resp.*] Hunc *complexum* potius ita capiendum arbitror, ut Tiberius complexus sit remp. quam ut illum resp. *Complecti remp.* est curam atque administrationem publicorum negotiorum suscipere, agere, tractare. infra 4. hist. 11.

Nihil autem aliud quam actum rerum intelligit, quod statim 4. 13. *Nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens.* Elegantissime tamen hac *complexûs* metaphora est usus.

6. *Rudem.*] Nepotum adhuc rudes & negotiis impares annos. intelligit ætatem puerilem qua adhuc rudes & imperiti animi Cæsarum, ut qui nullo rerum usu, neq; tirocinij rudimenta deposuerant, fere *prætextati* adhuc erant filij Germanici.

unica præsentium malorum levamenta, *inducerentur*, petivit. Egressi consules firmatos adloquio adolescentulos, deductosque ante Cæsarem statuunt. Quibus adprehensis, *Patres conscripti*, *Hos*, inquit, *orbatos parente*, *tradidi patruo ipsorum*, *precatusque sum*, *quamquam esset illi propria soboles*, *ne secus quam suum sanguinem foveret ac tolleret*, *sibique & posteris* [1] *conformaret. erepto Druso*, *preces ad vos converto*, *diisque & patria coram obtestor*, *Augusti pronepotes*, *clarissimis majoribus genitos suscipite*, *regite*: *vestram meamque vicem explete. Hi vobis Nero & Druse parentum loco.* [2] *ita nati estis. ut bona malaque vestra ad Rempub. pertineant.* Magno ea fletu, & [3] mox precationibus faustis audita; ac si modum orationi posuisset, misericordia sui gloriaque animos audientium impleverat. ad vana & totiens irrisa revolutus. [4] *de reddenda Repub. utque*

INTERPRETATIO.

quæ *sola præsentium calamitatum solatia* erant, *introducerentur* in curiam. *Cum exiissent consules, firmassentque solatio pueros, deduxissentque, ante principem sistunt, quos manu tenens,* Patres conscripti, illos, *ait*, amisso patre, commendavi patruo illorum Druso, & obtestatus sum, quamvis illi essent proprij liberi, ne aliter aleret educaretque illos, quam suammet sobolem, sibique & posteris instirueret. Extincto Druso, preces meas ad vos flecto, & in conspectu deorum, patriæque obsecro; rogo vos, Augusti pronepotes illustrissimis avis ortos excipite, fovete, juvate consiliis; vestrasque & meas partes agite. Hi vobis, Nero & Druse, vice parentum sunt. ea stirpe orti estis, ut prospera adversaque vestra ad remp. spectent. *Ingenti ea gemitu*, *& postea latis acclamationibus excepta sunt*, *& si modum verbis statuisset*, *miseratione sui famaque nominis mentes auditorum impleverat*, *sed relapsus ad inania*, *falsaque & toties risu explosa*, *de restituenda Repub. & ut*

NOTÆ.

1. *Conformaret.* [Ita institueret, ut in iis ipse posterique nostri præsidium ornamentumque habere possent.

2. *Ita nati estis.*] Ea fortuna nati estis, ut bonorum & malorum vestrorum particeps futura sit respublica.

3. *Mox precationibus.*] Istud *mox* hoc loco non tantum temporis spatium complectitur, ut interim finita Tiberij oratio videri debeat. Imo pergit, & in eo commissum Tiberio, quod modum orationi non posuerit, sed libidine differendi, aut potius dissimulandi *ad vana & totiens irrisa revolutus sit.*

4. *De reddenda Republica.*] Seneca. de brevitate vitæ. cap. 5. *Divus Augustus, cui dij plura quam ulli præstiterunt, non desiit quietem sibi precari, & vacationem à Repub. petere. Omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi speraret otium. Hoc labores suos etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se victurum sibi. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem, pollicitus esset, hac verba inveni: sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi, provexit, ut quoniam rerum lætitia morabatur adhuc, præciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visa est res otium, ut illam, quia usu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnes terras*

consules

consules seu quis alius regimen susciperent, vero quoque & honesto [1] fidem dempsit. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. Funus imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Juliæ gentis Æneas omnesque [2] Albanorum reges, & conditor urbis Romulus, post [3] Sabina nobilitas, Attus Clausus, cæteræque Claudiorum effigies, longo ordine spectarentur. In tradenda morte Drusi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata sunt, retuli. sed non omiserim eorundem temporum rumorem [4] validum adeo, ut nondum exolescat. [5] *Corrupta ad scelus Livia, Sejanum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse: quod is Lygdus ætate atque forma carus domino, interque primores ministros erat. deinde inter conscios, ubi locus veneficii tempusque composita sint, eo audacia provectum,* [6] *ut verteret; & occulto indicio Drusum*

INTERPRETATIO.

consules, seu quispiam alius imperium capesserent, effecit ut ne quidem ei de vero & honesto crederetur. Gloria Drusi, eadem quæ in Germanicum decreta erant, *statuuntur; plurimis adjectis* honoribus, *ut fere solet postrema assentatio. Exsequiæ simulacrorum spectaculo maxime insignes fuere, cum longa pompa* conspicerentur *auctor Iuliæ gentis Æneas, omnesque Albanorum principes, & fundator civitatis Romulus, dein Sabini nobiles, Attus Clausus, & aliæ Claudiorum imagines* translatæ ordine *cernerentur. In referenda nece Drusi, memoravi quæ à multis, & fidelissimis scriptoribus tradita sunt; at non prætericrim sparsam eodem ævo famam adeo firmam & constantem, ut nondum senescat.* Pellecta ad flagitium Livilla, Sejanum Lygdi etiam eunuchi conscientiam stupro illigasse: quia is Lygdus juventa & pulchritudine domino in deliciis erat, interque præcipuos ministros habebatur. Postea inter socios facinoris adscitus, postquam locus maleficij tempusque constituta sint, eo temeritatis progressum, ut mutaret cuncta, & secreta delatione incusans Drusum

NOTÆ.

fulgentia, sudoris exprimerent, quantum occultarum sollicitudinum tegerent: cum civibus primum, deinde cum collegis, novissimo cum affinibus, coactus armis decernere, mari terraque sanguinem fudit; per Macedoniam, Siciliam, Ægyptum; Syriam, Asiamque & omnes prope oras bello circumactus, Romana cæde lassos exercitus ad externa bella convertit.

1. *Fidem dempsit.*] Ut etiam illis minor fides haberetur, quæ honesta & gloriosa ex vero & seria animi affectione protulerat.

Albanorum.] Alba longa, urbs Latinorum populorum in Latio provincia. hodie in ruinis jacet, inter villas vulgò dictas *Palazzuolo* & *Castel gandelfo*, in parte occidentalis Campaniæ Romanæ provinciæ status Ecclesiastici. ex Cluverio & Kircheri Latio. *Tillemonius.*

3. *Sabina nobilitas.*] Unde Claudiæ gentis origo.

Sabina.] Sabini populi Samnij regionis in Italia. hodie pars provinciarum *Sabina* & *Ombria* sive ducatus *Spoleti* in statu Ecclesiastico; & pars provinciæ Aprutij Ulterioris, vel *Abruzzo Vltra*, in regno Neapolitano *Tillemonius.*

4. *Validum.*] Non omittendam puto famam illorum temporum, adeo valide infixam hominum mentibus, ut adhuc duret.

5. *Corrupta ad scelus.*] Quidam *scelus* de adulterio tantum intelligunt: ego putabam potius cædem mariti hic innui. de qua una, hoc loco agere constituit.

6. *Vt verteret.*] Sejanum eo audaciæ provectum esse, ut omnia invertens Dru-

veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. ea fraude tum senem, postquam convivium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse, atque illo ignaro & 1 juveniliter hauriente, auctam suspicionem, tamquam metu & pudore sibimet inrogaret mortem, quam patri struxerat.
31 [2] Hæc vulgo jactata, super id quod nullo auctore certo firmantur, prompte refutaveris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque sua manu, & 3 nullo ad pœnitendum regressu? Quin potius ministrum veneni excruciaret; auctorem exquireret: insita denique etiam in extraneos cunctatione & mora, adversum unicum, & nullius ante flagitii compertum uteretur. Sed quia Sejanus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Cæsaris, & cæterorum in utrumque odio, quamvis fabulosa [4] & immania credebantur: [5] atrociore semper fama erga dominantium exitus. Ordo alioqui sceleris 6 per Apicatam Sejani proditus, tormentis Eu-

INTERPRETATIO.

veneficij in parentem, nuntiaret Tiberio, cavendum poculum, quod primum exhiberetur ei, apud Drusum inter epulas. Eo dolo tum deceptum senem, ubi ad epulas venisset, acceptam potionem filio præbuisse; atque illo inscio & alacriter bibente, firmatam diffidentiam Tiberij, tanquam timore & verecundia sibimet Drusus inferret necem, quam patri paraverat. *Hæc in vulgus sparsa, præter quamquod nullo satis fido auctore fulciuntur, facile refellas. Quis enim vel modica sapientia, non modo Tiberius, tanto rerum usu firmatus expertusque, non cognita causa filio suo necem inferret, idque propria manu, & nulla ad meliorem mentem redeundi* concessa *venia? Quin potius pocillatorem veneficum torqueret, auctorem cruciatu interrogaret,* quin potius *tandem innata ingenitaque* sibi *etiam in alienos tarditate, gravitateque uteretur in unicum* filium, *& nullius ante sceleris manifestum. Sed quia Sejanus cunctorum scelerum inventor existimabatur, ex nimio amore Tiberij erga illum, & aliorum in utrumque malevolo animo, licet vana falsaque & atrocia pro veris & certis habebantur: truculentiore semper fama erga imperitantium mortes. Præterea ordo facineris per Apicatam Sejani* uxorem *patefactus, & cruciatibus Eudemi, ac Lygdi*

NOTÆ.

sum occultis calumniis accusaret apud patrem, &c.

1. *Iuveniliter hauriente.*] Quum poculum ignarus doli & puerili facilitate ac securitate ebibisset, &c.

2. *Hæc vulgo jactata.*] Et credita Orosio, qui libro 7. tradit Drusum à Tiberio veneno exstinctum. At me non valdè movent ejusmodi scriptores, legitimæ historiæ (dicam iratis quorumdam auribus) dehonestamenta *Lipsius.*

3. *Nullo ad pœnitendum.*] Qui necaret filium suum sua manu nulloque sibi aut filio, regressu ad pœnitendum concesso. Tò *pœnitendum* tamen potius de patre intelligendum putem forte alij capient de filio cui exitium offerret Tiberius sua manu, inaudito, nulloque dato ad pœnitendum regressu forte de utroq;

4. *Et immania credebantur.*] Alij libri, *inania.* sed magis arridet τὸ *immania.*

5. *Atrociore semper fama*] Intellige, spargi plerumque & credi *atrocia* aut *tragica*, de morte dominantium.

6. *Per Apicatam Sejani.*] Sic Virgil. *Hectoris Andromache.*

demi, ac Lygdi patefactus est. neque quisquam scriptor tam infensus
exstitit, ut Tiberio objectaret, cum omnia alia conquirerent, intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit, ut claro sub
exemplo falsas auditiones depellerem, peteremque ab iis quorum in
manus cura nostra venerit, 1 ne divulgata atque incredibilia, avide
accepta veris neque in miraculum corruptis antehabebant. Cæterum 12
2 laudante filium pro rostris Tiberio, senatus populusque habitum ac

INTERPRETATIO.

compertus est. Neque ullus auctor adeo infestus fuit, ut id Tiberio exprobraret; cum cuncta alia scrutarentur, augerentque. Mihi memorandæ refellendæque famæ causa fuit, ut insigni sub nomine, vanos rumores rejicerem, postularemque ab illis, qui hoc opus nostrum legerint, ne in vulgus temere jactata, & quæ à fide aliena sunt, cupide accipiant, neque talia *anteponant iis quæ certa sunt, quæque nequaquam in admirationem ficta aut adulterata sunt. Cæterum Tiberio commendante filium apud Rostra, Patres plebsque vestem ac verba mœrentium specie & im-*

NOTÆ.

1. *Ne divulgata.*] Ne vulgatos rumores atque incredibilia narrantes avide arripiant, præponantque veris, seu historiis, nudam rerum veritatem, nullisque mirabilibus circunstantiis in speciem auctam adornatamque, exsequentibus.

2. *Laudante.*] Fuit ille mos antiquus apud Ægyptios laudandi mortuos reges cùm sepelirentur, vel etiam eos vituperandi, ut sic imperare agereque vitam laudabili morte dignam addiscerent. testis Diodorus Siculus lib. 2. *Hoc tempore, quæ ad pompam funeris spectant, præparatis, postrema die corpus in arca conditum ante sepulcri aditum ponunt. Ibi breviarium in vita ab rege gestorum de more recitant: volentique facultas datur defunctum accusandi. Adstant sacerdotes mortui recte facta laudantes: populus, is permagnus est, qui exequias circumstat, applaudit veris laudibus, in reliquis magno reclamat tumultu: quo accidit ut plures reges repugnante plebe solito caruerint sepulchri honore, ac magnificentia. Is timor coëgit Ægypti reges juste vivere, veritos futuram post mortem plebis iram, atque odium sempiternum.*

Laudante filium.] Velo quidem interposito, ne Pontificis maximi oculi adspectu cadaveris funestarentur. Seneca, consolatione ad Martiam: *Tiberius Cæsar, & quem genuerat, & quem adoptaverat, amisit. ipse tamen pro Rostris laudavit filium, stetitque in conspectu posito corpore, interjecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret.*

Recenset eumdem ritum Dio lib. 54. in funere Agrippæ, sed causam ejus ignorare fatetur, & quam Seneca dedit, refellit. Verba sunt: *Sed & laudationem Agrippæ Augustus recitavit, velo quopiam ante mortuum expanso. Id cui rei factum, mihi non liquet. Tamen alij volunt ideò, quia Pontifex esset: alij, quia obiret munera censoris. Neutri rectè. Neque enim vel Pontifici mortuum adspicere nefas: neque Censori, nisi cum finem censioni imponit, conditque lustrum.* Hæc Dio:

Sed ego existimo, de Pontifice Senecam vera dicere. *Sacer* enim ideoque non ipsum solum arceri aspectu funesto, sed & *statuas deorum* voluerunt. Quæ si in loco positæ, ubi supplicia & cædes, *velari* eas mos fuit, aut *transferri*.

Notat ipse Dio: *Claudius*, inquit, *delectabatur gladiatoribus, & præsertim meridianis: Ideo plerosque servos, qui dominos sub Cajo aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat. Eorumque tantus fuit numerus, ut Augusti statuam eo loci positam jusserit transferri,*

voces dolentum, [1] simulatione magis quam libens induebat, domumque Germanici reviviscere occulti lætabantur. Quod principium favoris, & mater Agrippina spem male tegens, perniciem adceleravere. Nam Sejanus ubi videt mortem Drusi inultam interfectoribus sine mœrore publico esse; [2] ferox scelerum, & quia prima provenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret, [3] quorum non dubia successio. [4] neque spargi venenum in tres poterat, egregia custodum fide, & pudicitia Agrippinæ impenetrabili. Igitur contumaciam ejus insectari, vetus Augustæ odium, [5] recentem Liviæ

INTERPRETATIO.

tatione magis quam ultro & ex animo adsumebant, familiamque Germanici florere rursus secreti gaudebant. Quod initium amoris, simul & parens Agrippina vota sua *non satis occultans, exitium* illis *adproperavere. Quippe Sejanus postquam animadvertit exitium Drusi impune fuisse* sceleris *auctoribus*, terri *absque tristitia populi, patrumque, jam superbus & audax facinorum, & quia prima pro votis cesserant, agitare animo, quonam pacto subverteret Germanici filios, ad quos certa spectabat* imperij *successio. Neque diffundi virus in tres* fratres *poterat, ob insignem custodum fidem, & inexpugnabilem Agrippinæ pudicitiam. Itaque pervicaciam ejus criminari* cœpit, *priscam Liviæ offensionem, nuperi conscium facinoris Li-*

NOTÆ.

ne aut semper adspiceret cædes, aut semper velata esset.

Ceterum de Pontifice, in Judæorum ritu simile Philo notat, De Monarchiâ: *à cadavere arceri.*

Dicit Dio *non fuisse prohibitum pontifici maximo cadaver videre*, sed non probat Græculus. melius Plutarchus qui refert Metellam uxorem Syllæ, cum in morbum incidisset, translatam fuisse in alias ædes, à penatibus viri, quia tum ille Pontifex, ne domum ejus funestaret, quod nefas erat.

1. *Simulatione.*] Mœrebant magis per simulationem, quam ex animo. secreto enim gaudebant, sublato Druso, qui unus Germanici liberis præferri debuerat, illius domum reviviscere.

2. *Ferox scelerum.*] Animo jam ante ad audenda scelera promto & feroci præditus, simul impunitate feliciter experti veneficij confirmatus.

3. *Quorum non dubia successio.*] Scil. ad principatum, cui, amoto Druso, nemo jam erat propior.

4. *Neque spargi venenum in tres poterat.*] Tres intelliguntur filij Germanici, Nero, Drusus, Cajus. Hi enim superstites patri fuerunt, ut testatur Suetton. Calig. 7.

5. *Recentem Liviæ conscientiam.*] *Recentem* vocat, comparando cum ea *vetus Augustæ odium*, quasi non post primum scelus cum Livia perpetratum, sed recens in consilium de evertendis Germanici liberis, eam adhibuerit. *Conscientia* designat societatem scelerum; ut alteri quoque conscius sis, non tibi uni.

Vetus Augustæ Liviæ odium fuit adversus Agrippinam Germanici & ipsius liberos, cum illo veteri Liviæ vetulæ odio comparat recens crimen Liviæ seu Livillæ. Recens autem post adulterium, crimen fuit veneficium quo periit Drusus maritus. *recens* igitur *conscientia* respectu *veteris odij* Augustæ, forte & respectu primi facinoris, adulterij nempe.

conſcientiam [1] exagitare, [2] ut *ſuperbiam fecunditate ſubnixam, popularibus ſtudiis inhiare dominationi*, apud Cæſarem arguerent. Atque hæc callidis criminatoribus (inter quos delegerat [3] Iulium Poſtumum per adulterium Mutiliæ Priſcæ inter intimos aviæ, & conſiliis ſuis peridoneum; quia Priſca in animo Auguſtæ valida) anum ſuapte natura [4] potentiæ anxiam, inſociabilem nurui efficiebat. Agrippinæ quoque [5] proximi inliciebantur [6] pravis ſermonibus tumidos ſpiritus

INTERPRETATIO.

villam extimulare, ut apud Tiberium incuſarent adrogantiam Agrippinæ, numeroſa prole ſuffultam, quaſi vulgi favore principatum ambiret. *Et Livilla Auguſtam vetulam ſuopte ingenio dominationis ægram, implacabilem nurui reddibat per vaferrimos calumniatores, inter quos adſciverat Iulium Poſthumum qui per ſtuprum cum Mutilia Priſca, inter familiares Liviæ, & cœptis ſuis peropportunus erat, quia Priſca in flagranti gratia Auguſtæ. Etiam proximi Agrippinæ pelliciebantur, ut improbis*

NOTÆ.

1. *Exagitare.*] Extimulat, ut Agrippinam apud aures Tiberij inſectarentur, tanquam fœmina & ingenio arrogans, & in numero prolis ſuperbiæ ſuæ vobis fulcra habens, favore populi ad affectandum imperium prolaberetur.

2. *Ut ſuperbiam.*] Legit Gruterus, *ut ſuperbam fecunditate, ſubnixam popularibus ſtudiis*, &c, ſic intellige, non tamen ſic lege.

3. *Iulium poſtumum.*] Eſt ne ille, qui præfectus Ægypto poſtea? de quo Romæ lapis. PRO SALUTE TI. CLAUDI. CÆSARIS. AUG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. IMP XV P. P. CENSORIS : : : LIBERORUMQUE. EX VOTO. SUSCEPTO C. JULIUS. SEX. F COR. POSTUMUS. PRÆF. ÆGYPTI. Vix puto. Claudij enim ævo ille floruit, non hoc Tiberiano.

4. *Potentiæ anxiam.*] Multo minus eſt *potentiæ cupidum* eſſe, quam *anxium*. *Anxius* enim eſt, qui retinendæ, quam habet, omni cura incumbit, omnia aliorum facta dictaque ſollicite circumſpicit, & ſuſpecta habet, tanquam ſibi ſuæque potentiæ inſidiantia.

At cupidus eſſe poteſt, qui nec habet, uti liberti Neronis *apiſcendæ potentiæ properi* 4. 59. aut qui habet quidem, & amat; ſed nullo metu amittendi, quomodo ſupra 3. 56. Auguſtus qui *ſuæ magnitudini fidebat*. Freinsh.

Anxiam] De potentia quam ſub Auguſto habuerat retinenda ſollicita fuit, quippe timere potuit, ne, ſi quid accideret Tiberio, rerum potirentur filij Germanici, ſicque ipſi præferretur Agrippina animo ferox & commota jam olim muliebres offenſiones exercebant illæ.

5. *Proximi.*] Dictum videtur, quomodo 13, 15. *Proximus quiſquis Britannico*. Superiore verſu *intimos* appellaverat: *inter intimos aviæ*.

Proximi ſunt propinqui, amici, comites, domeſtici, clientes, liberti, officioſi ſalutantes, conſultoreſque omnes. Hoc ſenſu dictum, ubi de Sejano *qui te invito prorumpunt & de omnibus rebus conſulunt*.

6. *Pravis ſermonibus.*] Vafris machinationibus inducebat proximos Agrippinæ ut pravis malignisque de Cæſare & Auguſta ſermonibus præferocem mulieris animum ad contumaciam propellerent, dictaque aut facta temeraria elicerent, quibus dein Sejanus in crimen & perniciem illius uteretur

13 [1] perstimulare. At Tiberius [2] nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens, jus civium, preces sociorum tractabat. Factaque auctore eo senatusconsulta, *ut civitati* 3 *Cibyratica apud Asiam*, 4 *Ægirensi apud Achajam motu terra labefactis*, *subveniretur remissione tributi in triennium.* Et Vibius Serenus proconsul 5 ulterioris Hispaniæ.

INTERPRETATIO.

colloquiis ferocem animum exasperarent. At Tiberius, nullatenus interrupta Reipublica cura, munia imperij *pro delinimentis assumens, de jure civium & desideriis sociorum cognoscebat. Factaque, referente illo, decreta patrum,* ut succurreretur urbi Cibyraticæ in Asia, Ægirensi apud Achajam, terræ motu subversis, condonatione vectigalium in tres annos. *Et Vibius Serenus rector ulterioris Hispania de vi pub-*

NOTÆ.

1. *Perstimulare.*] Plus est quam stimulare. continet enim constantiam in stimulando, ad extremum usque, donec videlicet obtineatur, quod destinatum est. Nec de Augusta hæc debent accipi, tanquam adversus illam exstimulanda fuerit Agrippina; hoc enim supervacuum erat, quum jam ante anui isti esset invisa.

Id accipiendum de Cæsare, quem nova Agrippinæ contumacia excitari volebat Sejanus, *ut cunctationes ejus aperirentur*, &c. 4. 71. Nam & *pravi sermones* non intelligi debent ab Agrippina proferendi. sed ab instigatoribus ejus, qui videlicet uterentur iis sermonibus ad exstimulandos mulieris spiritus. Ejusmodi *pravi sermones* referuntur infra 4, 59

Inliciebantur *proximi*, ut superbiam violentiamque Agrippinæ pravis sermonibus stimularent adversus Augustam & præcipue in Tiberium. sic infra de Nerone filio Germanici. *Quid in præsentiarum conduceret, oblitum, dum à libertis & clientibus apiscenda potentia properis exstimulatur.* Sed alio consilio id agebant proximi Agrippinæ; nempe ut eam proderent impetitantibus. Tò *inliciebantur* denotat fuisse ad id sollicitatos & corruptos.

2. *Nihil intermissa rerum cura.*] Hoc est, interrupta ob luctum.

3. *Cibyratica.*] Cibyra oppidum Phrygiæ majoris versus meridiem, & Cibyraticæ jurisdictionis,} in Asia minore, hodie forsan *Celestria*, oppidum præfectuiæ Natoliæ versus meridiem sub Turcico imperio Asiatico. ex Plinio lib. 5. c. 28. &c. *Tillemonius.*

4. *Ægirensi.*] Ægium:, urbs Achaiæ regionis minoris, ad Corinthiacum sinum, in Peloponeso provincia Græciæ. hodie *Vistiza*, urbs Clarenzæ tractus, in Morea provincia imperij Turcici Europæl. *Tillemonius.*

5. *Vlterioris Hispania.*] Hispania Ulterior, pars est ferè dimidia totius Hispaniæ ad occidentem hibernum. sub Romanis partita est in duas provincias *Bæticam* & *Lusitaniam*, &c. hodie hîc sunt, pars meridionalis regni *Leon*, pars occidentalis *Castella* veteris & novæ, *Andaluzia* ferè integra, & major pars *Granada*. hæ provinciæ, vel regna Hispaniæ parent regi Catholico sive Castellæ; his addenda pars maxima *Portugallia*, & omnis *Algarua* sub ditione regis Portugalliæ, in Hispania peninsula. ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

Vlterioris Hispania.] Qui interpretatur *Lusitaniam*, dupliciter fallitur. Semel, quod partem *ulterioris Hispania* Lusitaniam, pro tota posuit. nam præter hanc continebantur hac appellatione *Bætica* quoque, sicut Plin. 3. 1. discerte tradit: iterum, quod eam posuit partem, quæ hic minime intelligitur.

Sciendum enim est, quum olim, ut dixi, duas in partes hispania distribueretur, *citeriorem* & *ulteriorem*, Augustum

de vi publica damnatus, [1] ob atrocitatem morum in insulam

INTERPRETATIO.

lica damnatus amovetur ob sævitiam animi in insulam Amorgum. Car-

NOTÆ.

postea, quum provincias cum senatu populoque Romano divideret, *ulteriorem* bifariam secuisse. & *Bæticam* quidem reliquisse populo; *citeriorem* & Lusitaniam, sibi vindicavisse. ac exinde per *ulteriorem Hispaniam*, Bæticam tantum intelligi cœpisse, cui parti, post Lusitaniam proprio prætori attributam, totius appellatio, uni hæserit. Vide Dion. l. 53. Strabon. lib. 3.

Postea sex provinciæ factæ sunt ex Hispania, ut Sex, Rufus testatur, in quo ipso etiam Bætica & Lusitania distinguntur. *Freinshem.*

1. *Ob atrocitatem temporum.*] Placet olim emendatio, *atrocitatem morum.* quam velim distinctione juvari hoc modo: *de vi publicâ damnatus ob atrocitatem morum, in insulam.* Facilis exscribentium lapsus repetitione Syllabæ, *tem morum.* Etsi non sum ignarus à Suetonio *temporum atrocitatem* dictam, Calig. cap. 6. Sed hic, ut censeo, parum opportunè. Puto autem pertinuisse ad Serenum caput hoc legis Juliæ: *Julia de vi publicâ tenetur, qui cum imperium potestatemve haberet, civem Rom. adversus provocationem necaverit, verberaverit, jusseritve quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur.* Lipsius.

Ob atrocitatem.] Nam sævitia Tiberij pœnas legitimas egrediebatur hoc lib. cap. 42. *Cæsar objectam sibi adversus reos inclementiam et pervicaciam amplexus* l. 10. DD. ad L. Jul. de vi publ. *Damnato de vi publica aqua & igni interdicitur.* Ergo arguitur *atrocitas temporum*, quod cum par esset, ut aqua & igni *Sereno* interdiceretur, Tiberius indulgens inclementiæ, eum in insulam deportavit; quod utique gravius erat interdictione.

Interdictus enim non prius amittebat civitatem, quam inter cives ejus oppidi cooptaretur, in quo sedem fixisset. Cic. pro domo cap. 30. Tac. 4. annal. 43. *Deportatus* autem statim à sententia, jus civitatis exuebat. Ulp. lib 51. DD. de pœn. Poterat interdictus (nisi aliud in sententia fuerat additum) se quocumque conferre: at non licitum deportato superare certos fines lib. 4. DD. de pœn. *Vertran.*

Ob atrocitatem temporum.] Hanc lectionem in Tacito comprobare possit locus Suetonij Calig. 6. ubi de Germanico. *Auxit gloriam desideriumque defuncti etiam atrocitas insequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac metu repressam Tiberij sævitiam, quæ mox eruperit.* Quæ tamen *atrocitas* Tiberij seu *temporum* erupit tantum post mortem Drusi qui filius Tiberij, ut patet ex tota ea narratione Taciti.

Ob atrocitatem.] Verisimilius est scripsisse Tacitum *ob atrocitatem morum.* quis enim putet damnatum esse aliquem *ob atrocitatem temporum?* idem quippe est ac si diceret *ob sævitiam imperitantium* fuisse deportatum, & quis auctor sic loquatur nullo alio addito; nulla ratione reddita, talis atrocitatis temporum, seu imperitantium?

Et ubi aut unde illa *atrocitas temporum?* Certe jam turbare fortuna cœperat, cum Drusus Tiberij filius, dolo uxoris & adulteri periit, sed nondum sævire ipse Tiberius cœperat. hactenus Sejanus metu Drusi coërcitus, & tantum abest, ut inclementiam exerceret Tiberius hoc ipso tempore. quin potius clementer subvenerit urbibus Asiaticis terræ motu labefactis, ita ut tributa eis remitterentur, & opibus juvarentur. Et eo ipso tempore absolutus Carsius Sacerdos, periculo liberatus C. Gracchus.

Et quodnam majus argumentum mo-

1 Amorgum [2] deportatur. Carsius Sacerdos reus, tamquam 3 frumento

INTERPRETATIO

sius Sacerdos crimen habens, quasi annonam suppeditasset prædoni Tacfari-

NOTÆ.

destiæ Tiberij fuit, quum apud patres *etiam tum cuncta tractabantur*, adeo ut procurator Asiæ Lucillius accusatus sit, *magna cum adseveratione principis, non se jus nisi in servitia & pecunias familiares dedisse, quod si vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, sprota in eo mandata sua*, &c. Compara ea tempora cum sequentibus, & videbis mirum justæ Clementiæ documentum, non *atrocitatem temporum*. Et quid Sereno fuit cum temporibus? aut cum ministris seu imperitantibus, nisi quod forte in verba atrociora adversus principem prorupisset, cum exprobravit Tiberio suum tantum studium in damnando Libone, sine fructu fuisse. quæ *atrocitas* non *temporum* fuit, sed ingenij & morum ipsius Vibij Sereni.

Et verisimile est hunc delatorem acerrimum, non modo lacessisse Cæsarem, sed etiam senatum, seu patrum honestissimos & clarissimos, optimis civium obtrectasse & oblatrasse criminationibus crebris delationibusque. unde odium universorum in se concitavit.

Hinc causa est cur non tantum aqua & igni interdictus sit, ob sævitiam & vim publicam exercitã in ulteriore Hispania, sed etiam insula & scopulo clausus sit, ne si loco celebri & frequenti versari licuisset, crimina & delationes continuaret. Sic refrœnata nimia licentia & atrocitas ingenij. Et habemus apud Tacitum exempla talium prodigiorum pravæ eloquentiæ, qui in insulas amandari, eadem de causa, ne perpetuo procetibus, senatui & civitati infesti essent.

Ob atrocitatem morum.] Sic *seponebant* in aliquem recessum eos, qui sibi displicerent, vel ob ferociam animi, vel ob nobilitatem aut ambitionem: sic seponebant viros quos metuebant, aut suspectabant, in aliquem locum remotum ab urbe & frequenti hominum cœtu. Sic Dolabella à Vitellio Aquinum sepositus, sic Sylla Massiliam à Nerone, sic & Rubellius Blandus in Asiam. sic & Mucianus in Lyciam. aliquando tamen aliqua specie honoris amovebantur, ut Otho in Lusitaniam.

Vespasianus Morboniam amandatus, forte & Helvidius Priscus tantum seponebatur à Vespasiano. Sed dominationis magistri, seu mali ministri necem ipsi consciverunt inscio & invito principe. sic intelliges Suet. Tit. 9 *Fratrem insidiari sibi non desinentem*, &c. *nec occidere, neque seponere*, &c. *sustinuit*. Etiam ultro secedebant magni viri, ne fama illorum suspectaretur. Ut Galba apud Suet. 8. *Prope ad medium Neronis principatum, in secessu plurimum vixit*, &c. *donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est.*

1. *Amorgum.*] Amorgus, insularum *Sporadum* una in mari Ægæo, versus meridiem, hodie *Amorgo*, vel *Merge*, in Archipelago, Turcis paret. *Tillemonius.*

2. *Deportatur.*] Vibius Serenus ulterioris Hispaniæ proconsul, ob atrocitatem morum de vi publica damnatus in insulam Amorgum deportatur. *Freinsh.* Puto, fallitur. & longe satius est, ut fuerit Serenus de vi publica damnatus, seu aqua & igni interdictus; ita ut posset exilij sedem pro libito sibi deligere: dein tamen præter ordinem & legem, considerata atrocitate morum ejus, in insulam Amorgum deportatus sit. Nec verisimile est hominem fuisse de *vi publica damnatum* ob atrocitatem morum præcisse. nisi aliquod crimen intervenisset.

3. *Frumento hostem juvisset.*] Quod læsæ majestatis crimen est. L. cujusque ad L. Juliam majestat. D Lib. 1. Machab. *Prælantibus non dabunt, neque subminis trabunt triticum, arma, pecuniam, naves.*

hostem

hostem Tacfatinatem juvisset, absolvitur; ejusdemque criminis C. Gracchus. Hunc comitem exsilij admodum infantem, [1] pater Sempronius in insulam [2] Cercinam tulerat. Illic [3] adultus inter extorres & liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam, mutando [4] sordidas merces, sustentabatur: nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni Ælius Lamia, & L. Apronius qui Africam obtinuerant, insonti

INTERPRETATIO.

nati culpam diluit; idemque scelus a se amolitur C. Gracchus. Illum pater Sempronius socium exsilij, tenera admodum ætate, secum avexerat in insulam Cercinam. Hic educatus est inter exsules, & ingenuarum artium rudes, deinde per Africam ac Siciliam vili rerum permutatione se tolerabat, nec tamen eminentis fastigij discrimina vitavit. Et nisi Ælius Lamia, & L. Apronius, qui Africæ præfuerant,

NOTÆ.

Sunt verba societatis initæ inter Judæos, & Romanos. cap. 8. & imperatores Valentinianos & Gratianus prohibent ad Barbaricam oleum, aut liquamen, aut vinum, ne gustûs quidem gratia, portari in Cod. L. ad Barbaricam. De his quæ export. non deb. Paulus J C. *Cotem ferro subigendo, & necessaria hostibus venundari ut ferrum, & frumentum, & sales, non sine capitis periculo licet.*

1. *Pater Sempronius.*] Ille est de quo Tac lib. 1. 53 qui filiam Augusti *Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat,* traditamque Tiberio *contumacia & odiis in maritum accendebat,* &c. *Igitur amotus Cercinam Africi maris insulam, quatuordecim annis exsilium toleravit.* Tumque occisus est jussu Tiberij, cum rerum potitus est.

2. *Cercina.*] Ad oram Africæ minoris, & prope Syrtim minorem. hodie *Cercare,* prope regnum Tunetanum, in Barbaria. *Tillemonius.*

3. *Adultus inter extorres.*] Inter profugos & liberalium artium rudes adultus, post ea nullam meliorem vitæ exhibendæ rationem inire potuit, quam ut sordidam, & tantis majoribus indignam negotiationem exercendo, merces Africanas in Siciliam & vicissim Siculas in Africam transportaret distraheretque. *Freinsh.* Non tantum sordida illa negotiatio ob claritatem majorum illius, sed præcise ex se ipsa; quia negotiatores mentiri, fraudare, jurare, falsasque merces, miscere veris & corrumpere solent.

4. *Sordidas merces.*] Quidam interpretantur minimi pretij. Sed ipsum crimen, cujus hic arcessitur Gracchus, interpretationem hanc repudiat: insimulabatur enim tanquam hostem Tacfarinatem juvisset. ut videatur vel hoc genus mercimonij exercuisse, vel certe aliud quodcumque non minimi lucri.

Quod autem *sordidas merces* appellat auctor, fieri potest vel ipsarum respectu, si verbi gratia salsamenta vendidisset permutassetve; aut etiam respectu personæ, in qua, ob dignitatem familiæ, etiam negotiatio mediocribus honesta, pro sordida reputari poterat.

Ad hæc accommodari potest judicium Ciceronis de Off. 1. 42. *Quibus artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestæ. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est; sin magna & copiosa,* &c. *non est admodum vituperanda.*

Magis itaque hic tolero, quod nonnulli *vilissimas* interpretati sunt, quia vilitas ea, non tantum ad pretij mediocritatem pertinet; verum etiam ad mercium ipsarum, licet charo comparatarum, sordes.

Sordidæ erant illæ merces respectu a-

tem protexissent, claritudine infausti generis, & 1 paternis adversis
14 foret abstractus. Is quoque annus legationes Græcarum civitatum habuit; 2 Samiis *Iunonis*, Cois *Æsculapij delubro*, *vetustum asyli jus ut firmaretur*, petentibus. Samii 3 decreto Amphictyonum nitebantur, quis præcipuum fuit rerum omnium judicium, qua tempestate Græci conditis per Asiam urbibus ora maris potiebantur. Neque dispar apud

INTERPRETATIO.

innocentem defendissent, nobilitate infelicis familiæ, & paternis infortuniis abreptus foret. Eo etiam anno Græcæ civitates misere legatos in urbem, *Samiis postulantibus, ut* Junonis templo stabiliretur antiquum jus perfugij: *idem petebant Coi Æsculapij* fano. *Samij nixi sanctione Amphictionum, penes quos summum fuit omnium rerum arbitrium; quo tempore Græci structis per Asiam civitatibus, littus maris obtinebant.*

NOTÆ.

vorum Semptonij & clarissimæ illius stirpis, & quoad se *sordidæ* fuerunt saltem sigillatim sumptæ, quia viles & vulgares, etiam ob turpem quæstum & ob vanitatem artis quæ sæpe inania mendaciaque & perjuria lucro habet; quod certe à probro, flagitio & ignominia prope abest. adde ob avaritiam. per *sordes* intelligitur avaritia.

Cic. de offic lib. 1. *Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum & fœneratorum, illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum opera, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant carius. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur, nec vero quicquam turpius est vanitate.* Et paulo infra: *Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undique appertans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda.*

1. *Paternis adversis.*] Pater ejus in Cercinam insulam relegatus fuerat: ergo, siquidem; ut nonnulli ajunt, eadem pœna in hunc incubuisset, ipse quoque eodem erat relegandus. Neque recte, paternorum adversorum particeps fieret: quin illa jam aderant & miserum premebant; haud minus quam ipsa generis infausti claritudo.

Quippe vox *abstractus* absolute posita est, neque subjicitur quo abstractus foret, sed subintelligitur extrema calamitas, atque ultimum supplicium. ita 6. 26. *Pernicies Agrippinæ Plancinam traxit.* Scilicet in exitium, *Freinsh.*

2. *Samiis Iunonis.*] Virg 1. Æneid. *Quam Iuno terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.*

Samiis.] Samos, Samus Cic. quæ & Parthenia, olim à Parthenio fluvio, Samo adhuc vulgo dicta insula maris Icarij Joniæ adjacens contra Ephesum ipsa circuitu 87. mil. pass. teste Plin. sed majore apud recentiores.

Ibi vasa fictilia primum fabricata in urbe ejusdem nom. Episcopalis; ibi Juno colebatur, unde Samos Junonica dicta pop Samothraces. Samos altera ins. maris Ægei Thraciæ adjacens, quæ Samothrace & Samothracia, dicitur vulgo Samandrachi teste Soph. circuitus 20. mil. pass. hinc Sibylla cognomine Samia.

Samiis.] Samos vel Samus, insularum Sporadum una, in mari Ægæo, & prope Joniam provinciam Asiæ minoris. hodie *Samo* vel *Samoa* in Archipelago prope Naroliam; paret Turcis. *Tillemontius.*

3. *Decreto Amphictyonum*] Publicum Græciæ concilium. Quintil. & Plinius. Bis quotannis, vere, & autumno mittebantur Pylagoræ è duodecim populis Græciæ. Harpocration.

[1] Coos antiquitas, & accedebat meritum ex loco. Nam cives Romanos templo Æsculapij [2] induxerant, cum [3] jussu regis Mithridatis apud cunctas Asiæ insulas & urbes trucidarentur. Variis dehinc & sæpius inritis prætorum questibus, postremo Cæsar *de immodestia histrionum* retulit; *multa ab iis in publicum seditiose, fœda per domos temtari:* [4] *Oscum quondam ludicrum* [5] *levissima apud vulgum oblectationis,* [6] *eo flagitiorum & virium venisse, ut auctoritate patrum coërcendum sit.* Pulsi tum histriones Italia. Idem annus alio quoque luctu Cæsarem adficit, alterum ex geminis Drusi liberis exstinguendo: neque minus morte amici. Is fuit Lucillius Longus, omnium illi tristium lætorumque socius,

INTERPRETATIO.

sinebant. Neque minor apud Coos vetustas, & adcrescebat gratia ex templo ipso. *Quippe intromiserant cives Romanos in Æsculapij delubrum, cum edicto Regis Mithridatis per omnes Asiæ insulas civitatesque interficerentur. Exin post multas, & sæpius vanas, elusasque Prætorum expostulationes, tandem Tiberius retulit* apud Patres de licentia mimorum, eos multa in vulgus seditiose, multa inhonesta in familiis audere. Oscum olim ludum, tenuissimæ apud plebem voluptatis, eo scelerum & virium provectum esse, ut decreto senatus comprimendus sit. *Tum mimi Italia ejecti. Eodem anno novo etiam mœrore perculsus Tiberius, extincto altero ex gemellis Drusi filiis, nec minus interitu amici* adflictus est. *Is fuit Lucillius Longus cunctarum illi secundarum adversarumque rerum particeps; solusque è senatoriis socius*

NOTÆ.

1 *Coos.*] Cos insula. vide notas lib 2. cap. 75.

2. *Induxerant.*] Romanos qui apud se morabantur in templum Æsculapij inductos loci religione servaverunt, spreto Mithridatis edicto.

3. *Jussu regis Mithridatis.*] Uno die 150. millia civium Romanorum Mithridatis jussu trucidata sunt. Cic. pro lege Manilia. Livius lib 78. Plutarchus in Sulla, Appianus in Mithridatico.

4. *Oscum ludicrum.*] Quod celebratum Romæ, non Romana lingua. Strabo lib. 5. *Eximium quid Oscis & Ausoniorum genti contigit, cum enim Osci defecerint, lingua manet apud Romanos, ita ut poëmata illorum in scena exhibeantur quedam ludicre & à mimis recitentur.* Censent idem esse cum Atellanis ludis: nec errant. Nam Atella, *Oscorum* urbs Sermo autem *Oscus*, diversus à Latino. Titinnius: *Qui Oscè & Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt.* Quo & Campani usi videntur, &, ut Livius alibi me docet, Samnites.

Oscum.] Osci, populi Latij & Campaniæ provinciarum Italiæ. vide Cluverij Ital. ant. lib. 3. c. 9. p. 1059. *Tillemon.*

5. *Levissima apud vulgum oblectationis.*] *Levissima oblectatio*, non est parva aut minima, constat enim Romanos, si qua alia re, his ludis esse delectatos: verum ita vocatur, quia gravitati principis populi non conveniret, ex re tam levi, & ludiera quantamcunque delectationem capere: pari modo, quo præcedenti capite *sordida merces* sunt appellatæ nempe si respicias personam.

Sed Populus ille Romanus quamvis victor gentium & rerum dominus, non minus tamen levis fuit, si plebeculam saltem respicias. imo in luxum & talia oblectamenta pronior & magis oblectari voluit, quia ditior & pinguior. Sed *levissima* dicta quia modici vel etiam nullius ingenij, & quia initio vana ridicula & tenuis res, postea aucta. *levis* etiam respectu sapientum. &, procerum. qui graviores voluptates sectabantur.

6. *Eo flagitiorum.*] Vanum ludicrum

unusque è senatoribus Rhodii secessus comes. Ita quamquam [1] novo homini, [2] censorium funus; effigiem apud forum Augusti

INTERPRETATIO.

Rhodia solitudinis; sic licet homini nova claritatis. censorias exsequias, imaginem in foro

NOTÆ.

eo recidisse, ut flagitia histrionum inulta manere non debeant, neque ob illorum potentiam à magistratibus coerceri possint, sed patrum auctoritatem requirant. tanta fuit potentia histrionum, ut illorum domos frequentarent senatores ipsi, ut equites Romani stiparent tegerentque eorum latera, cum in publicum egrederentur. quod eo usque invaluerat, ut edictis & senatusconsultis ea flagitia comprimi necesse fuerit.

Flagitiorum.] Intelligunt flagitia, probra, obscena verba, & talia vel facta, aut exhibita in iis ludis, quæ pudorem publicum veluti prostituerent. puto & intelligenda etiam *flagitia* quæ per domos faciebant non mimice mimi illi, stupra, adulteria cæterasque ejusmodi libidines in utroque sexu Quid non potuit Paris histrio & similes? quid non ausus in Messalinam Mnester. quid non ausus in Domitiam discipulus Paridis?

1. *Novo homini.*] Licet novus homo nullisque majorum imaginibus decoratus esset, tamen Censorium funus, &c. habuit. *Novitas* illa claritas potius fuit quam nobilitas, nullos patricios, nullas imagines numerabat. *nobilitas* tamen fuit sed una illa sua imagine decorata. ex se velut orti videbantur novi illi homines, quæ prima & summa claritudo, quæ caput & scaturigo nobilitatis.

2. *Censorium funus.*] Quidam putant idem esse funus *publicum*, funus *censorium*, funus *indictivum*. Arbitror ego funus *publicum* & *indictivum*, eadem: nec aliud esse, quam cum denunciatur & indicitur publicitus per præconem. *Censorium*, partem ejus esse: id est, ut omne *censorium* funus, *publicum* sit, (qui enim aliter honoratum esse potest?) at non omne publicum *Censorium*.

Ut inter magistratus, honoratissimi *Censores*, isque cumulus quasi reliquarum dignitatum: sic inter funera *Censorium*, primo loco. Itaque Capitolinus de Pertinace: *Funus imaginarium ei & censorium ductum est, & ab ipso Severo funebri laudatione honoratus est.*

Tacitus de Sabino fratre imperatoris Vespasiani: *funusque Censorium Flavio Sabino ductum.* Et lib. 12. *Decretum Claudio Censorium funus & mox consecratio.* Qua ergo nota eximium hoc funus? credo ista, ut omnia in eo *purpurea* essent, *vestes stragulaque*; in aliis, tantum *purpura prætexta*.

Non obscurè annuere mihi videtur Polybius, lib. 6. *Ubi autem præclarus aliquis ex domesticis obiit, instituunt funeris apparatum, & circumfusi qui similes magnitudine ac statura videntur, vestes capiunt; si consul vel prætor fuit purpura prætextas; si censor, purpureas; si triumphalis, auro intextas.*

Postrema Græcè sic habent: Ἐὰν μὲν ὕπατος καὶ στρατηγὸς ᾖ γεγονὼς, περιπορφύρους (intellige ἐσθῆτας λαμβάνουσιν) ἐὰν δὲ τιμητὴς, πορφυρᾶς, ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκὼς, διαχρύσους.

Publico autem funeri opponitur, *Tacitum*, id est, sine pompa, sine designatore, sine ludis, præcone, indictione, silens & quietum. Seneca. De Tranquillitate lib. 1. cap. 1. *Quid opus est sæculis duratura componere? vis tu nunc id agere ne te posteri taceant? Morti natus es. minus molestiarum habet funus Tacitum*

E Polybij verbis suspicari possis distinctum *Censorium* funus à *triumphali* fuisse, & hoc dignius. Mihi ita non videtur,

Primum, quia nemo Latinorum *Trium-*

publica pecunia patres decrevere. apud quos etiam tum cuncta tractabantur: adeo ut procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante provincia causam dixerit, [3] magna cum adseveratione principis, *non se jus nisi in servitia & pecunias familiares dedisse: quod si vim prætoris usurpas-*

INTERPRETATIO.

Augusti, sumptu reip. statuit senatus, apud quem tum temporis omnia agebantur: ita ut procurator Cæsaris *in Asia Lucillius Capito interrogante provincia, causam oraverit, constanter adseverante testanteque principe*, auctoritatem se ei non nisi in servos, & rem familiarem mandasse: sin jus prætoris sibi vindicasset, & vim

NOTÆ.

phale nominat. Deinde, quia *censorium* reperio Principibus ipsis ductum (ut Claudio, ut Pertinaci) quos constat honestissimo affectos.

Tertio, quia illa ornamenta quæ *triumphali* tribuit Polybius, reperire est in Censorio. Vide Xiphilinum in Severo. Currum huic intervenisse, ritu triumphaurium, non opinor. nam quod in Propertio legis, *cujus honoratis ossa vehantur equis*: verius est, *aquis*. & ille ipse Poëta superiori ejus libri Elegia, in amne infero distinxit duplices sedes, & navigationes.

Quod in Dione etiam scriptum: funere Augusti, imaginem ejus unam (tres enim fuerunt) vectam ἐφ᾽ ἅρματι πομπικῷ, id est, *curru triumphali*, ut interpretes volunt: ego mallem *curru pompali*. & *Carpentum* intelligam, quo per pompam Circensium dij transvecti. hoc enim novi honoris genus apposite tributum novo divo. *Lipsius*.

Censorium funus] Arbitratur Lipsius funus *publicum*, & *indictivum* idem esse, quod idem est, ac si diceret publicum à privato nihil differre. *indictiva* enim plurima mere *privata* sunt, licet per præconem populus evocaretur κατηγγέλλεται. publica quidem funera indictiva fuerunt omnia, sed non omnia indictiva publica: ut nec publica omnia censoria. Funus uni cuiq; privato indicere licuit, & indictivo funere ex ædibus. efferri præco eos dicit qui è tabernis efferuntur. At tabernæ humiles & privatæ domus sunt. *Gutherius*.

1. *Apud forum Augusti.*] Ubi in utraque porticu ab ipso Augusto locatæ statuæ omnium veterum ducum. Suet.

2. *Publica pecunia.*] Nempe ex ærario cujus adhuc arbitri Patres, ut olim vetere Repub. ex ærario igitur decreti sumptus funeris, & à patribus, non ex fisco principis. quare & addit Tac. *etiam tum* apud patres *cuncta tractabantur*. Ut nobis revocet in memoriam discrimen reipub. & eorum temporum quæ mox secuta sunt, quibus res non amplius in senatu, & à Patribus, sed intra unam domum principis & à paucis agitabantur; quibus jam inter ærarium & fiscum nulla differentia, quia cuncta in se traxerat princeps, & *omnia Cæsar erat* ut inquit Lucanus.

Sub Caligula & Claudio & sequentibus Cæsaribus longe aliter res se habuere. servitium paulatim gravius graviusq; incubuit. Audi Tacit. l. 11. 2. ubi de Asiatico bis consule *Neque data senatus copia, intra cubiculum auditur, Messalina coram.* Ibique cogitur ad mortem fraude *Messalinæ & impudico Vitellij ore* quasi parcerent quasi veniam darent, quasi *per clementiam*, tantum artes in scelera pollent: Vitellius *liberum ei mortis arbitrium permisit*: *& secuta sunt Claudij verba in eandem clementiam.* Quod & arguit in senatu Nero fretus eloquentia Senecæ, cum nondum corruptus esset, lib. 13. 3. *Non enim se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus & reis, paucorum potentia grassaretur.*

3. *Magna cum adseveratione.*] Tibe-

ſet, [1] *manibuſque militum uſus foret ; ſpreta in eo mandata ſua : audirent ſocios.* Ita reus cognito negotio [2] damnatur. [3] Ob quam ultionem; & quia priore anno [4] in C. Silanum vindicatum erat, decrevere Aſiæ urbes *templum Tiberio matrique ejus, ac ſenatui.* Et permiſſum ſtatuere. [5] Egitque Nero grates 6 ea cauſa patribus atque avo, lætas inter audientium adfectiones, qui recenti memoria Germanici, illum adſpici, il-

INTERPRETATIO.

militum adhibuiſſet, contempta in eo juſſa ſua : ſociis ſenatûs & accuſandi procuratoris copiam praberent. *Sic reus diſceptata re mulctatur. Ob quam vindictam, & quia ſuperiore anno in C. Silanum animadverſum fuerat, cenſuere civitates Aſiæ* ædem dicandam Tiberio, & Auguſtæ, ac ſenatui. *Et conceſſum eſt ut extruerent. Retulitque Nero gratias ea de re ſenatui, & principi, non ſine magna audientium lætitia, qui inſidente adhuc animis memoria Germanici, illum videri,*

NOTÆ.

tio reum adeo non defendente, ut potius conſtantiſſimè adſeveraret, ſe Capitoni nullam poteſtatem conceſſiſſe, niſi in rebus ſervos ſuos & rem pecuniariam privatam concernentibus.

1. *Manibuſque militum uſus foret.*] Huc pertinet quod habet Tac. in Agricolæ vita. Ubi ſic queruntur Britanni. *Singulos ſibi olim reges fuiſſe, nunc binos imponi ; è quibus legatus in ſanguinem, procurator in bona ſæviret ; æque diſcordiam præpoſitorum, æque concordiam ſubjectis exitioſam : alterius manus centuriones, alterius vim & contumelias miſcere*, &c.

2. *Damnatur.*] Ne dè ultimo ſupplicio intelligas, ut ex Dionis teſtimonio ſubaudio, in exilium: *Vertran.*

3. *Ob quam ultionem.*] Et propter illam injuriarum provincialium vindictam, ſimul quia præcedente anno C. Silanus ſimilem ob cauſam punitus fuerat, urbes Aſiaticæ decreverunt ut templum ſtatueretur, &c.

4. *In C. Silanum.*] Qui relegatus erat in inſulam Cytheram.

5. *Egitque Nero grates.*] Nempe Nero Germanici filius. Hinc obſervabis, ſolitum fuiſſe principibus adoleſcentibus, publicam aliquando cauſam ſuſcipere, ut provincialium gratiam acquirerent, ſtudiumque eloquentiæ oſtenderent.

Sic de Nerone ſextum decimum annum agente, Tacitus lib. 12. *Vique ſtudiis honeſtis, & eloquentiæ gloria niteſceret, cauſa Ilienſium ſuſcepta.* & de eodem Sueton. 7. *Pro Bononienſibus Latine, & pro Rhodiis atque Ilienſibus Græce verba fecit.*

Tiberius quoque, ut idem teſtatur Sueton. c. 8. *Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos & Theſſalos, varia quoſque de cauſa, Auguſto cognoſcente defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terra motu afflictis, opemque implorantibus, ſenatum deprecatus eſt.*

6. *Ea cauſa*] Egitque Nero Germanici filius, qui cauſam Aſiaticorum ſuſceperat, grates eam ob rem patribus, &c.

Ea cauſa.] Intelligunt quaſi Nero ſuſcepiſſet cauſam, ſeu patrocinium iſtarum urbium, ſed puto reſtringendum ſenſum ad verba Taciti, qui dicit tantum *egiſſe Neronem grates.* nempe egit Nero grates principi & ſenatui, quod vindicaſſent Aſiæ civitates, & quod permiſiſſent ſtatuere templum Cæſari, Auguſtæ, & Senatui. Facile fuit & decuit juvenem agere grates principi in ſenatu, nomine civitatum Aſiæ, at non ita facile fuit ulciſci tales reos, eoſque

lum audiri rebantur. aderantque juveni modestia, ac [1] forma principe viro digna, [2] notis in eum Sejani odiis ob periculum gratiora. Sub idem tempus *de Flamine Diali in locum Servij Maluginensis defuncti legendo*, [3] *simul roganda nova lege* disseruit Cæsar. [4] *Nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex quîs unus legeretur, vetusto more; neque adesse ut olim, eam copiam, omissa confarreandi ad-*

INTERPRETATIO

illum audiri putabant. ineratque adolescenti verecundia ac dignitas oris, quæ principem virum decet, quæ *& compertis in illum Sejani simultatibus, ob discrimen latiora erant. Eadem tempestate retulit princeps* de Flamine Diali sufficiendo in locum Servij Maluginensis exstincti, atque etiam de sancienda nova lege. Quippe dicebat tres simul designari solere patricios ex patre matreque confarreatis ortos, ex quibus unus crearetur prisco ritu; neque suppetere, ut antiquitus, eam multitudinem confarrea-

NOTÆ.

damnare. ea causa clariores validioresque patronos requirebat. forte egit tantum grates Nero quod permissum iis esset exstruere templum.

1. *Forma principe viro digna.*] Euripides, εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

2. *Notis in eum Sejani odiis.*] Eaque tanto gratiora in vulgus erant, quanto magis metuebatur, ne machinatione Sejani, cujus odium in Germanici stirpem haud ignorabatur, cito perderetur.

3. *Simul roganda nova lege.*] Disseruitque etiam de nova lege sancienda, quia vetus observari non posset. Antiquitus enim (aiebat) moris erat, ut simul tres patricij, omnes è parentibus qui confarreatione conjuncti fuissent, geniti, nominarentur; ex iis deinceps unus eligebatur.

4. *Nam patricios confarreatis parentibus.*] Non alibi iam expressi ritus in legendo Diali. ait *Patricios*, quia cum quindecim Flamines essent, ex iis tres primi instituti à Numa, non nisi ex patribus legebantur: reliqui que *majores* dicti; alij etiam è plebe, appellatique *Flamines minores.*

Addit *confarreatis parentibus.* quia, ut Plinius ait, *in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat.* Triplex enim matrimonij contrahendi mos, *Usu, Farre, Coemptione.*

Antiquissimum genus *Farre* videtur, quod Dionysius appellat γάμων κατὰ τοὺς ἱεροὺς νόμους eratque necessum non solum *Flaminem* nasci *confarreatis parentibus*, sed & ipsum cum Flaminica *Farre* jungi.

Servius Danielis in excerptis à Pithœo: *Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant,* Usu, *si verbi gratia mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset.* Farre, *cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam salsam conjungebantur: unde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi nascebantur.* Coëmptione *vero atque in manu conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis justum alteri faceret.*

Iterum alibi: *Quid enim est aliud dextra, quàm in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur. quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam jure Pontificio in matrimonium necesse est convenire.*

Et paulo post: *Mos fuit Flamini ac Flaminicæ, ut per Farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas, ovili pelle superinjectâ poni, ejus ovis quæ ho-*

suetudine, aut inter paucos retenta. pluresque ejus rei causas adferebat; [1] potissimam, [2] penes incuriam virorum feminarumque. Accedere ipsius carimoniæ difficultates, quæ consulto vitarentur: [3] & quando exiret è jure patrio,

INTERPRETATIO.

torum parentum, neglecta confarreandi consuetudine, vel apud paucos observata. Multasque ejus rei rationes adstruebat Cæsar, quarum præcipuam, refundebat in negligentiam maritorum & uxorum. His addi & ipsius ritûs ambages, quæ de industria omitterentur, & quandoquidem potestate patria exsolveretur.

NOTÆ.

stia fuisset: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent.

Confarreationes autem tonitru dirimit. Adde festum in *Disfarreatio*, & Arnobium lib. 4. *Uxores enim dij habent, atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæsitis. Usu, Farreo, Coëmptione, genialis lectuli sacramenta conducunt.* Lipsius.

Cum ex lege Regia mulier in viri manum conveniret, certis verbis (quæ utinam ex Ulpiani scriptis superessent, ubi hoc superest) testibusque præsentibus, solemni sacrificio facto, panis farreus, ante novam nuptam delatus aderat, quem conjuges participarent: inde ductum sacri nomen *farreatio*, aut *confarreatio*, cujus vinculo nihil religiosius Plinius ait l. 18, 3. & Dionysius antiquitatum l. 2. *Vertranius.*

Tribus modis nuptiæ fiebant, *usu, farro, coëmptione.* Boëthius in Topica. Ulpianus tit. 9. *Farre convenitur in manum, certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.*

Confarreatis.] Dionys. lib. 2. *Romulus unica constitutione redegit uxores ad decentem modestiam, ea fuit talis: mulierem nuptam, quæ juxta sacras leges convenisset cum viro, participem esse omnium bonorum & sacrorum. nominabant autem prisci Romani sacras nuptias vocabulo suo farracia, à communione Farris, quod nos Græci Zean dicimus, & quemadmodū nostri homines antiquissimam hordeaceam frugem rati, hordeo victimas initiant, οὐλὰς illud (id est molam salsam) nominantes: ita Romani quamvis hostiam igne adolendam respergunt farre, quippe qui hoc frugum genus antiquissimum existimant, & honoratissimum; manet enim is mos hodieque: nec quicquam est additum ad priscam frugalitatem. Quia socia essent fœminæ sanctissimæ & primæ nutritionis & ut felicissimo omine convenirent cum viro, appellationem ex farre habuit matrimonij societas, nempe ad vinculum conjunctionis indissolubilis hoc tendebat, nihilque erat quod hasce nuptias dissolvere posset. Ea lex obstringebat nuptas fœminas ad unum mariti natum se conformare & vivere, cum nulla ipsis abscedendi facultas relinqueretur, Eodemque instituto viri adstringebantur habere & continere fœminas, veluti rem necessario nexu sibi devinctam atque individuam.* Uxor enim pudica, & marito in omnibus obsequens æque ac ille domus erat domina, & in ejus defuncti bona succedebat hæres, sicut filia in parentis; ex asse quidem, si is sine liberis, ac intestatus decederet: quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis. Hæc ille.

1. *Potissimam.*] Plures causas adferebat, sed præcipua ex virorum pariter fœminarumque incuria profecta est, qui dum nuptiis coeunt, non student, ut quam optimo modo, & liberis ipsorum præ cæteris profuturo conjungantur.

2. *Penes incuriam.*] Ego potiorem causam existimavi, *coëmptionem*, per quam matrimonio contracto, mulier minori negotio & pari jure, ac si per *farreationem*, in viri manum & potestatem transiret. Qua de re satis multa in quæstione juris trium liberorum emisi. *Vertranius.*

3. *Et quando exiret.*] Sed *quando*, pro

qui

qui id Flaminium apiscaretur, quæque in manum Flaminis conveniret. Ita

INTERPRETATIO

qui illud sacerdotium obtineret, quæque mulier nuptias cum Flamine contraheret.

NOTÆ.

quoniam, à Cornelio familiarissime usurpatum, expono auctore Pompejo lib.15. Scripti autem sententia est; licet moris esset capi Flaminem ex confarreatis patribus natum, desiit tamen matrimonium per confarreationem contrahi, quoniam filius ex eo natus, si deinde Flamen fieret, vel filia, si per sacras nuptias in viri jam Flaminis, futurive, potestatem veniret, è vinculis patriæ potestatis evolarent: quod patres tam graviter molesteque tulerunt, quam patria potestas inæstimabilis res & est, & dicitur.

Duplicem vero philologus ex hoc loco fructum historiæ metet: unus est, in ea forma dicendi, *in manum convenire* quod alij in *matrimonium*, ut Agellius lib 18. cap 6. & ita à Papiniano Pauloque scriptum referunt libri Digestorum Etrusci.

Alter fructus percipitur ex eo, quod filia quæ Flamini farreatione nupsisset, iu mariti, non etiam patris manu fuit: tamet si nupta per coëmptionem, nec emancipata in patris & mariti potestate fuerit: *Vertranius*.

Qui patria potestate liberantur: aliquando capite minuuntur, ut qui emancipantur: venduntur enim; aliquando non: ut olim qui fiebant *Flamines Diales*, hodie qui Episcopi. Ne ij quidem capite minuebantur, qui morte patris fiebant juris sui.

Liberabantur & *Flaminica*, fiebantque in viri potestate dum *convenirent in manum*. Quamquam alioqui nuptiæ non liberent à potestate patria: nam & filius qui uxorem duxit, manet in potestate patris, & filia familias quæ nupsit Vlpianus tit. 10. *In potestate parentum esse desinunt, & hi qui Flamines Diales inaugurantur, & quæ virgines Vesta capiuntur.* Vide & Gellium 10 15. *Muretus.*

Inter causas omissæ confarreationis, has adfert: unam, *cærimonia difficultates*, quas vel incuria negligerent, vel consulto vitarent. alteram *ob privilegium liberorum*, qui Flamines aut Flaminicæ; quia ij adepto sacerdotio statim exibant è patris potestate, quod nolebant patres, & ne inviti id paterentur, omittebant usum confarreationis, ne liberi eorum in id sacerdotium legerentur. Nam alioqui filij, etiam honoribus aucti, filiæ etiam nuptæ, manebant tamen in patris potestate, ut notum est, è nostris legibus.

Re deliberata, senatus in ipsis cærimoniis, & in jure Flaminis nihil mutat: in jure Flaminicæ hoc tantum, quod sacrorum causa in manu viri est, cetera in manu, & potestate patris, sicut aliæ fœminæ.

De confarreatione multa docte notata, & ex omnibus clarum, sanctas habitas eas nuptias, ideo prisci moris servantissimus Apulejus Cupidinis nuptiis eam adhibet, loco vulgo corrupto, quem emendo sic, lib. 5. Miles. *Ego vero sororem tuam, & nomen quo tu censeris, ajebat, jam mihi confarreatis nuptiis conjugabo.* Mercerus.

E jure patrio.] Quin ideo etiam confarreari novi mariti noluut; quia sciunt potestatem patriam tolli isto sacerdotio, sibique nihil amplius juris futurum in filio bonisque ejus, qui Flamen creatus esset, parique modo in filia quæ Flamini nupsisset. Potestas patrum in filios maxima, quæ etiam auctoritate magistratuum, ipsorumque Consulum major fuit. Dionys l. 2. *Romulus legislator omnem ut ita dicam pote-*

medendum senatus decreto, aut lege; 1 *sicut Augustus quædam ex horrida illa antiquitate, ad præsentem usum flexisset.* Igitur tractatis religionibus, placitum, *instituto Flaminum* 2 *nihil demutari.* Sed lata lex, qua 3 *Flaminica Dialis* 4 *sacrorum causa in potestate viri,* 5 *cætera promiscuo feminarum jure ageret.* & filius Maluginensis patri suffectus. Utque glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capessen-

INTERPRETATIO.

Itaque subveniendum esse auctoritate patrum, aut lege, quemadmodum Augustus nonnulla ex tristi illa & incompta vetustate in præsentem morem temperasset. *Itaque perspectis perpensisque cærimoniis, visum est ritui Flaminum legendorum nihil detrahi, sed facta sanctaque lex, qua* Flaminica Dialis religionum gratia penes maritum esset, reliqua communi mulierum more & lege agitaret. *Et filius Maluginensis parenti substitutus est. Et ut augeretur dignitas sacerdotum, atque ipsis major adfectus fe-*

INTERPRETATIO.

statem patri dedit in filium, idque toto vitæ tempore, sive eum in carcerem detrudere, sive flagris cædere, sive vinctum ablegare ad rustica opera, sive necare libeat, etiam si filius tractet rempub. etiam si maximos magistratus gesserit, etiam si studij erga rempub. laudem promeritus sit, juxta hanc certe legem illustres viri pro Rostris favente plebe concionantes in senatus invidiam fruentesque aura populari, detracti è suggesto abducti; sunto patribus, pœnas daturi ex ipsorum sententia, quot dum per forum ducerentur, nemo adstantium eripere poterat, non consul, non tribunus, non ipsa turba cui tum adulabantur; licet omnem potestatem sua minorum existimant, &c.

1. *Sicut Augustus.*] Sicut Augustus etiam nonnulla ex rigida illa antiquitate mitigavit & præsentium temporum usui accommodavit.

2. *Nihil demutari.*] Circa Flaminum legendorum consuetudinem nihil mutari placuit: sed de Flaminica Diali lata lex est, ut tantum in iis, quæ ad sacra pertinerent, in potestate mariti esset, at in aliis, &c

3. *Flaminica Dialis.*] Flaminia appellari mulier ipsa videtur, ex lapide prisco, MARCELLA. FLAMINIA AUGUSTÆ

Lata lex qua Flaminica &c.] Lata lex est, qua Flaminis uxor in solius mariti, non etiam in patris potestate esset, quantum ad sacra, & eorum rationem attinet, quæ *cincta vesteque velata, Flaminica* faciebat. & sibi ministram *Flaminiam* habebat, auctoribus Pompejo, & Agellio lib. 6. & 10. c. 15. ex quibus emendandus videtur locus Tertulliani, exhortatione ad castitatem, ibi *Flaminia non nisi univira est, qua Flaminij lex est.* Erunt tamen quibus legere placebit, eo quod ex Auximo Italiæ fertur inscriptio. URBIA. L. F. MARCELLA. FLAMINIA. AUGUSTÆ. MARITO. &c. Ego non moveor. *Vertran. m.*

Rectè, *Flaminica.* Ita semper Gellius, Festus, Servius, alij: & aliam esse *Flaminiam* ostendit Festus, sacerdotulam videlicet, quæ Flaminicæ præministrat, ut *Flaminius Camillus,* qui ministrat Flamini. De hac sacerdotula capio antiquum lapidem. MARCELLA. FLAMINIA AUGUSTÆ. & Ovid 11. Fast. *Ipse ego Flaminiam poscentem februa vidi.* quamvis secus alij. *Mercerus.*

4. *Sacrorum causa.*] Quod quædam sacra obiri oporteret à Flaminica, quæ obiri nefas putaretur ab ea, quæ alia potestate, quam viri contineretur.

5. *Cætera promiscuo fœminarum jure ageret.*] Hæc accipienda sunt, ut Flaminis uxor sicut aliæ fœminæ, quæ per coëmtionem, confarreationemve alij

das cærimonias, decretum *Corneliæ virgini*, 1 quæ in locum Scantiæ 2 capiebatur, *LLS XX.* & *quoties Augusta theatrum introisset*, *ut*

INTERPRETATIO

ret ad suscipiendos ritus SCto concessum Corneliæ Vestali, *quæ in locum Scantiæ eligebatur, vicies sestertium.* Et quoties Augusta in theatrum venisset, inter sellas Ve-

N O T Æ.

quam Flamini nupsissent, extra causam sacrorum, in patris simul & mariti manu esset: alioquin Flaminij lex non substiterit Cum antè ex causa divertere aliis mulieribus prohibitum non esset, *Flaminica divortium nullo modo facere licebat*, inquit Festus lib 6. Plane quod dei sacris & sacerdotio una cum matrimonio satisfacere minus posset, propter sacerdotium alius sacerdos, divertisse ab uxore, bona gratia potuit, teste Hermogeniano. D. de donationibus inter virum & uxorem 60. & 61. at *Flamen Dialis* non potuit. Sic enim ex libro Fabij Pictoris Agellius refert 10. 15. *Flamen uxorem si amisit, Flaminio decedit: matrimonium Flaminis, nisi morte, dirimi non est jus.* Vertranius.

1. *Quæ in locum Scantiæ.*] Certe *in locum Scantiæ*, seu Maximæ natu virginis *capiebatur* illa puella, non tamen in munus illius adsciscebatur. quis enim putet ea ætate puellam, nempe quæ *capiebatur* sexto ætatis suæ anno, assumptam in officium & munus Maximæ virginis? certe loco mortuæ sufficiebatur, non ejus muneri aut dignitati statim succedebat, sed per gradus ætatis & officiorum promovebatur post alias virgines maturas annis & prudentia.

Debuit virgo capta primis decem annis discere, decem aliis facere, decem aliis docere. an statim sexennis puella provecta est loco, & eadem dignitate fuit qua Maxima Vestalium, quæ cæteras virgines ætate, sanctimonia, sacrorum, religionum & etiam arcanorum reipub. peritia antecellebat? non id mihi verisimile. Attamen sic vertunt nonnulli. melius illi qui *in locum* Maximæ captam tantum eam intelligunt.

2. *Capiebatur.*] De hoc ritu Gell. lib. 1. 10. *Qui de Vestali virgine capienda scripserunt, (quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius) minorem quam annos sex, majorem quam annos decem natam, negaverunt captam esse. Item quæ non sit patrima & matrima. Item quæ lingua debili, sensuve aurium diminuta, aliave quavis corporis labe insignita sit. Item quæ ipsa, aut cujus pater emancipatus sit, etiam si vivo patre in avi potestate sit. Item cujus parentes alter ambove servitutem servierunt, aut in negotiis sordidis diversantur. Item & eam, cujus soror ad id sacerdotium lecta sit, excusationem mereri ajunt. Item. cujus pater Flamen, aut Augur, aut Quindecimvir sacris faciundis, aut qui Septemvir epulonum, aut Salius est. Sponsæ quoque Pontificis & tibicinis sacrorum filiæ vacatio à sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito Attejus scriptum reliquit, neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, & excusandam ejus, qui liberos treis non haberet. Virgo autem Vestalis, simul atque capta, atque in atrium Vestæ deducta & pontificibus tradita est, eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione è patris potestate exit, & jus testamenti faciundi adipiscitur.*

3. *LLS XX.*] Ego autem opinor legendum *sestertium vicies* quæ summa centuplo est amplior. nam illa altera liberalitas à contumelia quam honore tam dantis quam accipientis propius abfuerit. &c. sane 2. 86. Agrippæ filiam idem ille *Cæsar quamvis post habitam, decies sester-*

[1] *sedes inter Vestalium consideret.* Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque exemplo cæteri sacerdotes [2] cum *pro incolumitate principis* [3] vota susciperent, *Neronem* quoque & *Drusum*

INTERPRETATIO.

stalinm sedem haberet. *Cornelio Cethego Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque imitatu reliqui sacerdotes, cum* pro salute Cæsaris *vota nuncuparent,* pro Nerone *etiam*

NOTÆ.

tij dote solatus est. Ut ita non mirum fuerit duplum ejus pecuniæ, huic, quæ capiebatur, datam. efficiunt autem LLSXX. circiter quinquaginta nummorum Imp millia; quantum agitatori suo contulisse successorem Tiberij Cajum scribit Sueton. cap. 55.

Vicies sestertium (quod 50000. Philippæos æquat) decretum est Corneliæ virgini. Sunt quinquaginta millia coronatorum (pono coronatum valere 60. asses nostro more) seu centum & quinquaginta millia librarum.

1. *Sedes inter Vestalium*] Quibus locus è regione Prætoris. Suetonius Aug. cap. 44. *Solis Virginibus Vestalibus locum in theatro separatum & contra prætoris tribunal dedit.*

Huc respexit Sueton. August. 31. *Sacerdotum & numerum & dignitatem, sed & commoda auxit: præcipue Vestalium virginum, cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi ne filias in sortem darent: adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam.*

Dio lib. 55. *Cum nobiles ægre filias suas in Collegium Vestalium darent, lex lata est, ut eo sacerdotio uti etiam virginibus libertinis liceret, & quum plures de eo disceptarent, in senatu sorte lecta præsentibus earum patribus.*

Tanta fuit auctoritas Virginum ut magistratus eis cederent, ut ipsum Cæsarem servarent, defenderet adversus odium Syllæ dictatoris, teste Sueton. in Julio & si adversus reliquos magistratus jure sacrosanctæ potestatis tribunis pleb intercedere liceret, ita ut uno intercedente, nihil reliqui decernere valerent: tamen contra Dictatoriam vim, aut Vestales virgines, quæ velut sacrosanctæ ab hominis tactu illæsæ manent, nulli tribunorum intercedere, nulli vetare, aut prohibere facultas erat.

Sedes inter Vestalium.] Non præcise in decus Augustæ, sed potius in decus sacerdotum seu virginum Vestæ, quæ sic magis honoratæ, ut *promptior animus foret ad capessendas cærimonias*, ut sic *glisceret dignatio sacerdotum.* Cum eæ personæ quas *majestas* complectitur, inter eas sedere dignarentur. Sed lictor Augustæ concessus imitatione Vestalium quibus id decus tributum à Triumviris. Dio: *Virginibus porro Vestalibus dederunt, ut singulis lictoribus uterentur. eo quod quædam ex iis à cœna sub vesperam domum revertens, quum, quæ esset, ignoraretur, vim passa fuerat.* Quod idem etiam postea concessum Agrippinæ matri Neronis, & prætereà custodes Germani qui ad fores illius excubarent, stiparentque.

2. *Cum pro incolumitate &c*] Prima decennalia Tiberij. Lege quæ narrat Dio lib. 53. Sic antiquitus III. Nonas Januar. fiebant vota pro salute imperatoris Plutarch. in Cic. Solvebantur autem quinquennalia, aut decennalia, pro quinquennio, decenniove præterito. Suscipiebantur; scribebantur in tabulis, & signabantur pro futuro.

3. *Vota susciperent.*] De quibus dicam Annal. 16. Ceterum notat Dio hoc anno prima decennalia Tiberij Cæsaris celebrata: quorum originem pete ab eo-

iiſdem diis commendavere ; non tam caritate juvenum, quam adulatione: 1 quæ moribus corruptis, perinde anceps ſi nulla, & ubi nimia eſt. Nam Tiberius haud unquam domui Germanici mitis, tum verò *æquari adoleſcentes ſenectæ ſuæ*, impatienter indoluit: accitoſque Pontifices percunctatus eſt, *num id precibus Agrippinæ aut minis tribuiſſent*. Et illi quidem [2] quamquam abnuerent, modice perſtricti, (etenim pars magna è propinquis ipſius, aut primores civitatis erant:) cæterum

INTERPRETATIO.

& Druſo *eadem numina precati ſunt ; non tam amore adoleſcentum, quam adſentatione, quæ profligatis moribus æque Periculoſa ſi nulla, atque ubi immodica eſt. Quippe Tiberius nunquam ſoboli Germanici lenis, tum certe* adæquari juvenes ſenectuti ſuæ *ægre admodum tulit: accerſitoſque Pontifices ſciſcitatus eſt*, an precibus Agrippinæ, an ſuperbiæ ferociæque illius id tribuiſſent. *Et illi certe quamvis inficiarentur, leviter increpiti, (quippe plerique eorum è proximis, ſeu cognatis ipſius, aut proceres urbis erant;) ſed apud patres oratione* habita, ve-

NOTÆ.

dem ſcriptore lib 51. Vota alia pro ſalute principis nuncupata ſingulis annis Plin. Paneg. Nuncupare vota & pro æternitate imperij & pro ſalute civium, imo pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperij ſolebamus: hæc pro imperio noſtro in quæ ſint verba ſuſcepta, operæ precium eſt annotare, ſi bene rempub. & ex utilitate omnium rexeris. digna vota quæ ſemper ſuſcipiantur, ſemperque ſolvantur. Egit cum diis ipſo te auctore Cæſar reſpub. ut te ſoſpitem incolumemque præſtarent, ſi tu cæteros præſtitiſſes: ſi contra; illi quoque à cuſtodia tui corporis oculos dimoverent, teque relinquerent votis, quæ non palam ſuſciperentur. Alij ſe ſuperſtites reipub. optabant faciebantque: tibi ſalus tua inviſa eſt, ſi non ſit cum reipub ſalute conjuncta: nihil pro te pateris optari, niſi expediat optantibus, omnibuſque annis in conſilium de te deos mittis, exigiſque ut ſententiam ſuam mutent, ſi talis eſſe deſieris, qualis electus es. *Hæc ille.*

Sueton. Aug. 97. *Cum luſtrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum ſæpius circumvolavit: tranſgreſſaque in vicinam ædem, ſuper nomen Agrippæ, ad primam literam ſedit: quo animadverſo, vota quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nuncupare juſſit. Nam ſe, quamquam conſcriptis paratiſque jam tabulis, negavit ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoluturus.* De quinquennalibus agit.

Vota ſuſciperent.] Inter vota pro ſalute principis nuncupata, Neronem quoque & Druſum Germanico genitos iiſdem diis commendaverunt, non tam amore adoleſcentum, quam per adulationem in Tiberium & Cæſarum domum. quæ *adulatio* inter depravatos civitatis mores æque perieuloſa eſt, ſi vel omnino omittatur, vel ſupra modum exerceatur.

1. *Quæ moribus corruptis.*] Gnome ſub Tiberio veriſſima, & alibi à noſtro diverſis verbis exagitata lib 3. Ann. *Scilicet illum qui libertatem publicam nollet, tam projectæ ſervientium patientiæ pudebat.* Quodnam igitur ſub eo tutum iter? quod inſtitit Lepidus ſummæ ſapientiæ vir, triviroue. *Inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium pergere iter ambitione & periculis vacuum.*

2. *Quamquam abnuerent.*] Et quamvis negarent ſe illa auctore quidquam

in ſenatu, oratione [1] monuit in poſterum, [2] *ne quis mobiles adoleſcentium animos, prematuris honoribus ad ſuperbiam extolleret.* Inſtabat quippe Sejanus, incuſabatque *deductam civitatem, ut civili bello; eſſe qui ſe partium Agrippinæ vocent: ac ni reſiſtatur, fore plurit. neque aliud gliſcentis diſcordiæ remedium, quam ſi unus alterve [3] maxime prompti ſubver-*
18 *terentur.* Qua cauſa C. Silium & Titium Sabinum adgreditur. amicitia Germanici pernicioſa utrique; [4] Silio, & quod ingentis exercitus ſeptem per annos moderator, [5] partiſque apud Germaniam triumphalibus,

INTERPRETATIO.

tuit in futurum ne quis mutabiles juvenum animos præproperis honoribus ad faſtum, eveheret: *nam urgebat Sejanus objectabatque* diviſam urbem, ut armis civilibus; exſtare qui ſe in factione Agrippinæ dicant; ac ni occurratur, plures futuros, neque aliud graveſcentis diſſenſionis ſubſidium, quam ſi unus aut alter è ferociſſimis ſubverterentur. *Quamobrem aderitur C. Silium & Titium Sabinum. Benevolentia Germanici exitiabilis utrique, Silio & quod validis legionibus per ſeptennium præfuiſſet*, quodque *in Germania inſignia triumphi adeptus* & mox *Sa-*

NOTÆ.

feciſſe. tamen ipſos quidem, quia plerique è propinquis ſuis, aut principibus civitatis erant, modice caſtigavit. quamvis objecta abnuerent, nihilominus perſtricti & increpiti, ſed tamen leviter, quia vel propinqui Cæſaris, vel principes civitatis erant.

1. *Monuit in poſterum.*] *Monendi* verbum hoc loco auctoritatem, atque poteſtatem includit. ita ſup. 3. 6. *Monuit edicto.*

2. *Ne quis mobiles.*] Idem olim reprehenderat Auguſtus in Lucio & Cajo Cæſaribus. Teſte Dione.

Neque Auguſtus privata neglexit; ſed Tiberium increpavit quod ludis votivis, quos pro ſuo reditu faciebat, Cajo juxta, ſe ſedem dediſſet, populumque objurgavit quod plauſu & laudibus eum proſecutus eſſet.

Mobiles.] Ad flagitia, & ad res novas ob juvenilem ætatem facile mutabiles tali adulatione præmatura

3. *Maxime prompti.*] Cicero lib. 2. famil. ep. 18. *Tres fratres ſummo loco natos, promptos, non indiſertos, te nolo habere iratos.* Juſtinus lib. 22. *Ex plebe quoque locupletiſſimos, & promptiſſimos interficit.* Noſter in Agricola: *Multi fortuitis caſibus, promptiſſimus quiſque ſævitia principis interciderunt.*

4. *Silio, & quod.*] Nota hic vim particulæ *&*, quæ poſita eſt pro *etiam*, vel *inſuper*, hoc ſenſu. utrique pernicioſa erat amicitia Germanici, ſed præter illam Silio, hoc quoq; exitiabile, quod *ingentis exercitus*, &c. quomodo infra 4, 34. *Id perniciabile reo, & Cæſar truci vultu defenſionem accipiens.* Adde 4. 74. & 6, 18. Falluntur ergo qui aliter hic ſcribunt aut explicant.

5. *Partiſque apud Germanicum triumphalibus.*] Grave erratum eſt in interpretis, qui diverſiſſima duo, *triumphalia* ſcilicet in *Germania* parta, & *victoriam Sacroviriani belli* conjunxit; tamquam ob bellum Sacrovirianum, triumphalia iſta accepiſſet Silius. Sed hæc quidem acceperat diu, antequam bellum Sacrovirianum moveretur; ſcil. ob res in Germania cum Germanico geſtas, 2, 72. At bellum Sacrovirianum in Gallia ortum oppreſſumque eſt, 3. 40. & 43. & ſeqq.

[1] Sacroviriani belli victor, [2] quanto majore mole procideret, plus formidinis in alios dispergebatur. credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantia, immodice jactantis, *suum militem in obsequio duravisse, cum alij ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset.* [3] Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam [4] beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse. [5] ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur. Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinæ invisa principi. Hos corripi, dilato ad tempus Sabino, placitum: immissusque Varro consul, qui *paternas inimicitias* obtendens, odiis Sejani per dedecus suum gratificabatur. precante reo *brevem moram, dum accusator consulatu abiret*, adversatus est Cæsar. *solitum quippe magistratibus, diem privatis dicere: nec infringendum consulis jus, cujus vigiliis niteretur, ne quod respub. detrimentum caperet.* Pro- 19

INTERPRETATIO.

trevirianum bellum profligasset, quo grandiori clade corrueret, eo plus paveris in cæteros diffundebatur. Existimabant plerique impulisse atque onerasse odium Tiberij *suamet animi, seu linguæ impotentia, intemperanter gloriantis*, suas legiones in officio & fide mansisse, cum alij ad discordias prorumperent: neque jam fore penes Tiberium dominationem, si suo etiam militi turbandi libido incessisset. *Everti per ea fastigium suum Cæsar* putabat, fortunamque principalem *infra tantum beneficium* esse *arbitrabatur: quippe merita eo usque grata sunt, dum rependi posse creduntur; cum longe superavere* fortunam, *tum pro gratitudine rependitur ira & offensio. Erat Silio conjux Sosia Galla, ob amicitiam Agrippinæ infesta Cæsari. Placuit hos invadi, rejecto Sabino in aliud tempus, incitatusque est Varro consul, qui* paternarum simultatum *prætextu, Sejani offensionibus se venditabat, per ignominiam suam. Rogante Silio* breve tempus, dum accusator consulatu exiret, *intercessit Tiberius.* Solere quippe magistratus in jus vocare privatos: nec infirmandam consulis auctoritatem, cujus vigilantia caveretur, ne quid detrimenti Resp. caperet.

NOTÆ.

1. *Sacroviriani.*] Vertit interpres Hispanus quasi vicerit in Germania Sacrovirum, & propterea triumphalia insignia habuerit. quod falsum. jam *triumphalis* Silius erat, cum ex Germania expedivit adversus Sacrovirum & Gallos, eosque devicit.

2. *Quanto majore mole.*] Silio præterea perniciem meditabatur hac de causa, quia ipsius ruina, quanto gravior futura esset, tanto majorem metum cæteris qui Agrippinæ faverent, incussum iri existimabat.

3. *Destrui per hæc fortunam suam.*] Hæc autem Cæsar in deminutionem sui fastigij accipiebat, qui tantis privati hominis meritis obstrictus erat, ut par ei referre non posset.

4 *Beneficia eo usque læta sunt.*] Senec. Ep. 19. Et epist. 81. in fine. Et de benef. l. 1. c. 24. *Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse. argumentum nihil debentium, odio quæritur.* Seneca epist XIX. *Quidam quo plus debent, magis oderunt, leve æs alienum, debitorem facit grave, inimicum.*

5. *Ubi multum antevenere.*] Nam beneficia privatorum principibus eo usque accepta & grata sunt, donec reddendæ gratiæ pares se putant, si vero vires

prium id Tiberio fuit, ſcelera nuper reperta priſcis verbis obtegere. Igitur [1] multa adſeveratione, quaſi aut legibus cum Silio ageretur, [2] aut Varro conſul, [3] aut illud Reſpubl. eſſet, coguntur patres.

INTERPRETATIO.

Vetus inſitumque id Tiberio fuit, flagitia recens adinventa antiquis nominibus occultare. Itaque maxima contentione, tanquam vel jure cum Silio diſceptaretur, aut Varro conſul eſſet, aut tum Reſpub. ageretur; vocantur patres tacente Silio.

NOTÆ

eorum ſuperant, pro gratitudine odium reddunt, nam qui turpe putat non reddere, non vult eſſe cui reddat.

1. *Multa adſeveratione.*] *Adſeveratio* nihil hic eſt aliud quam quod nos dicimus *ernſt*. etiam de ficta tantum & adſimulata ſeveritate. Eſt igitur tantum adſimulatio & larva quædam ſerij negotij, quod tamen revera longe alio modo, quam appareat, tractetur. ſicut in præſenti cauſa nihil erat certius, quam ira Tiberij Silium premi, & jam exitio deſtinatum, nec quocumque modo illud effugiturum eſſe: verum hoc occultabatur; & inducebatur ſpecies alia, tanquam apud patres reus ille poſtularetur, qui libero, ut quondam, quid firmarent mutarentve, cauſæ cognitionem eſſent ſuſcepturi. Sed hæc omnia inania fuiſſe res arguit, & imaginem ſine vi retinuiſſe; neque enim revera legibus cum Silio actum eſſe (quanquam eæ obtenderentur) neque etiam præſentem rerum ſtatum *Reipublicæ* appellationem mereri, quum ab unius nutu penderent omnia.

Hanc ego rem non poſſum explicare evidentius, quam neſcio cujus feſtiviſſima comparatione; qui homines quoſdam in rebus pub. ait reperiri, Caryatidibus aut Atlantibus ſimiles, qui licet nihil omnino ferant, eam tamen aſſeverationem vultu geſtuque præferunt, tanquam univerſum ædificij onus ſoli ſuſtinerent. Aſſeverare enim non ſemper idem eſt quod affirmare. Sicut *aſſeverare frontem* apud Apulejum l. 3. Metam. eſt eam *contrahere, & formare ad ſeveritatem, ſerium intueri.* Sic apud noſtrum 13, 18. *Viri gravitatem adſeverantes,* dicuntur vultu eam geſtuque, & ſermone aliaque ſpecie præferentes.

Multa adſeveratione.] Sic magna adſeveratione res agebatur, quaſi juxta leges, quaſi vetere repub. & quaſi Varro priſcum & ex antiquis moribus conſulem ageret, quaſi non potius inter mancipia Sejani turpiter ſerviret.

2. *Aut Varro conſul.*] Ut Varro verbo conſul erat, re mancipium: ita & *reipublica* nomen quidem jactabatur, penitus autem tyrannis erat. quod appoſite poteſt exprimi per hæc Dionis 45. 4. *τό τε τῆς ἐλευθερίας σχῆμα ἐφαντάζετο, καὶ τὰ τῆς δυναστείας ἔργα ἐγίγνετο. Freinsh.* Cicero 7 fam. 30. *Sella Quinti Maximi quem illi conſulem eſſe dicebant* lib. 9. epiſt. 14. *quem quidem poſt te conſulem, ſolum poſſumus vere conſulem dicere.* lib. 4. epiſt. 2. *Te fruſtra in ſenatum, ſive potius in conventum ſenatorum eſſe venturum.*

Aut Varro conſul.] Sic vertit interpres Hiſpanus. quaſi cum Silio ageretur juxta leges. quaſi ad Varronem conſulem ea res ſpectaret. quaſi ipſius unius res ageretur, aut quaſi reipub. ſalus, in eo negotio verteretur.

3. *Aut illud reſpub. eſſet.*] Quaſi aut Varro re, non inani tantum nomine conſul, aut iſte Romanæ rei ſtatus priſca adhuc & libera reſpub. eſſet, magna cum ſpecie ſeriæ cognitionis ſenatus cogitur *Freinsh.*

Quaſi Varro *Conſul* eſſet, qui tantum abeſt, ut conſuleret Reipub. quin immo illam ſic ſubverteret, quaſi illud quod

ſile[illegible]

[1] silente reo; vel si defensionem cœptaret, non occultante cujus ira premeretur. *Conscientia belli Sacrovir diu dissimulatus*, [2] *victoria per avaritiam fœdata*, & [3] *uxor Sosia* arguebantur. nec dubie repetundarum criminibus [4] hærebant: sed cuncta quæstione majestatis exercita, & Silius imminentem damnationem voluntario fine prævertit [5] Sævitum tamen in bona, [6] non ut stipendiariis pecuniæ redderentur, quorum

INTERPRETATIO.

vel si crimen dilueret, non tegente, cujus odio & invidia opprimeretur. Objectabantur conscientia motûs Sacroviriani, ideoque diu dissimulatus hostis, victoria cupidine opum dehonestata, & conjux Sosia, ejusdem criminis rea & *quidem manifesti rei peculatûs erant*, vir & fœmina, *sed omnia lege majestatis tractata, & Silius instantem ex senatusconsulto damnationem, spontaneo exitu occupavit. Adempta tamen opes, non ut provincialibus restituerentur, quorum nullus reposcebat, sed qua*

NOTÆ.

agebatur in Silium, respublica esset, aut in eo respub. ageretur, quin potius tollebatur cum odiis privatis Sejani per dedecus sum velificarentur, prostituerentque se Patres. non id respub. imo nihil magis adversum bono publico.

1. *Silente reo.*] Silius adversus objecta tacebat, aut quoties defensionem ordiebatur, satis innuebat, cujus ira in id periculum adductus esset

2. *Victoria per avaritiam fœdata.*] Objiciebatur etiam quod victoriam suam, provinciam spoliando, per avaritiam dehonestaverit, inque ea se uxorem Sosiam adjutricem habuerit.

Per avaritiam.] Quia certe tum ditissimi Ædui, opulentissimi Galli existimabantur. Cum Gallias excitasset Gallus Vindex adversus Neronem, statim putavit Nero sibi datam occasionem & speciosum prætextum, spoliandi Gallias opibus suis, sed ipse toto imperio spoliatus est, cum primum belli classicum cecinissent Galli nostri.

3. *Uxor Sosia.*] Non id ei crimini dabant, quod Sosiam duxisset; verum quod uxorem suam, cujus nomen obiter adjicitur, ab injuriis provincialium non abstinuisset. *Nam* viri in eo culpam, si femina modum excedat, supra 3. 34. audivimus. ubi etiam præced. cap adfirmaverat Cæcina, *quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari.* Facem dictis adlucere potest etiam Ulpianus in l. 4. §. 2. de Offic. procos. *Proficisci autem proconsulem melius quidem est sine uxore: sed & cum uxore potest: dummodo sciat senatum Cotta Messallino consule, constituisse* (sic puto leg. ex Tacit. 6. 20.) *futurum ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur.*

4. *Hærebant.*] Vertit Ablancurius: non satis compertum aut probatum crimen repetundarum. quod falsum est. melius interpres Hispanus. *Avian delinquido cohechando a los Franceses de la provincia.*

Hærebant.] Ne dubium erat quod contra legem repetundarum pecunias cepissent, sed non illo judicio cum iis agebatur, sed majestatis.

5. *Sævitum tamen*] Sævitum in bona Silij, non ut redderentur stipendiariis qui non reposcebant, sed ut repeteretur quicquid Augusti liberalitate unquam accepisset, & donec ea summa confecta est, omnia quæ fiscus petebat; singillatim æstimata atque computata sunt.

6. *Non ut stipendiariis.*] Id est, Gallis provincialibus, quos exhauserat. Lips. addere possis & Germanis qui etiã stipẽdiarij Romanorũ, licet forte non tã strictè,

nemo repetebat: sed [1] liberalitas Augusti avulsa, computatis singil-

INTERPRETATIO.

ex munificentia Augusti acceperat Silius, abstracta, supputatis diligenter quæ

NOTÆ.

forsan quia minus dites & quia adhuc fortiores, aut immaniores, testis Tac. 4.73.

Stipendiariis.] *Provinciales* quia ferme *stipendiarij & tributarij, vectigalesque* fuerunt, interdum aliquo nominum horum designantur. hoc sensu 11. 22. *Stipendiaria jam Italia, accedentibus provinciarum vectigalibus.* Quamquam non omnia oppida, quæ in provinciis erant sita, stipendiaria essent. Quam differentiam egregie docent, quum alia Plinij loca, tum hic ex 3. 3. de Hispania citeriore: *provincia ipsa* clxxix. *continet oppida, in iis colonias* XVII. *Oppida civium Romanorum* XIII. *Latinorum veterum* XVII. *Fœderatorum unum, stipendiaria* CXXXVI. Sunt igitur *stipendiarij* ea pars provinciæ, quæ stipendia pendit. unde patet quid iuxta 4. 73. sit *stipendiarius Crupterix.* Freinsh.

Stipendiariis.] Per *stipendiaries* Ablancurius intelligit *milites*, quod falsum. Melius interpres Hispanus vertit *à los tributarios de la provincia.*

1. *Liberalitas Augusti avulsa.*] Alij aliter, in loco, ut solet, obscuro. & fere intelligunt, avulsis separatisque iis, quæ Augustus dono ei dederat, reliqua petita in fiscum. Ego putarem, illa vel maxime obnoxia fuisse, & ut ab ingrato repetenda. Sed meo judicio, nihil hic de primo Augusto, de Tiberio ipso sermo est; & hic denique avaritiam ejus se revelasse antea occultam. Legerem pro hoc sensu *Augusti convulsa.* supra Tacitus dixit, *Tiberium adversus pecuniam satis firmum fuisse*: & alibi sic ostendit. *Lipsius:*

Sed liberalitas Augusti.] Corruptus mihi videtur locus, si tamen ut se habet, defendendus sit, innuit plurima Augustum Silio liberaliter olim dono dedisse, nempe hortos, villas amænas, & similia quorum aviditate motus Tiberius in Silij bona sæviit: curavitque computari singillatim ea omnia, quæ fisco petebantur, ut scilicet inter illa comprehenderentur etiam Augusti dona. Alium sensum, fortasse non absurdum, excogitavit Franciscus Venturius, scilicet: sed liberalitas, qua Augustus usus, quamque Tiberius usque ad hæc tempora imitatus est, tum primum corrupta. *Pichena.*

Avulsa liberalitas Augusti.] Vertit Ablanc. quasi sic redemisset, facileque solvisset Tiberius legatum Augusti, quod adhuc debebatur Silio.

Sed liberalitas Augusti avulsa.] Vertit interpres Gallicus quasi Tiberius acceperit partem bonorum Silij, ut inde largitionem, seu legata Augusti nondum exsoluta persolveret. sed quid opes Silij quamvis ingentes ad tantæ molis largitionem, qua cives viritim, prætorianos & etiam legiones demeruerat Augustus. *Alamus* interpres *Hispanus* vertit, quasi tum extincta sic excisaque penitus liberalitas Augusti. *Davensatius Italus*; quasi Augustus debita aliqua remisisset Silio, quæ liberalitas avulsa illi & adempta tum à Tiberio fuit, *computatis singillatim*, &c.

Certe liberalissimus fuit Augustus, ut patet ex his apud Sueton. verbis: *mea me benignitas efferet in cœlum.* quod dixit Augustus cum alea ludens suis amicis & collusoribus *manus* sæpe *remitteret.* Patet etiam ex Plinio lib. 18. 6. *L. Tatius Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritus, antiqua alias parcimonia, circiter millies HS. liberalitate divi Augusti congestum, usque ad detrectationem* (alij legunt *detractionem*) *heredis, exhausit, agros in Piceno coemendo, celeusdeque in gloriam.*

Sed liberalitas Augusti avulsa.] Sic & Tac. lib. 1. Hist. *bis & vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat: ap-*

pellari singulos jussit (Galba) *decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta.* Cum Silius floreret in Germania legatus Germanici, haud dubie ex testamento Augusti, vel aliter liberalitatem aliquã accipere debuit, vel jam acceperat, si nondũ acceperat, tamen avulsa est, si acceperat itidem avulsa & substracta, nec quasi numerabatur in bonis Silij, quia forte non confirmatũ illud beneficium à novo principe Tiberio, quod novum inventum, & inter artes Tiberij fuit teste Suet. Tito 8. *Natura autem benevolentissimus, cum ex instituto Tiberij omnes dehinc Cæsares beneficia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem & ipsi dedissent: primus præterita omnia confirmavit edicto: nec à se peti passus est.*

Liberalitas Augusti.] Mihi certum est de primo Augusto sermonem hic esse, non de Tiberio, quem noster nusquam Augustum nominat ex sua persona.

Sensum porro hujus periodi hunc esse putem, ut dicat in bona Silij sævitum esse: non ut redderentur provincialibus, quæ ipsis eripuisset, sed ut repeteretur pecunia, quam ex liberalitate Augusti cum alias, tum etiam præcipue, credo, ex testamento ejus cepisset, atque ita singulæ res quæ fisco petebantur, æstimaræ, computatæque sunt, donec ista summa conficeretur. Secutus sum hunc sensum: ereptum esse, quidquid Augusti liberalitate unquam accepisset: & donec ea summa conficeretur. optima, & preciosissima quæque æstimata, & procuratori fisci adjudicata esse. Sic 1. hist. 90. *Freinshemius.*

Sed avulsa liberalitas Augusti.] Verisimile est dona, beneficia, opes in Silium Germanici legatum conferre Cæsarem Augustum potuisse, sed eum eam liberalitatem seu beneficia Augusti prioris principis rata non haberet successor Tiberius, nisi ipse veluti novo beneficio confirmasset teste Sneton. in Tito.

Inde est, quod illa liberalitas, seu opes à Silio statim abripiantur avellanturque, si quidem jam receperat eas opes Silius, si vero nondum receperat, tamen avulsa illi & filiis ipsius, i e in posterum his fruerentur. & computantur sigillarim fisco quæ ex liberalitate & beneficio Augusti receperat, vel totum vel in parte. Nempe certe, quia non confirmarat tale beneficium Tiberius, potius quam quia reus majestatis Silius esset.

Certe verba Taciti. *Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit:* innuere videntur avulsam liberalitatem Augusti Silio, quam jam ipse recepisset. Etiam ea: *sævitum tamen in bona.*

Et cum infra habet Tacitus *partem bonorum publicandam.* id forte intelligi possit de bonis utriusque, Silij, nempe & Sosiæ. (nam utrique rei) quippe licet Asinius Gallus censuisset *partem bonorum publicandam.* id tamen decretum non videtur, sed potius videntur ivisse partes in sententiam Manij Lepidi *qui quartam partem bonorum accusatoribus, secundum necessitudinem legis, cætera liberis concessit.*

Et certe lenior illa sententia Lepidi, quem ideo maxime etiam commendat extollitque Tacitus. in hoc lenior fuit, quod si publicata bona essent, ut censebat Gallus, ea universa fisco computata essent, aut in accusatores partita, juxta vim legis, ita ut fiscus & accusatores eam veluti prædam inter se divisissent.

At in sententia Lepidi, quarta tantum pars decrescebat liberis Silij, nihilque fisco adjudicabatur, cujus causa semper mala sub bono principe, qualis etiam tum videri voluit Tiberius.

Itaque vel avulsa liberalitas Augusti Silio, quia eam non firmarat Tiberius, & quarta pars aliorum Silij bonorum data accusatoribus, cætera concessa liberis ex decreto senatus; vel forte statim in ipsam liberalitatem Augusti simul & in cætera *bona* Silij *sævitum*, ita ut *singillatim* omnia computata sint, *quæ fisco petebantur.*

Hocque posito, cum mox censent Asinius Gallus, & Manius lepidus; tum agebetur tantum de bonis Sosiæ. seu de bonis

latim [1] quæ fisco petebantur. ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Sosia in exsilium pellitur Asinij Galli sententia, qui *partem bonorum publicandam, pars ut liberis relinqueretur*, censuerat. contra

INTERPRETATIO.

fisco postulabantur. Ea prima cura cupiditasque in opes alienas Tiberio exstitit. Sosia in exsilium amandatur, sic *Asinio Gallo censente*, qui partem opum in fiscum cogendam, partem proli concedendam decreverat. *Contra Ma-*

NOTÆ.

matris, quæ liberis relinquit Lepidus, quia mater, quia fœmina & minus rea, quam maritus, ita ut sententia Asinij ut & Lepidi habuerit duas partes, in prima censuerint de Silio & bonis illius, in secunda vero de Sosia & bonis Sosiæ. Et huc ducere videtur sententia Messalini Cottæ, qui *censuit cavendum senatusconsulto, ut quamquam insontes magistratus, & culpa aliena nescij, provincialibus uxorum criminibus, perinde quam suis plecterentur*.

Cum agitatum disputatumque in senatu esset, de flagitiis fœminarum apud provinciales & socios, multique dicerent magis esse illud crimen mariti, qui ut debet familiam regere & habere intaminatam ab omni furto & peculatu, ita & unus plecti debet; sicque parcendum esse infirmo sexui, sicque relegandam Sosiam tantum, ejusque bona relinquenda filiis.

Tum censuit Cotta maritos etiam culpæ fœminarum nescios puniendos esse, tanquam suo crimine, sed an ea sententia Messalini adprobata sit à senatu dubium relinquit Tacitus adfirmat, id sanctum, sed alio tempore, Vlpianus.

Etiam de bonis utriusque & Silij & Sosiæ intelligi id possit, quæ utraque publicabat à parte Gallus, Lepidus liberis concedebat. Et τὸ *censuerat* Asinij Galli, innuere videtur, antea censuisse illum de bonis Silij, quam de ex filio Sosiæ statueret, licet forte eadem & tinua oratione utrumque censuisset.

Computatu singillatim.] Si de facto itum est in sententiam Lepidi (ut videtur) ita ut quarta pars bonorum sit data accusatoribus, *cætera liberis* concessa sint. Hinc colligere liceat ex bonis Silij avulsam esse liberalitatem Augusti, & omnia quæ umquam accepisset Silius ex munificentia illius, fuisse stricte & singillatim computata, redactaque in fiscum principis, quasi ingrato homini collata essent illa dona, seu beneficia Cæsaris.

Et tanto magis, quod forte illa non confirmasset suo principatu Tiberius. Cætera autem acta esse pro more & leges; & eo excepto, nempe donis Augusti, actum esse cum Silio, ut cum aliis reis damnatis agi solebat.

Itaque avulsa ei tantum & abrepta in fiscum esse beneficia Augusti. quæ tamen pecuniæ seu opes fuerunt singillatim computatæ in fiscum, ita ut nihil omitteretur nihil condonaretur, aut indulgeretur. Sed si in illa sententia Galli aut Lepidi agitur tantum de bonis maternis, *Sosia* nempe. videtur posse colligi, opes Silij fuisse penitus afflictas & fisco petitas, prætextu avellendæ repetendæque liberalitatis Augusti. quæ forte tum ex parte exhausta, rependenda fuit ex aliis Silij bonis.

1 *Quæ fisco petebantur.*] Qui fit, ut fiscus ejus invadat bona, qui sua manu damnationem præverterat? Tac. 6. Annal. 29. *Post ejusmodi mortis testamenta manebant* Sed Silius in reatu majestatis mortem sibi consciscit, *cuncta quæstione majestatis exercita*. At Labeo concidit aliis decausis. *quia male administrata provincia aliorumque criminum urgebatur.*

Discrimen haud absimile etiam fuit

Manius Lepidus 1 *quartam accusatoribus* 2 *secundum necessitudinem legis, cætera liberis*, concessit. Hunc ego Lepidum, temporibus illis, gravem

INTERPRETATIO.

nius Lepidus tribuit quartam partem delatoribus, juxta præscriptum legis, cætera filiis Silij. *Ego reperio hunc Lepidum ea ætate constantem prudentemque*

NOTÆ.

reis obeuntibus mortem naturalem. Ulp. l fin. DD ad l. Jul. majest. *Is qui in reatu decedit: integri status decedit: extinguitur enim crimen mortalitate, nisi quis forte majestatis reus fuit.*

1 *Quartam accusatoribus*] Cujus legis necessitas hæc fuerit, si Papiæ non fuit, amplius quæro. Cornelius *quartam* præmium accusatorum appellat: Papia lege, quæ tum vigebat, cum hæc M. Lepidus censuit, & præmium delatoris fuit dimidia bonorum ejus, qui deferretur.

Quod huic loco facile posset accommodari, si pro *quartam* legeres, *partem*: quæ κατὰ ἐξοχὴν exaudiatur dimidia. Movet Suetonius Nerone, illis verbis, *præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit*: unde quadruplatores dictos Alexandrius existimat.

Sed vehementer fallitur, qui Plauti Persæ initiò & Livij 4. extremo *quadruplatorum* mentionem legisse potuit, antea multis sæculis, quam Neroniana recognitio *quartas* bonorum pro *dimidia* induxerit. Igitur placeat conjectari, ex quadam veteri lege præmium delationis fuisse, bonorum ejus, qui deferretur, *quartam*, quam auxit ad *dimidiam* usque lex Papia, ut opinor, pro certo crimine duntaxat, deindeque Nero ad *quartam* pristinam retraxit.

Ex eo vero interea dum lex Papia valuit, præmium delatorum in cæteris criminibus non desiit esse *quarta*, de qua fit sermo. Sed neque hinc ad *quadruplatorem* transeo, qui à *delatore* multum differre videtur: nec fallor, nisi labitur Pompejus libro xv. quæ disquisitio locum alium exigit. *Vertran.*

2. *Secundum necessitudinem legis.*] Legis, ut censeo, Juliæ de Majestate. Nam quod alij de Papia suspicantur, refuto. Dicit à me Tacitus, qui cuncta in hac quæstione exercita scribit lege Majestatis.

Quarta autem præmium, non in hac solum, sed etiam de repetundis lege de qua ipsa nihil abnuo, quin hic accipiamus. Asconius in Verrem non uno loco ostendit, quadruplatores dictos à præmio quartæ, quam consequebantur.

Innuit ipse Cicero lege & more id receptum. *Non enim*, inquit, *Spolia C. Verris, sed existimationem pop. Rom. concupivi.* Fortasse & in criminibus aliis præmium idem. Ideo vulgare præmium id interpreter in Paulo, l 13 De jure fisci: *Heredem*, ait, *ejus ultra vulgare præmium, nihil consecuturum.*

De lege Majestatis auctor mihi adfirmandi Josephus. lib. 19. ubi de servis, quos Cajus in dominos emittebat. *Facile enim iis & mentientibus contra dominos credi, & opes aperientibus simul liberis divitibusque fieri: propter præmium accusationum, quæ octava bonorum pari iis proposita*; at si *octava* servo, bene colligo, libero *quartam*.

Nec in servili accusatione aliud capere persuadeor, quam crimen Majestatis. Illud moneo, principum ævo, non tam ex lege quam arbitrio senatus præmia decreta. Libro 6. infra: *Quâ damnatâ, cum præmium accusatori decerneretur, Junius Otho trib. pleb. intercessit.* Sic libro 16. *Liberto & accusatori præmium opera* (non pecunia ulla, sed) *locus in theatro inter Tribunicios viatores datur.*

Interdum certa pecunia attributa, ut Eprio Marcello quinquagies H-S. Thrasea damnato: Regulo septuagies H-S.

& ſapientem virum fuiſſe comperio. Nam pleraque [1] ab ſævis adulationibus aliorum, in [2] melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit. Vnde dubitare cogor, [3] fato & ſorte naſcendi, ut cætera, ita principum inclinatio in hos, offenſio in illos: an ſit aliquid in noſtris conſiliis, [4] liceatque [5] inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium,

INTERPRETATIO.

virum fuiſſe: Quippe multa ab diris aſſentationibus aliorum, in lenius vertit, neque tamen modeſtia & temperamenti expers fuit, quippe qui pari poteſtate & amicitia apud Tiberium floruerit. Hinc dubitandi locus eſt, an caſu & ſorte genituræ, ut alia omnia ſunt, ita fato quodam, principum pronus in hos animus ſit, infenſus in illos: an vero aliquid noſtra prudentiæ inſit, liceatque inter præcipitem pervicaciam, & fœdam aſſentationem, capeſſere iter ambitioni, & diſcri-

NOTÆ.

& ſacerdotium, damnato Craſſo. Tacitus Ann. lib. 16. & hiſtor. 4.

Nec prætereundus hic Dionis locus, qui de præmiis eorum qui Cæſaris percuſſores accuſabant: *Præmium accuſationis pecuniam accipiebant e bonis damnati & honorem aut magiſtratum quemcumque is gerebat: item vacationem à militia ſibi, liberis, nepotibus.* Ut videantur *legis ejus Pediæ exemplo* inſtituta præmia accuſatorum

1. *Ab ſævis adulationibus.*] Plerumque enim, cum alij, ut crudeli principi aſſentarentur, atrocia & ſæva cenſerent, ipſe humaniore ſententia rigorem decretorum temperavit, idque tali moderatione, ut ſimul & auctoritate apud Tiberium polleret, nec tamen eum nimia libertate offenderet.

2. *In melius flexit.*] Non vult auctor ex adulationibus aliorum illum aliquid efformaſſe boni, ſicut verbi gratia ex malis moribus bonæ leges latæ dicuntur; ſed illas ipſas adulationes eum prudenter fregiſſe, atque ubi crudeles ſententiæ, ab hominibus principem, aut Sejanum adulantibus, dicerentur, eas mitigaſſe. *Freinsh.*

3. *Fato & ſorte naſcendi.*] Unde mihi dubitatio oritur, utrum fato aliquo & genituræ lege, ſicut alia, ita etiam principum, in hos favor, in illos odium concitetur, an potius in hominum conſiliis aliquod ad iſta momentum ſit.

Fato.] Plin. lib 27. *Pars alia & hanc pellit* (nempe ſortis aut fortunæ perſuaſionem) *aſtroque ſuo eventus aſſignat, & naſcendi legibus, ſemelque in omnes futuros umquam deo decretum: in reliquum vero otium datum. ſedere cœpit ſententia hæc, pariterque & eruditum vulgus & rude in eam curſu vadit.*

4. *Liceatque.*] Senec. epiſt. 14. *Sapiens nunquam potentium iras provocabit: immo declinabit, non aliter quam in navigando procellam. Cum peteres Siciliam, trajeciſti fretum. temerarius gubernator contemnit auſtri minas. Ille eſt enim qui Siculum pelagus exaſperet, & vertices cogat. Non ſiniſtrum petit littus, ſed id quo propior Charybdis maria convolvit. At ille cautior, peritos locorum rogat, qui æſtus ſit, quæ ſigna dent nubes, & longe ab illa regione, verticibus infami, curſum tenet. Idem facit ſapiens: nocituram potentiam vitat; hoc primum cavens, ne vitare videatur.*

5. *Inter abruptam contumaciam, & deforme obſ.*] Hanc mediocritatem vitæ laudat etiam in Agricola ſocero, *qui non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam, fatumque provocabat,* deinde ſequitur: *ſciant quibus moris illicita mirari, poſſe etiam ſub malis prin-*

pergere iter ambitione ac periculis vacuum. [1] At Messallinus Cotta haud minus claris majoribus, sed [2] animo diversus, censuit [3] *cavendum senatusconsulto, ut quamquam insontes magistratus & culpæ alienæ nescii, [4] provincialibus uxorum criminibus, perinde quam suis, plecterentur.* Actum 21

INTERPRETATIO.

mini exemptum. At Messallinus Cotta perinde illustri loco ortus, *sed ingenio dissimilis, disseruit* statuendum decreto patrum, ut quamvis innocentes magistratus, & alieni sceleris ignari, provincialibus fœminarum sceleribus, juxta ac suis pu-

NOTÆ

cipibus magnos viros esse; obsequiumque, ac modestiam, si industria, ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum reip. usum, ambitiosa morte inclaruerunt. Senec. de Tranq. cap. 3. *Ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa, & catenis frementibus, non alliserit virtutem, nec absconderit.*

1. *At Messallinus Cotta.*] Hunc libro sequenti *sævissimæ cujusque sententiæ auctorem* vocat Tacitus. hunc tertium censuisse volunt, de quo tamen haud immerito dubites, non enim, quia nullius inter hunc, & priores adnotata est sententia, statim etiam sequitur Messallinum hunc tertiæ sententiæ consularem fuisse, & certe, ut alios taceam, *Cn. Lentulum* qui nominatur 4,29 ante hunc Messallinum censuisse, verisimile est.

2. *Animo diversus.*] Si huic tantum causæ accommodas, falleris. nam *animo*, hominis istius mens, ingenium, natura designantur, quibus à Lepido gravi & moderato viro, longissime diversus erat ipse, per crudeles adulationes *sævissimæ cujusque sententiæ auctor*. Quo nomine semel atque iterum notatur ut 5,3. 6,5. *Freinshemius.*

Sed animo diversus.] Possit capi, ita ut Cotta diversus animo esset à majoribus suis, sed potius hoc loco est, ut fuerit *animo diversus* à Lepido qui multa eo ævo *in melius flexit*, at iste sævus & atrox adulator, qui semper in asperiora promptus, & specie fictæ libertatis, in verum servitium præceps ruebat.

3. *Cavendum senatusconsulto.*] Et cautum non dubiè hoc anno. Si enim antè; quorsus hæc sententia? Tamen Ulpianus officio proconsulis; decretum id refert ad Cottam & Messallam Coss. id est, ad quartum ante annum.

Ait: *proficisci quidem proconsulem melius est sine uxore; sed & cum uxore potest, dummodo sciat senatum Cottâ & Messalla Coss. censuisse futurum, ut siquid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur.*

Vir doctissimus conatur legere, *senatum Cottâ Messallino consulente censuisse* acutè: sed me judice, non exsolvet ullum acumen Domitium hac culpa. *Lipsius.*

Cavendum SC.] Lapsus igitur memoria Ulpianus in l. observate D De officio procos. & Legati, qui hoc senatum censuisse dicit, *Messalla & Cotta* Coss. id est, quadriennio ante, nisi apud eum legendum sit, *Cotta Messallino consulente*, ut Jac. Cujacius l 6. c. 30. Observationum. nam ut quidem ait ipse, etiam senatores *consulere* dicuntur, l. 2. D. ad Vellejanum, sed indubitatè ibi legendum est *censuerunt*. Itaque fortassis ibi quoque *censente* legendum. *Muretus.*

4. *Provincialibus uxorem criminibus.*] Hic repetendum, quod habet Tacitus lib. 3.33. *Cogitarent ipsi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari: his statim adhærescere deterrimum quemque provincialium: ab his negotia suscipi, transigi, duorum egres-*

dehinc de Calpurnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namque, ut retuli, *cessurum se urbe ob factiones accusatorum* in senatu clamitaverat: & spreta potentia Augustæ, trahere in jus Vrgulaniam, domoque principis excire ausus erat. Quæ in præsens Tiberius civiliter habuit; sed 1 in animo revolvente iras, etiam si impetus offensionis languerat, memoria valebat; 2 Pisonem Q. Granius secreti sermonis incusavit. 3 adversum majestatem habiti: adjecitque *in domo ejus* 4 *venenum esse, cum-*

INTERPRETATIO.

nirentur. *Postea relatum de Calpurnio Pisone inlustri superboque ac pervicaci viro: Ille quippe, ut memoravi, clamaverat* in senatu migraturum se Roma, ob audaciam delatorum; *& contempta potestate Liviæ diem dicere ausus erat Vrgulaniæ, &* eam è *penatibus Cæsaris evocare ad tribunal prætoris. Quæ tum Tiberius civili more accepit; sed in ingenio hominis referentis reputantisque offensiones, & si calor iræ deferbuerat*, odij *memoria vigebat. Q. Granius arguit Pisonem arcani sermonis contra principem prolati, addiditque* habere in penatibus venenum, eumque venire in

NOTÆ.

sui coli, duo esse prætoria, pervicacibus magis & impotentibus mulierum jussis, quæ Oppiis quondam aliisque legibus constricta, nunc vinclis exsolutis, domos, fora, jam & exercitus regerent.

Vxorum] Senec. lib. Consol. ad Helviam cap. 17. *Posthac nemo miratur, quod per sexdecim annos, quibus maritus ejus Ægyptum obtinuit, nunquam in publico conspecta est. Neminem provincialem domum suam admisit, nihil à viro petiit, nihil à se peti passa est. Itaque loquax, & ingeniosa in contumelias præfectorum provincia, in qua etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam, velut unicum sanctitatis exemplum suspexit: & quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem verborum licentiam continuit, & hodie similem illi, quamvis nunquam speret, semper optat. Multum erat, si per sexdecim annos illam provincia probasset: plus est, quod ignoravit. Hæc non ideo refero, ut ejus laudes exequar, quas circumscribere est, tam parce transcurrere; sed ut intelligas magni animi esse feminam, quam non ambitio, non avaritia, comites omnis potentiæ, & pestes vicerunt.*

1. *In animo revolvente iras.*] Verùm id ejus ingenium erat, ut offensarum crebro reminisceretur, easque animo revolveret; itaque licet primus calor irarum apud eum deferbuisset, tamen ut flamma sub cineribus occultata, crebra recordatione, quasi ventilata, subinde reviviscebat.

2. *Pisonem Q. Granius.*] *Granij* Romæ non ignoti, jam inde à Lucilij ævo, apud quem Granius præco. & infra lib. 6. *Granius Martianus*, supra lib. 1. *Granius Marcellus.*

3. *Adversum majestatem*] Arguit secretis sermonibus majestatem principis violavisse. *Freinsh.*

Majestas alias personas resque complectebatur. nempe matrem, uxorem, filios, totam domum Cæsarum. ut par est.

4. *Venenum esse.*] Quo fine? an ut Cæsari præberet, an potius ipse in necessitate uteretur? atque ita liberior scilicet, proviso exitu, ferociorque agitaret. Et apparet ita mox factum, ac mortem sumpsisse.

que

que 1 gladio accinctum introire curiam. quod 2 ut atrocius vero transmissum: cæterorum quæ multa cumulabantur, receptus est reus; 3 neque peractus ob mortem opportunam. Relatum & de 4 Cassio Severo exsule, qui sordidæ originis, maleficæ vitæ, sed orandi validus 5 per immo-

INTERPRETATIO.

senatum ferro cinctum: *quod ut majus vero posthabitum spretumque: cæterorum quæ plurima ingerebantur quasi reus accusatus est: neque tamen peracta accusatio ob mortem maturam*, ut in tali discrimine. *Actum etiam de Cassio Severo in exilium pulso, qui ignobili loco, profligatis pessimisque moribus, sed in dicendo vehe-*

NOTÆ.

1 *Gladio accinctum introire curiam.*] Cape gladium istum, non pro *ense*, sed pro *pugione*. Ensis erat longior, pugio in latere dextero, vel in collo, vel sub axilla; ensis in sinistro. Suet. Aug. 35. *Ferro cinctum præsedisse, & lorica sub veste munitum, neminemque admissum Senatorum, nisi prætentato sinu.*

Et Calig. 12. *Intrasse se cum pugione in cubiculum Tiberij dormientis, & misericordia correptum, abjecto ferro discessisse.* Idem in Claud. 35. *Salutatoribus scrutatores semper adposuit*; id est, qui scrutarentur, an essent accincti pugione.

2. *Ut atrocius vero.*] Sed hæc velut atrociora, quam ut credi possent, non admissa sunt.

3. *Neque peractus ob mortem opportunam.* Vide L. Defuncto D. De pub. judic. & L. in Senatusconsf. D. ad S. C. Turpilianum. fallit tamen in Majestate, sed hic tantum de sermone agebatur. *Muretus.*

Pisonem ipsum sibi necem conscivisse licet suspicari possimus, tamen pro Taciti verbis aut sensu vendicare non debemus. Quod *mortem oportunam* hic vocat Tacitus, id *maturam* Florus 3. 17. *Imperem Drusum, agrumque rerum temere motarum, matura, ut in tali discrimine mors abstulit. opportuna subtraxit.*

Ubi simillimum locum huic Corneliano maxime, adnotavi ex Livio 6, 1. de Q. Fabio est, & alius Plinij epist. 2. 11. *Honoratum cognitione senatús mors opportuna subtraxit.*

Ob mortem oportunam] An se suo veneno interemerit Piso incertum, nec patet ex Taciti verbis. an quæsita, an fortuita morte perierit dubium. nam mors hominis *opportuna* esse & dici potuit, etiam si violenta, etiam si conscita & quæsita veneno fuerit.

Patet ex loco Flori allato, ubi de Druso quem *matura ut in tali discrimine mors abstulit.* quæ tamen mors Drusi ita fuit *matura*, seu opportuna, ut tamen maturata, quæsita & violenta fuerit.

Nam Vellejo teste Drusus *in atrio domus sua cultello percussus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas decessit.* Dicitur *matura* vel *opportuna* talis mors, respectu discriminis, non respectu hominis.

4. *Cassio Severo*] Qui primus flexisse dicitur ab illa recta & vetere dicendi via, non infirmitate ingenij, sed judicij. quem & historiam scripsisse comperior ex Tertulliani Apologet. & Suetonij Vitellio, c. 11. Ejus laudes vide apud Senecam patrem lib. 5. Controver. initio. *Lipsius.*

5. *Per immodicas inimicitias.*] Severus erat in paucis clarissimus orator: sed *inimicitiarum* appetens, ut Trio. Tac. 5. Annal. *Nam Trio facilis capessendis inimicitiis & foro exercitus*: easque sine modo exercens: quapropter à Tiberio seponitur in Cretam, quo in loco veteres artes non oblitus, interdicto aquæ, & ignis, in Seriphium Saxum clausus est.

dicas inimicitias, [1] ut judicio jurati senatus [2] Cretam amoveretur, effecerat: atque illic eadem actitando, recentia veteraque odia advertit; bonisque exutus, interdicto [3] igni atque aqua,

INTERPRETATIO.

menti, nimias offensiones, in se concitaverat, ita ut decreto patrum, jurejurando obstrictorum Cretam ablegaretur: atque illic eadem usurpando, novas priscasque inimicitias excivit, opibusque spoliatus, prohibitusque igni & aqua, scopulo

NOTÆ.

Sed cur Tiberius, qui nimis delatoribus favebat, hunc districtum accusatorem seposuit, & interdixit? respondet noster. *quia scelerum ministros ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumque satiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres, & prægraves afflixit.*

1. *Vt judicio jurati senatus.*] Quod sub Augusto ei accidit, scriptis etiam librisque abolitis. Sueton. Calig. cap. XVI. noster suprà, lib. I. Ait, *judicio jurati senatus.* quod erat, cum senatus deum testem advocabat, se censiturum, quod è fide sua, reque publica videretur.

Livius lib. XLII. *Vt juratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret decerneretque*, lib. XXX. *Patres igitur jurati (ita convenerat) censuerunt, uti consules provincias inter se compararent.*

Appianus lib. II. Civil. τοῦτο μόνον ἀρεξάμενοι τὸ λεχθὲν οἱ ἕτεροι, ἤτουν σφίσι ψῆφον ἀποδοθῆναι περὶ τοῦ Καίσαρος ἐπὶ ὅρκῳ. *Cum illius unius adprobassent verba, alij postulabant sibi dari suffragium de Cæsare juratis.* Tacitus hoc ipso libro: *P. Suillium amovendum in insulam censuit tanta contentione animi, ut & jurejurando obstringeret è repub. id esse.*

Morem eum posteà obtinuisse in omni senatu, idque lege quadam Trajani, colligas ex Plinij verbis, l. V. Epistol. *Quin etiam Dextrum, qui primus diversum censuerat, perlatâ lege de senatu habendo, jurare coëgit è republicâ esse quod censuisset.*

Græci id vocabant ἱερὰν συμβουλήν: & formula ejus eleganter expressa apud Xenophontem περὶ ἀναβάσεως Κύρου, l. V. in oratione Hecatonymi. εἰ μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο, εἰ δὲ μή, τ' ἀναντία. αὕτη γὰρ ἱερὰ συμβουλὴ λεγομένη εἶναι, δοκεῖ μοι παρεῖναι. *Si quidem consuluerim quæ mihi optima esse videntur, precor ut mihi plurima felicitas contingat, si vero non, contraria mihi eveniant.*

Sed is mos quando primum cœpit? haud temere dixerim. Puto tamen Coriolani ævo. in cujus causa Tribuni plebis volunt, & impetrant, *ut Senatus juratus sententiam dicat, uti solet in consessu judicum.* Dionysius lib 7. *Lipsius.*

2. *Cretam amoveretur.*] Quia viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. supra lib. I. Ejus scripta S. C. abolita, Caligula requiri, & esse in manibus, lectiarique permisit. Suet. in Calig.

3. *Igni & aqua.*] Aqua & ignis (inquit Festus) tam interdici solet damnatis, quam accipiunt novæ nuptæ: videlicet quia hæ duæ res humanam maxime vitam continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergrediebantur, aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant suffitionem. De aqua & igni Lactantius lib. 2. Instit. ita habet. *Alterum enim quasi masculum elementum est, alterum quasi femininum: alterum activum, alterum patibile. Ideoque à veteribus institutum est, ut sacramento ignis & aqua nuptiarum fœdera sanciantur, quod fœtus animantium calore & humore corporentur, atque animantur ad vitam. Cum enim constet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore est, anima in calore,*

[1] saxo Seriphio [2] consenuit. Per idem tempus [3] Plautius Silvanus prætor, [4] incertis causis Aproniam conjugem in præceps jecit; tractusque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, [5] turbata mente respondit, tamquam *ipse somno gravis atque eo ignarus, & uxor sponte mortem sumpsisset.* Non cunctanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum, in quo [6] reluctantis & impulsæ vestigia cernebantur. Refert ad senatum, datisque judicibus [7] Urgulania Silvani avia pugionem nepoti misit. Quod perinde creditum quasi principis monitu, ob amicitiam Augustæ cum 22

INTERPRETATIO.

Seriphio usque ad senectutem vixit. Eadem tempestate Plautius Silvanus prætor (cur id egerit causa latet) uxorem Aproniam per fenestras *præcipitavit, raptusq; ad principem ab L. Apronio socero: attonito animo respondit, quasi* ipse somno sopitus, ideoque inscius fuisset, & quasi fœmina ultro mortem sibi conscivisset. *Haud mora Tiberius in domum* Plautii *se confert, spectat cubiculum, in quo resistentis & vi adacta indicia videbantur. Id refert apud patres, datisque judicibus, Urgulania Silvani avia ferrum nepoti misit. Quod juxta acceptum ac si nutu & sponte Cæsaris misisset,* nempe, *ob familiaritatem Urgulaniæ cum Augusta. Silvanus*

NOTÆ.

quod ex avium fœtibus datur sciri, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor foverit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoque ignis & aqua interdici solebat. adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum, quibus vita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus. Adeo ista elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis, nec sine iis vitam crediderint posse constare.

1. *Saxo Seriphio.*] Vere *Saxo* Vide Strabonem lib. x. Hoc est in ista insula adeo saxosa, ut revera nihil sit aliud præter saxum.

Saxo Seriphio.] In Seriphio parva atque Saxosa insula consenuit. Vide notas lib. 2. cap. 85.

2. *Consenuit.*] Bene *consenuit.* Nam annis xxv. in exsilio hæsit. Eusebius Chronicis: *Cassius Severus orator egregius XXV. exsilij sui anno, summa inopiâ, moritur: vix panno verenda contectus.* Lipsius.

3. *Plautius Silvanus.*] Similis at non eadem res narrata Quintiliano lib. VII. cap. III. *Id autem genus, de quo novissime dixi, non solum in scholis sæpe tractatur, sed etiam in foro. Nam id est in causa Navij Aproniani (lego Nonij Aproniani) solum quæsitum, præcipitata ne esset ab eo uxor, an se ipsa suâ sponte jecisset. Quam actionem equidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum fecisse seductum juvenili cupiditate gloriæ fateor.*

De alio Plautio lapis: quem retulit hoc loco Lipsius. De illo est qui se retulit ovantem ex Britannia, qui Claudij Cæsaris comes in illa expeditione. vide Gruteri inscriptiones. p. 403.

4. *Incertis causis.*] Silvanus prætor (incerta causa est,) conjugem suam Aproniam ex cubiculo suo præcipitavit.

5. *Turbata mente.*] Turbato trepidoque animo respondit, quasi dormiente se, eòque ignato, ipsa spônte sibi mortem conscivisset.

6. *Reluctantis, & impulsæ vestigia,*] *Impulsæ*, est, quum reniteretur, vi protrusæ. *Vestigia* usitata translatione, pro quibusvis signis interpretor, quorum certe plura tum atque manifestiora, quam ex vestigiis pedum haberi potuerunt. *Freinshemius.*

7. *Urgulania.*] Urgulanij in gente.

Vrgulania. Reus frustra tentato ferro, venas præbuit exsolvendas. Mox Numantina 1 prior uxor ejus accusata *injecisse carminibus & veneficiis*
23 *vecordiam marito*, insons judicatur. Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. Nam priores duces, ubi impetrando triumphalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant jamque 2 tres laureatæ in urbe statuæ, & adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui 3 Ptolemæo Jubæ filio juventa incurioso, 4 libertos regios, &

INTERPRETATIO

frustra pugionem expertus, percussori, seu medico *venas secandas obtulit. Deinde Numantina prior conjux illius insimulata* intulisse amentiam Plautio viro, incantationibus & maleficiis, *innocens criminis absolvitur. Eo tandem anno populus Rom. diuturno adversus Numidam Tacfarinatem bello liberatur. Primi enim duces statim atque viderant res à se gestas* obtinendis *triumphalibus ornamentis pares esse, hostem relinquebant; jamque tres in civitate imagines* triumphales erant, *& adhuc agere & ferre Africam non desinebat Tacfarinas, firmatus Maurorum copiis, qui Ptolemæo Jubæ filio per ætatem incauto, & negligente curam rerum, libertorum auli-*

NOTÆ.

Plautia sunt. Lapis: A. PLAUTIUS. M. F. URGULANIUS. & Suetonij Claudio Plautia *Vrgulanilla*, non *Herculanilla* ejus uxor.

1. *Prior uxor.*] Quæ antea in matrimonio Silvani fuerat, & ab eo diverterat, &c.

2. *Tres laureatæ.*] Furij Camilli, L. Apronij, Junij Blæsi. De statuis triumphalibus, Plinius, & Tacitus in Agricola: *igitur triumphalia ornamenta, & illustris statuæ honorem, & quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni jubet.*

3. *Ptolemæo Jubæ filio.*] Quem Cajus postea interfecit. Sueton. cap. XXVI. *Ptolemæum regis Jubæ filium consobrinum suum (erat & is M. Antonij ex Selenâ filiâ nepos) interfecit.* Seneca de Tranquillitate: *Ptolemæum regem Africæ, Mithridatem Armeniæ, inter Caïanas custodias vidimus. Alter in exsilium missus est: alter ut meliore fide mitteretur optabat.* Ex verbis Senecæ apparet dimissum Ptolemæum, sed per viam jussu Caij interfectum.

6. *Libertos regios &c.*] Apud exteros enim reges, id moris plerumque, ut maxime liberti pollerent. Tac. de moribus Germ. *Liberti non multum supra servos sunt: raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt.*

Nimiam tamen libertorum potentiam omnibus populis quamvis assueris, gravem fuisse, argumento sit ingenua ista Maurorum pubes, quæ servitutem inhonestam bello mutavit. *Pichena.*

Libertos regios, & servilia imperia, de eadem re puto accipi, non etiam quasi servi quoque aliquid in regno potuerint.

Ita *libertis* potentioribus sæpe exprobratam tolerati servitij memoriam reperio; ut quum Narcisso tribunal conscendente Britannicus exercitus conclamavit *Io Saturnalia*, apud Dionem lib. 60, & apud nostrum Hist. 3. 48. plane eodem modo *servile bellum* appellatur, quod libertus conciverat. *Freinsh.*

[1] servilia imperia bello mutaverant. Erat illi prædarum receptor ac socius populandi, rex Garamantum; non ut [2] cum exercitu incederet, sed missis levibus copiis, quæ ex longinquo in majus audiebantur: [3] ipsaque è provincia, [4] ut quis fortunæ inops, moribus turbidus, promptius ruebant, quia Cæsar post res à Blæso gestas, quasi nullis jam in Africa hostibus, reportari Nonam legionem jusserat. nec [5] proconsul ejus anni P. Dolabella retinere ausus erat, [6] jussa principis magis quam incerta belli metuens. Igitur Tacfarinas [7] disperso rumore, *rem Roma-* 24

INTERPRETATIO.

corum impotentiam & servorum ingenia spernentes, bellum maluerant. Partas latrociniis opes recipiebat, & conscius ei prædandi, erat Rex *Garamantum, non ita ut* ille *cum copiis ingrederetur, sed misso expedito agmine, quæ* copiæ *ut ex remoto in majus* vero *fama vulgabat, & ex ipsa Africa, ut quis rei familiaris egens,* aut *ingenio turbulentus, promptius adfluebant. Quippe Tiberius post expeditionem Blæsi, tanquam nullus jam in Africa hostis esset, imperaverat, ut reduceretur Nona legio, nec legatus qui eo anno præerat Africæ P. Dolabella, eam retinere ausus erat, magis formidans imperia Cæsaris, quam belli discrimina. Itaque Tacfarinas sparsa fama*

NOTÆ.

1. *Servilia imperia.*] Maurorum copiis auxiliaribus auctus, qui impatientes libertorum regiorum quibus Ptolemæus Jubæ filius, neglectam à se juvenili incuria, regni administrationem permittebat, tædio servilium jussorum imperiorumque in arma ierant.

2. *Cum exercitu.*] Non quod rex palam, seu consilio publico exercitum mitteret, sed tantum clam leves copias submittebat, aut transire patiebatur tacito consensu, ut plerumque fit etiam apud nos.

3. *Ipsaque è provincia.*] Non de nihilo adjectum est pronomen emphaticum *Provincia* hic intelligitur angustiore significatu, pars Africæ jam olim imperio Rom. subdita: ideoque hic à Numidis, Mauris, & Garamantibus distinguitur.

Sicut in Sallust. Iugurth. 44. Non enim illi tantum, ait, Tacfarinatem juverunt, sed *ipsa ex provincia* multi; *ipsa provincia* dicitur hoc loco, quæ postea *vetus* appellari cœpit: nisi tamen jam tum sic appellari cœperat, sed nondum inolito satis, receproque vocabulo. Clarum id ex Appiano 4: Civil. *Libya eam partem seu provinciam Romani etiam tum vocant veterem, quam abstulerunt Carthaginensibus, quam vero Iuba Rex habuit & postea acceperunt sub Cajo principe, ideoque appellant novam Libyam, eaque Numidica dici possit.* Sic & Germaniæ fuerunt divisæ: vide quæ notavi ad lib 1. 58. *Sedem vetere in provincia.* Freinshemius.

4. *Ut quis &c. inops.*] Quanto quisque pauperior turbulentiorque, tanto promptius spe prædarum confluebant.

5. *Proconsul ejus anni P. Dolabella.*] Cujus memoriam in Illyrico servat lapis: P. CORNELIO DOLABELLÆ. COS. VII. VIRO. EPULONI. SODALI. TITIENSI. LEG. PRO PR. DIVI. AUGUSTI. ET TI. CÆSARIS AUGUSTI CIVITATES. SUPERIORIS PROVINCIÆ ILLIRICI. *Lips.*

6 *Jussu principis.*] Quin magis metuendum sibi principem crederet, si mandata ejus non statim exsequeretur, quam incommoda quæ forte ex quocunque belli casu nasci possent.

7. *Disperso rumore*] Divulgat famam

nam aliis quoque ab nationibus lacerari, eoque paulatim Africa decedere, ac posse reliquos 1 *circumveniri, si cuncti, quibus libertas servitio potior, incubuissent*; auget vires, positisque castris 2 Thubuscum opidum circumsidet. At Dolabella contracto quod erat militum, terrore nominis Romani; & quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo sui incessu solvit obsidium, locorumque opportuna permunivit: simul principes 3 Musulanorum defectionem cœptantes securi percutit. Dein, quia pluribus adversum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non gravi nec uno incursu consectandum hostem vagum; excito cum popularibus rege Ptolemæo, quatuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis data, & prædatorias manus, delecti Maurorum duxere. 4 ipse consultor aderat omnibus. Nec multo post adfertur, *Numidas apud castellum semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen* 5 *Auzea*, 6 *positis mapalibus consedisse: fisos loco, quia vastis circum saltibus claudebatur*. Tum

INTERPRETATIO.

imperium Rom. discerpi etiam ab aliis gentibus, ideoque sensim abscedere Africa Romanos, & cæteros qui remanerent, posse intercipi, si omnes quibus libertas servitute carior ingruerent, *firmat copias, factisque munimentis, urbem Thubuscum obsidione cingit. At Dolabella, coactis quotquot aderant militaribus copiis, metu nominis Rom. & quia Numidæ pedestri agmini sustinendo impares sunt, primo sui ingressu, obsidione liberavit urbem, & locorum idonea castellis firmavit. Simulque interfici pro jure suo jubet proceres Musulanorum rebellionem agitantes. Exin quia longo adversus Tacfarinatem bello compertum erat, non stabili, nec uno agmine insequendum esse hostem palabundum, accersito rege Ptolemæo cum Mauris suis, quatuor agmina disponit, quæ legatis, ac tribunis tradita; & latrocinii more palanti militi præfuere Mauri lectissimi; ipse monitor cunctis aderat. Paucis interjectis diebus, nunciatur Numidas* structis fixisque tuguriis substitisse apud propugnaculum fere dirutum, ab ipsis olim crematum, quod vocant Auzea, fidentes situ loci, ut qui immensis undique sylvis cingeretur. *Tum prompta cohortes, &*

NOTÆ.

Rom. imperium ab aliis quoque nationibus, aliis locis invadi trahique.

1. *Circumveniri.*] Pro interfici, ut supra quoque occurrit 1, 68. *Freinshem.*

2. *Thubuscum opidum.*] Mauritaniæ Cæsariensis. alias Tubusuptus, & Sucenbæ dictum. *Lipsius.*

Thubuscum.] Tubusuptus, urbs Mauritaniæ Cæsariensis, vel Sitifensis, ad Audum fluvium. hodie forsan *Couco*, oppidum tractus Gezairæ, in regno Algerii. ex Ptolem. & Sansone. *Tillemon.*

3. *Musulanorum.*] Musulani. Vide notas lib. 2. cap. 52.

4. *Ipse consultor aderat omnibus.*] Hoc non eam modo significationem habet, Dolabellam summum in omnes imperium tenuisse, ut quidam acceperunt; verum curam ducis potius innuit e qui, ut de Metello Sallust. Jugurtha 45. tradit, *in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio aderat.*

5. *Auzea.*] Vel Auzina & Auzia, urbs Mauritaniæ Cæsariensis, prope Audum fluvium. ex chart. Ptolom. lib. 4. cap. 2. *Tillemonius.*

6. *Positis mapalibus.*] Quod signum erat longioris moræ, quam ibi trahere

expeditæ cohortes alæque, quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque cœptus dies, & concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros: 1 præpeditis Numidarum equis, aut diversos pastus pererrantibus. Ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prælio provisa: hostibus contra omnium nesciis, non arma, non ordo, non consilium: sed 2 pecorum modo. trahi, occidi, capi. Infensus miles memoria laborum, & adversum eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque ultione & sanguine explebant. Differtur per manipulos, *Tacfarinatem omnes notum tot præliis consectentur: non nisi duce interfecto, requiem belli fore.* At ille deletis circum stipatoribus, vinctoque jam filio, & effusis undique Romanis, ruendo in tela, captivitatem haud inulta morte effugit. Isque finis ar- 26

INTERPRETATIO.

alæ raptim ducuntur, inscia quam in regionem traherentur: statimque orta luce, & clangore tubarum, atrocique vociferatione invadebant semisopitos barbaros, pedica vinctis jumentis Numidarum, aut per varia pascua palantibus. Ab Romanis compositum densumque pedestre agmen, ordinata ala equitum, omnia certamini parata: contra Numidis rerum *omnium ignaris, non tela, non acies, non mens, non ratio aut prudentia, sed ritu pecorum interfici, trahi, rapi. Infestus* ira miles Rom. *cum reputaret animo difficultatem* inveniendi vincendique hostis, *& contra frustrantem toties desideratam pugnandi copiam, quisque se vindicta & cruore satiabant. Spargitur per omnes cohortes* imperium ducis, *nempe* ut cuncti persequantur Tacfarinatem tot expeditionibus cognitum, nullum finem belli fore, nisi occiso duce. *At ille cæsis circum custodibus, captoque jam filio, & erumpentibus undequaque Romanis, irruens in arma, carcerem custodiasve, haud incruenta morte vita-*

NOTÆ.

cōstituissent. Quidā vertunt *tentoria fixisse.* Verum aliud sunt *tentoria*, aliud *mapalia*. Hanc enim Numidicam vocem esse, sicut & rem ipsam, tradit Sallust. Jug. 18. *Ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt.* Ideoque non memorantur ferme, præterquam in rebus Numidarum, aut certe Afrorum. Ita supra 3,74. *Mutantem mapalia Tacfarinatem.* hist. 4, 50. *inaccessa mapalium.*

1. *Præpeditis equis.*] Pro *compeditis.* πεποδισμένους appellat Xenophon loco per omnia huic simili lib. 3. παιδ. de Assyriis πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις καὶ εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δὲ ἐπισάξαι.

Quippe habent suos equos pedicis vinctos ad præsepia, & si quis illos invaderet, difficile, utpote noctu, foret, solvere equos, difficile etiam frænum & sellam imponere. Atque eadem de Persis lib. 3. ἀνάβ. ὅτι γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ πεποδισμένοι ἐπὶ τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν. *Equi ipsis alligati erant, & ut plurimum compediti, ne fugerent, si soluti essent.*

Ab his igitur Persis, progenitoribus suis (Sallust. Jug. c. 18. vide) fortassis hunc morem retinuerunt Numidæ.

2. *Pecorum modo.*] Hoc est ovium, nam hæ imprimis intelliguntur, quæ minime omnium animalium trahenti repugnant. & pecoris appellatione quandoque tantum ovilla pecora intelliguntur. Sicut apud Plinium. 8,47. *Magna*

mis impositus. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Sejano tribuens, [1] ne Blæsi avunculi ejus laus obsolesceret. Sed neque Blæsus ideo inlustrior, & huic [2] negatus honor gloriam intendit. Quippe minore exercitu, insignis captivos, cædem ducis bellique confecti famam deportarat. Sequebantur & Garamantum legati raro in urbe visi, quos Tacfarinate cæso. [3] perculsa gens, & culpæ nescia, ad satisfaciendum populo Rom. miserat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studiis, [4] repetitus [5] ex vetusto mos, missusque è senatoribus qui scipionem eburnum, togam pictam, [6] antiqua patrum munera da-

INTERPRETATIO.

vit. Isque exitus belli fuit. Negavit Tiberius triumphi insignia postulanti Dolabellæ, id concedens Sejano, ne sic decus Blæsi avunculi illius obliteraretur. Sed neque Blæsus propterea clarior, & huic non tributum decus honorem auxit. Nam minus validis copiis, nobiles captivos, necem Tacfarinatis, & belli patrati gloriam retulerat. Adveniebant etiam Garamantum oratores rare conspecti Romæ, quos Tacfarinate victo exterrita natio, & criminis inscia, ad placandum populum Rom. venire jusserat. Exin compertis Ptolemæi meritis, durante eo bello, renovatum ex prisca memoria institutum est, missusque unus è Patribus, qui sceptrum eburneum, vestem palmatam,

NOTÆ.

& pecori gratia, &c. & deinceps eo & seqq. capp. sæpius. *Freinshemius.*

1. *Ne Blæsi.*] Ne Blæsi avunculi ejus qui ex eodem hoste triumphi insignia retulerat, pluribus communicata laus vilesceret.

2. *Negatus honor.*] Sic de Ælio Lamia lib 6. *Et non permissa provincia dignationem addiderat.*

3. *Perculsa gens & culpa nescia.*] Licet hæc gens latrociniis infamis esset, noster 4. histor. 50. Nihilominus ea in ejusmodi populationibus erat extra crimen: quod eorum rex clam cæteros, proprium satellitium Tacfarinati suppeditaverat. *Vt non cum exercitu incederet. Sed missis levibus copiis.* ideo, *nescia culpa.*

At non congruit ut præsentes fugeret, quod longinqui non ignorabant, *quæ ex longinquo in majus audiebantur.* Quid si Garamantes ad eam faciem regnabantur, qua nunc Sarmatæ? *legati Garamantum*, non *legati legis Garamantum.*

Potuit itaque Rex gente non consulta, latrociniis operam dedisse. at illa *nescia culpa* dicitur, quod suo consensu id factum non sit. Virgil. Æneid. *Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ descendam.* Freinshemius.

Perculsa gens.] Territa ea natio & delicti sui conscia ad deprecandum Romam miserat. sic qui legunt *conscia*, sed frustra.

4. *Repetitus.*] Relato ex antiquitate more, senator ad eum missus est, qui sceptrum eburneum, togamque pictam sicut olim ab senatu dono dari solebant, deferret, regisque & socij nomina à senatu populoque Rom. ei tribui diceret.

5. *Ex vetusto more.*] Livius lib. 30. *Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & scipione eburneo, toga picta, & palmari tunica donat, addit verbis honorem.*

6. *Antiqua patrum munera.*] Et valde quidem antiqua. Siquidem Porsenæ regi ea missa lego apud Dionysium lib. 5. Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων βουλὴ κατὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν Τυρρηνῶν συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο

ret,

ret, 1 *regemque & socium atque amicum* appellaret. Eadem æstate mota 27
per Italiam servilis belli semina fors oppressit. Auctor tumultus T. Curtisius quondam prætoriæ cohortis miles, primo cœtibus clandestinis, apud Brundisium & circumjecta opida; mox positis propalam libellis, ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia servitia: cum velut munere deûm, tres biremes adpulere ad usus commeantium illo mari. Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus quæstor, 2 cui provincia vetere ex more Cales evenerat. Is

INTERPRETATIO.

quæ *vetera senatus dona* fuerunt, *largiretur*; regemque, & socium, & amicum *vocaret. Eodem anno conciti in Italia servilium armorum motus, fortuito casu exstincti sunt. Dux motorque seditionis T. Curtisius olim inter prætorianos merens, initio secretis conciliabulis Brundisij & in vicinis civitatibus, mox propositis publice codicillis, ad libertatem excibat orgastula, seu mancipia, qua ametas procul sylvas, ferocia atque audaciâ* persultabant, *cum veluti numine & beneficio deorum, tres biremes advenere ad commercia navigantium illo æquore. Et erat in iisdem locis Curtius Lupus quæstor, cui provinciæ ex prisco instituto Cales obtigerat. Is instructo*

NOTÆ.

Πορσίνᾳ μὲν πέμψαι θρόνον ἐλεφάντινον καὶ σκῆπτρον καὶ στέφανον χρύσεον καὶ θριαμβικὴν ἐσθῆτα, ὑφ᾽ ἧς οἱ βασιλεῖς ἐκοσμοῦντο. *Senatus Rom. postquam discesserant Etrusci, vocatus, decrevit mittere Porsennæ sellam eburneam & scipionem & coronam auream, triumphalemque vestem, qua reges exornabantur.* Nec prius vestigium, opinor ejus ritûs.

1. *Regemque.*] A Senatu reges appellabantur. Cic pro sextio. *Primum igitur in eo peccat Clodius, quod reges per populum, non per senatum appellat, deinde quod eos appellat, qui id nunquam, non modo à populo, sed ne à senatu quidem postularint.*

2. *Cui provincia vetere ex more Cales.*] Lege, *Calles.* Legimus in Tranquillo, in vita Julij C. 19. Provincias minimi negotij mandatas consulibus fuisse *Silvas & Calles*: Silvæ autem illæ & Calles fere in Apulia & illo Italiæ tractu erant.

Callium autem nomine, *Saltus* intelligo, ubi pascere pecora solebant. Nam in saltibus sunt calles, à callo pedis pedum pecudum appellati. *Turnebus.*

Quod veteri mori tribuit Cornelius, primum Augustus constituit, ut Quæstores in ora maritima prope urbem, & aliis Italiæ locis præessent.

Et ita Cassius refert lib. 55. cui non dissimile scripsit Vlpianus, de officio Quæstoris, ibi. *Ex quæstoribus quidam solebant provincias sortiri ex Senatusconsulto, quod factum est D. Druso & Porcina Coss.*

Ejusmodi provincia *Cales* Quæstori Lupo evenerat, id est, ut idem & juris & imperij in eam haberet, quod proconsules aut præsides in exteris. Cales autem Italiæ civitas ab initio Ausonum, dein Romana colonia, tandemque municipium fuit. *Vertran.*

Cales evenerat.] Utrum *Calles* hic legimus, an Cales? *si Calles*: interpretor ex Suetonij loco, in Julio cap. 19. *Opera ab optimatibus data est, ut provincia futuris Consulibus minimi negotij, id est, silvæ, callesque decernerentur.* Ut antiquitus quidem *calles*, (eo nomine intelligimus curam publicorum saltuum, calliumque, in quibus pecora pascebantur, ære aliquo constituto) provincia Quæ-

1 dispositâ classiariorum copia, cœptantem tum maxime conjurationem disjecit. Missusque à Cæsare propere Stajus tribunus cum valida manu, ducem ipsum & 2 proximos audaciæ in urbem traxit,

INTERPRETATIO.

agmine classiariorum, erumpentemque tum præcipue conspirationem perculit disturbavitque, misitque statim Tiberius Stajum tribunum cum firmis copiis, qui auctorem ipsum belli, *&* *intimos satellites, seu præcipua capita factionis Ro-*

NOTÆ

ftorum fuerit: interdum, & Consulum, si bella nusquam, aut hostis.

Sed nec *Cales* mihi displiceat: ut in eo opido Quæstoris fuerit sedes Sic enim in Livio lego, Pisas consulibus decretas, Tarentum prætoribus: & lib xxv. *Nero prætor Suessulam sortitur*, quibus oppidorum nominibus, loca scio intelligi vicina.

Veteri autem tep. ante Sullam, cum octo Quæstores essent, exque iis, duo Militares, duo Urbani: satis constat quatuor reliquos provincias in Italia, aut certe Sicilia habuisse: externis provinciis imperio nondum adjunctis. Eas puto sic constituendas (quid enim, nisi arbitrium, interponam in re obscura.)

Aquariam vide antiquas meas lib. 1. cap xii. sive *Frumentariam*, Ostiæ! cujus mentio Ciceroni pro Cn. Plancio, pro Murena: & Interrogatione in Vatinium restem, cui Quæstori ora tota maris inferi, subvectio frumenti, res nautica, aliaque talia. curæ.

Secundam *Gallicam* Arimini. meminit Suetonius in Claudio, c. xxiv. *Detractâ Quæstoribus Ostiensi & Gallicâ provinciâ, curam ærarij Saturni reddidit.*

Video ibi virum doctum velle, *callium provinciâ*: erudite fateor & acute, & tamen sustinet assensionem meam Plutarchi locus Sertorio: quem Quæstorem designatum ait Galliæ circumpadanæ. ταμίας. inquit, ἀποδείκνυται τῆς περὶ πάδον Γαλατίας.

Tertiam Calibus, ad Vulturnum flumen qui Quæstor tractui *Campanæ Sidicinoque* præfuit Brundisium usque.

Quartam adhuc quæro. nisi si fuerit in Sicilia Lilybæi, argumento, quod ea prima provinciarum facta: & quod etiam inferiori ævo, cùm missus illuc Prætor, semper in Sicilia duo Quæstores *Syracusanus* & *Lilybætanus*. Lipsius.

Cales hodie *Calvi* urbs terræ Laboris in regno Neapolitano.

1. *Disposita classiariorum copia.*] Dubia est interpretatio, pro militibus an remigibus habendi sint, nam illo sensu sæpe; ut 14. 4. reperiuntur; magis tamen est, ut de militibus accipiamus, qui in biremibus iis fuerint, et deducerent forte naves, & iis præsidio essent contra vim quamcumque.

Sic enim intelligo quod dixerat, *ad usus commeantium illo mari*: non ut in ipsis his biremibus eos transportari reportative necesse fuerit.

Turbat hic quod interpretantur, *classiarii quibusdam* (indefinite) *subito coactis*: tanquam alij intelligerentur quam qui in biremibus erant: alij ut nautæ potius videantur quam milites. *Freinsh.* Per *classiarios* intellige milites.

2. *Proximos audaciæ.*] Idem esse puto quod in celeberrima. L. Quisquis *satellites*, interprete Cl. Godofredo. Abire videtur nonnihil, proximos auctores seditionis, nam in *proximis audacia* poterant esse, qui jam motæ & confirmatæ seditioni momentum attulerant. *Freinsh.*

Audacia proximos] Per *proximos*, intellige conjunctissimos auctores, fautores consultoresque facinoris, qui propius adsistebant duci, qui propius

[1] jam trepidam, ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum, minore in dies plebe ingenua. Iisdem consulibus miseriarum ac sævitiæ 28
exemplum atrox, reus pater, accusator filius, [2] nomen utrique Vibius Serenus, in senatum inducti sunt. [3] ab exsilio retractus, illuvieque ac [4] squalore obsitus, & tum catena vinctus perorante filio pater: adolescens multis munditiis, alacri vultu, *structas principi insidias, missosque in Galliam concitores belli*, index idem & testis dicebat; adnectebatque *Cæcilium Cornutum prætorium ministravisse pecuniam*. qui [5] tædio cu-

INTERPRETATIO.

mam adduxit, jam anxiam & pavidam, ob numerum ingentem servitiorum, qui crescebat sine modo, deficiente minuenteque in dies populo libero. Sub eorumdem consulatu, calamitatum & crudelitatis horrendum atq; immane exemplum exstitit, sons pater, delator filius, vocabulum utriq; Vibius Serenus, in curiam introducti sunt. Ab exilio seductus pater, sordido cultu & mœrore informis, & tum vinclis onustus, accusante filio: at contra ornatus juvenis, splendido cultu, facie hilari, delator idem & testis adseverabat, comparatas in Cæsarem insidias, jam ivisse in Galliam commotores *belli; adjiciebatque*, Cæcilium Cornutum prætorem suppeditavisse opes.

N O T Æ.

promptinsque juvabant illum consiliis opibus, ministeriis, industria, viribus. qui non modo *populares conjurationis*, *ut* habet Sallustius, sed duces & capita factionis erant, qui non tantum *secuti* erant *alterum*, sed & ipsi *impietatis duces*, ut habet Tullius. hi erant *proximi* conscij facinoris & audaciæ & ad quos propius spectabat scelerum scena.

Audaciæ proximos] Per *proximos* audaciæ intelligi tantum videntur conscij seu populares conjurationis, auctore Phædro clarissimo divinæ domus liberto

Lupus arguebat vulpem furti crimine
Negabat illa se esse culpæ proximam.

Itaque intellexerit Tacitus hoc loco socios seu conscios facinoris, nō forte omnes, sed eos qui capti sunt cum duce. & si introspexeris mentē Taciti, forte præcipua tantū capita factionis tracta in urbē.

1. *Iam trepidam ob multitudinem familiarum.*] Tacitus inter *servitia*, & *plebem ingenuam* hoc est liberis parentibus natam, comparationem instituit. *Freinshemius.*

2. *Nomen utrique Vibius.*] Nec male legi possit: *reus pater accusator filius in senatum inducti sunt, nomen viri Q. Vibius Serenus ab exilio retractus*, Lipsius.

3. *Ab exsilio.*] Sic lege: *ab exsilio retractus, &c. perorante filio pater: adolescens. &c.* Certe comparat patrem cum filio, ambo *in senatum inducti sunt*, ille *ab exsilio retractus illuvieque, ac squalore obsitus*, adolescens vero *multis munditiis, &c.*

4. *Squalore.*] Sciendum est hujuscemodi sordes non à reis tantum assumi solitas esse, sed etiam ab iis quorum nomine rei postulabantur, quique injurias rapinasque perpessi ad senatum supplices veniebant, Prætorum, Proconsulum, provinciasque Rom. regentium expilationes expostulaturi; & interdum crudelitatem Exemplum habes apud Cic. act 3. in Verr. *Nunc de miseriis Seculorum judices audite: & Heraclius Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates expulsi bonis omnibus Romam venerunt, sordidatique maxime barba & capillo, Romæ biennium prope fuerunt.*

5. *Tædio curarum.*] Virgil.

Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitā
Dū curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri.

rarum, & [1] quia periculum pro exitio habebatur, mortem in se festinavit. At contra reus nihil infracto animo, obversus in filium, quatere vincula, vocare *ultores deos, ut sibi quidem redderent exsilium, ubi procul tali more ageret: filium autem quandoque supplicia sequerentur.* Adseverabatque *innocentem Cornutum, & falsa exterritum, idque facile intellectu, si proderentur alij: non enim se cadem principis & res novas uno*
29 *socio cogitasse.* Tum accusator *Cn. Lentulum & Sejum Tuberonem* nominat; [2] magno pudore Cæsaris, cum primores civitatis, [3] intimi ipsius amici. Lentulus senectutis extremæ, Tubero [4] defecto corpore, tumultus hostilis, & turbandæ Reipubl. arcesserentur [5] Sed hi quidem statim exempti. In patrem ex servis quæsitum: & [6] quæstio adversa accusatori fuit: qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus;

INTERPRETATIO

qui pracasus molestias, & quia discrimen pro certa pernicie erat, necem in se properavit. At contra Vibius nequaquam exterritus, conversus in filium, catenas concutere cœpit, *obtestarique* vindices deos, ut se quidem in exilium reducerent, ubi longe à tali exemplo agitaret; filius tandem aliquando pœnas facinoris sui lueret. *Affirmabatque* insontem Cornutum, & inani pavore perculsum, idque promptum cognitu, si alij promerentur, quippe se non uno conscio, agitasse necem principis & nova in rempub. consilia. *Tum delator indicat* Cn. Lentulum & Sejum Tuberonem, *magno dedecore Tiberij, cum accusarentur proceres urbis, & familiarissimi illius amici, Lentulus provecta & exacta atatis, & Tubero agro corpore, quasi illi motum hostilem & novas res molirentur. Sed hi quidem statim* crimine & periculo *erepti sunt. In patrem ex servis quastio habita, qua contraria fuit delatori: qui sceleris conscientia vesanus, atque etiam* infesto *clamore plebis ex*

NOTÆ.

1. *Quia periculum pro exitio habebatur.*] Hoc est, quia nullis reis evadentibus, idem putabatur accusari, quod damnari. *Freinshemius.*

2. *Magno pudore Casaris.*] Quod tam absurdum videbatur, ut ipse quoque Cæsar magno pudore adficeretur, quod duo viri ex primoribus civitatis, uterque ex intima principis amicitia novarum rerum arguerentur.

3. *Intimi.*] Cum ab amicis etiam cavendū est, odiosa vita. Plut. de Apophteg. regum. *Dio qui Dionysium tyrannide ejecit, audiens à Calippo sibi insidias parari, cui omnium amicorum, hospitum que maximè fidebat, inquirere noluit, quod diceret moriendum potius esse, quam vivendum, ubi non ab hostibus modo, sed etiam ab amicis esset cavendum.*

4. *Defecto corpore.*] *Infirmo per atatem* interpretantur, quibus non accedo: non enim *senectam* in hoc indicare voluit auctor, neque enim *à Lentulo senectutis extrema* separasset. Quippe non existimari potest adeo decrepitus fuisse Tubero, qui octo annis ante Germanici legatus, & præliorum socius fuit. supra 2, 20. *Freinshemius.*

5. *Sed hi quidem statim exempti.*] Ac dixit Tiberius se ipsi sibi vita indignum videri, si etiam Lentulo invisus esset. Dion. *Muretus.*

6. *Quastio adversa.*] In Serenum servi torti, nec quidquam confessi sunt,

[1] *robur & saxum*, *aut parricidarum pœnas* minitantium, cessit urbe. ac retractus Ravenna, exequi accusationem adigitur; non occultante Tiberio vetus odium, adversus exulem Serenum. nam post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem litteris exprobraverat, *suum tantum studium sine fructu fuisse*; addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures superbas & offensioni proniores. ea Cæsar octo post annos rettulit, [2] medium tempus varie arguens; [3] etiam si tormenta, pervicacia servorum, contra evenissent. Dictis dein sententiis, *ut Se-*

INTERPRETATIO.

agitatus, robur & rupem Tarpejam, aut parricidarum supplicium *intentantium, evasit. erupitq; è civitate. sed reductus Ravenna compellitur persequi, seu peragere delationem; non dissimulante Tiberio veterem offensionem contra exulem Vibium. Quippe* Serenus *post subversum Libonem, compositis ad principem epistolis, objectaverat* suum tantummodo ministerium sine præmio fuisse; *adjeceratque nonnulla ferocius, quam expedit, apud aures adrogantes & iræ promptiores. eas res prompsit Tiberius post octo annos, multa incusans, quæ interjecto eo tempore prave fecisset Serenus, quamvis cruciatus adversi fuissent* Tiberio, *constantia seu perseverantia mancipiorum* Vibij. *Exin prolatis sententiis* quibus decernebatur, *ut Vibius* ritu vere-

NOTÆ.

quod pro accusatore foret.

1. *Robur & saxum.*] *Robur*, ait Festus, *in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur.* Livius XXXVIII. *Ut in carcere instar furis & latronis vir clarissimus includatur, & in robore ac tenebris exspiret, deinde ante carcerem nudus projiciatur.*

Plautus Pænulo: *Vos ego jam detrudam ad molas: inde porrò ad puteum atque robustum codicem.* Et allusit per jocum idem capteiveis: *At ego faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.* Ubi malim scribi, *in robur.*

Nec tamen omiserim, hic in Tacito robur videri potius supplicij locum, quàm custodiæ. Valerius ita accepit, lib. 6 cap. 3. *Quin etiam familiares Gracchorum, nequis reipub. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt* & Lucanus lib II.

Sæva Tribunicio maduerunt robora tabo.

Itemque Calpurnius, scitus sane declamator, declamat. V. *Video carcerem publicum saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc conjecti, robur Tullianum prospiciunt: & quoties jacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur, & alienum supplicium aspectando* (ita lego) *suum discunt.*

Ex quo clare discas robur hoc in Tulliano fuisse, id est, carceris inferiore loco. Livius XXXIV. *Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.* Lipsius.

2. *Medium tempus vario arguens.*] Error vertentium inde natus est, quod ista non intelligerent, quæ significant: multa objiciens Sereno, tanquam inter istud spatium, ab eo facta, aut cogitata.

Deinde, quod non viderent sequentia, *etiam si &c.* ex persona Tiberij, non Taciti accipienda esse. *Multa in me fecit, atque consuluit* (hic sensus verborum Tiberij est) *intra hoc octennium, quorum omnium fores patuisset, nisi obstinatione servorum ejus, elusa tormenta essent.* Freinshemius.

3. *Etiam si tormenta.*] Quamvis servi tortori nihil indicavissent, non id innocentiæ rei, sed ipsorum servorum

renus [1] *more majorum puniretur*, quo molliret invidiam, intercessit. Gallus Asinius, [2] *Gyaro aut* [3] *Donusa claudendum* [4] censeret. id quoque aspernatus est, *egenam aquæ utramque insulam* referens, *dandosque vitæ usus cui vita concederetur.* ita Serenus [5] Amorgum reportatur. Et quia Cornutus sua manu ceciderat, actum *de præmiis accusatorum abolendis, si quis majestatis postulatus ante perfectum judicium se ipse vita privavisset.* [6] ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum palam pro accusatoribus Cæsar, [7] *Irritas leges, Rempub. in præcipiti* conquestus esset *subverterent potius jura, quam custodes eorum amoverent.* Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum & pœnis quidem nunquam satis coërcitum, per præmia eliciebantur.
31 His tam adsiduis

INTERPRETATIO.

rum plecteretur, *quæ leniret odium, seu offensionem* civium, Tiberius *obstitit.* Cum *Gallus Asinius statueret*, Vibium Gyaro aut Donusa cohibendum. *Id etiam sprevit abnuitque, memorans* inopes aquæ esse duas illas insulas, tribuendasque res necessarias victui, cui vita indulgeretur. *Ita Serenus rursus Amorgum deportatur. Et quia Cornutus sibi mortem intulerat, tractatum* de mercede delatorum abroganda, si quis Majestatis arcessitus, mortem prius occupasset, quam reus perageretur Et *adsentiebantur omnes, nisi Princeps asperius & præter consuetudinem suam, aperte pro delatoribus, expostulasset*, vana atque inania jura & remp in proclivi esse ad exitium. abolerent potius leges, quam exactores earum *auferrent, absterrerentque. Ita delatores genus mortalium in perniciem publicam inventum, & suppliciis sane nunquam satis cohibitum, proposita mercede excitabantur. His tam*

NOTÆ.

pervicaciæ imputandum esse.

1. *More majorum*] Sueton. Nero. 49. *Et quæri, ut puniatur more majorum. Interrogavitque quale id genus esset pœnæ. Et cum comperisset nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus*, &c.

2. *Gyaro.*] Gyaros *Iero* insula maris Ægei una Cycladum parva, inculta desertaque. Juvenal. *Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.*

3. *Donusa.*] Donusa insula parva maris Ægei inter Icariam & Gyarum marmore viridi abundans.

4. *Censeret.*] Alij legunt. *censuere*, alij *censere* pro *censebat.* Ego puto nihil deesse. sic igitur capio. *Dictis dein sententiis ut Serenus more majorum puniretur*, &c. intercessit, nempe Cæsar, & *Gallus Asinius*, &c. *censeret.* Nā sæpe Tacitus conjunctiones omittit, ut alias dixi. sic capio. cum dictæ essent sententiæ quorumdam Patrum qui censebant, ut Serenus more majorum puniretur, quo molliret invidiam intercessit Tiberius, & cum Gallus Asinius Gyaro, aut Donusa claudendum censeret, id quoque rejecit Cæsar.

4. *Amorgum.*] Amorgus, *Murgo* insula maris Ægei cum urbe episcopali ejusdem nominis, una Cycladum, sive, ut aliis videtur, Sporadum.

5. *Ibaturque in eam sententiam.*] His verbis, non quivis consensus, sed mos pedibus eundi in sententiam, quod consueverat, quum per discessionem SC. fieri dicebatur, innuitur. Vide Zamoscium. lib. 2. de Senatu Rom. *Freinshemius.*

6. *Irritas leges.*] Hoc modo leges

tamque mœstis modica lætitia interjicitur, quod C. Cominium equitem Romanum probrosi in se carminis convictum, Cæsar precibus fratris qui senator erat, concessit. Quo magis mirum habebatur [1] gnarum meliorum & quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle. [2] neque enim socordia peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia, facta imperatorum celebrentur. [3] quin ipse compositus alias, & velut eluctantium verborum, solutius promptiusque eloquebatur, quoties subveniret. At P. [4] Suilium quæstorem quondam Germanici, cum Italia arceretur, convictus pecuniam ob rem judicatam cepisse, *amovendum in insulam* censuit; tanta contentione animi, ut & jurando obstringeret, *è Republ.* id *esse*. Quod aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit, regresso Suilio: quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudii principis amici-

INTERPRETATIO.

continuis, tamque luctuosis rebus, *tenue* quoddam *gaudium interponitur, quod Cæsar condonaverit precibus fratris C. Cominium equitem Rom. famosi in se libelli compertum* reum, *unde magis mirandi locus erat, quod sciens meliora, & quæ* quantaq; *gloria clementiam comitaretur,* tamen *severiora & asperiora anteponeret; neque enim imprudentia errabat; nec latere potest quando serio & ex animo, aut quando simulato gaudio res gestæ principum laudentur. Quin ipse* Tiberius *meditatus alias, & velut ægrè prorumpentibus verbis,* cum tristiora usurparet; at contra *quoties veniam daret, liberius & facilius pronuntiabat. Sed cum P. Suilius quæstor olim Germanici, judicij pretio corrupti compertus reus, Italia prohiberetur* Patrum sententiis, illum deportandum in insulam *decrevit, tanta adseveratione, ut jurejurando interposito testaretur,* ad bonum publicum id pertinere. *Quod durius visum in præsentiarum, postea in decus Tiberij cessit, reverso Suilio: quem cognovit ætas postera præpollentem, pretio expositum & Claudij Cæsaris gratia diu feliciter, nun-*

NOTÆ.

invalidas irritasque reddi, ipsamque rempub. in præceps dari questus.

1. *Ignarum meliorum.*] Mirabantur homines quod videns sciensque meliora, & quam prosper apud omnes rumor clementia pararetur, tamen acerbitatem præferret.

2. *Neque enim socordia.*] Neque enim vecordiâ, rectius ignorantiâ, peccabat. Neque quia omnia facta sua pro egregiis accipi videbat, ipse quoque sic faciendum esse rebatur; sed eo erat acumine mentis, ut honesta ab inhonestis posset discernere multoque magis id quod per se facile deprehendi potest, utrum laudes plaususque quibus excipiebatur, ex animo, an ex ficta simulataque lætitia proficiscerentur.

3. *Quin ipse compositus.*] Adeoque ipsa sermonis sui inæqualitate videbatur profiteri, probe se dignoscere laude an vituperio digna proferret; nam quum alias suspensis & velut eluctantibus verbis difficulter & molestè loqui soleret; promptius expeditiusque sensus suos proferebat, quoties alicui subvenire, eumque clementia aut liberalitate juvare constituerat.

4. *Suilium quæstorem.*] Gloriatur ipse in oratione contra Senecam: *se Quæstorem Germanici, illum domus ejus adulterum fuisse.* Lipsius.

tia 1 diu prospere, nunquam bene usum. Eadem pœna in Catum Firmium senatorem statuitur, *tamquam falsis majestatis criminibus sororem petivisset.* Catus, ut rettuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat. ejus operæ memor Tiberius, sed alia prætendens, exsilium
32 deprecatus est: quo minus senatu pelleretur non obstitit. Pleraque eorum quæ rettuli, quæque referam, parva forsitan & levia memoratu videri non nescius sum: 2 sed nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit, qui veteris populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes urbium, fusos captosque reges; aut, si quando ad interna præverterent, discordias consulum adversum tribunos, agrarias frumentariasque leges plebis & optimatium certamina, 3 libero egressu memorabant. 4 Nobis in arto, & inglorius labor. 5 Immota quippe aut modice lacessita pax, mœstæ urbis res, & princeps

INTERPRETATIO.

quam recte usum. Idem supplicium decernitur adversus Catum Firmium senatorem, quasi fictis majestatis criminibus sororem oppugnasset. *Catus, ut memoravi, Libonem fraude pellexerat, mox delatione subverterat. ejus ministerij recordatus Cæsar, sed alia prætexens, ne in exilium pelleretur, intercessit*; non impediit tamen *quin senatu moveretur. Haud me fallit pleraque eorum quæ memoravi, quæque memoraturus sum, exigua forsan & modica relatu credi* posse: *sed nemo comparaverit curam nostram cum historia illorum, qui prisci populi Rom. facta conscripsere. Magna illi prælia referebant, capta oppida, profligatos, vinctosque reges, vel si aliquando ad intestina se converterent, libero solutoque, & nullis finibus aut vinclis arctato ingenio, imo veluti lato campo, libere exeunte exsultanteque facundia, celebrabant discordias consulum adversus tribunos, agrarias frumentariasque leges, vulgi, & procerum contentiones. Nobis in angusto, & ignobilis cura. Nam perpetua, aut leviter oppugnata pax, tristes civitatis res & Princeps dilatandi im-*

NOTÆ.

1. *Diu prospere, nunquam bene.*] Iam autem non hoc vult dicere, licet amicitia principis diu male sit usus, tamen fœlicem fuisse; verum hoc, licet in amicitia principis diu retinenda felix fuerit, ea tamen potentia in tanto temporis spatio, nunquam ad honestatem, aut civium commoda promovenda usum esse.

2. *Sed nemo annales nostros.*] Levia hæc videbuntur haud dubie, præsertim si nostra cura comparetur cum iis auctoribus, qui veteris populi Rom. gesta tradiderunt: quod nemo æquus faciet.

3. *Libero egressu memorabant.*] Hoc est si quando externa relinquebant, ut domestica memorarent; spatiabantur tanquam patenti ac libero campo, in earum varietate ac libertate scribendi. *Pichena.*

Libero egressu.] Ingenij exserendi liberum apertumque spatium habebant. Quod in nobis contra est: quibus, arctis limitibus coërcitus & proinde nullius gloriæ capax labor obrigit.

4. *Nobis in arto.*] Virg. 4. Georgicon. *In tenui labor, at tenuis non gloria.*

5. *Immota quippe.*] Quippe Tiberij res describimus, quo regnante, neque domi, neque belli, multa memoratu digna acciderunt: non domi, quia oppressa

profe-

proferendi imperii incuriosus erat. 1 Non tamen sine usu fuerit, introspicere illa primo aspectu levia, ex quîs magnarum sæpe rerum 2 motus oriuntur. 3 Nam cunctas nationes & urbes populus, aut primores, 4 aut singuli regunt: 5 delecta ex his & constituta Reipub. forma,

INTERPRETATIO

perij negligens erat. Non tamen inutile fuerit introscrutari, illa primo intuitu modica, ex quibus sæpe magnæ molis turbæ nascuntur. Quippe gentibus universis civitatibusq; plebs, aut proceres, aut unus imperat: ex tribus his electa, & composita Resp. species

NOTÆ.

Repub. præter continuas reorum mortes, in urbe mæsta, nihil quod adnotari mereretur, occurrebat: non belli, quia sub principe augendi imperij non cupido, continua pax, aut certe modicis tumultibus interrupta fuit.

1. *Non tamen sine usu fuerit.*] Hæc primo intuitu levia, utilitate non carent: quamquam enim magnam speciem non præferant, tamen ita comparata sunt, ut ad magnas res rite capessendas sustinendasque, egregia monita atque documenta exinde peti possint. *Freinsh.*

2. *Motus oriuntur.*] Lego, *monitus oriuntur.* Non enim ullos motus ex accusatione, aliisque talibus oriri vult: sed rerum salubrium exempla monitionesque. Qui revera pulcherrimus historiæ fructus. *Lipsius.*

Rerum motus oriuntur.] Ego vero, *motus* retineo. Tametsi, ait Cornelius, hic non agatur de bellis ingentibus, deque urbibus expugnatis, tamen nostra sperni à lectore minime debent, quod bella ingentia, vastationesque urbium, quandoque ab ejusmodi condemnationibus originem trahunt.

Recte: unde enim bellum Volscorum, quo victi Romani animum despondere, & ad infimas preces descendere coacti sunt? ex peracto reo Cn Marcio Coriolano.

Unde etiam Atheniensium in Sicilia profligatio? unde Lacedæmoniorum in Græcia adversus eosdem belli reparatio? unde ad ultimum Decelex Atticæ communitio? damnatus Alcibiades universa Spartanis suppeditavit.

Sic enim de Sicilia Lacedæmoniis consilium dedit Thucyd. lib. 6. *Exercitum in navibus talem illuc mittite, ut iidem in vehendo remiges, mox milites sint.* De belli redintegratione. *Et hic oportet apertius bellum inferre.* De Decelia. *Oportetque muris cingere Deceliam Atticæ, quod præcipue semper timent Athenienses.* Itaque lege *motus.*

3. *Nam cunctas nationes.*] Omnes enim nationes aut urbes vel democratia, vel aristocratia, vel monarchia gubernantur: mixtam ex his & egregio judicio contemperatam reipub. formam laudare, quam constituere facilius est.

4. *Aut singuli.*] Nempe Reges seu Imperatores, quæ optima reipub. forma. Plut. Libello de tribus Reipub. speciebus. *Quod si ei detur optio formam Reipub. tamquam musicum instrumentum sue arbitratu capessendi, nullam profecto delegerit aliam, quam Monarchiam, Platonis fidem secutus. Ea enim sola potest perfectum istum, & ὀρθὸν, sive rectum virtutis tonum, & contentionem sustinere, & utilitatem, neque necessitatis, neque gratiæ causa inflectere. Reliqua id habent, quod fere is qui imperat, sub imperio & potestate est, & qui gerit eas, ipse geritur, ferturque: quod non habet viam solidam, & stabilem, qualis est in monarchia, sed sæpe cogitur Æschyleum illud declamare, quo usus est Demetrius Poliorcetes amisso imperio:* Tu me creasti, tu fers exitũ mihi. Livius l. 2. *Regem hominem esse, à quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit, esse gratiæ locum, esse beneficio & irasci &*

1 laudari facilius, quam evenire; 2 vel si evenit, haud diuturna esse potest. Igitur ut olim plebe valida, vel cum patres pollerent, 3 noscenda vulgi natura, & 4 quibus modis temperanter haberetur; senatusque & optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, callidi temporum & sapientes credebantur: sic converso statu, 5 neque alia rerum quam si

INTERPRETATIO.

celebrari potius queat, quam contingere, vel si contingit aliquando, *diu permanere non potest. Itaque quemadmodum olim multitudine præpollente, vel cum senatus prævaleret, dignoscendum plebis ingenium* fuit, *& qua ratione recte & prudenter regeretur, & qui penitus introspexerant, patrumque & procerum animos*, hi *periti temporum, & prudentes existimabuntur: ita mutata rep. neque alio rerum statu, quam si unus domine-*

INTERPRETATIO.

ignoscere posse, inter amicũ atq; inimicum discrimen nosse. Leges rem surdã & inexorabilem esse, salubriorem, melioremq; inopi, quam potenti: nihil laxamenti, nec veniæ habere, si modum excesseris periculosum esse, inter humanis erroribus, sola innocentia vivere.

1. *Temperata simul ex omnibus laudari.*] Trium istarum formarum Respublicas dari ipse modo diserte dicebat: sed aliquam ex his delectam atque ita libratam, ut omnium commoda complectatur, omnium evitet vitia, eam vero reperiri valde negat. idque ex vero, quidquid alij contra somnient. Prius enim formandi essent alij homines (aliis etiam moribus) ex quibus ejusmodi respub. institueretur.

Laudari.] Dionys. lib. 2. *Quod si una quapiam esset apud omnes homines vitæ ratio, quæ civitates felices faceret, eam facile ab ipsis eligi potuisse: nunc varias ejus reperiat species, tum apud Græcos, tum apud barbaros, sed ab expertis laudari tres potissimum; nec harum tamen ullam ab omni parte sinceram, quin cuique aliquid insit mali, fato quodam agnatum.*

2. *Vel si evenit.*] Aut si constitui possit, tamen vitio humanorum ingeniorum ad vim & licentiam nimis proclivium, diu consistere non potest.

3. *Noscenda vulgi.*] Vulgi naturam artemque leniendi, itemque senatus & primorum ingenia moresque pernosse prima prudentiæ laus erat, & qui id adsecuti erant, sapientes & seculi sui periti habebantur.

Vulgi natura.] Plut. præcept. Reipub. gerendæ. *Quemadmodum vini usus, initio quidem, arbitrio, atque lege bibentis regitur, ubi vero sensim, ac placide calefecerit hominem, immutare continuo incipit, atque novis imbuere moribus. Hac ratione decet virum civilem & rempub. tractare incipientem, tamdiu civium moribus consentaneè vivere, & se ad eorum naturam accommodare, atque scite conjectura sectari ea & assequi, quibus solent populus delectari, & quibus adduci facile, donec opinione virtutis, & fide, jam comparata, auctoritate inniti possit. Varij enim sunt populorum mores, varia civitatum ingenia.*

4. *Quibus modis temperanter haberetur vulgus.*] *Temperanter habetur vulgus,* quum ita regitur, ut neque injuriis exacerbetur, neque adulationibus, aut nimia libertate lasciviat. hæc enim summa est artis salubriter popularis, suum plebi honorem, neque ultra concedi & ut Salustij verbis utar, in Jugurth. 45. *Temperantia inter ambitionem, & sævitiam moderatum esse.* Freioshemius.

5. *Neque alia rerum.*] Emendavi, neque alia re Rom. rem Romanam, hoc sensu non semel dixit. *Lipsius.*

Neque alia rerum quam si.] Ut lib. 1. ann. *Inculta montium, uligines paludum.*

unus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit: quia 1 pauci prudentia, honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis docentur. cæterum ut profutura, ita minimum oblectationis adferunt. nam situs gentium, varietates præliorum, 2 clari ducum exitus, retinent ac redintegrant legentium animum: nos sæva jussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, & 3 easdem exitu causas conjungimus; 4 obvia rerum similitudine, & fa-

INTERPRETATIO.

tur; non sine usu fuerit hæc investigari, & scribi: nam pauci ea sapientia præditi sunt, ut decora à pejoribus, salutaria ab exitialibus dignoscant; plures aliorum casibus erudiuntur. porro ut hæc *maxime utilia* sunt; *ita minimum voluptatis important. quippe situs regionum nationumque diversitas bellorum, insignes ducum eventus oblectant & recreant legentium mentem: nos dura imperia, perpetuas delationes, subdolas insidiosasque familiaritates, exitium insontium, & easdem eventu causas componimus, obversantibus passim, ad nauseam usque, & recurrentibus semper similibus eventis, us-*

NOTÆ.

infra. *præcipua rerum.* Mos illo sæculo, & paulo post, frequens, Apul. lib. 1. Asin. Aur. *Postquam ardua mentium, & lubrica vallium & rescida cespitum, & glebosa camperum emensi.*

Neque alia rerum.] Non displicet hæc lectio. Nam Tacitus consulto videtur loqui obscurius, nolens expresse fateri regnum esse Romæ, & non tempub. quum tamen hoc præferrent principes.

Nam non Domitianus modo, sed Nerva deinceps & Trajanus fuerunt veri *reges*, idque non minus quam qui maxime. Quapropter illi à Græcis, etiam coætaneis βασιλεῖς id est *reges* appellati sunt.

Libertatis tamen speciem atque imaginem quamdam relinquebant, quemadmodum & priores Cæsares, Augustus, Tiberius, etiam & quisquis non ad extremum dominationis immodicus fuit.

Itaque Tacitus hoc loco volens erudire lectorem & ipsam rei naturam vere aperire, vitabundus & cum quadam præfatione veniæ id facit, *neque alia rerum, quam si unus imperitet*, quasi diceret, si verum fateri volumus, & rem potius, quam nomen, aut imaginem intueri, non in libertate, sed regno vivimus eoque nobis conducit, regni artes & ingenia nosse. *Freinshemius.*

1. *Pauci prudentia.*] Pauci enim sunt qui tantum prudentia valeant, ut per se scire possint, quid honestum aut inhonestum, utile vel damnosum sit: multo maxima pars, ut id intelligat, alienis periculis experimentisque erudienda est.

2. *Clari ducum exitus.*] Vertunt tanquam fuisset, *clarorum ducum exitus*. quæ mutatio, quanquam nihil differre videatur, differt tamen. Nec enim quoscunque *ducum exitus* relatos scribit auctor; sed *claros* tantum.

Neque est ut objicias, eodem modo dici posse, ne quidem *quorumcunque ducum* exitus, sed clarorum tantum memorari: nam cuicumque duci clarus est exitus, ille certe nisi jam ante celebris fuerit, hoc ipso nobilitatur: deinde, ut qui dux sit, idem non etiam clarus sit.

Quippe ducis nomine summos tantum duces intelligi, non ut postea usurpari cepit vocabulum, alios superiores habentes, ipse Livius, qui hoc Taciti loco unus, aut præcipuus adspicitur, testis est 4, 20. *Ea rite opima spolia habentur, quæ dux duci detraxerit, nec ducem novimus, nisi cujus auspicio bellum geritur.* Freinshem.

3. *Easdem exitu causas.*] Id est pares

tietate. Tum quod antiquis scriptoribus rarus obtrectator, 2 neque refert cujusquam, 3 Punicas Romanasve acies lætius extuleris: at multorum qui Tiberio regente pœnam vel infamiam subiere, posteri manent. utque familiæ ipsæ jam extinctæ sint; reperies qui ob similitudinem morum, 4 aliena malefacta sibi objectari putent. 5 etiam gloria ac virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens.

INTERPRETATIO.

que ad satietatem. Tum quia in priscos rerum auctores nulla ferme æmulatio, aut invidia; *neque ullius interest, an Carthaginensium, an Romanorum exercitus uberius celebraveris: at supersunt nepotes seu posteri plerorumque hominum qui, Tiberio imperante, supplicium, vel ignominiam passi sunt. & licet familia ipsa jam penitus sublata sint; invenies* tamen, *qui ob conformitatem vitæ, aliena sibi flagitia exprobrari credant. etiam decus ac virtus suos adversarios habet, ut nimis*

NOTÆ.

exitus, à paribus causis. Passim damnati ob suspiciones, delationes: innocentes, aut illustres. Vidi qui legeret, *easdem exitij*. Lipsius.

Et easdem exitu causas.] Tacitus *causas* non intelligit, pro rerum auctoribus, aut principiis, verum pro judiciis, quomodo ferme differunt αἴτιον & αἰτία. Igitur *causæ exitu eadem*, sunt judicia & accusationes, eundem semper exitum (condemnationis nimirum) nacta.

Itaq; quum in omni relatione mens hominis maxime suspensa teneatur, exspectatione exitus; nihil est quod eam magis possit defatigare, ac tædio opplere, quam eædem omnium fabularum catastrophæ: tanquam, *chordâ qui semper oberret eadem*. Freinshemius.

Easdem exitu causas.] Nostri annales nihil nisi sæva principis imperia, &c. & omniū causatū exitū eumdem continent.

1. *Obvia rerum similitudine.*] Ita ut perpetua, neque lætioribus interstincta rerum similitudo, facile satietatem atque fastidium lectori pariat.

2. *Neque refert cujusquam.*] Prorsus idem est quod apud Juvenal. Sat 1.
Quid refert dictu ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigellinum ——— Et paulo post.
Securus licet Æneam, Rutulumque ferocem
Committas; nulli gravis est percussus
Achilles
Aut multum quæsitus Hylas.

3. *Punicas.*] Cic. pro Sextio. *Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis: qui unus cum tot imperatoribus nostris, per tot annos de imperio, & de gloria decertavit? hunc sui cives & civitate ejecerant, nos etiam hostem literis nostris, & memoria videmus esse celebratum* Habuit & statuam Romæ.

5. *Aliena.*] Et si familiæ ipsæ defecerint, non deerunt alij, qui similium vitiorum, quæ in aliis reprehenduntur, sibi conscij, alieni nominis obtentu, se denotari traducique putent.

5. *Etiam gloria ac virtus infensos habet, ut animus ex propinquo diversa arguens.*] Hunc locum sic cepit Lipsius. Laudare antiquos facile, sine periculo, & sine obtrectatione scriptor potest, at laudare quæ sunt proxima suo sæculo, non tam libere potest, quia virtus illa quæ laudatur à scriptore, suos infensos habet, ut quæ nimis è propinquo lacessat vitiosos, fere eodem sæculo viventes; veteri virtuti ac gloriæ nemo invidet, at novæ & postremæ, at viventi virtuti, nemo non obtrectator, quæ apud nos sunt spernimus, spirantemque virtutem odimus, dum vetera & evanida, pravitate ingenij, sectamur, admiramur.

Sed ad incœpta redeo. Cornelio Coſſo, Aſinio Agrippa Coſs. [1]Cremutius Cordus poſtulatur, novo ac tunc primum audito crimine, *quod* 34

INTERPRETATIO.

è proximo diſſimilia incuſant. Sed ad propoſitum revertor, Cornelio Coſſo, Aſinio Agrippa Coſſ. Cremutius Cordus accuſatur inſolito, ac tum primum reperto facinore.

NOTÆ.

Sed ipſe ſe explicat Tac. ut puto, lib. 2. hiſt. ubi de uxoribus Vitelliorum fratrum. *Et Triaria licentiam modeſtum è proximo exemplum onerabat Galeria imperatoris uxor.* è proximo urgebat Galeria, ſeu arguebat è propinquo exemplum & virtus Galeriæ, audaciam & flagitia Triariæ; è proximo nempe, quia ex eadem domo Vitelliana quia ejuſdem ſortis & conditionis.

Sic hoc loco quia generaliter loquitur Tac. virtus è propinquo diverſos arguit. è *propinquo*, nempe, quia omnes Romani quorum mentio in annalibus, ex eadem ſtirpe, ex eadem gente, ex eadem civitate, ex eadem repub. ex eodem ſenatu, ſæpe ex eadem familia, ſicque virtus è proximo diverſos ſeu flagitioſos urget, arguitque.

Sed τὸ *nimis*, puto, reſpicit tempus, & generalis propoſitio reſtringi debet hoc ſenſu; nempe virtus clariſſimorum virorum ævi, ſeu ſæculi præcedentis, memorata à ſcriptore laudataque, nimis è propinquo urget homines, eodem ferè ævo diverſe & flagitioſe viventes. propinquitas temporum magis demonſtrat, arguitque diſſimilitudinem hominum, morumque.

Nam propter propinquitatem temporum, ſeu ſimilitudinem, recurrunt eædem actiones, eædemque occaſiones virtutis aut flagitij. hinc magis arguit è proximo virtus ea quæ ſunt oppoſita, ſeu diverſa.

Etiam gloria.] Ipſa virtus & gloria præſtantium virorum, quum meritis laudibus extollitur, odium quorumdam excitat, qui longe diverſis moribus præditi, ægreferunt ſuam turpitudinem, tam propinqua meliorum comparatione magis conſpicuam fieri.

1. *Vt nimis ex propinquo.*] Si laudes nuperam virtutem, offendis: at de antiquis, ferre poſſumus, ut ævo diſſitis, & oggerere, *aliud ſæculum* fuiſſe. At ſi propinqua laudes, arguis & uris, qui diſſimiles. Si voles etiam, *ut animos ex propinquo* non refutem. *Lipſius.*

Ex propinquo.] Petron. *Non dubiè ita eſt, ſi quis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cœpit inſtituere, primum propter morum differentiam, odium habet (quis enim poteſt probare diverſa?*

Cremutius.] De cujus fine legendus Seneca. *magna res erat in quæſtione, an mortis rei perderentur.* rectiſſimum eſt *proderentur*, hoc eſt ederentur. Rei ſemper produntur ab accuſatore, & recipiuntur à judice certi & nuncupati criminis, cujus pœna ſtatuta certa lege, puta *Majeſtatis, adulterij, falſi, de vi publica, repetundarum.*

At hic novum crimen *reus mortis*: non ut Græcis *θανάτου δίκη*, nam is eſt cædis, ſive mortis alienæ, hic reus mortis ſuæ. Nam *Majeſtatis* reus Cordus ante diem judicij mortem ſibi ipſi conſciverat; delatores ut impedirent, quia bona ſponte morientis non publicata, veniunt ad tribunal, tanquam, inquit, poſtulaturi reum novi criminis *mortis ſuæ* Quæ alii viri docti comminiſcuntur, & frigida nimis, & longius abeunt à ſcriptura veteri *Mercerus.*

Cremutius.] De quo Seneca lib. de conſol. ad Marciam cap 22. *Propone illud acerbiſſimum tibi tempus, quo Sejanus patrem tuum clienti ſuo Satrio Secundo congiarium dedit. Iraſcebatur illi ob u-*

editis annalibus, laudatoque M. Bruto, 1 *C. Caßium* 2 Romanorum ultimum *dixisset.* Accusabant 3 Satrius Secundus, & Pinarius Natta, Sejani clientes: id perniciabile reo, & Cæsar truci vultu defensionem accipiens, quam Cremutius, relinquendæ vitæ certus in hunc modum exorsus est: *Verba mea P. C. arguuntur: adeo factorum innocens sum. Sed neque hae in principem, aut principis parentem,* 4 *quos lex majestatis amplectitur: Brutum & Caßium laudavisse dicor. quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius eloquentia ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut* Pompe-

INTERPRETATIO

quod compositis vulgatisque annalibus, celebratoque M. Bruto, adpellasset C. Cassium postremum Romanorum. *Arcessebant Satrius Secundus, & Pinarius Natta fautores* seu satellites *Sejani: Id fonti exitiabile, & Tiberius, infesto ore, defensionem excipiens, quam Cremutius firmo deserendæ vitæ consilio, sic ingressus est.* Sermones mei P. C. accusantur: adeo ego à facinoribus & crimine procul absum. Sed neque hi in Cæsarem, aut matrem Cæsaris, quos lex majestatis defendit: prolati. Brutum & Cassium commendasse arguor. quorũ facta cum multi conscripserint, nemo sine laude mentionem fecit. T. Livius facundia & fide præcipue inclytus, Cn. Pompejum tanto-

NOTÆ.

num aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Sejanum in cervices nostras ne imponi quidem, sed escendere. Decernebatur illi statua in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat. Exclamavit Cordus; tum verè theatrum perire. Quis ergo non rumperetur supra cineres Cn Pompeij constitui Sejanum, & in monumentis maximi imperatoris consecrari pessimum militem? consecratur. Subscriptio, & acerrimi canes, quos ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circumlatrare etiam hominem illum imparatum, incipiunt.

1. *C. Cassium Romanorum ultimum.*] Hoc quidem Bruti ipsius elogium fuit de Cassio jam mortuo: publiceque dixit: Ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσσιον Plutarchus in Bruto. Inde ergo magnificam eam vocem Cremutius sumpsit. Neque aliter *Romanus quispiam Philopœmenem laudans, ultimum Græcorum* dixit: quod in eodem Plutarcho leges. At in similem sententiam de Bruto; & ad Brutum, Lucanus canit.

O decus imperij, spes ô suprema senatus
Extremum tanti generis per sacula nomen.

C. *Cassium Romanorum ultimum.*] Imo Brutum, & Cassium dixerat *Romanorum ultimos.* Suet. Tib. 61.

2. *Rom. ultimum.*] Quasi enim illo omnis prisca Romanorum indoles virtusque intercidisset *Freins.* addi possit amor libertatis atque Reipub. simul & gloria belli, & decus civium servitutem non patientium, & nobilis æmulatio imperandi cæteris mortalibus, non vi, sed virtute & admiratione, ita ut nemo publicè serviret uni, omnes Romani publice imperarent urbi orbique. Hæc omnia cum Bruto & Cassio interiisse videbantur.

3. *Satrius secundus, & Pinarius Natta.*] Seneca in consol. ad Marciam Cremutij filiam: *Sejanus patrem tuum clienti suo Satrio secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unum, aut alterum liberius dictum, &c. in cervices nostras, &c. escendere,* id est pedetentim & per gradus imperatorem fieri. *Lipsius.*

4. *Quos lex majestatis.*] Quorum injuriæ lege majestatis vindicantur.

janum *eum Augustus appellaret.neque id amicitia eorum offecit.* 1 *Scipionem, Afranium, hunc ipsum Caßium, hunc Brutum nusquam* 2 latrones & 3 parricidas, *qua nunc vocabula imponuntur, sape ut insignis viros nominat.* 4 *Asinij Pollionis scripta, egregiam eorundem memoriam tradunt. Messalla Corvinus, imperatorem suum Caßium pradicabat: & uterque opibusque atque honoribus* 5 *perviguere. Marci Ciceronis libro quo Catonem cœlo aquavit,* 6 *quid aliud dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud judices respondit? Antonij epistola, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa*

INTERPRETATIO.

pete, celebravitque,ut Pompejanum illum Augustus vocitaret; neque id benevolentiæ eorum obstitit. Scipionem, Afranium,hunc ipsum Cassium, hunc Brutum,sæpius ut egregios viros memorat,nusquam vocat prædones & parricidas,quæ nunc tribuuntur nomina. Asinij Pollionis monumenta insignem de iisdem mentionem faciunt. Messalla Corvinus, ducem suum Cassium celebrabat: & ambo divitiis & dignitatibus semper floruere. M. Ciceronis libello quo Catonem diis adæquavit; quid aliud C. Cæsar, quam rescripto sermone, tanquam coram judicibus, respondit? Antonij literæ, orationes Bruti, falsa quidem in Augustum convitia, sed maxima cum

NOTÆ.

1. *Scipionem, Afranium.*] Adhuc de Livio sermo est, illum Scipioni, illum Afranio Pompejanis ducibus, Cassioque & Bruto, nusquam ea nomina imposuisse. *Scipio* & *Afranius* ab omnibus belli civilis scriptoribus inter præcipuos duces nominantur. *Freinsh.*

2. *Latrones, & parricidas.*] Adspexit ad has servilis adulationis voces, idem Lucanus de Pompeij cæde.

——*Scelus hoc quo nomine dicent*
Qui Bruti dixere nefas?

3. *Parricidas.*] Sic Val. Max. lib. 1. cap. ultimo. *C. Cassius* (*numquam sine præfatione publici parricidij nominandus*) sed turpiter adulatur Tiberio, quod patet ex sequentibus. *Non occideras tu quidem, Cassi, Cæsarem, neque enim extingui ulla divinitas potest: sed mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti, ut tam infestum haberes deum.* Sic Idus Martias quod illis C. Cæsar conjuratorum manibus cæsus occubuit, placuit *parricidium* vocari.

Parricidas.] Cic. Philipp. 2. *Nego quidquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Rom. conservatoresque Reipub. sint; plusquam sicarios, plusquam homicidas, plusquam parricidas esse: si quidem est atrocius patria parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens, & considerate, quid dicis? si parricida: cur honoris causa à te sunt & in hoc ordine, & apud populum Rom. semper appellati? Cur M. Brutus à te referente, legibus est solutus, si ab urbe plusquam decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Cur provincia Cassio & Bruto data? Cur Quæstores additi, &c. Non igitur homicida, sequitur ut liberatores tuo judicio sint, quando quidem tertium nihil potest esse.*

4. *Asinij Pollionis scripta.*] Qui XVII. libros historiarum scripsit, auctore Suida. citat Suetonius, & alij.

5. *Perviguerunt.*] Uterque opibus & honoribus ad extremum usque spiritum sub Augusto floruerunt.

6. *Quid aliud dictator.*] Quid aliud opposuit Cæsar dictator, summaque potestate præditus, cujus hostis Cato fuerat, quam *Anticatonem* orationem, qua non aliter, quam si de Catonis æstimatione apud judices agendum esset, respondit?

cum acerbitate habent. carmina Bibaculi & Catulli, referta [1] *contumeliis Cæsarum leguntur. sed ipse divus Iulius,* [2] *ipse divus Augustus, & tulere ista, & reliquere; haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia. namque spreta exolescunt: si irascare,* [3] *adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita: aut si quis advertit, dictis dicta ultus est. Sed maxime solutum, & sine obtrectatore fuit, prodere de iis* [4] *quos mors odio aut gratia exemisset.* [5] *num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli civilis causa populum per conciones incendo?* [6] *an illi quidem* [7] *septuagesimum ante annum perempti, quo modo imaginibus suis*

INTERPRETATIO.

asperitate continent. versus Bibaculi & Catulli pleni probris Cæsarum circumferuntur. Sed ipse D. Julius, ipse D. Augustus, & toleravere ista, & sprevere; vix judicaverim, an modestia magis, an prudentia, quippe contempta senescunt, si succenseas, pro confessis habentur. Omitto Græcos, quorum non solum licentia, sed etiam procacitas inulta; aut si quis attendit, verba verbis vindicavit. sed præcipue liberum, & sine criminatore fuit, referre de iis, quos exitus invidiæ aut favori eripuisset. Nonne plebem ad arma civilia, meis orationibus, incito ego, unà cum Cassio & Bruto, arma adhuc & Philippenses campos tenentibus? Nonne illi ab hinc septuaginta annos interfecti, sic partem me-

NOTÆ.

1. *Contumeliis Cæsarum.*] Quidam accipiunt de Julio & Augusto, quod non reprehendo: neque tamen de his tantum intelligendum existimo, sed de universa Cæsarum domo. neque etiam prætermiserint illi Cajum & Lucium Cæsares, item Agrippam Postumum insectari: Bibaculus certe; nam Catullus ante hos natos videtur periisse.

2. *Ipse D. Augustus.*] Plutarch. in Cic. refert Augusti dictum de Cicerone: λόγιος ἀνὴρ, ὦ παῖ, λόγιος, καὶ φιλόπατρις. *Facundia vir præcellens, ô fili, & patriæ amantissimus.*

Sed ipse divus.] Ipse Julius, ipse divus Augustus ambo inter deos relati & passi sunt ista suis temporibus, & ut ad posteros transferrentur, non intercesserunt.

3. *Adgnita videntur*] Prudenter fecerunt, senescere sinentes convitia, quorum ea natura est, ut contempta per se vanescant & exspirent, revocata vero ad animum & cum indignatione accepta, ideo doluisse putentur, quia vera & ex merito objecta essent.

Adgnita.] Id est pro *confessis* habentur. *Agnoscere* flagitia est profiteri & habere pro suis, velut urgente conscientia.

4 *Quos mors odio aut gratia.*] Male accipiunt, tanquam *odium* aut *gratia* spectaretur, quam ab illis ipsis, quorum historiam tradiderit, exspectet scriptor, & non omnino odia aut studia, quibus ipsos rerum auctores alij homines prosequantur. *Freinshemius.*

Quos mors odio.] Omnis offensæ exsors fuit, de iis hominibus tradere, adversus quos, ut olim mortuos, iræ studiique causas procul habemus.

5. *Num cum armatis.*] Num ego cum Cassio & Bruto armatis, populi ad bellum civile concitandi gratia, conciones habeo?

6. *An illi.*] An illorum quidem scriptorum opera, memoriæ partem retinent apud posteros, eodem modo, quo & imaginibus suis, &c. nunc quoque agnoscuntur? malim *jam illi quidem.*

7. *Septuagesimum ante annum.*] Rotundum numerum posuit, non verum, qui erat 64. facilis supputatio. Nam bellum

noscuntur,

noscuntur, [1] quas nec victor quidem abolevit, sic [2] partem memoriæ apud scriptores retinent? suum cuique decus posteritas rependit. nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii & Bruti, sed etiam mei meminerint. Egressus dein senatu, [3] vitam abstinentia finivit. [1] libros per ædiles

INTERPRETATIO.

moriæ apud auctores rerum conservant, quemadmodum simulacris suis agnoscuntur, quæ ne victor quidem sustulit? Suam cuique gloriam referunt posteri. Et etiam olim erunt, si exitium incumbit, qui non solum Bruti & Cassij, sed etiam nostri memoriam retinebunt. *Dein excessit curia, & inedia sibi mortem consci-*

NOTÆ.

Philippense anno urbis DCCXI. at nunc annus DCCLXXIIX. *Lipsius.*

1 *Quas ne victor quidem.*] De qua re sic Plutar in Bruto. *At Cæsar honorem servavit, stabat vero ænea statua Bruti apud Mediolanum in Gallia Cisalpina. hanc cum postea vidisset Augustus Iconicum & eleganter factum adumbratumque, pertransivit. dein paulo post gradum sistens, multis audientibus vocari jussit magistratus, dixitque urbem eorum, hostili in se animo utentem, cepisse, ut quæ hostem intus haberet. id, ut par est, magistratus negarunt & quemnam hostem intelligeret, dubitantes, se invicem respiciebant. At conversus Cæsar ad statuam Bruti & contracta fronte, nonne inquit iste hostis est noster, qui hic stat? illi adhuc magis exterriti, siluere. Ille vero subridens laudavit Gallos, tamquam firmos & constantes, etiam in adversa amicorum fortuna, & statuam in loco manere jussit.*

2. *Partem memoriæ apud scriptores retinent?*] *Memoriam* hic accipio pro recordatione ipsorum, & quæ ab iis gesta sunt. ita *magna erat apud populum Drusi memoria* 2, 33. hoc est, animi, ingenij, gestorum ejus læta, & magnifica recordatio. ejus igitur recordationis partem retinebant in suis imaginibus; aliam in monumentis scriptorum. *Freinsh.*

Partem memoriæ.] Dividere memoriam summotum virorum in plures partes videtur, ita ut aliquam partem illius retineant in imaginibus suis, quas ne victor quidem abolevit, partem aliam, *apud scriptores*, sed maximam servasse in animis hominum, qui virtutem etiam adflictam adhuc amant, nec ita mors eos gratiæ exemit, ut non etiam amentur illi, & odio habeantur ipsorum hostes. *gratiæ* hic poni videtur pro favore & adulatione. quis illustres post mortem viros, aut oderit, aut aduletur?

3. *Vitam abstinentia finivit.*] Sic Seneca. *Usus itaque balneo, & quo plus imponeret, in cubiculum se, quasi gustaturus contulit: & dimissis pueris, quadam per fenestram, ut videretur edisse, projecit. A cœna deinde quasi.* (Mos vulgo obtinebat ut in balneo, aut statim post balneum, aliquid sumerent, quod vocabant *gustare* & *gustum*, & deinde nihilominus venirent ad legitimam cœnam) *jam satis in cubiculo edisset, abstinuit: altero que die & tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Cognito consilio ejus, publica voluptas erat, quod e faucibus avidissimorum luporum educeretur præda. Accusatores, Sejano auctore, adeunt consilium tribunalia: queruntur mori Cordum, ut interpellarent quod coëgerant: Adeo illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæstione an mortis rei perderentur. Dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se absolverat.*

Quem locum eo libentius adscripsi, ut ab aliis depositum emendarem. Corruptum enim illud, *an mortis rei perderen-*

[2] cremandos censuere patres; sed [3] manserunt occultati, &

INTERPRETATIO.

vit. Decrevit senatus ut libri per Ædiles comburerentur, sed superfuerunt abditi, &

NOTÆ.

tur: in manuscripto legi, *proderentur*, itaque eum adseveratione emendo, *an morte rei prohiberentur.* Probat ipse Seneca, statim: *Flos quod quemque tuorum mori necesse fuit? pœne non licuit.* Lipsius.

Dicit Xiphilinus ex Dione *manum sibi afferre* coactum. Quod verum etiam est, nam quum Cremutius Cordus injustis accusationibus petitus, à Sejano, consentiente Tiberio, mori coactus sit, cibi abstinentia, ob id jure, sibi manus attulisse, atque occisum dici potuit.

Libet annotare, Cordum historiarum scriptorem, de quo Capitolinus in Gordianis meminit, alium à Cremutio Cordo fuisse, is enim *Iunius Cordus* appellatus.

Vitam abstinentia.] Seneca in Consolatione ad Marciam. *Quid faceret? si vivere vellet, Sejanus rogandus erat: si mori, filia: uterque inexorabilis. Constituit filiam fallere. Usus itaque balneo, & quo plus impenderet, in cubiculum se, quasi gustaturus contulit: & dimissis pueris, quædam per fenestram, ut videretur edisse, projecit. A cœna deinde, quasi jam satis in cubiculo edisset, abstinuit: alteroque die, & tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaque te; carissima, inquit, filia, & hoc unum tota celata vita, iter mortis ingressus sum, etiam medium fere teneo. Revocare me nec debes, nec potes. Atque ita lumen omne precludi jussit, & se in tenebris condidit.*

Finivit.] Causa criminis repetenda est ex lib. 3. 72 *At Pompeij theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est, eo quod nemo è familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. Simul laudibus Sejanum extulit, tanquam labore vigilantiaque ejus, tanta vis unum intra damnum stetisset. Et censuere patres effigiem Sejano, quæ apud theatrum Pompeij locaretur.* Tunc dixit Cremutius quod habetur apud Senecam: *tum vere perire theatrum* illud Pompeij.

1. *Libros per Ædiles.*] Alias id per Triumviros factum. In vita Agricolæ. *Delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.* Alias per Prætorem. Valerius: *Græcos Numæ libros L. Petillius Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus, per Victimarios igne facto, in conspectu populi cremavit.* Primus Romanorum hanc ingenij sui pœnam subiit Labienus. Vide pulchra apud Senecam patrem lib. x. controv. initio. *Lipsius.*

Per Ædiles cremandos.] Intellige, intra urbem: foris autem per præfectos civitatum, aut provinciarum, uti Dio scripium reliquit, lib. LXVIII. extremo.

Seneca in præfat. lib. 6. Controversiarum in Labienum, qui & Rabienus. *In hunc primum excogitata est nova pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes ejus libri comburerentur. Res nova, & insueta, supplicia de studiis sumi. Bono, hercle, publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas, post Ciceronem inventa est. Quid enim futurum fuit, si Triumviris libuisset ingenium Ciceronis proscribere?* Et paulo post. *Ejus qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt: jam non malo exemplo, quia suo.*

Suet. in Calig. *Titi Labieni, Cordi Cremutij Cassi Severi scripta Senatusconsultis abolita, requiri, & esse in manibus lectitarique permisit.*

2. *Cremandos censuere.*] Sed forte tamen non cremati sunt illi libri, quia occultati fuerant à filia Cremutij, & postea editi sunt, imperante Caligula, teste Suet. qui id jussit nominatim, ut & de Severo Cassio.

Cremandos.] Sic libri olim combust

1 editi.Quo magis socordiam eorum irridere libet, qui præsenti poten-

INTERPRETATIO.

vulgati. Quare magis irridere juvat illorum vesaniam, qui præsenti auctoritate pu-

NOTÆ.

Athenis Cic. lib. 1. De natura deorum. *Abderites quidem Protagoras cujus à te modo mentio facta est, Sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset, de diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere, Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti.*

1. *Manserunt occultati, & editi.*] Libri Senatusconsulto exuri jussi, quod in iis agnitum à legentibus quidpiam esset, iniquo animo à principibus acceptum, ideo abdite servari, & à curiosis lecti sunt.

Qui si Cornelij rectus sensus est, ut opinor, perperam in omnibus libris legitur, *manserunt occultati, & editi* imo vero id esse non potest, ut libri iidem, quos cremari jusserat Senatus, retrusi in tenebris, & publicati remanserint.

Neque enim exustos libros publice habere impune quisquam illo tempore potuisset. junguntur autem sæpissime apud M. Tullium, *abditum, & occultum*, & dicuntur ab eodem res occultæ, & penitus abditæ. *Vertran.*

Occultati, & editi.] Occultati à filia, & ab eadem postea editi. Itaque nihil muto. Vertranio tamen placet, *& abditi*. Non moris Tacito, bina verba ponere ejusdem rei. Scripserat hic Cremutius bella civilia & res Augusti: extantque fragmenta, ex quibus genus dicendi colligas in Suasoria Senecæ de morte Ciceronis. *Lipsius.*

Occultati, & editi.] Occultati, & editi sunt, sed diversis temporibus; nam nisi occultati fuissent, tempore Tiberij, & Sejani, nunquam editi forent sub Cajo, statim enim cremati fuissent ex Senatusconsulto. puto, cremati sunt libri sed manserunt exemplaria occulta. ex quibus exscripti libri mox editi & publice lecti sunt imperante Caligula.

Occultati & editi.] Primo erant *editi* & lecti palam sub Augusto, dein sæviente Sejano *occultati*, mox rursus *editi* sunt sub Cajo principe. igitur ea mens Taciti. *manserunt* id est duraverunt *occultati* seu intacti ab igne Sejani, mox & *editi* sunt, procurante Marcia ipsa Cremutij filia. si nondum editi erant, libri illi non sunt combusti, licet id decretum fuisset, quia sunt occultati & sic manserunt incolumes, si erant jam *editi* ante rabiem illam Sejani, certe non sunt usta exemplaria omnia, sed manserunt occultata, ita ut rursus edi possent, quod factum. Neque cogites de voce *abditi*, quam adstruunt. crede mihi, non sic edidit Tacitus.

Occultati & editi.] Manserunt hi libri *occultati*, manserunt etiam *editi*, quia nempe jam *editi* ante erant, quam damnaretur auctor Cremutius. longe antequam comburerentur. nam jam & imperante Augusto lecti publice fuerant. Itaque manserunt *occultati*, superfuerunt *editi*, qui nempe jam in manibus seu bibliothecis multorum mortalium erant. quo major fuit socordia Sejani & satellitum ipsius, qui exstingui ingenia posse fumo illo evanido putabant.

1. *Editi.*] Fuerunt tamen qui eos clanculum servarent, & postea denuo in lucem emitterent: *Freinsh.* Itaque manserunt *editi*, quia primum *occultati*, dein transacta sævitia temporum, nempe Sejano Tiberioque extinctis, *editi* sunt. mox eos legi permisit Caligula. eo sensu manserunt *occultati*, durante sævitia imperitantium manserunt *editi* sunt, transacta sævitia eorumdem.

Editi.] Dio lib. 57. *Librique ejus in*

tia credunt exstingui posse etiam 1 sequentis ævi memoriam. Nam contra [2] punitis ingeniis gliscit auctoritas. [3] neque aliud [4] externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam pe-
36 perere. Cæterum postulandis reis tam continuus annus fuit, ut [5] feriarum

INTERPRETATIO.

tant aboleri posse etiam futura ætatis monumenta; quippe contra coërcitis studiis, crescit adolescitque fama, & barbari reges, aut qui eadem atrocitate sævierunt, nihil aliud, nisi ignominiam sibi, atque ingeniis decus comparavere. Cæterum accusandis sontibus adeo perpetuus annus fuit, ut ipso tempore, quo feria Latina ce-

NOTÆ.

urbe inventi tunc per ædiles, & foris per singulorum locorum præfectos cremati sunt; postea tamen iterum editi. nam eos, cum alij, tum Marcia filia ejus occultaverat, & majori studio ob casum Cordi sunt excepti. Quantum paret ex hoc loco Dionis, jam ævo Augusti, editi erant hi libri, & in vulgus sparsi. nam non modo Romæ cremata exemplaria sunt, sed etiam in aliis Italiæ & imperij locis, per Decuriones. Sed dejecto interfectoque Sejano, rursus editi, manserant quippe exemplaria, quæ & edi permisit Cajus. quis enim adeo potens, ut aboleat ingenia? quis omnes ætates & linguam totius populi Rom. silere cogat?

Editi.] Seneca. *Vt vero aliquam occasionē mutatio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo sumptum erat supplicium, in usum hominum reduxisti, & à vera illum vindicasti morte, ac restituisti in publica monumenta libros, quos vir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studiis, magna illorum pars arserat: optime de posteris, ad quos veniens incorrupta rerum fides, auctori suo magna imputata: optime de ipso, cujus viget, vigebitque memoria, quandiu fuerit in pretio Romana cognosci, quandiu quisquam erit, qui reverti velit ad acta majorum, quandiu quisquam, qui velit scire, quid sit vir Romanus, qui subactis jam cervicibus omnium, & ad Sejanianum jugum adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu liber. Magnum me hercule detrimentum respublica ceperat, si illum ob duas artes pulcherrimas, in oblivionem conjectum, eloquentiam & libertatem, non eruisses. Legitur, floret, in manus hominum, in pectora receptus, vetustatem nullam timet. At illorum carnificum cito scelera, quibus solis memoriam meruerunt, tacebuntur. Hæc magnitudo animi tui vetuit me ad tuum sexum respicere: vetuit ad vultum, quem tot annorum continua tristitia, ut semel abduxit, tenet.*

1. *Sequentis ævi memoriam.*] Hoc est, ne quid ex suis probris, illud ad ævum perveniat, nemo enim usque adeo insanit, ut credat abolere se posse scripta eorum, qui post ipsum sunt victuri, quod non nemo dixit. *Freinsh.*

2. *Punitis ingeniis.*] Fama ingeniorum crescit, quæ ob scripta sua supplicium luerunt, quum sibi quisque persuadeat magnum aliquid in iis contineri, ob quæ tanta potentium ira exarserit.

3. *Neque aliud.*] Unde reges externi, aut si qui nostrorum principum eadem, sævitia usi sunt, nihil aliud sibi quam dedecus, &c. paraverint.

4. *Reges externi.*] Per reges externos plerumque intelligit reges Orientis, sicque innuit quosdam reges sæviisse in viros ingenia doctos, crematosque jam olim libros.

5. *Feriarum Latinarum diebus.*] Qui dies erant *conceptivi*, non *statui*. Horat. ep. 7. lib. 1. *Indictis comes ire Latinis.* Ait autem *indictis*, quod à consule indicerentur.

Origo à Tarquinio superbo. Et nomen

Latinarum diebus, [1] Præfectum urbis Drusum, [2] auspicandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Salvianus in Sex. Marium.

INTERPRETATIO.

lebrarentur, Calpurnius Salvianus venerit ad præfectum urbis Drusum, *qui auspicandi causa tribunal ascenderat, adversus Sex. Marium. Quod cum Tiberius*

NOTÆ.

à Latinis populis, cum quibus icto fœdere, & tauro sacrificato, partes Latinis darentur & 24. urbibus Italiæ.

Nec Consules in provinciam ituri, ante ibant, quam Latinæ feriæ indicerentur, & male cessisse scribit Dio 46. ante ferias Latinas profectis.

Manebat autem semper unus, qui feriis Latinis jus diceret. Dio lib. 40. *Eo tempore Præfectus urbi ad ferias Latinas non est creatus: sed id munus quidam prætores, qui in urbe, exercuerunt.* Tamen Augustus, unum tantum prætorem ad ferias Latinas constituit, lib. 54. Pomponius Jurisconsultus lib. 2. de orig. jur. *Aurelius.*

1. *Præfectum urbis Drusum.*] Capio Drusum Germanici filium. Moris enim ut Latinarum diebus præficeretur urbi adolescens aliquis ex prima nobilitate Dico *adolescens*, quoniam, ut Mutius ait *ex ea ætate præfectus fiat, quæ non sit senatoria.* apud Agellium xiv. cap. ult.

Dio tamen indicare videtur ab Augusto id institutum, lib. 49. Ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι παῖδες ἄνηβοι ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες ἦρξαν. *In feriis eligebantur à Cæsare præfecti urbis, pueri impuberes, ex equitibus, non vero ex senatoribus creati, qui tum imperabant.* Ita & Nero. Præf. urbi à Claudio. Suet. cap. 7. *Lipsius.*

2. *Auspicandi gratia.*] Moris fuit ut quicumque munus aut magistratum caperent, primo ejus die, leviter aliquid delibarent, auspicij saltem causa. Asconius ad illud Ciceronis in Verrem. *Qui auspicato à Chelidone surrexisset: Auspicari dicuntur ineuntes magistratus: & quia Chelidon, id est hirundo, urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis auspicio meretricis dicit esse susceptam.* Itaque appellabant primum illum *Auspicalem* diem. Panegyristes: *illum tamen primum consulatus tui auspicalem diem, tacitus præterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum esse videbatur, tunc primum potuerit sufficere peragendis, unoque sol curriculo & officia te consulis inchoantem videret, & imperatoris implentem.*

Non alia fax clarior ad hunc ritum & bene ait, incipiendis rebus: quia tantum leves quædam & tralaticiæ causæ proponi solent, diei gratia: Suetonius Nerone: *Auspicatus est & jurisdictionem præfectus urbi* (ita lego, non, *præfecti urbis*) *sacro Latinarum, celeberrimis patronis non translaticias, ut assolet, & breves, sed maximas plurimasque postulationes, certatim ingerentibus; quamquam interdictum à Claudio esset.*

Nec magistratus solum, sed etiam privati homines vulgò Cal. Januariis artes suas, religionis ominisque causa, auspicabantur. Ovidius.

Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Nec plusquam solitum testificatur opus.

Seneca epistola lxxxiv. *Ille tantus Psychrolutes, qui Kal. Ianuariis in Euripum saltabam: qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire.*

Suetonium eodem traho, Nerone, cap. 46. *Cal. Ianuariis auspicanti Sporus ann-*

[1] quod à Cæsare palam [2] increpitum causa exsilii Salviano fuit. [3] Objecta publice Cyzicenis [4] *incuria cærimoniarum divi Augusti*, additis *violentiæ criminibus adversum cives Romanos*. & amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam præsidio Luculli pulso rege. At Fontejus Capito, qui proconsul Asiam curaverat, absolvitur, comperto ficta in eum crimina, per Vibium Serenum. neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publi-

INTERPRETATIO.

aperte vituperasset, causa exitij Salviano extitit. Accusati publice Cyziceni quod negligerent religiones D. Augusti, adnexis criminibus immanitatis in cives Rom. iisque adempta libertas, quam adepti erant bello & obsidione Mithridatis, & propulsato rege, non minus sua virtute, seu pervicacia fidei, quam subsidio Luculli. At Fontejus Capito, qui proconsulari imperio Asiam rexerat, insons renunciatur, cum cognitum esset, supposita subditaque in illum crimina à Vibio Sereno: neque tamen id Sereno in

NOTÆ.

lum muneri obtulit, cujus gemma sculptura erat Proserpina raptus.

Illud proprium studiosis, ut auspicarentur lucubrationes suas nocturnas, ut opinor, Volcanalibus ipsis: Apparet ex Plinij verbis epist ad Macrum de avunculi sui vita studiisque: lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi. Volcanalia autem IX. Kal. Septembris. *Lipsius.*

Auspicandi gratia.] Adeo ut feriarum Latinarum diebus Calpurnius adierit Drusum qui tum per absentiam magistratuum, in Albano monte sacra facientium, ut mos est, præfectus urbi, auspicandi gratia tantum & levibus quibusdam causis dijudicandis, res incipiendi causa, tribunal ingressus erat.

1. *Quod à Cæsare palam increpitum.*] Jure, quia, ut dixi, non seriæ causæ, sed leves quædam tunc agi solitæ: multo minus capitales, & ominis sævi ac scævi. *Lipsius.*

2. *Increpitum causa exilij.*] Tralatitiæ enim, aut fictæ causæ tantum proponi solebant, non capitales, diri ominis. *Muretus.*

Non ipsum Calpurnij factum, sed increpatio Cæsaris, exilij ejus causa fuit: neque ut Tiberius eum pelli jusserit; sed partes audaciam Calpurnij Cæsari displicere cernentes, ea occasione ad fugandum hominem fœdum, sunt usi. *Freinsh.*

Increpitum.] In exilium missus est, quia Tiberius id tamquam mali moris exemplum palam incusaverat.

3. *Objecta publice.*] Accusati sunt publice, hoc est, ipsa eorum resp. accusata est; non singuli, non magistratus tantum, aut pars eorum. sic apud Flor. 2 17. *Hispaniæ nunquam animus fuit tueri libertatem suam publice*: sed videlicet singillatim tantum, & per partes. *Freinsh.*

4. *Incuria cæremoniarum divi Augusti.*] Quod fanum ejus honori cœptum non perfecissent, & quod cives quosdam Rom. in vincla habuissent. Dio & Suetonius cap. 37. *Cyzicenis in cives Rom. violentius quædam ausis, publice libertatem ademit, quam bello Mithridatico meruerant.* Ademerat sane Cyzicenis libertatem, & Augustus, ob cives autem Rom. flagris cæsos: sed mox restituit, uti apud Dionem reperies lib. 54. actis anni DCCXXXIV. & DCCXL. Strabo lib. 12. Cyzicum liberam fuisse ait, suo etiam ævo, ex quo vides magnum illum scriptorem desiisse vivere, aut scribere, ante hunc Tiberij annum. *Lipsius.*

Incuria cæremoniarum.] Quod cæri-

cum tutiorem faciebat. [1] nam ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leves, ignobiles, pœnis adficiebantur. Per idem tempus 37 Hispania ulterior, missis ad senatum legatis oravit, *ut exemplo Asiæ delubrum Tiberio matrique ejus exstrueret.* qua occasione Cæsar validus, alioqui spernendis honoribus, & respondendum ratus iis quorum rumore arguebatur *in ambitionem flexisse*, hujuscemodi orationem cœpit. *Scio P.C.* [2] *constantiam meam à plerisque desideratam, quod Asiæ civitatibus nuper idem istud petentibus, non sim adversatus. ergo &* [3] *prioris silentij defensionem, & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cum* [4] *divus Augustus, sibi atque*

INTERPRETATIO.

exitum vertit, quem ira publica securiorem præstabat. Nam ut quis atrocior delator fuit, veluti sacer & inviolatus erat: tenues & inglorij supplicio addicebantur. Eadem tempestate Hispania ulterior, missis ad patres oratoribus, rogavit, ut ad instar Asiæ, statueret templum principi & parenti ejus; qua data ansa Cæsar aliunde firmus temnendis laudibus, & operæ pretium existimans refellere illos, quorum sermonibus suggillabatur, id in ostentationem vertisse, in eam fere sententiam orsus est. Non me fallit, P.C. firmitudinem animi in me plures exoptasse, eo quod non obstiterim Asiaticis urbibus, non pridem istud ipsum postulantibus. Igitur patefaciam, simul & prioris silentij causam, & quid in posterum decreverim: cum D. Augustus non vetuisset ex-

NOTÆ.

monitis Augusti neglectis, templum quod ei struendum susceperant, absolvere, curæ non habuissent, & insuper cives quosdam Rom. in vincula duxissent, aliaque nonnulla violentius in eos ausi essent.

1. *Nam ut quis districtior.*] Plane ex illo Sallustiano oraculo, sub Tyrannis: *Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.*

Districtior accusator.] Districtum hic puto acrem, atrocem, rigidum, præferocem, inexorabilem. *Sic districtam fœneratricem* vocat Valer. Max. 8, 2, 2. *Freins.*

2. *Constantiam meam.*] Quia nuper Asiæ civitatibus idem petentibus non sum refragatus, scio me plerisque non satis constantem fortemque in declinandis nimiis honoribus visum esse, &c.

3. *Prioris silentij.*] Ergo nunc pariter & prius silentium purgare, & quid in posterum decreverim, promere constitui.

4. *Divus Augustus sibi.*] Exemplum hujus adulationis à Persis, de quibus apud Q. Curtium postremus servorum Cleo: *Persas non solum pie, sed etiam prudenter reges suos, inter deos colere: majestatem enim imperij, salutis esse tutelam.*

Eadem Augusto mens, sed ut leniret invidiam, non sibi soli permisit templa statui, sed conjunctim Urbi Romæ: quæ jam pridem scilicet inter deas. Suetonius: *Templa quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit.*

Ita à communi Asiæ Pergami statutum templum, de quo hic Tacitus, & denarij veteres: in quibus templi forma cum inscriptione, COM. ASIÆ ROM. ET AUG. id est, Commune Asiæ Rom. & Augusto. de quo satis multa Dio lib. LI. in actis anni DCCXXV.

Facit quod in lapidibus legimus. FLAMINI ROM. ET AUG. & apud Rufum Templum Romæ, & Augusti, in ipsa urbe. *Lipsius.*

Augustus.] Exemplum Augusti secutus sum tanto promptius, quia templum illud non mihi soli dedicabatur, sed meo

urbi Roma templum apud Pergamum sisti non prohibuisset; qui 1 *omnia facta dictaque ejus vice legis observem, placitum jam exemplum promptius secutus sum, quia* 2 *cultui meo veneratio senatus adjungebatur. Ceterum ut semel recepisse, veniam habuerit; ita per omnes provincias effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum: &* 3 *vanescet Augusti honor, si promiscuis adulatio-*
38 *nibus vulgatur.* 4 *Ego me P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere,* 5 *si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo, qui satis superque memoria mea tribuent, ut majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis; offensionum pro utilitate publica non pavidum credant. Hac mihi in animis vestris templa, ha pulcherrima effigies, & mansura. nam qua saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris* 6 *spernuntur. Proinde socios,*

INTERPRETATIO.

strui templum Pergami sibi, & urbi Romæ, ego qui cuncta resba actaque ejus instar oraculi venerer, receptum jam institutum, libentius & impensius imisatus sum, quia honori meo cultus Patrum adjiciebatur. Porro ut semel approbasse venia dignum fuerit, sic per universas provincias imagine deorum dicari, vanum atque adrogans: & exolescet Augusti decus, si promiscuis adsensationibus cuivis communicatur. Ego certe P. C. vos testes voco, profiteorque me hominem esse, & mortalium obire munia, & sufficere mihi, si partes principis sustineam, simul & id recordari posteros cupio, qui satis, superque dabunt gloriæ meæ, si me existiment non degenerem à patribus meis, si vestris rebus invigilantem, si fortem firmumque inter discrimina, & odiorum pro bono publico me non metuentem putent. Ea mihi in mentibus vestris delubra, hæ præclarissimæ imagines & duraturæ Etenim quæ ex marmore statuuntur si testimonium posterorum in offensionem, in invidiam mutavit, instar sepulchrorum contemnuntur. Quamobrem so-

NOTÆ.

cultui senatus quoque veneratio conjuncta erat, & hæc quidem prioris mei silentij defensio est.

5. *Omnia facta dictaque.*] Quod de se hic Tiberius, tribuit illi etiam Strabo, lib. 6. extremo: Tiberius, inquit, *successit Augusto*: κάνονα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον: *Regulam normamque gubernationis, & imperij illum faciens.* Lipsius.

2. *Cultui meo veneratio.*] Templum enim, de quo loquitur, dedicatum erat, *Tiberio matrique ejus, ac Senatui* 4, 15. Freinshemius.

3. *Vanescet.*] Ipsius etiam Augusti fastigium imminuetur, si honores eximij & ob virtutis atque meritorum excellentiam, ipsi extra ordinem decreti, indiscretis adulationibus vulgentur.

4. *Ego me P. C. mortalem esse.*] Hom. Odiss. 7. οὐ γὰρ ἔγωγε
Ἀθανάτοισιν ἔοικα, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσι.
Neque enim ego videor similis immortalibus, qui cælum immensum tenent
Non corpore, non animo, sed unum mortalium me esse fateor.

5. *Si locum principem.*] Mortalem me esse, & non dei, sed hominis explere vicem & munera, satisque me adeptum credere, si principis officio digne satisfaciam, & vos testor, & posteros meminisse volo.

6. *Spernuntur.*] Ubi principes quorum honori structa sunt templa, vel simulacra

[1] *cives, & deos ipsos precor: hos, ut mihi ad finem usque vitæ,* [2] *quietam & intelligentem humani divinique juris mentem duint, illos, ut quandocunque concessero, cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur.* Perstititque posthac secretis etiam sermonibus aspernari talem sui cultum. quod alij *modestiam*; multi [3] *quia diffideret*, quidam [4] *ut degeneris animi* interpretabantur. *Optumos quippe mortalium altißima cupere. Sic Herculem, & Liberum apud Græcos; Quirinum apud nos, deûm numero*

INTERPRETATIO.

cios, cives, deos ipsos oro; hos, ut mihi ad exitum usque vitæ tribuant tranquillam, & prudentem humanarum divinarumque legum mentem; illos, ut cum è vivis excessero, res gestas & decus nominis mei cum honore & prospera memoria celebrent. Perseveravitque postea privatis etiam colloquiis talem sui venerationem spernere. Quod alij ut moderationem animi; plerique, quod non satis conscientiæ fideret, nonnulli ut ignobilis ignavique animi accipiebant. Etenim præstantissimos hominum eminentissima appetere. Sic Herculem & Bacchum inter Græcos; Romulum apud nos, in deorum cœtum adscriptos. Nobilius

NOTÆ.

judicio posteritatis, odio quam laude digniores censentur, ea certe juxta ac sepulcra contemnuntur.

1. *Cives & deos ipsos precor.*] Sicut in Ciceronis epist. Brutus epist. 16. *Mibi prius omnia dij deæque eripuerint, quam illud judicium.* Propert. 3 12, 41. *Dij deæque omnes.*

Deos & deas ipsas.] Optime, nec ut alij, *d as* rejicias. est solennis precatio, exemplo Græcorum. Demosthenes θεοῖς ἔυχομαι πᾶσι καὶ πάσαις: & sæpius Est à fonte Homerico.

Omnes dij me audite, atque omnes me quoque divæ.

Et deos.] Quidquid dicant, Cæsar neque Græcus orator, neque Græco more invocat deos deasque in principio orationis ut Demosthenes. Sed in medio orationis deos & cives precatur. & cum *deos* orat nomine *deorum* intelliguntur etiam *deæ* & quæcunque numina. Standumque vereri exemplari quod unum autographum restat & certe dum corrigunt Tacitum, sæpe corrumpunt, at longe satius est intelligere, quam corrigere.

2. *Quietam.*] Quod opponitur his cruciatibus & angori animi, quem pati se fatetur infra lib. 6. 6. *Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, dij me deæque pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio. Adeo facinora atque flagitia ipsi quoq; in supplicium verterant, neq; frustra præstantissimus sapiētia firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus; quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur.*

3. *Quia diffideret.*] Quod alij modestiæ ipsius tribuebant, multi quia diffideret judicio posterorum & famæ suæ. Forte quod primum & præcipuum fuit, victuri & conscientiæ suæ diffisus, spernebat honorem, qui mox in dedecus vertere debuit

Quia diffideret.] *Multi, quia diffideret* sibi ipse, nec speraret duraturum tale judicium, sociorum vel posterorum, neque duratura ea templa, ea argumenta seu monumenta virtutis & famæ illius.

4. *Ut degeneris animi.*] Quidam ignaviam & ignobilitatem animi, ut sui contemptum, & quasi flagitium probrumq;, quod ipsa conscientia objectaret, interpretabantur.

Mmmm

additos. [1] *Melius Augustum,* [2] *qui speraverit. Cætera principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. nam*
59 [3] *contemptu famæ, contemni virtutes.* At Sejanus nimia fortuna socors, & [4] muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Cæsarem codicillos. [5] moris quippe tum erat, quamquam præsentem, scripto adire. ejus talis forma fuit: *Benevolentia patris Augusti, & mox plurimis Tiberij judiciis ita insuevisse, ut spes votaque sua* [6] *non prius ad deos, quam ad principum aures conferret. Neque fulgorem hono-*

INTERPRETATIO.

sensisse de se Augustum, qui cupierit. Alia omnia dominantibus affatim obvia: unum illis inexplebiliter quærendum, felicem sui memoriam. Quippe spreta gloria, sperni & virtutes. *At Sejanus nimia felicitate vecors, & præterea fœminea libidine incitus, promissas nuptias expostulante Livilla, conscribit libellos ad principem. Nam tum in usu erat, licet in urbe agitantem* illum scriptis *literis adloqui, harum ea sententia fuit:* se amicitia parentis Augusti, & postea multis Tiberij testimoniis, ita uti solitum, ut non desideria, & preces suas converteret ad deos prius, quam ad aures imperitantium. Neque splendorem dignitatum unquam

NOTÆ.

1. *Melius Augustum, qui speraverit.*] Nimirum qui confisus sit se tantos honores mereri & consequi posse. *Freinshemius.* Fatetur ipse in literis ad dissimillimum sibi successorem: *Benignitas enim mea me ad cœlestem gloriam efferet,* Sueton. 71. Livius lib. 1. *Hæc tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit; jam tum immortalitatis virtute partæ, ad quam eum sua fata ducebant, fautor.*

2. *Qui speraverit.*] Rectius itaque & generosius Augustum fecisse, qui id decus se assequi posse speraverit.

3. *Contemptu famæ.*] Idque etiam utilitati publicæ conducere. Nam si principes famæ studeant, operam esse daturos, ut virtutes per quas ad illam iter est, colant & sectentur: contra si fama contemnatur, evenire ut etiam virtutes, tamquam gratuitæ nullique precio adsequendo aptæ, negligantur.

Contemptu famæ.] Ut quæ sit verum & unicum virtutis præmium, ideoque spreta gloria, sperni & virtutem, quæ famæ gloriæque parens dici possit.

4. *Muliebri cupidine.*] Liviæ ajunt, quod quidem verum est intelligi; sed illud insuper verum, totum hîc sexum perstringi, notarique adfectus illius maribus vehementiores, minusque domabiles. *Freinsh.*

Forte sua & etiam mulieris ipsius cupidine incensus Sejanus scribit Tiberio, &c.

5. *Moris.*] Repertorem ejus C. Cæsarem fuisse moneatur à me juventus. Ita enim Plutarchum accipio in Cæsare. *Ferunt & Cæsarem primum rationem reperisse amicos per litteras conveniendi, cum coram agendi de rebus iis quæ incidissent, nec multitudo occupationum, nec urbis magnitudo semper spatium daret.*

Quod referri non nisi ad amicos præsentes posse clarum est. Tenuit coluitque eundem morem Augustus, qui, *sermones* cum singulis, atque etiam cum Livia sua, graviores, non nisi in scriptis, & è libello habebat, ne plus, minusque loqueretur. Suetonius cap. LXXXIV.

6. *Non prius ad deos.*] Pater tuus Augustus tanta erga me benevolentia fuit, neque minus, tu Cæsar, tam frequentibus beneficiis ostendisti, quam bene de me sentias & judices, ut ea plane in consuetudinem mihi verterit, effecerit-

rum unquam precatum: excubias ac labores, 1 *ut unum è militibus, pro incolumitate imperatoris malle. At tamen* 2 *quod pulcherrimum, adeptum,* 3 *ut conjunctione Cesaris dignus crederetur.* 4 *hinc initium spei. Et quoniam audiverit, Augustum in conlocanda filia, nonnihil etiam* 5 *de equitibus Romanis consultavisse: ita si maritus Liviæ quæreretur, haberet in animo* 6 *amicum, sola necessitudinis gloria usurum. non enim exuere imposita munia: satis æsti-*

INTERPRETATIO.

postulavisse; vigilias, curas, ministeria, ut unum è manipulariis, pro salute principis sibi cariora esse. *Attamen se quod preclarissimum est, obtinuisse, ut propinquitate principis dignus existimaretur. Hinc ortam spem* sibi. Et etiam *quod acceperit Augustum in tradenda filia, aliquid etiam de equitibus Rom. cogitasse; ita si vir Liviæ investigaretur, meminisset amici* sui, *qui sola conjunctionis gloria fruiturus esset. Non enim detrectare mandata sibi ministeria: satis habere propugnari*

NOTÆ.

que, ut quicquid vel spe concipiendum, vel voto expetendum esse videbatur, non apud deos prius, sed protinus apud principis aures expromere sim solitus.

1. *Vt unum è militibus.*] Ut unum & gregariis, seu caligis, licet ipse jam pridem summum apicem equestris gradus attigisset, licet prætorianis præfectus esset, tamen excubias & labores pro salute principis, ut unum è vulgo, sustinere, & summis honoribus anteponere.

2. *Quod pulcherrimum.*] Id est splendidissimum honestissimumque ipsa re, aut certe communi hominum opinione.

3. *Vt conjunctione Cesaris.*] Filia ejus Claudii filio desponsa.

Vt conjunctione Cesaris dignus.] Nempe quod ejus filia, Claudii qui frater Germanici filiusque Drusi erat, filio pacta seu desponsa fuerat; quod tamen in irritum abiit, mortuo statim filio Claudij apud Pompejos teste Sueton. & ipsa filia Sejani strangulata à carnifice, priusquam matura viro esset.

4. *Hinc initium spei.*] Hinc ortam spem, qua eandem conjunctionem Cæsaris ultra adhuc ambire auderet, & qua præcipue conjugium Livillæ sororis Germanici, nunc rogaret. quod etiam in irritum abiit. neque enim id concessit Tiberius, nec ultra postulare tale matrimonium ausus Sejanus, altius pavens & jam non de dignitate augenda, sed de tuenda salute sollicitus & mox patefacta conjuratione Sejani, dein & scelere Liviæ, Sejanus occisus in carcere, Livilla intra palatium interfecta est.

Spei.] Unde mihi ulterioris spei initium ortum est.

5. *Etiam de equitibus Romanis.*] Suetonius: *Agrippa defuncto, multis ac diu etiam ex equestri ordine circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum elegit.*

De equitibus Rom.] Sic lib 6. 15. de Tiberio. *Diu quæsito quos neptibus suis maritos destinaret Cesar, postquam instabat virginum ætas, L. Cassium M. Vinicium legit. Vinicio oppidanum genus, Calibus ortus, patre atque avo consularibus, cætera equestri familia erat, mitis ingenio, &c. Cassius plebei Romæ generis,* &c. Et cap. 27. *Pars mœroris fuit, quod Iulia Drusi filia quondam Neronis uxor denupsit in domum Rubellij Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Rom. plerique meminerant.*

De equitibus.] Nonnihil de quibusdam equitibus Rom. an ex illis generum legeret, dubitavisse.

6. *Amicum.*] Rogare ausus sum, ut si Liviam ad tertias nuptias transire velis, non obliviscaris amici, qui ex hac con-

mare firmari domum adversum iniquas Agrippinæ offensiones; idque 1 *liberorum causa. nam sibi multum superque vitæ fore, quod tali cum principe explevisset.* Ad ea Tiberius, laudata pietate Sejani, suisque in eum bene-

INTERPRETATIO.

familiam suam contra perversas pravasque Agrippinæ inimicitias; idque sobolis suæ gratia. Etenim sibi longum & satis superque amplum vivendi spatium fore, quod cum tali imperatore transegisset. Ad hæc Tiberius celebrata caritate Sejani, ejusque in se me-

NOTÆ.

junctione non imperia, non honores, sed nihil aliud quam solam tantæ necessitudinis gloriam sibi petit.

1. *Liberorum causa.*] Non hoc dicit, quod in fronte videtur: velle se matrimonium, liberorum causa, uti formula, & lex erant: sed firmandæ Drusi domus, quæ desolata jam illo mortuo erat, contra Agrippinam firmandæ, inquam, liberorum Drusi gratia: & ut illos (nepotes Tiberii) tueretur. Sequentia id adfirmant, alioqui longinqua: *nam sibi satis vitæ*, &c. quasi dicat, de se non angi, aut sua posteritate: felicem, si cum principe vivat, obeatque. *Lipsius.*

Liberorum causa.] Suorum nempe, non Drusi. clarum id ex seq. cap. ubi huic causæ respondens Cæsar, acrius ait arsura Agrippinæ odia, si matrimonium Liviæ domum Cæsarum velut in partes distraxisset.

Ergo Agrippina Sejano infensa fuit, non Liviæ, nec liberis ejus, inimicitiæque ejus acrius arsuræ erant, si vidisset inimicum hoc matrimonio tantum extolli.

Nam Liviæ aut Drusi liberis quid adstrueret Sejani conjunctio, principem ipsum socerum, patruum, aut avum habentibus? Deinde adjungit, *sic quoque erumpere æmulationem feminarum, eaque discordia nepotes suos convelli*, &c. quod putidum esset. Si jam de inimicitiis Agrippinæ in eos dixisset Sejanus.

Parum aptè putant de liberis Drusi isthæc dici, tanquam Sejanus se protectorem iis offerret contra potentiam Agrippinæ: qua re nihil magis dici potuisset Sejano adversum. Quid enim? ille, qui tantopere suam modestiam prædicat, qui negat, se principi supervicturum, hoc incolumi, nepotum ejus defensorem patronumque se profiteretur: quam defensoribus istis tempus egeret?

Neque moveor eo, quod in eadem sententia fuisse video virum doctissimum: πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. Nam sequentia verba, quæ suæ causæ advocat, illinc stant, hinc testimonium dicunt: *nam sibi multum superque vitæ fore*, &c.

Igitur sibi nihil se metuere ait ab Agrippinæ odiis: neque enim aut vivo principe illam sibi nocere posse; aut se vitam desiderare post principem: itaque restare unicam curam de liberis, suis videlicet, quos hac adfinitate firmaret contra illius fœminæ impotentiam.

Nam utique suæ domui à Drusiana præsidium petebat, non vicissim: quod vel profiteri cujus fuisset impudentiæ? principis domus stare non potuisset, nisi municipalis eques eam fulcivisset! Ac non sua vi stare potuisset, non supererant Pisones, Dolabellæ, Gracchi, Scipiones; ut in Sejani Vulsiniensis sinum confugere oporteret. *Freinsh.*

Idque liberorum.] Meorum causa, neque enim de me sollicitus sum, quippe mihi satis superque vitæ erit, quod tali sub principe explevero, cui superstitem esse velle, ultimum veluti scelus abominor.

Liberorum.] Liberorum, non mei causa sollicitus, sufficit enim quodcumque vitæ tempus cum tali principe explevero, nec ultra vivere cupio, cum vi-

ficiis [1] modice percursis, cum 2 tempus tamquam ad integram consultationem petivisset, adjunxit: 3 *Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent:* 4 *Principum diversam esse sortem, quibus precipua rerum*

INTERPRETATIO.

ritis breviter enumeratis, cum tempus velut ad plenam *integramque*, ut in re nova & gravi, *deliberationem postulasset, adjecit.* Cæteris hominibus in eo verti consultationes, quid sibi utile esse credant: aliam esse conditionem imperitantium, quibus

NOTÆ.

vere defierit princeps, ultro & vitam relinquet Sejanus. ultra importuna vita erit.

1. *Modice.*] Modeste enumeratis beneficiis, quæ vicissim in illum contulisset.

Modice.] Alij modestè, alij obiter, cursim, breviter. eodem sensu omnes. bene de modestia & brevitate intelligitur, & verisimile est Tiberium non ostentasse aut prolixè commemorasse sua in Sejanum beneficia, alioquin exprobrare ea visus esset, nam ex Terentio *commemoratio* beneficiorum *exprobratio est.*

2. *Tempus tamquam ad integram consultationem.*] Dubitatur ea ne adjunxerit, voce, an scripto: censeo Sejanum ipsum sua manu porrexisse Tiberio codicillos: Tiberiumque illis perlectis, voce statim pietatem Sejani laudavisse, ac sua in eum beneficia modice percurrisse, deinde petito ad consultationem tempore. scripto dedisse illi responsum. Quod innuunt sequentia verba: *ideo se non illuc decurrere quod promptū rescriptu.*

Integra consultatio, hic interpretanda est sicut alicubi *integra causa*, *integrum judicium cui* videlicet his sermonibus, literisve, per quas in præsentia respondebat, neutram in partem quicquam derogatum; aut præjudicatum vellet. *Freinsh.*

Cum tempus.] Accipiunt quasi tempus ad consultandum non solum petivisset, sed etiam accepisset, & quasi post illud tempus adjunxisset. *Ceteris mortalibus*, &c. Quod falsum. nam iisdem literis Tiberius, initio nempe laudat pietatem Sejani, percurrit ejus beneficia, petit tempus ad consultandum, dein etiam eadem epistola *adjunxit: ceteris mortalibus*, &c.

Tamquam ad integram deliberationem.] Sic lib. 5. 5. ubi de Tiberio querente quod non retulissent consules, non deliberassent Patres de re quam scripserat senatui. *Questus apud patres, quod fraude unius senatoris, imperatoris majestas elusa publice foret, integra tamen sibi cuncta postulavit, nec ultra deliberatum*, &c.

3. *Ceteris mortalibus.*] Vix abest quin ad Salustium respexerit, quem non legit solum sedulo, sed sublegit Nam apud eum Cæsar, pari sententia disserit: *Aliis alia licentia est, P. C. qui demissi in obscuro vitam agunt, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt. Qui magno imperio praditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxima fortuna minima licentia est.*

Cetera.] Omnia alia adesse si vel cupierint, sufficit velle, omnia statim adsunt.

4. *Principum diversam.*] Aliam esse principum conditionem, quos præcipue famam apud posteros intuentes, & ad illam collimantes, de rebus suis consilia capere oporteat. *Freinshemius.* Intellige *famam* in universum, nempe decus & gloriam in omnes omnino mortales, quibuscunque locis & temporibus, sive in præsentes sive in futuros.

[1] ad famam dirigenda, ideo se non illuc decurrere. [2] quod promptum rescriptu; posse ipsam [3] Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet: [4] esse illi matrem & aviam, propiora consilia, [5] simplicius acturum de inimicitiis primum Agrippinæ: quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviæ, [6] velut in partes, domum Cæsarum distraxisset: [7] sic quoque

INTERPRETATIO.

summa votorum ad gloriam referenda sit. Propterea se non illuc confugere, quod facile & statim responderi possit Ipsam Livillam consultare posse, an nubere post Drusum deberet, an in eadem domo vitam agere; esse illi matrem Antoniam minorem & aviam Augustam, propinquiora consilia. Sed sincerius cum illo acturum, primum de offensionibus Agrippinæ, quæ multo infensius erumperent, si nuptiæ Livillæ, velut in factiones, familiam Cæsarum diduxissent. Præsenti vel sta-

NOTÆ.

1. *Ad famam.*] Plin. Paneg. *Rectè Cæsar, quod spem Romani nominis sumptibus tuis suscipis. Nullum est enim magno principe immortalitatemque merituro impendij genus dignius, quam quod erogatur in posteros.*

2. *Quod promptum rescriptu.*] Plerique ita transferunt, ut male dirimant ab his illa, *posse ipsam Liviam statuere:* & cum hæc ea ipsa sint, quæ se nolle respondere diserte testatur Tiberius, interpretes ita collocant, quasi vere & serio sic respondisset. Alij non distinguunt, ubi desinant illa, quæ se nolle respondere scripserat Cæsar, incipiantque ea, quæ pro se respondebat. Nam hæc & sequentia usque eo, *falleris enim*, eadem structura verborum efferunt. Cum tamen illa remotio nihil comprehendat, nisi proxima verba hactenus, *propiora consilia:* denique apparet & cæteros nihil esse suspicatos de his verbis: *posse ipsam Liviam*, &c quasi ea essent, quæ *prompta rescriptu* Tiberius dixerat, sed potius putavisse omnino silentio fuisse præterita, quænam illa *prompta rescriptu* forent. *Freinsh.*

3. *Liviam.*] Ipsam Liviam ejus ætatis esse, ut per se expendere posset utrum sibi, amisso tali matrimonio, denuo nubere, an potius in eadem domo viduam vitam agere, expediret. *Freinshemius.* Intellige in universum, posse Liviam ipsam pro suo arbitrio statuere, an post Drusum, tantæque nobilitatis domum, in alias ignobiles domos denubere deberet, an in eadem domo manere.

4. *Esse illi matrem.*] Neque sibi decorum, neque Liviæ necessarium esse Tiberij consilium, cum mater ejus Antonia, cum avia Augusta supersit, quæ propiore gradu ipsi conjunctæ sunt.

5. *Simplicius.*] Non id tibi respondebo, sed simpliciter & candide tecum agam. Itaque primo quod ad Agrippinæ odia pertinet, ego ea non extinctum iri, sed contra longe acrius arsura credo. si Livia viro Agrippinæ inviso nubens, hoc suo matrimonio causam præbuerit, ut familia Cæsarum velut in duas partes distrahatur.

6. *Sic quoque erumpere.*] Qui intellexit de matrimonio Liviæ, fallitur: nam *sic quoque* est nunc quoque, cum nullum tale sit matrimonium, & causa discordiæ.

Sic quoque.] Nam duarum harum mulierum æmulationes sic quoque erumpunt, nondum tanta occasione data, suaque discordia etiam liberos utrinque suos, nepotes meos dissensione & simultatibus implicant. quid igitur futurum est, si conjugio hoc contentiones gliscant? hoc enim omnino necesse est fieri, quia neque Agrippina te opibus & honoribus crescere, neque in hac qua nunc es con-

erumpere æmulationem feminarum, [1] eaque discordia nepotes suos convelli: quid si intendatur certamen tali conjugio? Falleris enim Sejane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liviam quæ [2] C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat. [3] Ego ut sinam, credisne passuros, [4] qui fratrem ejus, [5] qui patrem majoresque nostros, [6] in summis imperiis videre? [7] Vis tu quidem istum intra locum sistere: sed illi magi-

INTERPRETATIO.

tu rerum, exardere invidiam certamenque mulierum, eaque dissensione nepotes suos prorsus commoveri distrahique: Quid si augeatur æmulatio tali matrimonio? Quippe ipse falleris, Sejane; si te duraturum in eodem gradu credis, & Livillam quæ desponsa fuerit C. Cæsari, dein Druso, eo animo agitaturam, ut cum equite Rom. vitam peragat. Ego ut patiar, putasne toleraturos eos, qui fratrem ejus Germanicum, qui patrem Drusum, majoresque nostros Claudios, in supremis dignitatibus conspexere? cupis tu sane intra istum ordinem manere; at illi

NOTÆ.

ditione, permanere Livia patietur.

1. *Eaque discordia nepotes suos convelli.*] Tiberius de suis nepotibus loquitur, Agrippinæ liberis, ex adoptivo filio Germanico; Liviæ ex Druso naturali, eos per illam discordiam etiam convelli trahique in mutua odia. Dictum hoc sensu supra 2, 43. *Fratres egregie concordes, & proximorum certaminibus inconcussi.*

2. *C. Cæsari.*] Augusti filio adoptivo, M. Agrippæ naturali ex Julia filia Augusti.

3. *Ego ut sinam.*] Hoc est, etiam si ego permisero, Liviam tibi equiti Romano nubere, amici certe illius non patientur, eam tecum privatam senescere; ideoque te etiam nolentem, ad dominationem captandam, instigabunt. Recte ergo sequitur: *Vis tu quidem istum intra locum sistere.*

Ego ut sinam.] Sed nec mihi honorificum hoc fuerit, si hominem tam arcta propinquitate conjunctum in hac conditione manere sinam.

4. *Qui fratrem.*] Germanicum nempe

5. *Qui patrem.*] Drusum majorem, nempe filium Liviæ, Tiberij fratrem natu minorem.

6. *In summis imperiis.*] Imperia pro magistratibus, atque ducatibus (ut sequioris sæculi vocabulo utar) frequentissimum esse, pueri noverunt, quod tamen quidam interpretes non sunt assecuti.

7. *Vis tu quidem istum intra locum sistere.*] Quædam ibi per mentem supplenda, ut connectatur sensus sicque clarescat. *Vis tu quidem*, Sejane, (quæ tua modestia est) *istum intra locum sistere*, sed in illo ipso statu quo tu nunc es, & intra quem vis sistere, *illi magistratus, & primores, qui te invito perrumpunt omnia, omnibusque de rebus consulunt, excessisse te jam pridem equestre fastigium, &c. non occulti ferunt.*

Non enim perrumpunt proprie, aut ad Sejanum, aut ad Tiberium, sed suo marte perrumpunt, & Tiberium & Sejanum, id est mentem, & arcana dominationis dominantiumque penetrant & pervadunt ingenio & suspicionibus. hinc infra: *tacita suspicionum, vulgi rumorem, ingruentem invidiam deprecatur Sejanus.*

Nempe postquam Tiberij epistolam serio perlegit: in qua scripserat Sejano *te invito perrumpunt*, &c. Omnibusque de rebus consilia agitant, & pensitatis ponderatisque, quæ à nobis geruntur, palam queruntur, & ægrescerunt, te jam

stratus & primores [1] *qui te invito perrumpunt* , [2] *omnibusque de rebus con-*

INTERPRETATIO.

magistratus & proceres, qui te nolente pervadunt, & cunctis de negotiis consi-

NOTÆ.

equestrem dignitatem excessisse, longeque superasse gratia & auctoritate omnes amicos patris mei Augusti & per invidiam qua in te exardent, me etiam criminantur.

Si de tuo illo statu & sorte præsenti, Sejane, sic queruntur illi primores, si jam apertè sic indignantur, quid cum futurum putas cum te talibus nuptiis mihi propius conjunxero?

Vis tu quidem.] Ego non dubito quin hoc ordine tuo velis adquiescere, nec ulteriora moliri, sed tamen reliquis id ægre persuadebitur; nam ipsi magistratus & primores, qui te licet invito claustra quæ tibi statuisti, perrumpunt, omnibusque de rebus sententiam tuam exquirunt, te jam pridem equestris dignitatis culmen excessisse queruntur. *Freinshemius.*

Paulo obscurius id explicat vir doctus, nam quæ sunt illa, *claustra* quæ sibi statuerat Sejanus, nisi si forte equestris ordinis, aut modestiæ in universum?

1. *Qui te invito perrumpunt.*] Id est, qui ad me, etiam te nolente, penetrant, me que de omnibus consulunt. *Pichena.*

Minime vult auctor, hos perrumpere ad Tiberium, &c. non; sed ad Sejanum, ut plane urget nexus orationis, patetque satis ex hujus libri capite 2. item Cassij libro 57. non ita longe à fine, cujus verba non vacat nunc apponere. *Gruterus.*

Locus sat intricatus & difficilis cujus hunc esse sensum multi putant, eos, invito Sejano, ad Tiberium perrumpere, eumque consulere, quod absurdum existimo.

Quid enim? aliquis princeps, qui quidem non sit extreme stultus, amicum habeat, à quo norit alios prohiberi, ne se conveniant? & si norit patiatur? & si patiatur, etiam ipsi illi aperiat, & velut indicium deferat, quis, qua de causa se accesserit?

Deinde amico eam potentiam concedat princeps: quis eo invito audeat perrumpere? præsertim si ab ipso principe prodatur. Sed desino congerere multa, & sane ponderosa. Quorsum enim ista dicerentur?

Expendatur quo in argumento versetur sermo Tiberij, nunquid in hoc, ut Sejano in equestri statu se permansurum ostendenti respondeat: negetque id facile fore: quamquam enim de illius modestia non dubitet (ac profecto non dubitabat) alios tamen etiam nolentem ad majora propulsuros, & modestiam ejus expugnaturos esse.

Idque jam adeo cœpisse fieri, quum sint qui invito eo perrumpant illam; ejusque sententiam tanquam intimi Cæsaris amici, de negotiis exquirant: licet ipsi illi, ut sit, recentem ejus felicitatem ægris oculis aspiciant, & jam longe supra Augusti amicitias evectum esse palam ferant, quod & ipsum eo pertinet: ne, *istum intra locum sistere* se posse, crederet Sejanus. *Freinsh.*

Qui te invito perrumpunt.] Qui, te licet resistente, modestiam tuam perrumpunt suis adsentationibus, teque ad maius fastigium licet nolentem quasi vi facta impellunt, & veluti trahunt abripiuntque invitum licet. Alii sumunt quasi ad ipsum Sejanum illi perrumperent, & de omnibus rebus illum consulerent. Sed potius est ut generalis sit ea propsitio, sensu infra posito.

Perrumpunt.] Qui te invito perrumpunt cuncta quæ in repub. aguntur, etiam intima, quique secreta imperitantium & ministrorum arcana sanctissima penetrant & investigant, qui de omnibus rebus disserunt & consilia agitant. Sic magis ad mentem Taciti.

sulunt,

sulunt, [2] *excessisse jam pridem* [3] *equestre fastigium*, *longeque antisse patris mei amicitias non occulti ferunt, perque invidiam tui me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est.* [4] *Mirum her-*

INTERPRETATIO.

lia agitant: haud secreti differunt exisse te jam pridem equestrem fortunam, multumque superasse amicos parentis mei Augusti, & per æmulationem tui me simul criminantur. At Augustus collocare filiam suam equiti Rom. cogitavit. Mirum cer-

NOTÆ.

1. *Omnibusque de rebus consulunt.*] Senatores igitur intellegere videtur, qui publice consulunt, & de rep. censent neque de privatis ceperim, qui Tiberio consilium darent. *Lipsius.*

Hoc loco Taciti duo hominum genera inducuntur, ij nempe *qui fratrem ejus*, &c. *in summis imperiis videre*, qui non passuri erant Sejanum in equestri loco manere, & illi perrupturi erant modestiam Sejani.

Dein etiam *illi magistratus & primores qui te invito perrumpunt* omnia arcana dominationis & dominantium, qui de omnibus rebus consilia agitant; hi autem non perrumpunt modestiam Sejani, imo de immodestia ejus queruntur, *longeque antisse patris mei amicitias*, &c.

Et cum dicit *consulunt*, non agitur hic de senatoribus, aut consiliis publicis vel privatis quæ darent illi Tiberio, sed tantum de suspicionibus & conjecturis *primorum illorum* adversus Sejanum, de sermonibus privatis & promiscuis qui differebantur in cætibus, in conviviis & in circulis, ubi acta diurna & arcana principis perrumpuntur, exagitanturque ingenio & suspicionibus.

Ex eo quod illa conjunctione Liviæ eveheretur Sejanus velut in torum & locum filii, jam conjiciebant, quis & quantus futurus esset Sejanus, jamque indignabantur proceres illi.

2. *Excessisse jam pridem.*] Quare? aut quo in facto? Credo, quia Prætoriis honoribus insignitus Sejanus à Tiberio: atque ita velut exemptus Equiti, & insertus in senatum. Sed & postea Consulem eum fecit & Senatorem palam.

Suetonij igitur scriptio, adfirmantis (in Tito c. vi.) *Præfecturam prætorij, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam*, nonne legenda cantè? videtur: & cum exceptione hujus, atque etiam aliûs (ut alibi dicam) exempli in Clemente Aretino lib. 4. histor.

3 *Equestre fastigium.*] Ex isto ordine præfecti prætorio fere. & cum Suet. Tit. cap. 6. dicit *Præfecturam Prætorij nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam*, vel intelligendum sic fieri ut plurimum, vel quia tales erant Præfecti, cum primo adsumerentur in hoc munus, sed postea iidem meritis, seu gratia principis, ad superiora evehebantur, cum tamen Præfecti manerent, sic Sejanus ipse ad senatoriam dignitatem promotus est.

Amicitias posuit pro amicis, quos Augustus habuit, Mœcenatem puta, Sallustium, Proculejum, & alios ex ordine equestri: nam Agrippam hic computari, locus non patitur. Sic 5. 2. *Amicitia muliebrés* sunt amici mulieris, seu Liviæ. de quibus iisdem Suet. Tib. 51. *Ejus omnes amicitias & familiaritates adflexit.* Dialectici concretum pro abstracto in his poni ajunt.

4. *Mirum hercule.*] Quid mirum est, si eo tempore statuque rerum, quum in omnes partes sollicitum esse oporteret, atque illi, quem tali adfinitate supra cæterorum æqualitatem evexisset, ad im-

cule, si cum [1] in omnis curas distraheretur, immensumque attolli provideret, quem conjunctione tali super alios extulisset, [2] C. Proculejum & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vita, nullis Reip. negotiis permixtos. [3] Sed si dubitatione Augusti movemur: quanto validius est, [4] quod M. Agrippe, mox mihi conlocavit? Atque ego hac pro amicitia non occultavi: caterum neque tuis, neque Livia destinatis adversabor. Ipse quid intra animum volutaverim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad presens referre: id tantum aperiam, nihil esse tam excelsum, quod non virtutes

INTERPRETATIO.

te, si, cum in varias cogitationes ille diduceretur, & summum in fastigium efferri animadverteret, quem tali connubio præ aliis evexisset, C. Proculejum & nonnullos in colloquiis pensitavit, otio vitæ celebres & nullis Reip. muniis immixtos. Sed si consultationem Augusti miramur, quanto potentius argumentum est, quod filiam suam M. Agrippæ, dein mihi tradidit? Atque ego hæc pro animo erga te meo, non dissimulavi: Cæterum neque tuis, neque Livillæ votis obstabo. Ipse impræsentiarum supersedebo memorare, quid intra mentem meam agitaverim, quibus adhuc propinquitatibus adjungere te mihi destinem, id solum patefaciam, nihil esse tam sub-

NOTÆ.

mensam, & forte ipsi quoque socero metuendam potentiam comparandam, facultatem præberi intelligeret, de equitibus Rom. cogitavit, quorum modestiæ fidere poterat, ut qui amoti ultro à reipub. muniis, otium vitæ sectarentur.

1. *In omnis curas.*] Nempe imperij habendi, capiendi, sibique uni vindicandi servandique & ne alij invaderent varia cura insessebat & metus. nondum ipse satis securus Reipub. & principatûs, omnes post Cleopatram fœminas metuere debuit. ut & mox Juliam filiam suam cum adulterorum cætu ita expavit, ut illos occideret, illamque insula claudere & ablegare in perpetuum coactus sit.

2. *C. Proculejum.*] Qui frater Varronis Murenæ, illius qui in Augustum conspiravit: cujus etiam soror Mæcenati uxor. Dio lib. LIV. Laudat eum Horatius.

Vivet extento Proculejus avo
Notus in fratres animi paterni.

3. *Dubitatione.*] Hoc est, deliberatione, cui mox opponitur decisio. Neque hæc est argumentatio: si consiliis Augusti movemur, moveamur eo, quod Agrippæ mihique filiam suam collocavit. quasi diceret, nam & hoc inter ejus consilia fuit. Verum longe fortius est, si movemur dubitatione Augusti, multo magis moveri debemus ejus decisione: nam de equestribus conditionibus deliberavitquidem, at longe aliud probavit, decrevitque, & ipso facto exsecutus est. *Lipsius.*

Sed si dubitatione.] Sed si Augusti deliberationem respicere, & secundum eam præsens negotium tractare oporteat; contrarium potius, quam quod tu volebas, inde sequetur. Nam decreto factoque ejus, quam dubitatione magis adfici & moveri debebimus, prævalebitque ea consideratio, quod filiam suam non equiti Rom. sed M. Agrippæ primum, postea mihi uxorem dedit.

Si dubitatione.] Si movemur eo quod cogitavit dubitavitq; Augustus, magis intuendum, quod statuit fecitque ille, quam quod proposuit, aut cogitavit.

4. *Quod M. Agrippæ*] Quod filiam non equiti Rom. collocavit, sed M. Agrippæ illustri, socioque victoriæ, fere & imperij collegæ. dein eo mortuo, mihi

ista, tuusque in me animus mereantur; dataque tempore, vel in senatu, vel
[1] *in concione non reticebo.* Rursum Sejanus, non jam de matrimonio, sed 41
[2] altius metuens, [3] *tacita suspicionum, vulgi rumorem, ingruentem invidiam*
[4] deprecatur. Ac ne adsiduos in domum cœtus arcendo, infringeret potentiam; aut receptando, facultatem criminantibus præberet; huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma, amœnis locis degendam impelleret. Multa quippe providebat: sua in manu aditus; [5] litterarumque magna ex parte se arbitrum fore, cum [6] per milites commearent: mox Cæsa-

INTERPRETATIO.

lime, quod non bonæ artes istæ, tuaque in me benevolentia adipiscantur, dataque occasione, vel apud patres, vel apud populum, non silebo. Scriptis iterum litteris *Sejanus, non jam de conjugio, sed profundius pavens, occulta suspicionum, sermones plebis, instantem prementemque livorem supplex amoliri conatur. Ac ne salutantum turbam prohibendo foribus, imminueret auctoritatem; aut admittendo, occasionem obtrectantibus arguentibusve exhiberet; huc vertit, ut Tiberium inliceret ad vitam agendam procul ab urbe, amœnis in oris. Etenim prospiciebat plurima: sua in potestate admissiones, & epistolas ut plurimum in sua manu futuras, cum per Prætorianos* speculatores

NOTÆ.

quem tribunitiæ dignitati, adoptioni & principatui destinabat.

1. *In concione.*] Concio & senatus hic opponuntur ut infra 4, 42. *se vel statim* (erat autem in senatu) *vel in concione* non *cognitione,*) *purgaturum.* Freinsh. Errat cum legit *concione* infra 42.

2. *Altius metuens.*] Metuebat scilicet, ne Tiberius in suspicionem tacitam incidisset earum rerum, quas ipse animo vere agitabat, de imperio adipiscendo. Pichena. *Altius metuere* dictum est, sicut altius *mærere* 2. 82. *Penetrare* 2, 36. 3, 28. 16, 21. *percellere*, 4. 54. *Freinsh.*

Altius metuens.] Non jam de matrimonio suo, sed de majoribus & ad salutem suam magis pertinentibus rebus sollicitus, &c.

3. *Tacita suspicionum.*] Quia plebs, primores, forte & ipse princeps eum suspicarentur, tamquam ex adulterio cum Livia, & ex eo matrimonio quod petere ausus erat, imperium adfectaret. forte & necem Drusi, machinationesque in filios Germanici ipsi imputabat *rumor vulgi.* Nam scelerum omnium jam artifex & auctor habebatur Sejanus, nec abs re.

4. *Deprecatur.*] Orat ne adversus se vel tacitis suspicionibus, vel sermonibus vulgi aliisve calumniose odioseque se traducentibus fidem adhiberet.

5. *Litterarumque.*] Ita ut literarum quoq; magnam partem pro arbitrio suo intercipere, & supprimere, si videretur, posset.

Literarum.] Quæ à principe & ad principem vicissim mitterentur.

6. *Per milites commearent.*] Observa litteras per milites solere transmitti, & quidem per eos qui speculatores dicti. Plutarchus in Galbâ Nymphidium præfectum prætorio valdè offensum scribit, quod Consules litteras & diplomata *sine signo suo & militibus misissent.*

Nec alius sententiæ illud Taciti lib. 11. histor. *Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ Vitellio accesserit, postquam speculatores Syriâ Judæaque adactum in verba ejus Orientem nuntiavere.*

Hæc clara & firmandæ Suetonij scripturæ, quæ in omnibus fere manusc. Cal-

rem [1] vergente jam senecta secretoque loci mollitum, munia imperii facilius tramissurum: & minui sibi invidiam, adempta salutantum turba; sublatisque inanibus, [2] vera potentia augere. Igitur paulatim negotia urbis, populi adcursus, multitudinem adfluentium increpat, extollens laudibus 3 *quietem & solitudinem: quis abesse tadia & offensiones, ac pracipua re-*
42 *rum maxime agitari.* Ac forte habita per illos dies de 4 Votieno Montano celebris 5 ingenii viro cognitio, cunctantem jam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum cœtus vocesque, quæ plerumque veræ & graves coram ingerebantur. nam postulato Votieno *ob contumelias in Cæsa-*

INTERPRETATIO.

ferrentur, dein Principem, pracipiti jam senio, & secessu insula delinitum, reip. curas libentius omissurum, & deminui sibi livorem, subtracto invisentium cœtu, ametisque qua vana sunt, vera auctoritate crescere. Itaque sensim incusat curas civitatis, importunitatem vulgi, turbam adcurentium; simul celebrat multa laude otium, & secessum, nempe ab illis removeri molestias, & odia, & iis summa reip. negotia opportune & diligentissime tractari. *Et forte eo tempore cognita causa Votieni Montani qui clarissimus ingenio erat, dubitantem adhuc Tiberium permovit, ut declinandos existimaret patrum conventus, verbaque, qua sape vera & infesta in ipsum prasentem jaciebantur; quippe accusato Votieno* ob convitia in principem jacta,

NOTÆ.

cap. XLIV. *Magnificas Romam litteras misit, monitis speculatoribus ut vehiculo ad forum usque & Curiam pertenderent.*

Per milites.] Quia per milites prætorianos, quorum animos omni arte demulserat, & in quos imperium habebat, ultro citroque perferri solebant.

1. *Vergente.*] Tiberium senescentem & locorum amœnitate remissiorem, facilius imperij gubernacula sibi traditurum, ita se minus invidiæ & criminationibus obnoxium fore, si non tam continuis adeuntium cœtibus frequentaretur, atque pro hac inani honoris umbra, plus rerum, ad stabiliendam certam fidamque potentiam aptarum, se consequuturum esse.

2. *Vera potentia augere.*] Mihi vulgata lectio valde probatur: nam verbo, *augere*, passivam significationem tribuo, quod Tacito est familiare, & notat Lipsius ad lib. XI. ann. & lib 3. histor. *Pichena.*

3. *Quietem.*] Laudat solitudinem, ubi sine tædio & offensionibus, indivisis urbanæ vitæ comitibus, gravissima negotia sedulo tractati possint.

4. *Votieno Montano.*] Cujus inter celebres oratores mentio Senecæ lib. V. controvers. VII. & Præfatione lib. IX. etiam inter poëtas Ovidio.

Quippe vel imparibus Montano vel aquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habet.

Sic lib. I. 74. *Sed Marcellum insimulabat sinistros de Tiberio sermones habuisse, inevitabile crimen, cum ex moribus principis fœdissima quaque deligeret accusator, objectaretque reo, nam quia vera erant, etiam dicta credebantur.*

5. *Ingenii.*] Per *ingenium* intellige facundiam, eloquentiam, studiorum meritum decus & famam.

rem dictas, 1 testis Æmilius 2 è militaribus viris, dum 3 studio probandi cuncta refert, & quamquam inter obstrepentes magna adseveratione nititur, audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur, 4 adeoque perculsus est, ut *se* 5 *vel statim vel in cognitione purgaturum* clamitaret: precibusque 6 proximorum, adulatione omnium, ægre componeret animum. Et Votienus quidem 7 majestatis pœnis adfectus est. Cæsar obje-

INTERPRETATIO.

testis Æmilius vir militaris, dum nimia cura firmandæ causæ, narrat omnia, & licet inter obturbantes, magna contentione incumbit, audivit ipse coram *Tiberius contumelias, quibus per secretum laniabatur; adeoque commotus est, ut exclamaret se*, vel extemplo, vel in ipsa quæstione, innocentem probaturum, *vixque sedaret iram prope ad stantium precibus*, & *adsentatione cunctorum* placatus. *Et Votienus quidem supplicio, majestatis lege* præscripto, *punitus est. Tiberius eo pertinacius amplectens exprobra-*

NOTÆ.

1. *Testis Æmilius.*] *Testis*, neque enim indicium aut delationem profiteri licuit militaribus viris saltem. Id illis interdictum refert Dio lib. 58. ad annum. 786.

2. *E militaribus viris.*] His verbis simul indicatur fuisse virum non infimæ conditionis, & tamen rerum urbanarum haud magnopere peritum.

3. *Dum studio probandi*] Dum eo tantum intentus est, ut quæ objectæ res erant, probaret, nihil reticebat, neque se absterreri sinebat, quod patres ejusmodi probrosos & injuriosos in principem sermones, quos ille à Votieno se audivisse testabatur, aversabantur & quasi scelere contaminarentur, dicentem strepitu interturbabant.

4. *Adeoque perculsus.*] Unde adeo commotus est, ut se objecta probra, vel in senatu statim, vel etiam in publica concione refutaturũ pertinaci clamore contẽderet. ita *Freinsh.* sed errat de *concione.*

5 *Vel statim vel in cognitione purgaturum.*] Puto, clamitasse Tiberium, non stare per se, quin purget objecta statim, coram toto senatu: cui tamen si videtur æquius, audiri & partem alteram, eosque, quorum intersit; ne illud quidem refugere.

Cognitio ea est, ubi reus & accusator, ubi utrinque argumenta & testes. Seneca Medea: *Si judicas, cognosce: si regnas, jube:* prorsus idem hic vult Tacitus quod supra cap. 34. *M. Cicero libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud judices respondit.* Gruterus.

Melius, ut modo ad 4. 40. diximus legendum videtur *in concione.* Sic enim quandoque concionabantur imperatores: ut apud Suet. 24. Calig. *Nec unquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Drusillæ dejeravit.* Freinsh.

Vel in cognitione.] Sic scripsit Tacitus cujus ea mens est. Tiberius adeo perculsus est iis contumeliis, quas in se jactas à Votieno testis adserebat, ut se vel statim priusquam ulterius Votieni causa disceptaretur, se purgaturum, vel cum ea causa penitus cognosceretur; nondum enim quæstio aut cognitio Votieni habebatur, sed tum tantum testimonia audiebantur, cum sic quereretur Tiberius. Nec aliud corrigendum, aut quærendum hoc loco.

6 *Proximorum.*] Per *proximos* intellige non *amicos* aut *adfines*, sed prope circumstantes Patres, qui forte illustriores è senatu & consulares ut plurimum.

7. *Majestatis pœnis adfectus est.*] Quibus pœnis, propius disce ex Eusebio in Chronicis: *Votienus Montanus Narbonensis orator, in Balearibus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.*

ctam sibi adversus reos inclementiam eo pervicacius amplexus, 1 Aquiliam adulterii delatam, cum Vario Ligure, 2 quamquam Lentulus Getulicus 3 consul designatus 4 lege Iulia damnasset, exsilio punivit: Apidium-

INTERPRETATIO.

tam sibi adversus reos immanitatem, exilio mulctavit Aquiliam postulatam adulterij, cum Vario Ligure, quamvis Lentulus Getulicus consul destinatus eam lege Iulia punien-

NOTÆ.

1. *Aquiliam.*] Aquiliamque postulatam adulterii cum Vario Ligure perpetrati, quamquam Lentulus Getulicus consul designatus lege Julia de adulter. teneri eam, neque graviore quam ea lex statuisset, pœna adficiendam censuisset, in exsilium misit.

2. *Quamquam Lentulus Getulicus.*] Hic nonnulla mihi dicenda sunt iis firmandis, quæ viri melioris notæ adscriptere de pœna, quam mœchis lex Julia minabatur. Ea citra mortem fuit & interdictionem aquæ & ignis. *Adulterosque earum morte, aut fuga punivit,* &c. In quo Augustus suas ipse leges egrediebatur.

Ergo etiam citra deportationem, quæ gravior interdictione. Quænam igitur ea pœna? perpetua relegatio. Velleii l. 2. *Quasi cujuslibet uxore violata, pœnas pependere.*

At horum pœna relegatio. Dio, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν. i. e. cæteri in insulas relegati sunt. Et clarius hinc disce. Julia relegatione punitur. *Julia relegata in insulam patriaque & parentum subtracta oculis.*

Quæ Dio sic extulit. *Qua de re ipsa quidem relegata est in insulam Pandateriam, littoribus campaniæ prætentam.* Idem verbum hic usurpat, quod paulo ante.

De perpetuitate vero adi Suetonium. *nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit.* Nec nostrum prætereas. *Igitur amotus Cercinam quatuordecim annis exilium toleravit.* Agitur de Sempronio, qui inter eos fuit quos pœna secuta est, quasi privari conjugem adulterio polluissent. *Salinerius.*

3. *Consul.*] Principe referente, vel qui consul actu erat, censebat primus, vel *Consul designatus*, & pro ut mitiora, vel aspera censebat ille, plures Patres in suam sententiam trahebat. Hoc loco verisimile est consulem retulisse de Aquilia, tum priorem censuisse consulem designatum, ipsum Tiberium se exemisse primo loco, ut inter ultimos sententiam diceret, & asperiora censentibus se adjungeret.

Exemplum habes lib. 3. 22. ubi de Lepida nobilissima femina damnanda agitur. *Exemit etiam Drusum consulem designatum dicenda primo loco sententia. quod alij civile rebantur; ne cæteris adsentiendi necessitas fieret: quidam ad sævitiam trahebant. Neque enim cessurum, nisi damnandi officio.*

Id est non cessurum Drusum primo censendi loco, nisi ea mente, ut damnandi officio, seu potius oneri cederet aliis Patribus noluit eam prædamnare, ne invidiam clarissimæ familiæ & aliorum subiret, damnare post alios & cum aliis minus curabat. Hoc loco Tiberius *inclementiam pervicacius amplexus* damnavit Aquiliam, quamquam Lentulus mitiora censuisset, quemadmodum & Drusus Lepidam damnaverat, adsentiens asperiora censentibus.

4. *Lege Iulia damnasset.*] Adulterij pœna quæ olim non in promptu: reclusi qua potui, & tenebris prisci ævi radium aliquem novæ lucis dedi, in excessu quem huic rei vide *Lipsius.*

que Merulam, 1 *quod in acta divi Augusti non juraverat*, 2 albo senatorio erasit. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & 3 Messeniorum legationes, de jure templi 4 Dianæ Limenitidis, quod *suis à majoribus*, *suaque* 43

INTERPRETATIO.

dam censuisset : & Apidium Merulam senatu movit, quod in acta D. Augusti non jurasset. *Admissi posthac oratores Lacedæmoniorum, & Messeniorum certantes de jure delubri Dianæ Limenetidis*, quod à suis patribus, suoque in agro consecratum *pro-*

NOTÆ.

1. *Quod in acta.*] Quia in acta Augusti pro legibus habenda non juraverat, ex catalogo senatorum delevit.

2. *Albo senatorio.*] Album τὸ λεύκωμα; id est, tabulæ albatæ in quibus nomina aliudve quid inscriptum. Sic legis Album Judicum : & in Tertulliano, *Album Apostolorum*. Senatorum autem Album, primus instituit Augustus, anno DCCXVI. cum recenso senatu, mulctas infrequentibus imposuisset, & simul definisset numerum intra quem Senatusconsultum non fieret

Eas ad res visum necessarium Album: quod renovatum quotannis, & in Curia propositum: Dio : *Nomina omnium senatorum in albo descripta proposuit : atque ex eo quotannis etiam nunc ita fit.* Lipsius.

3. *Messeniorum.*] Messenii, *Messene Messeniga* teste Nardo urbs Peloponesi olim clara. & Messeniæ regionis caput. Alii locum illius hodie *Petalidi* dici volunt. Olim Messenii cum iterum, atque iterum defecissent à Lacedemoniis, ab iis in servitutem redacti sunt, pejusque servis habiti.

Messenii.] Messena, urbs Messeniæ regionis minoris ad Messeniacum sinum, in Peloponneso. hodie *Messeniga*, oppidum Moreæ provinciæ ad sinum *Coron* sub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

4. *Dianæ Limenetidis.*] Scripturam eam juvare aliquid Callimachi versus videntur in Dianæ hymno : καὶ μὲν ἀγυιαῖς ἔσσο καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος. quasi eadem illa dea viis præsit, portibusque. Ac tu nihil ambigens repone, *Limnatidis*. Ita historia hic postulat, & consensio scriptorum. Sive enim à Limnis vico (qui aliter Amiclæ dictus.) Messeniæ, sive ἀπὸ τῆς λίμνης, à palude agnominata illa dea, certe *Limnatis* scribendum, sive *Limnetis*.

Prioris sententiæ Strabo esse videtur lib. VIII. τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, Λιμναῖον, ἐφ' ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας. ὅπου κοινὴν συνετέλουν πανήγυριν καὶ θυσίαν ἀμφότεροι. Nec dissimilia libro sexto.

At à lacu derivat clare Pausanias lib. IV. & VI. itemque Artemidorus lib. II. qui Dianam in somnis visam boni ominis piscatoribus esse vult, quoniam & Λιμνῆτις dicatur. *Lipsius.*

Dianæ Liminetidis.] De *Limenetide Diana* nihil me legisse memini : scio tamen ex probatis auctoribus, oram illam terræ, quæ in Messenios spectat, abundare templis Dianæ, Veneris, ac Neptuni, Strabo vero lib. 8. ita scribit. τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, &c. fortasse igitur appellavit Cornelius *Dianam Limnetidem*, tanquam *stagneam* : λιμνῆτις enim *stagnea* est, sive *palustris* : & legendum erit *Limnetidis*, non *Limenitidis*. Ferretus.[1]

Æmilius maluit, *Limnetidis*, quod probo. Dianam siquidem Λιμνῆτιν ab stagno dictam Artemidorus interpres. somn. lib. II. memorat. [Sed & Pausanias Messeniacis habet : *Dianæ templum dictum Limnetidis in finibus Messeniorum fuit, ipsis, Doriensibus Lacenibusque commune*

in terra dicatum, 1 Lacedæmonii firmabant annalium memoria, 2 vatumque carminibus: *sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent armis ademptum, ac post C. Cæsaris & M. Antonii sententia redditum.* Contra Messenii, 3 *veterem*

INTERPRETATIO.

babant Lacedæmonii monumentis annalium, & versibus poëtarum: sed sibi ablatum vi Philippi Macedonum Regis, cum quo bellum habuerant, & postea restitutum ipsis decreto C. Cæsaris, & M. Antonii. *Contra Messenii retulere* antiquam par-

NOTÆ.

& nulli praterea civitati.

Quod si verum, à Messeniis sacris in illo templo prohibiti Lacedæmonii, tot bellorum initio, in Epidauriorum finibus prope viam, quæ à Boëis ad Epidaurum Limeram ducit, Dianæ Limnetidi delubrum exstruxere, eodem teste in Laconicis.

Deinde cum Dorienses Lacedæmone potirentur, Preugenes somnio monitus, signum Limnetidis Lacedæmoniis eripuit Mesoamque per servos deferendum curavit, unde Patras in aram Dianæ; festo ipsius Limnetidis, servi publici transferebant: quod idem Achaicis prodidit Ex quibus de jure legationis constare studiosis potest. *Vertranius.*

Fuit Diana λιμνᾶτις & apud Lacedæmonios in via quæ Boëis Epidaurum ducebat: & apud Messenios ad vicum, quem vocabant Calamas. At in confinio quæ colebatur, dicebatur λιμενᾶτις vel λιμενῆτις Anthologiæ lib. 6. cap. 3. Dicta sic quod præesse portibus eam existimarent: quod clare Callimachus docet. *Meursius in Laconicis.*

1. *Lacedæmonii*] Lacedæmon vel Sparta vide notas lib. 2. cap. 60.

2. *Annalium memoria.*] Videntur *annales* accipi pro historiis antiquis, quales apud Cic. de orat 2, 12. describuntur: *Erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio: cujus rei memoriæque publica retinenda causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Pontif. Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in Album*, & quæ sequuntur.

Annales igitur hic nihil aliud sunt, quam historiæ probatorum, & veterum auctorum: non, ut interpretes putabant, commentarii rerum Spartanarum, quæ vulgo *Chronica* vocantur.

Vatum vocabulo nihil aliud intellexit Tacitus, quam Poëtas, Homerum videlicet, & alios, ex quibus testimonia de finibus antiquis Græcarum regionum frequenter peti consuevisse, vel ex uno Strabone clarum est.

Vatumque.] Vertit interpres Hispanus Alamus *los adivinos*, id est hariolos, sed errat. *Vates* hic sunt poëtæ, quorum carmina pro testimoniis & argumentis afferuntur, quibus suum jus probent Lacedæmonii

Vatum.] Utrimque pugnabant argumenta desumpta ex priscis poëtis & historicorum annalibus. Quisque habuit suos vates, & auctores historiæ stantes à partibus, prout illi favebant utrivis genti; vel prout utraque gens illud templum & agrum in quo erat, per vices occuparant, possederantque: ita & incliniaverant vates & historici, scripserantque. Agebatur eo judicio, non qui aliquando possedissent templum, sed qui primi & qui jure, non vi possedissent illud. Et secundum Messenios judicatum.

3. *Veterem inter Herculis posteros.*] Sortitio Heraclidarum post victos Peloponnesios, & divisio in Laced. Argivorum, ac Messeniorum regionem satis nota ex veteri historia. Temenus Argivam, Aristodemus ejusque liberi Lacedæmoniam, Cresphontes Messeniam habuere.

Ea divisio & quæ eam præcessit Heraclidarum expeditio, 80. anno fuit post

inter

inter Herculis posteros 1 *divisionem* 2 *Peloponnesi* protulere , *suoque regi* 3 *Dentheliatem agrum , in quo id delubrum, cessisse: monimentaque ejus rei sculpta saxis, & ære prisco manere. quod si vatum , annalium ad testimonia vocentur, plures sibi ac locupletiores esse. neque Philippum potentia , sed ex vero*

INTERPRETATIO.

titionem Peloponnesi inter nepotes Herculis, & regionem Dentheliatem , in qua illud templum, suo principi evenisse : memoriamque illius rei incisam pilis, & veteribus tabulis æneis durare Sin rejiciantur ad monumenta poëtarum & historiarum, plures ipsis ac fide digniores esse. Neque Philippum vi, sed jure decrevisse. Ean-

NOTÆ.

excidium Trojæ, Eusebius , Diodorus, Paterculus, & omnis historia Græca, & corrigendus Strabo lib 13. in quo ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωικῶν ὕστερον male scribitur pro ὀγδοήκοντα , tralatitio errore ex notis.

Viginti annis ante captam Trojam prima expeditio Heraclidarum fuerat , in qua occisus ab Echemo Tegeate Hyllus Herculis, & ex pacto recessere Heraclidæ, nec rediere ante completum pactionis tempus , hoc est , post 100. annum. Herodotus lib. 8. Pausanias in Messenicis pag. 273.

1. *Divisionem.*] Antiquam Peloponnesi exhibuerunt ipsorumque Regi *Cresphonti* dein Thuriatem regionem in qua id templum esset , obvenisse. *Freinsh.*

2. *Peloponnesi.*] Peloponnesus quasi Pelopis ins. sic à Pelope rege nominata, vulgo *La Morea* peninsula maxima Græciæ.

Peloponnesi.] Peloponnesus , provincia meridionalior Græciæ regionis. hodie *Morea* in præfectura Romelia sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

3. *Dentheliatem agrum.*] Lectionis & historiæ obscuræ locus. Placet *regi Penthilo Eleatem agrum.* Penthilus Arcadiæ, & nisi fallor, Messeniorum rex , filius Orestis. Strabo lib. XIII. *Oresti in Arcadia defuncto successisse in regno Penthilum filium ejus ajunt , & processisse in Thraciam usque , sexaginta fere post Troicas res annis : quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt posteri Herculis.*

Velleius l. 1. *Post Orestis interitum filii ejus Penthilus & Tisamenus, regnavere triennio. Tum fere anno octogesimo* (Strabo numeravit annos dumtaxat sexaginta) *post Trojam captam, centesimo & vigesimo quam Hercules ad deos excesserat , Pelopis progenies , quæ omni hoc tempore , pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur.*

Tempora & res satis conveniunt : disconvenit fortasse Tacitus, qui regem ipsum è posteris Herculis facere videtur. At cum omnia Græcorum scrinia excussi, qui progeniem Herculis prodidere, interque alios Theophilum lib II. adversum gentes. Penthilum nullum reperio.

Turbat etiam, quod Pausanias libro quarto. ubi Messeniorum reges ordine enumerat , neminem recenset hoc nomine.

Quid si legas ergo , *Pentheo Eleatem agrum?* quid si, *Temeno ?* qui certe inter Heraclidas est. Sed is Argis regnum habuit , ut Pausanias auctor. Quem eundem in hac historia si sequimur , Cresphonti nomen fuit Messeniorum regi : cui in divisione per fraudem liquescentis sortis , terra ea obvenit.

Scripserim ergo , *suoque regi dein Eleatem agrum.* Eleatem sane retineo : quia Strabo mihi auctor totam regiunculam inter Dymen & Messenam, Eleam vocatam fuisse. Dentheleatem, sive potius Dentheletem recipere non possum,

statuisse. idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii judicium 1 sic Mile-

INTERPRETATIO.

dem Regis Antigoni, eandem ducis Mummii sententiam. Sic statuisse Mile-

NOTÆ.

quia Thraciæ ii populi; apud quos qui potuit esse hoc templum? *Lipsius.*

Mercerus, *Tegeatem*, aut *Thuriatem* mallet: & cum eo Pausanias. Fortasse legendum: *suoque regi Penthile Eleatem agrum, inquo id delubrum, cessisse.* Rhenanus.

Mutatu facile fuerit D. in P. ut in antiquitatibus Dionysii dicti *Denates* pro *Penates.* Sed nusquam legitur *Penthilus* Messeniorum rex, nunquam Messeniis *Eleas* ager cessisse. Quare vetus retinenda scriptio est. Denthelеates enim Thraciæ populi fuere, quorum Livius lib. 39. & Dio lib 51. meminerunt & in quorum agro templum Dianæ Limnetidis collocatum fuit. *Vertranius.*

Denthaliatem agrum nullum hic locum habere recte monuerunt. Sed nec *Eleates* ferri potest, quod iis visum. Primum nunquam *Eleates* pro *Eleo* dicitur, sed aut ex *Elea* sive *Velia* Italiæ, aut ex civitate cui nomen ἐλὰς τῆς Λακωνικῆς à quo Ἐλεάται Theopompo apud Athenæum, qui postea Ἑλῶται.

At Ἠλεῖοι ab Elide, non Ἐλεάται, deinde ne Eleus quidem ager hic locum habere potest, qui inter Dymam quidem & Messenam est; & vere id Strabo; sed non inter Messenam & Laconicam. Ita enim est.

Dyma urbs postrema Achaiæ: eam excipit Eleorum ager, hunc Messeniorum: dein Laconica est. At regionem quærimus, quæ media Messeniam inter & Laconicam, & in ea hoc templum.

Postremo, nusquam proditum, Elidem, aut Eleum agrum fuisse in sorte Heraclidarum; quæ utraque ratio etiam refellendis iis, qui rescribunt in Tacito, *Tegeatem*, qui ager neque in sorte Aristomachi filiorum fuit unquam, sed semper Arcadiæ: neque inter Messeniam & Laconicam, sed supra Laconicam, quum infra eam sit Messenia.

Nec Pausanias juvat, qui coli Limnatidem Dianam Tegeæ fatetur; sed ita ut Aleam Minervam Mantineæ, propriam Tegeatarum; Leucophrynam Dianam Athenis Magnesiorum.

Nec certius quidquam eo, quod jam dudum moneo, de *Thuriate* agro sensisse & scripsisse Tacitum, in quo Limnæ vicus sacer Dianæ cultu, & qui inter Messenios & Laconas controversus.

Utrumque probat Pausaniæ locus insignis in Messenicis pag. 274. Ἐκ δὲ τῶν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας σταδίοις ὀγδοήκοντά ἐστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. *Exin octoginta stadia in regionem Messeniæ procedenti est Thuriatum civitas,* &c. Quæ narraverat, antea in Laconicis.

Planus locus, & ex quo certa in Tacito correctio. *Suoque regi dein Thuriatem agrum, in quo id delubrum, cessisse:* quando & de agro constat in quo Limneris Diana, & de controversia supra eo agro, quam dijudicavit Augustus.

Tantum adverte pugnam Taciti, qui Divi Julij & Antonij id decretum refert, cum Pausania, qui divi Augusti: odio Antonii. Sed hæc non mira in his historiæ parergis. Malim ego in hac parte Pausaniæ fidem arbitrarier. *Mercerus.*

Corrigo, *suoque regi Delthaniatem agrum.* Nam Δελθάνιοι, ut scribebant cæteri Græci, Δελθάνιοι, ut Lacones & Messenij, quibus Dorica dialectus usitata, oppidum erat, in confinio utrorumque: unde & belli aliquando causa fuit.

Hujus rei testis sat disertus Stephanus istis verbis. *Delthanij urbs una ex iis, de quibus inter se pugnabant Messenij ac Lacedamonij.* Meursius in Laconicis.

1. *Sic Milesios.*] Idem & Milesiorum civitatem, quum utriusque partis consen-

sios permisso publice arbitrio, postremo Atidium Geminum pratorem Achaja decrevisse. Ita secundum Messenios datum. Et 1 Segestani 2 *edem Veneris, montem apud* 3 *Erycum vetustate delapsam*, 4 *restaurari* postulavere; nota memorantes 5 de origine ejus, & læta Tiberio. suscepit curam libens,

INTERPRETATIO.

sios, concessa ipsis publice judicandi potestate, denique Atidium Geminum rectorem Achajæ idem censuisse; *ita Messeniis adjudicatum est* templum. *Et Segestani petivere* restitui templum veneris in colle Erycino, antiquitate subversum, *certa compertaque celebrantes de constitutione illius, & grata Casari. opus ultro am-*

NOTÆ.

su, & publico concilio, arbitrium rei ad eam delatum fuisse, statuisse.

1. *Segestani.*] Segesta urbs Siciliæ in ora occid. inter Lilybæum & Panormum, excisa.

Segestani.] Segesta vel Ægesta, urbs Siciliæ insulæ ad septentrionem & occidentem. hodie *Castello à Mare* urbs Vallis Mazaræ ad septentrionem & occidentem, in regno & insula Siciliæ, paret regi Catholico. *Tillemonius.*

2. *Ædem Veneris.*] Postularunt Segestani ut ædes Veneris Erycinæ instauraretur, notam de origine Juliæ gentis ab ista dea profectæ, fabulam, & Tiberio gratam referentes: unde libens eam curam veluti consanguineus nominis, per adoptionem Augusti in gentem illam Juliam, in se recepit.

3. *Montem apud Erycum.*] Imo, *Erycem.* Eryx enim Siciliæ ille mons dictus, descriptus Polybio lib. 1. cum ipso templo, & Strab. in vi. De eo Virgilius
Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idalia.
Et ad ejus instar etiam Romæ templum erectum Veneri Erycinæ ad portam Collinam, de quo Ovidius, & Livius. At illud mirum, quod noster hic Tiberio tribuit, id Suetonium Claudio adscripsisse, cap. xxxv. *Templum in Sicilia Erycina vetustate collapsum, ut ex ærario P. R. reficeretur auctor fuit.* An Suetonius id scripsit ἀλογιςί? an verè instauratum iterum à Claudio fuit? quod tamen haud facile creditu, tam pauco annorum intervallo. *Lipsius.*

Erycum.] Eryx, mons & oppidum Siciliæ insulæ ad occidentem. hodie *Trapano del Monte*, vel *Monte sant Guiliano*, oppidulum Vallis Mazaræ ad occidentem, in regno & insula Siciliæ. *Tillemonius.*

4. *Restaurari.*] Queritur Lipsius quod dissideant in hac re Tacitus & Suetonius quasi vero hoc novum sit! sexcenta sunt exempla talis dissidij. Certe sæpe auctores eandem rem, seu verbum prolatum tribuunt diversis principibus, ut hoc loco.

Quod dissidium sic conciliare soleo. Substantia rei seu actionis certa, & vera est, ut hic instauratum fuisse templum Erycinæ Veneris, id certum, id factum est, & in ea substantia rei conveniunt auctores, at in circumstantiis quis id fecerit, an Tiberius, an Claudius, sæpissime dissentiunt.

5. *De origine ejus.*] Fundationem templi tribuunt Æneæ, vel potius Eryci. is Butæ & Veneris filius, qui cum hospites ad cæstuum certamen provocaret, ab Hercule superatus occubuit, & in illo monte Erycino, in quo templum Veneri matri condiderat, sepultus est. Hodie locus ille vocatur *Monte S. Iuliano.*

De origine ejus.] Scilicet *templi*, quod nempe struxerant Segestani olim in honorem Veneris, quia ex Trojanis, & ex Ænea orti, qui filius Veneris, & ea læta Tiberio qui se consanguineum ferebat, non Segestanorum, quod illi commune cum cæteris Romanis fuit, sed Deæ Veneris, per gentem Juliam, in quam adrogatus ab Augusto fuerat.

ut 1 consanguineus. Tunc tractatæ 2 Massiliensium preces, 3 probatumque 4 P. Rutilii exemplum. namque eum legibus pulsum, civem sibi Smyrnæi addiderant, 5 quo jure Vulcarius Moschus exul in Massilienses
44 receptus, 6 bona sua Reipub. eorum, ut 7 patriæ reliquerat. Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus, & L. Domitius. 9 Lentulo super consula-

INTERPRETATIO.

plexus est Tiberius *ut stirpe conjunctus. Tunc consultatum est de desideriis Massiliensium, approbatumque P. Rutilij institutum. Etenim illum judicio ejectum, civem sibi Smyrnæi adsciverant. Quo jure & exemplo Vulcatius Moschus exilio pulsus, in Massiliensium civitatem adscriptus, opes suas urbi illorum, ut patria largitus fuerat. Eo anno vita concessere viri illustres Cn. Lentulus, & L. Domitius. Lentulo præter*

NOTÆ.

1. *Vt consanguineus.*] Quia Segestani pariter à Trojanis orti. Panegyricus tamen scriptor, ad solos in Sicilia Mamertinos eam gloriam transfert: *Imputavere se origine fabulosa*, inquit, *in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses. Lipsius.*

2. *Massiliensium.*] Massilia, urbs Commonorum populorum, in Viennensi prima, Galliæ Narbonensis provincia. hodie *Marseille* urbs maritima præfecturæ Provinciæ seu *Provence*, in regno Franciæ. *Tillemonius.*

3. *Probatumque.*] Concessum Massiliensibus, ut hæreditatem Moschi adirent, qui quum in exsilium actus esset, apud ipsos domicilium elegerat, factusque civis eorum erat, & bona sua reipub. eorum velut alteri suæ patriæ reliquerat, adprobatumque exemplum Rutilii qui Urbe pulsus & Smyrnæ civis factus, huic etiam civitati opes suas legaverat.

4. *P. Rutilij exemplum.*] De quo Ovidius:

Et grave magnanimi robur mirare Rutili
Non usi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus & hostica tellus.

Vellejus, Cicero, Seneca, omnes scriptores.

P. Rutilij exemplum.] P. Rutilius Rufus consul anno V C. 648. vir innocentissimus, repetundarum damnatus est anno post decimo, ab Equitibus, quo judicio convulsa penitus resp. est Cic. Brut. 2. de Orat. & alii auctores.

5. *Quo jure.*] Judicio & lege pulsus ex Urbe, statim atque elegisset sedem in alia urbe, civis jure istius erat, eodemque jure quo civis illius fuit, eodem & jure potuit ipsi suas opes, velut hæredi legitimæ, relinquere. nec prima quam olim habuisset civitas, ea bona vindicare jure potuit.

6. *Bona sua reip. eorum.*] Nec hæredem institui, nec præcipere posse remp. constat. Plinius lib. 5. epist. Ulpianus tit. 22. *Muretus.*

7. *Patriæ*] Ambiguum habere posset sensum: falsum unum, tanquam patria fuisset Moschi Massilia; at verum alterum, non fuisse quidem patriam, sed quia ibi civis factus esset, habitam loco patriæ.

Sic ferme *alteram patriam Annibalis* appellat Capuam Florus 2, 6. ob frequentem ejus & jucundam ea in urbe moram. Æneas apud Virgil. 11. 24.

Egregias animas quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.

9. *Lentulo super consulatum.*] Plures Lentuli sub hoc ævum, & vereor ut confuderint quosdam viri docti. Lentulum Augurem eundem fuisse cum hoc Gætulico censent. Non consentio ego.

tum & triumphalia 1 de Gætulis, gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter paratæ, & modeste habitæ Domitium decoravit 2 pater civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Cæ-

INTERPRETATIO.

consulatum, & insignia triumphi de Gætulis, decori fuerat recte habita egestas, dein ingentes divitiæ per bonas artes quæsita, & temperanter possessa. Domitium nobilitavit pater ejus per arma civilia mari præpollens, donec factioni Antonij, dein Augusti adjunge-

NOTÆ.

Primum quia ille semper Auguris cognomine, quasi ad discrimen adfectus: quod desiisset facto loco agnomini meliori. Ubi, inquam, ille Augur nominatur, nusquam adjectum Gætulici nomen. Iterum, quia huic Auguri liberi nulli.

Colligo ex Suetonij Tiberio, qui ait, *Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, angore & metu ad fastidium vitæ à Tiberio actum: & ut ne quo nisi ipso hærede moreretur.* Non tam impudens Tiberius, (præsertim hoc imperij sui avo) qui id exprimeret ab homine, cui suus hæres. At Lentulo Gætulico filius, uti docebo, cognomine eodem.

Denique notari Augurem, ut inertem, sine ingenio, sine lingua, à Seneca video: illum laudari à Tacito hic & l. 1. *Præcipue infensi Cn. Lentulo, quod ei ante alios ætate & gloriâ belli firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari.*

Non movet me quod opes magnas Gætulico Tacitus tribuit, magnas item Auguri Seneca Suetoniusque. Disparitas enim elucet eo ipso. Gætulico gloriæ fuerunt opes innocenter partæ & modeste habitæ, ait noster: vitio Auguri, cujus sordes & sterilitatem notat Seneca his verbis.

Cn. Lentulus Augur divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater millies H.S. suum vidit, propriè dixi: nihil enim amplius quam vidit) ingenij fuit tam sterilis, quam animi. Cum enim esset avarissimus, nummos citiùs emittebat, quam verba. tanta erat illi inopia sermonis.

Censeo ergo diversum ab Augure Gætulicum fuisse: censeo tamen, non pugno. Sed & Gætulici duo, pater filiusque. Pater ecce, qui hoc anno mortuus: filius, qui sequenti consul. Nominant fasti, Dio, Tacitus ipse, Velleius clarissime,

Sed Cossus etiam victoria testimonium in cognomen filij contulit, adolescentis in omnium virtutum exempla geniti. Filius est, cui locus inter doctos: cujus historiæ, & poëmata laudantur à priscis, historia à Suetonio, Cal. cap. VIII. *Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum scribit,* poëmata, à Martiale, præfatione quapiam, Sidonio, & Probo.

Leguntur & hodie quædam Græca III. & VI. *Anthologia*, ubi corruptè titulus, γελλίε pro γαιτυλικȣ̃. supervixit iste ad Caij principatum, interfectus ab eo cum Germaniæ præfuisset decem annos, Dio, lib. LX. *Lipsius.*

1. *De Gætulis.*] Gætuli pop. Africæ circa Syrthes à Geltis orti, teste Isidoro.

Gætulis.] Gætuli latè sumpti, populi Africæ ulterioris ad occidentem. hodie pars occidentalis regionum *Biledulgerid* & *Sara* vel deserti. *Tillemontius.*

Pater civili bello maris potens.] De quo Sueton Ner 3 *Is inter conscios Cæsariana necis, quamquam insons, damnatus lege Pedia, cum ad Cassium Brutumque se propinqua sibi cognatione junctos, contulisset, post utriusque interitum, classem olim commissam retinuit: auxit etiam: nec nisi partibus ubique profligatis, M. An-*

ſaris miſceretur. 1 Avus Pharſalica acie, pro optimatibus ceciderat. 2 ipſe delectus 3 cui minor Antonia Octavia genita in matrimonium daretur. Poſt, exercitu flumen Albim tranſcendit, longius penetrata Germania, quam quiſquam priorum. eaſque ob res 3 inſignia triumphi adeptus eſt. Obiit & L. Antonius multa claritudine generis, ſed improſpera. nam patre ejus Iulo Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc

INTERPRETATIO.

retur. Avus prælio Pharſalico pro ſenatu occubuerat. Ipſe adſcitus cui minor Antonia Octavia filia collocaretur. Poſtea cum legionibus fluvium Albim tranſmiſit, perrumpens Germaniam ulterius, quam quiſquam ſuperiorum. ob eaque facinora triumphi ornamenta obtinuit. Interiit etiam L. Antonius maxima nobilitate ſtirpis, ſed infauſta. Quippe Iulo Antonio parente ejus ob ſtuprum Iuliæ interfecto, hunc admodum juvenem

NOTÆ.

tonio ſponte & ingentis meriti loco tradidit. Soluſque omnium ex iis qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores percurrit, ac ſubinde redintegrata diſſenſione civili, eidem Antonio legatus, delatam ſibi ſummam imperij ab iis quos Cleopatra pudebat, neque ſuſcipere, neque recuſare fidenter, propter ſubitam valitudinem auſus, tranſiit ad Auguſtum & in diebus paucis obiit.

1. *Avus pharſalica.*] Sueton. Nerone 2. *Prætor C. Cæſarem abeuntem conſulatu, quem adverſus auſpicia legeſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem ſenatus vocavit: mox conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit: ſucceſſorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corfinium captus eſt. Vnde dimiſſus Maſſilienſes obſidione laborantes, cum adventu ſuo confirmaſſet, repente deſtituit, acteque demum Pharſalica occubuit. Vir neque ſatis conſtans & ingenio truci: in deſperatione rerum mortem timore appetitam ita expavit, ut hauſtum venenum pænitentia evomuerit, medicumque manu miſerit, qui id ſibi prudens ac ſciens, minus noxium temperaſſet,* &c.

Pharſalica.] Pharſalus urbs Phthiotidis regionis in Theſſalia provincia Græciæ. hodie *Farſa* urbs Theſſaliæ hodiernæ, in Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

2. *Ipſe delectus.*] Noſter autem de quo hic Tacitus, ex omni nobilitate electus eſt ab Auguſto, cui minorem natu Antoniam, Octavia ſorore ſua editam, collocaret *Freinſh.* debuit dicere ille, vel Tacitus *majorem Antoniam*, ut videbimus infra.

3. *Cui minor Antonia.*] Contra Suetonius initio Claudii, minorem Antoniam Druſi Germanici uxorem, & initio Neronis, majorem Antoniam iiſdem parentibus natam L. Domitio nuptam refert: eique Plutarchus in Antonio ſubſcribit. Ego vereor ne non pro minore, *major Antonia* ſcribenda ſit, ex auctorum conſenſu. *Vertranius.* Legendum eſt, *major Antonia*; nam Antonia minor, nupſit Druſo, Tiberij fratri, patri Germanici. *Muretus.*

4. *Inſignia triumphi.*] Sueton. Ner. 3. *Domitius naſcitur, quem emptorem familiæ pecuniaque in teſtamento Auguſti fuiſſe, mox vulgo notatum eſt; non minus aurigandi arte in adoleſcentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans, profuſus, immitis, cenſorem L. Plancum via ſibi decidere Ædilis coëgit: prætura, conſulatuſque honore equites Rom. matronaſque ad agendum mimum produxit in ſcenam: venationeſque & in circo & in omnibus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium: ſed tanta ſævitia, ut ne-*

admodum adolescentulum 1 sororis nepotem sepofuit Augustus in 2 civitatem Massiliensem, ubi specie studiorum 3 nomen exsilii tegeretur: habitus tamen supremis honor; ossaque tumulo Octaviorum inlata, per decretum senatus. Iisdem consulibus facinus atrox 4 in citeriore Hispania admissum à quodam agreste, 5 nationis Termestinæ. is prætorem provinciæ L. Pisonem pace incuriosum ex improviso in itinere adortus, uno 45

INTERPRETATIO.

Octaviæ sororis nepotem amovit Augustus in urbem Massiliensem, ubi prætextu liberalium artium, vocabulum exilij velaretur: celebratæ tamen multo cum honore exequiæ; & cineres sepulchro Octaviorum conditi, ex decreto Patrum. Eodem anno crimen ingens in Hispania citeriore perpetratum à quodam rustico regionis Termestinæ. Is aggressus ex inopinato præfectum provinciæ L. Pisonem, ut in *pace improvidum, in via cum uno*

NOTÆ.

cesse fuerit Augusto, clam frustra monitum edicto coërcere.

1. *Sororis nepotem.*] Natus enim ex Julo Antonio & Marcellâ Octaviæ filia. Consule Augusti nostrum Stemma *Lipsius.*

2. *Civitatem Massiliensium.*] Massilia civitas serie seculorum antiquissima, armipotens, fidei tenacissima, nobilis religionibus, literis & studiis nobilissima, præter sermonem Græcum, Latinum, & Gallicum, quibus ut inquit Varro, familiariter utebatur, ita disciplinas omnes coluit, ut ad Græcorum comparationem excelleret, neque ac ea, tam Atticæ ipsæ Athenæ viderentur.

Ideoque in civitatem nominis gloria celeberrimam, post bella civilia, ad ingenuas artes discendas, nobilissimus quisque ex Romanis confluxere, ait Strabo, lib. 4.

Quod & Cornelius indicat hic, de L. Antonio, quem Augustus ab urbe specie studiorum removisset, idem de Iulio Agricola Forojuliensi parvulo scribit, *sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Græca comitate, ac provinciali parcimonia mistum, ac bene compositum.*

3. *Nomen exsilii.*] Ubi studiorum causa abesse dicebatur, quum tamen revera exsul esset, & miseriæ conditionis hujus, tantum modo favorabilius nomen prætenderetur.

4. *Citeriore Hispania.*] Hispania citerior quæ & *Tarraconensis*, pars est septentrionalis & plusquam dimidia totius Hispaniæ, sub Romanis in quatuor divisa est provincias, nempe *Tarraconensem* propriè dictam, *Carthaginensem, Gallaciam,* & *Insulas,* &c.

Hodie in eo tractu sunt *Catalauniæ* principatus, excepto comitatu Ruscinonensi vel *Roussillon*, & regna seu provinciæ *Arragonia, Valencia* cum insulis *Majorca, Minorca, Yvica,* &c. atque *Gallacia, Asturia, Biscaya, Navarra* & *Murcia* provinciæ integræ; nec non pars major *Castellæ* Veteris & Novæ, regnique *Leon*, & pars minima regnorum *Granada* & *Andaluzia*, quæ regna vel provinciæ parent regi Catholico, quibusdam tamen exceptis in principatu Catalauniæ à rege Franciæ acquisitis. his omnibus addenda est pars septentrionalior *Portugalliæ*, sub ditione regis Portugalliæ, in Hispania. ex chartis & tabulis Sansonis. *Tillemonius.*

5. *Nationis Termestinæ.*] Termissum oppidum clarum in Hispaniis agnoscit Appianus: Τερμισὸν δὲ μεγάλην πόλιν ἀεὶ δυσπειθῆ Ῥωμαίοις γενομένην, ἐξ ἐρυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδίον, καὶ ἐκέλευσεν οἰκεῖν ἀτειχίστους. *Termisum magnam civitatem semper rebellem & inobedientem Romanis ex monte deduxit in campum, & jussit habitare nullis mœnibus cinctam.* Et credo me vere emendasse illud Sallustij: *hi saltibus occupatis Termestinorum agros in-*

1 è publico interceptas, acrius quam ut tolerarent barbari, cogebat. Lentulo Getulico, C. Calvisio COSS. decreta triumphi insignia Poppæo 46
Sabino, contusis Thracum gentibus 2 qui montium editis, inculti, atque eo ferocius agitabant. Causa motus, super hominum ingenium, quod pati delectus, & validissimum quemque militiæ nostræ dare aspernabantur; ne regibus quidem parere, nisi ex libidine soliti; aut 3 si mitterent auxilia, suos ductores præficere, nec nisi adversum accolas belligerare. Ac tum rumor incesserat fore, ut disjecti aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent, misere legatos, *ami-*

INTERPRETATIO.

asperius exigebat, quam ut ferrent Hispani. Lentulo Gætulico C. Calvisio Coss. concessa decreto Patrum triumphalia ornamenta Poppae Sabino, fractis Thracum nationibus, qui per ardua montiū agrestes, & ab omni cultu alieni, ideoq; violentius agebant. Causa discordia, præter ferociam gentis, quod conscribi militem, & fortissimum quemque castris nostris præbere nollent; ne regibus quidem suis, *nisi ex libitu suo obtemperare assueti; aut si subsidia & copias nobis suppeditarent, suos duces imponere, nec nisi adversus finitimos bella gerere* solebant. *Ac tum increbuerat fama, id agi, ut dispersi, aliisque gentibus immixti, longinquas in oras avcherentur. Sed priusquam bellum cœptarent, miserunt oratores qui* societatis fideique *memoriam innovarent*, & duratura hæc, si nul-

NOTÆ.

Plinius lib. 10 epist. 28. *Nunc reipub. Prusensium impendia, reditus, debitores excutio, quod ex ipso tractatu magis ac magis necessarium intelligo. Multa enim pecunia variis ex causis à privatis detinentur; præterea quadam minime legitimis sumptibus erogantur.*

Ex epist. 34. *Erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea, quam revocare à privatis, & exigere jam cœpi.* Idem in Panegyr. cap. 70. *Præfuerat provinciæ Quæstor unus ex candidatis, inque ea civitatis amplissimæ reditus egregia constitutione fundaverat.* Adde nostrum lib. 13 48. & quæ ad lib. 2. ann. 54. notavimus.

1. *E publico.*] Quia interceptam ab aliquibus pecuniam, quæ ad publicos reditus pertinebat, acrius exigebat. *Freinsh.* potuerunt illi intercipere pecuniam ex publico, seu ex populo, quæ tamen pecunia non pertineret ad reditus publicos. potuerant exigere pecuniam jure & auctoritate, intactis tamen illibatisque publicis seu vectigalibus quæ vel ad civitatem suam, vel ad Romanos pertinerent. ultra tributa potuerunt à civibus & sociis pecuniam exigere, quam cogebat Piso acrius. τὸ *intercipere* Græcis νοσφίζειν spectat *ad repetundas.*

2. *Qui montium editis.*] Hi sunt quos ὀρεινοὺς Θρᾶκας Thucydides appellat, describitque lib. 2. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν τοὺς πολλοὺς τῶν αὐτονόμων, καὶ μαχαιροφόρων οἳ Δῖοι καλοῦνται, *Advocabat multos montanorum Thracum eorum qui liberi suis legibus reguntur, gladiis utentes in bello, qui Dij vocantur, & plerique Rhodopem habitant.* Idem Tacitus voluit, cum hic scripsit, ne regibus quidē, nisi ex libidine parere solitos. *Lipsius.*

3. *Si mitterent auxilia.*] Quod ne suis quidem regibus, auxilia imperantibus, nisi in quantum ipsis videbatur, parere consueverant: aut certe, si quas copias mitterent, proprios & suæ gentis duces præficere, neque aliis parere; idq; tantum faciebant, quum in propinquo bellum esset. *Freinsh.* Id intellige, cum mitte-

citiam, obsequiumque memoraturos: *& mansura hæc, si nullo novo onere tentarentur: sin ut victis servitium induceretur, esse sibi ferrum & juventutem, & promptum libertati, aut ad mortem animum.* Simul castella rupibus indita, conlatosque illuc parentes & conjuges ostentabant, *bellumque impeditum,*
47 *arduum, cruentum*, minitabantur. At Sabinus, donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo è 1 Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, veniret; addita præsenti copia, ad hostem pergit, compositum jam per angustias saltuum. 2 quidam audentius apertis in collibus visebantur: quos dux Romanus, acie suggressus, haud ægre pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis valida manu montem occupat, angustum, & æquali dorso continuum usque ad proximum castellum, quod magna vis armata aut incondita tuebatur. simul in ferocissimos qui ante vallum 3 more gentis cum carminibus & tripudiis persultabant, mittit delectos sagittariorum.

N O T Æ.

Io insolito tributo premerentur, quod si servitus aut onus illis imponeretur, tanquam debellatis; esse sibi arma, juvenesque, & fortem animum ad libertatem, aut interitum. *Simul demonstrabant jactabantque propugnacula montibus imposita, translatosque illuc parentes, & uxores, bellumque inexplicabile, asperum, & immane minaciter ostentabant. At Sabinus, dum copias in unum contraheret, molliter rescribens, dum* nempe *Pomponius Labeo è Mæsia cum legione, rex Rhœmetalces cum subsidiis Thracum, qui obsequium non exuerant, adventaret, adjuncto præsenti agmine, ad hostem contendit, jam ordinatum inter fauces silvarum. Nonnulli audacius agitantes per aperta montium conspiciebantur: quos imperator Rom.* instructo *agmine adortus, haud difficile deturbavit, fuditque tenui barbarorum clade, ob proxima castella. Dein castra metatus in loco, firmis copiis montem invadit arctum, & æquo jugo perpetuum usque ad vicinum propugnaculum, quod ingens turba instructu armis aut inordinata inermisque defendebat. Eodemque tempore immittit lectissimos sagittariorum, adversus audacissimos, qui ritu barbarorum pro aggere seu munimentis, cum cantilenis, sal-*

N O T Æ.

rent auxilia Romanis, idque pro more aliorum barbarorum, qui auxiliares erant.

1. *Mæsia.*] Mœsia regio Europæ in superiorem, & inferiorem Ciabro fluvio divisa. superior *Bosnia* ad occ. & *Servia* ad ortū dicitur: inferior *Bulgaria*, circa mare Euxinum & ostia Istri *Bessarabia*, ultra Danubium ex parte, hoc est circa oram maris Euxini *Maldavia*.

2. *Quidam audentius.*] Pars paulo fidentius nudos, nullisque arboribus tectos tumulos occupaverant.

3. *More gentis.*] Notat barbaricum eum ritum eleganter Thucydides in oratione Brasidæ, lib. IV. *Hi vero cunctationem habent imperitis quidem metuendam. Etenim terribiles illi visu & multitudine, atq; ipsa etiam magnitudine corporum & immanes, præterea vana illa concussio armorum habet speciem & ostentationem quandam minarum ac terroris. At conserere manum audentibus jam non similes videntur.* Quod Tacitus transtulit ad Germanos, *Corpus visu torvum*. De hoc

Ii dum eminus grassabantur, [1] crebra & multa vulnera fecere; propius
incedentes, eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sugambræ
cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantuum &
armorum tumultu trucem, haud procul instruxerat. Translata dehinc ca-
stra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus; quos 48
nobis adfuisse memoravi. iisque permissum *vastare, urere, trahere prædas,
dum populatio lucem intra sisteretur; noctemque in castris tutam & vigilem
capesserent.* id primo servatum: mox versi in luxum, & raptis opulenti
omittere stationes; lascivia epularum, aut somno & vino procumbere.
Igitur hostes incuria eorum comperta, duo agmina parant; quorum al-
tero populatores invaderentur, alii castra Romana adpugnarent, non spe
capiendi, sed ut clamore, telis, suo quisque periculo intentus, sonorem
alterius prælii non acciperet. tenebræ insuper delectæ, augendam ad for-
midinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facile pelluntur. [2] Thra-
cum auxilia repentino incursu territa, cum pars munitionibus adjacerent,
plures extra palarentur, tanto infensius cæsi, quanto *perfugæ & proditores
ferre arma ad suum patriæque servitium* incusabantur. Postera die Sabinus 49
exercitum æquo loco ostendit, si barbari successu noctis alacres, prælium
auderent, & postquam castello, aut conjunctis [3] tumulis non degredie-

INTERPRETATIO.

tibusque tripudiabant sagittarij. Illi dum procul ingruebant, densas, plurimasque plagas inflixere; cominus incessentes subito prorumpente ab hoste exterriti sunt, erepti que ope & auxilio Sugambræ cohortis, quam dux Rom. non longe disposuerat, validam ferocemque ad discrimina, & juxta cum barbaris, ululatuum armorumq; sonore truculentam. Exin transposita munimenta prope barbaros, relictis apud prima castra Thracibus, quos nobis opem tulisse tradidi: hisque concessum est excindere, incendere, prædas avehere, dummodo tamen incursio intra diem eundem finiretur, noctemque in munimentis securam, & excubiis dispositis, agerent. *Id initio observatum: dein mutati in lasciviam, & præda dites, relinquere* cœperunt *præsidia; mox luxu conviviorum, vel sopore, & ebrietate prolabi. Itaque hostes, cognita eorum negligentia, duos cuneos destinant, quorum altero prædatores oppugnarentur, alij vallum Rom. lacesserent, non expugnandi spe, sed ut vociferatione, & armis, suo quisque discrimini attentus, tumultum alterius pugnæ non audiret. Præterea noctem delegere, quo pavor intenderetur. sed qui castra legionum adpugnabant, haud ægre propulsantur. Auxiliares copiæ Thracum subita irruptione turbatæ sunt; cum alij munimentis adsiderent, multi extra vagarentur, tanto infestius occisi* sunt, *quanto* magis transfugæ, & desertores arguebantur bellum gerere in suam, suæque gentis servitutem. *Postera luce Sabinus copias exhibet justo loco, si Thraces prosperæ noctis eventu læti pugnam tentarent, & tum propugnaculo suo, aut contiguis jugis*

NOTÆ.

ritu in loco plura. *Lipsius.*

4. *Crebra & multa verbera.*] Scribe *crebra & inulta* impune enim vulnerabat hostes, donec eminus certabatur. *Freinsh.*

5. *Thracum auxilia.*] Sed qui Thraces Romanorum auxiliarios invaserant, ii subito incursu perterriti, quum alij juxta vallum jacerent, alij longius etiam inde dispersi vagarentur, ceciderunt, &c.

3. *Tumulis non degrediebantur.*] Sic

bantur, [1] obsidium cœpit per præsidia, quæ [2] opportune immuniebat: dein fossam [3] loricamque contexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est: tum paulatim, ut aquam pabulumque eriperet, [4] contrahere claustra, artaque circumdare: & struebatur agger, unde saxa, hastæ, ignes propinquum jam in hostem jacerentur. Sed nihil æque quam sitis fatigabat, cum ingens multitudo bellatorum, imbellium, [5] uno reliquo fonte uterentur. [6] Simul equi, armenta (ut mos barbaris) juxta clausa, egestate pabuli exanimari, adjacere corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat; pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis, [7] malum extremum discordia accessit; his deditionem, aliis mortem, & mu-

INTERPRETATIO.

montium non abscederent, obsidionem cœptavit per castella, quæ idoneis locis imponebat; dein aggerem, & loricam componens, quatuor millia passuum circuitu cinxit: tum sensim ut aquam, & cibariorū copiam hosti adimeret, coarctare loricam, seu munimenta cœpit & angustiora amplecti, attollebaturq; moles, unde lapides, jacula & faces in proximum jam hostem immitterentur. Sed nihil perinde urgebat ac sitis, cum immanis turba bellantium, & inermium, ex uno qui superat, fonte haurirent. Simul equi, pecora, (ut solent Thraces) prope inclusa, inopia alimenti exstingui cœperunt: *simul passim jacere & cadavera hominum, quos plaga, quos aquæ inopia interemerat, fœdari cuncta tabe, olfactu & contagione. Rebusq; adflictis postrema lues dissensio adjuncta est; aliis se permittere*

NOTÆ.

melius Man. quam vulgo, *digrediebantur. Degredi* enim, non *digredi*, dicitur, cum ex altiori loco in inferiorem descenditur. Quod verbum sæpe in Livio emendavit Car. Sigonius *Pichena*.

1. *Obsidium cœpit.*] Per præsidia sive castella opportunis locis imposita circumdare & obsidere eos cœpit, deinde ab uno quoque præsidio ad aliud, fossam continuam, lorica, seu parvo vallo munitam ducens, orbem quatuor millia passuum complexum effecit.

2. *Iam muniebat.*] An *immuniebat?* hoc est, in tumulis istis muniebat, sic ut infra II. 19. *ne jussa exuerent præsidium immunivit*. Freinsh.

3. *Loricamque contexens.*] Id est, exiguum vallum, sæpè è cratibus, aut sepis instar: ideoque hic, *contexens*. Vide Poliorcetica nostra lib. II. Dial. lib. II. *Lips.*

Loricamque contexens.] Lorica Vitruvio sepimentum est.

4. *Contrahere claustra.*] Sensim in angustiorem circulum contraxit opera, munitionesque suas propius castellum admovit, donec eo deducta res est, ut jam ex propinquo aggerem jacere inciperet, quo exæquata, aut superata murorum altitudine, saxa, hastas, ignesque, ex superstructis turribus in propugnatores mitterentur.

5. *Uno reliquo.*] Unicum adhuc fontem habebant, reliquis ab hoste interclusis.

6. *Simul æque armenta.*] Malim, *simulque armenta*. Possit etiam, *simul equi, armenta*, sed hoc præfero. *Lipsius*.

Simul.] Præterea equi, & armenta juxta morem barbarorum, apud homines, iisdemque in conclavibus stabulantia, pabuli inopia deficiebant.

7. *Malum extremum discordia.*] Neque nollem, *malorum extremum*. Cæterum ad vitam, & usum notanda gnome, quam adfirmat item Polybius lib. V. *Quamobrem suspicionis, contentionis, iræ omnia plena erant. Hoc enim & in publicis, & in privatis rebus usu venire solet,*

tuos inter ſe ictus parantibus. & erant qui *non inultum exitium, ſed eruptionem* ſuaderent, neque ignobiles quamvis diverſis ſententiis. Verum è ducibus Dinis provectus ſenecta, & longo uſu vim atque clementiam Romanam edoctus, *ponenda arma, unum adflictis id remedium*, diſſerebat. Primuſque ſe cum conjuge & liberis victori permiſit, ſecuti ætate aut ſexu imbecilli, & quibus major vitæ quam gloriæ cupido. At juventus Tarſam inter & Tureſim diſtrahebatur. utrique deſtinatum [1] cum libertate occidere: ſed Tarſa *properum finem, abrumpendas pariter ſpes ac metus* clamitans, dedit exemplum, demiſſo in pectus ferro, nec defuere qui eodem modo oppeterent. [2] Tureſis ſua cum manu noctem opperitur, [3] haud neſcio duce noſtro. Igitur firmatæ ſtationes denſioribus globis. & ingruebat [4] nox nimbo atrox, hoſtiſque clamore turbido, modo per vaſtum ſilentium, incertos obſeſſores effecerat: cum Sabinus circumire, hortari,

INTERPRETATIO.

fidei, Rom. aliis perire, & mutua inter ſe vulnera meditantibus, & erant qui monerent non incruentam mortem pati, ſed erumpere in hoſtes, *neque hi è vulgo*, qui illa ſentiebant, *licet diverſe modo ſtatuerent. At inter duces Dinis ætate grandis, & diuturna experientia, potentiam, & benignitatem Romanam expertus, cenſebat* diſcedendum ab armis, unam eam eſſe victis proſtratiſque ſalutem. *& primus ſe victori dedidit, unà cum uxore & prole*: illum *imitati* ſunt *qui per ætatem, aut genus imbelles erant. & quibus majus deſiderium ſalutis, quam decoris. Sed juvenes dividebantur inter Tarſam, & Tureſim, uterque certus* erat *cum libertate pereundi: ſed Tarſa præcipitem exitum, abſcindendaſque ſimul ſpes, ac pavores exclamans, præbuit exemplum aliis, cum ſuo ſe gladio confodiſſet. & extitere qui ſimili modo occumberent. Tureſis expectat tenebras cum ſuo agmine, haud ignaro imperatore noſtro. Itaque munita præſidia denſo & conferto magis milite, & inſtabat ſæviebatque immani procella nox atrox. &* modo *barbarorum truci vociferatione; modo per immenſum ſilentium, ambiguos* nobis *oppugnatores reddiderat: Cum Sabinus circumgredi, & incitare*, ut ad incerta cla-

NOTÆ.

cum incepta noſtra deſerunt ſucceſſus, & ſumptus. Hæc talia, quiſquis vir es obſerva & decerpe ſerios hiſtoriarum fructus. *Lipſius.*

1. *Cum libertate.*] Quidam, *pro libertate.* Sed magnum diſcrimen eſt: *pro libertate occidunt*, qui ad eam liberis ſuis patriæque conſervandam moriuntur; *cum libertate*, qui ſimul cum illa intereunt. Sic pro libertate mortui ſunt, qui adverſus Tarquinios, Porſennam, Pyrrhum pugnaverunt; cum libertate, Numantini, Saguntini, & alij. Tacitus ſignificanter dixit: *cum libertate occidere*, hoc eſt, non ſupereſſe libertati. Simili ſenſu ſupra 2, 15. *Tenere libertatem, aut mori ante ſervitium:* hoc eſt deffendere libertatem, aut ſimul cum ea oppetere. *Freinsh.*

2. *Tureſis.*] In eo tamen differebant, quod Tureſis pugnantes cum hoſtibus, manu mortem mereri juberet.

3. *Haud neſcio duce.*] Quod quia duci Romano transfugarum indiciis compertum erat, ſtationes caſtrorum validiore manu munivit.

4. *Nox nimbo atrox.*] Iamque aderat nox atroci imbre turbida, & hoſtis modo tumultuoſo clamore, modo profundo vaſtoque ſilentio, Romanos qui obſidebant, ita incertos omnium reddiderat, ut neſcirent quid rerum & quo conſilio apud barbaros ageretur.

ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis, [1] *casum insidiantibus aperirent, sed sua quisque munia servarent immoti, telisque non in falsum iactis.*

51 Interea barbari catervis decurrentes [2] nunc in vallum [3] manualia saxa, præustas sudes, decisa robora jacere: nunc virgultis, & cratibus & corporibus exanimis complere fossas: quidam pontes & scalas ante fabricati ferre [4] propugnaculis, eaque prensare, [5] detrahere, & adversus resistentis cominus niti: miles contra deturbare telis, pellere umbonibus; [6] muralia pila, congestas lapidum moles provolvere. His partæ victoriæ

INTERPRETATIO.

moris, aut fictam speciem otii, occasionem doli insidiantibus patefacerent, sed suas quisque stationes tenerent interriti, telisque non in cassum missis. *Interea Thraces per catervas irruentes, modo conjicere in castra* nostra *manuales lapides, ambustos palos, excisasque arbores, modo fascibus, & cratibus, cadaveribusque cumulare vallum: nonnulli pontes & scalas ante provisas admovere munimentis, eaque prehendere, deripere, & adversus obstantes è propinquo contendere. Romanus contra propulsare hastis, clypeis impellere, pila muralia, & quæ congesserant magnæ molis saxa provoluere.*

NOTÆ.

1. *Casum insidiantibus.*] Ne occasionem aliquid tentandi præberent hostibus, qui nihil aliud his artibus insidiisque quærerent, sed potius unusquisque pro se locum officiumque sibi injunctum constanter tueretur, neque emitterent tela, priusquam hostem, & conferendi manum, tempus adesse liquido cognovissent.

2. *Nunc in vallum.*] Nomen id quidem accepit à *vallis* eoque respondet ei vocabulum Hisp. *estacada*: & Itali. *steccato.* Sed re differunt, quia vulgaribus hisce vocibus nihil intelligitur aliud, quam valli, sive stipites recta serie defixi.

Sed in munitionibus Romanis non nudi stipites cædebantur; verum δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχοντα, ὅτε δὲ πλείστας. πέτταρας, ait Polyb. 17, 13. quod sic vertit Livius parte lib. 33. recens reperta; Romanus *leves & bifurcos plerosque & trium aut complurium* (vides ex Polyb. legendum esse *quum plurimum*) *quatuor ramorum vallos cædit.*

Quos palos ita defigebant, ut inter se connecterentur implicarenturque; tunc adgesto cespite, magis etiam vinciebant atque confirmabant. *Freinsh.*

3. *Manualia saxa.*] Interea Thraces per catervas decurrentes, modo saxis quanta manibus conjici poterant, sudibusque, (sive lignis acutis) præustis, decisisque arborum truncis, vallum castrorum impetebant.

4. *Propugnaculis.*] Turres accipiunt forsan non male, nam & *turribus* munita fuisse castra Rom. certum est ex historiis, quas tamen turres non nisi in statis, & diuturnioribus sedibus credendum est habuisse, ait Lipsius de Mil. Rom. 5. 5. *Freinshemius.*

5. *Detrahere.*] Manibusque comprehensa propugnacula deripere & demoliri conabantur.

6. *Muralia pila.*] Quæ propugnatores desuper in hostem mittebant, pondere graviore, majorique, ex commodo loco, nam graviora enim firmioraque erant pilis in acie vibrari solitis, ideoque pilorum ejusmodi tantum in defensionibus murorum vallorumque mentio. Cæs. de bello Gallico, 7, 81. *Ex vallo & turribus transjectis pilis muralibus interibant.*

ſpes, & ſi cedant, inſignitius flagitium; illis extrema jam ſalus & [1] adſiſtentes pleriſque matres & conjuges, earumque lamenta addunt animos. nox aliis in audaciam, aliis [2] ad formidinem opportuna; incerti ictus, vulnera improviſa, ſuorum atque hoſtium ignoratio, [3] & montis anfractu repercuſſæ velut à tergo voces, adeo cuncta miſcuerant, ut quædam munimenta Romani quaſi perrupta omiſerint. neque tamen [4] pervaſere hoſtes, niſi admodum pauci: cæteros, deleto promptiſſimo quoque aut ſaucio, adpetente jam luce truſere ad ſumma caſtelli. ubi tandem coacta deditio, & proxima ſponte incolarum recepta. reliquis, quo minus vi aut obſidio ſubigerentur, præmatura montis Hæmi & ſæva hiems ſubvenit. At Romæ commota principis domo, ut ſeries futuri in Agrippi- 52
nam exitii inciperet. [5] Claudia Pulchra ſobrina ejus poſtulatur, accuſan-

INTERPRETATIO.

His explorata victoria cupido, & ſi abſiſtant, inſigne magis probrum; illis ſpes ultima, & præſentes pleriſque parentes & uxores, earumque ejulatus augent incitantque ferociam. Tenebræ aliis ad ſtrenuitatem, aliis ad pavorem tempeſtiva, ictus ambigui, improviſæ plagæ, ſui, hoſteſq; perinde incogniti, & è collis ſinu flexuque remiſſi, velut à tergo, clamores, adeo turbaverant univerſa, ut quædam præſidia reliquerint Romani, quaſi penetrata hoſtibus. *Neque tamen perrupere barbari, niſi valde pauci, cæſo audaciſſimo quoque, aut vulnerato, inſtante jam die, reliquos compulere in ardua propugnaculi. ubi demum ſeſe dedere coacti ſunt, & vicina loca volentibus accolis reciperata. Cæteris, ne per vim, aut obſidionem domarentur, propera montis Hæmi, & atrox hiems ſuccurrit. Sed in Vrbe turbata Cæſaris familia, ut ordo meditata ſtructaque in Agrippinam perniciei jam nunc texeretur, accuſatur Claudia Pulchra ſobrina illius, deferente*

NOTÆ.

1. *Adſiſtentes pleriſque matres.*] Tac. de Germanis cap. 7. *Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus, nec fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit, ſed familiæ, & propinquitates, & in proximo pignora, unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores.*

2. *Ad formidinem opportuna.*] Non nox cauſa fuit, ut alii audaces redderentur, alii timidi: ſed iis qui jam ante audaces erant, præbebat occaſionem invadendi hoſtem incertum, atque incautum; iis autem, qui jam ante timidi erant, occaſionem fugitandi, latitandi, &c.

Qui audaces erant nocte audaciores facti ſunt; qui vero timidi, beneficio noctis minus formidabant, quia nempe tum *incerti ictus, vulnera improviſa.* hoc ſenſu nox formidoloſis opportuna erat.

3 *Et montis anfractu.*] Quum in ſinuoſi montis flexu repercuſſus clamor etiam à tergo audiretur, vel audiri videretur.

4. *Pervaſere.*] Hoc eſt, evaſere, per munimenta quibus cincti, incluſique erant. *Freinsh.*

5. *Claudia Pulchra ſobrina.*] Dionem adi, qui hiſtoriam hancce recenſuit inter acta Caij, ubi de Domitio. Hæc Claudia quomodo Agrippinæ fuerit ſobrina, nondum reperi: hoc tantum, ſcio filium ejus Quinctilium Varum, deſponſum filiæ Germanici. quod oſtendo infra. *Lipſius.*

te Domitio Afro. Is [1] recens prætura, [2] modicus dignationis, & quoquo facinore properus clarescere, [3] *crimen impudicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in principem & devotiones* objectabat. Agrippina semper atrox, tum & periculo propinquæ accensa, pergit ad Tiberium, ac forte sacrificantem patri repperit. quo initio invidiæ, *Non ejusdem*, ait; *mactare divo Augusto victimas, & posteros ejus insectari, non in effigies mutas divinum spiritum transfusum*, [4] *sed imaginem veram cœlesti sanguine ortam* [5] *intelligere discrimen*, [6] *suscipere sordes*. [7] *frustra Pulchram præscribi*, *cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit, oblita Sosiæ ob eadem adflictæ*. Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere, cor-

INTERPRETATIO.

Domitio Afro. Is nuper prætor, tenuis decore, & quocumq; scelere famā adipisci paratus, objiciebat crimen adulterii, corruptorem Furnium, venenū in Cæsarem quæsitum, & maleficia. *Agrippina semper animi ferox, tunc etiam discrimine sobrinæ incitata, adit Tiberium, & casu invenit illum operantem patri Augusto. quo exordio indignationis* utens. Non ejusdem est, inquit, immolare hostias divo Augusto, & nepotes ejus persequi, cœlestem illius mentem non in imagines æneas inanimesque transmissam; sed veram effigiem divina stirpe procreatam sentire, agnoscere periculum, induere squallorem Vana specie Pulchram obtendi, cui una mortis causa sit, quod Agrippinam insane prorsus officiis demeruerit, immemor Sosiæ ob eandem causam subversæ. *Hac audita raram abstrusi animi vocem expressere, increpuitque Græce carmine,*

NOTÆ.

1. *Recens præturâ.*] Saltem demonstrandi noscendique hominis causa, hoc adjicitur: aut siquid, amplius, hoc magis inest, ut ostendatur modica ejus fuisse dignatio, quam ut exaggeretur ea, & quasi ab incepto minus commendabili absterrere eum debuisset, inculcetur. *Freinshemius.*

2. *Modicus.*] Postulaverat eam Domitius Afer recens prætura functus, neque dum adulta aut confirmata dignitate, quolibet modo claritudinem adipisci festinans.

3. *Crimen impudicitiæ.*] Aliud est *impudicitia* in maribus aliud in fœminis. viri *impudicitia*, fuit proprie apud veteres illos *muliebria pati*, seu *amor juvenum*: at in fœmina, & etiam in Pulchra hac *impudicitia* fuit adulterium ipsius cum Furnio, nihil aliud.

4. *Sed imaginem veram.*] Nonnulli legunt: *se imaginem veram*, dubitant nimirum, ne de Augusti simulacro possit intelligi quod falsum esset, cum Augustus ipse hic sit cœlestis sanguis. Sed in lectione vulgara eadem vis. Ut dicat Agrippina: sed mea hæc vera imago, ex illo cœlesti sanguine Augusti orta, imminens sibi periculum intelligit, habitumque reorum suscipit.

Sed veram.] Sed se veram illius imaginem, cœlesti ejus sanguine ortam esse, quæ quidem periculum satis intelligeret, reatumque Claudiæ pro suo duceret. Hoc enim revera agi, sed Pulchræ crimina prætendi: frustra quidem, quum hac larva falli non possit, &c.

5. *Intelligere discrimen.*] Periculum scire quod immineret, *sordes suscipere*, ut in reatu propinquorum. de se Agrippina sentit. *Lipsius.*

6. *Suscipere sordes.*] Hoc ad Agrippinam, quæ ipsa in sordibus, ut videtur, ob reatum Pulchræ sobrinæ. *Lipsius.*

7. *Frustra Pulchram præscribi.*] Hoc est *Pulchra* nomen obtendi frustra, tanquam ipsa tantum, non etiam magis Agrippina peteretur. *Freinsh.*

reptamque

reptamque [1] Græco versu admonuit: *ideo lædi, quia non regnaret.* Pulchra, & Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus, divulgato ingenio, & secuta adseveratione Cæsaris, qua *suo jure disertum* eum appellavit. mox capessendis accusationibus; aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quam morum fama fuit: nisi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ dempsit, [3] dum fessa mente retinet silentii impatientiam. At
Agrippina pervicax iræ, & morbo corporis implicata, cum viseret eam 53
Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox invidiam & preces orditur: *subveniret solitudini, daret maritum, habilem adhuc juventam sibi, neque alind probis quam ex matrimonio solatium:* [4] *esse in civitate. . . .* Ger-

INTERPRETATIO.

proptetea offendi, quod non impetaret. *Pulchra, & Furnius mulctantur, Domitius inter clarissimos oratores adscitus est, publicata facundia illius, & adjuncta adfirmatione Tiberij, quâ* pro suo merito facundum eum vocavit. *Dein suscipiendis delationibus, aut sontes defendendo, feliciore facundia, quam vita fama floruit; nisi quod senectus illi plurimum etiam facundia detraxit; dum agro confectoq; & exhausto ingenio silentium tolerare nequit. Sed Agrippina ira tenax, & in adversam valetudinem prolapsa, cum illam Tiberius inviseret, diu & per silentium in fletus effusa est, dein iram & preces orationi immisces:* succurreret viduitati suæ, præberet virum: idoneam adhuc ætatem sibi esse, neque aliud honestis, quam ex conjugio levamentum: esse in urbe, (qui) Germanici uxorem, ac filios il-

NOTÆ.

1. *Græce versu admonuit.*] Suetonius extulit, *si non dominaris filiola injuriam accipere existimas?* Ex quo Canterus noster divinat, εἰ μὴ κρατεῖς ὑβρίζεσθαι δοκεῖς. Sed non est dubium quin ad Iasonis vocem adspexerit Tiberius, quam ille in tragœdia quapiam emiserit. Cujus mens hæc, & verba apud Aristotelem III. Polit. cap. 3 καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη πεινῆν ὅτε μὴ τυραννεῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. *Et ob hoc non injuria Iason dixit, lædi se, quia non regnaret: scilicet inscius privatum agere.*

2. *Suo jure disertum esse.*] Nove & acutè dictum est: nam *jure suo* quid facere posse, nota & usitata phrasis erat, in eo qui potestatem cujusque rei suo arbitrio jureque exequendæ habebat, neque alienum nutum mandatumque respicere cogeretur. Plaut. in cap. 2, 1. 47. *Qui ante hac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem.*

Simillimus nostro locus in Cic. pro Arch. 8. *Suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas:* nam *suo jure* non ad Ennium, sed ad poëtas pertinere, subsequens evincit ratio; *quod quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videantur.*

Sic apud Auctor. de causis corruptæ eloq. 25. *Calvus & Asinius, &c. Suo jure & prioribus & sequentibus anteponuntur.* Freinsh.

3. *Dum fessa mente.*] Quæ tamen laus in senectute ejus exolevit, quum deficientibus ætate animi viribus, nihilominus audiri vellet, neque silere & ab agendo desistere posset.

4. *Esse in civitate.*] Puto sic facile suppleri posse *esse in civitate* viros illustres, qui *Germanici conjugem, ac liberos ejus recipere dignarentur.* Lacuna manuscripti, ut eam exhibent, videtur innuere aliquas ibi voces interceptas. Nec tamen, ut puto, Agrippina aliquem nominatim professa est Tiberio suspicaci, nec de viris

manici conjugem: ac liberos ejus recipere dignarentur. Sed Cæsar non ignarus quantum [1] ex Republica peteretur; ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso, quamquam instantem, reliquit. Id ego scriptoribus annalium non traditum, repperi in [2] commentariis Agrippinæ filiæ: quæ Neronis principis mater, vitam suam & casus suorum posteris memoravit.
54 Cæterum Sejanus mœrentem & improvidam altius perculit, [3] immissis qui per speciem amicitiæ monerent, *paratum ei venenum; vitandas soceri epulas.* Atque illa simulationum nescia; cum propter discumberet, [4] non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos; donec advertit Tiberius, forte, an quia audiverat. idque quo acrius ex-

INTERPRETATIO.

lius suscipere dignarentur. *Sed Tiberius haud inscius quantum ex imperio postularetur; ne tamen ira, aut formidinis compertus esset, nullo responso dato, quamvis urgeret* Agrippina, *discessit. Id ego ab auctoribus annalium non memoratum, inveni in commentariis Agrippinæ filiæ: quæ parens Neronis Imperatoris res à se gestas, & eventus suorum memoriæ mandavit. Cæterum Sejanus ægram animi & incautam penitius exterruit, subornatis qui prætextu amicitiæ renunciarent ei,* dispositum venenum, quo necaretur, declinandos soceri Tiberij convictus. *Atque illa fingendi ignara, cum juxta assideret* toro, inter epulas *non facie, aut voce leniri, nihil quod mensæ appositum esset contingere; donec sensit Tiberius, casu, vel quia præmonitus fuerat, idque*

NOTÆ.

clarissimis locuta, ne æmulationem Tiberij accenderet. sed prius voluit ejus animum explorare.

Ut in re tanti momenti in genere tantum locuta est Agrippina, ut ex responso dominantis aliud tandem forte auderet, insimulata est amoris erga Asinium Gallum. de quo num ipsa cogitaverit: ut esset, qui se perpetuò mœrentem solaretur, & qui se & liberos Germanici adversus Sejani emissariorumque ejus audaciam tueretur, incertum. Forte de Asinio cogitavit ipse Tiberius. nam ejus amorem exprobravit Agrippinæ, ut causam interitus ipsius lib. 6. 25.

1. *Ex repub. peteretur.*] Cui illo conjugio cum Augusti nepte, velut alterum caput dabatur. Ideo de metu sequitur, quem silentio dissimulavit.

Quantum ex repub.] Sed princeps satis gnarus, quanti momenti futuræ essent eæ nuptiæ, quæ cuicumque qui Agrippinam duceret, tantam in Repub. potentiam auctoritatemque essent daturæ, ut etiam sibi gravis nimiusque posset fieri, nihil ad ea respondit, quia neque permittere quod petebatur, volebat, neque aliter negare poterat, quam ut appareret aut offensum se esse hac postulatione, aut ob metum quem innuimus, eam nolle concedere, &c.

2. *Commentariis Agrippinæ filiæ.*] Quæ mulier perita & industria præter sexum. Citat eam Plinius indice lib. VII. vocatque *Agrippinam Claudij*, scilicet *uxorem.* Et lib. VII. *Neronem paulo ante principem, pedibus genitum parens ejus scribit Agrippina.*

3. *Immissis.*] Secretis scilicet instigationibus mandatisque. nam nonnulli videntur accepisse, tanquam Agrippinæ nunciassent illi, se à Sejano mitti. Sed hoc esset *missis*, non immissis. quod vix unquam bono eo significatu reperias.

4. *Non vultu aut sermone flecti.*] In convivio suspicionem occultare non potuit Agrippina, quin juxta discumbente Tiberio, tristis & torva spectaretur. ne-

periretur, poma ut erant adposita laudans, nurui sua manu tradidit. aucta ex eo suspicio Agrippinæ, & intacta ore, 1 servis tramisit. nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, 2 *non mirum*, ait, *si quid severius in eam statuisset, à qua veneficii insimularetur*. Inde rumor, *parari exitium*; *neque id imperatorem palam audere*, *secretum ad perpetrandum quæri*. Sed Cæsar quo famam averteret, adesse frequens senatui, legatosque Asiæ ambigentes *quanam in civitate templum statueretur*, pluris per dies audivit. Vndecim urbes certabant pari ambitione, viribus diversæ, neque multum inter se distantia memorabant, *de vetusta-* 55

INTERPRETATIO.

quo certius exploraret, fructus ut ministrati fuerant celebrans, nurui Agrippinæ *propria manu exhibuit. Hinc intenditur Agrippinæ suspicio, & illibata gustu ministris tradidit. Nec tamen Tiberio vox coram excidit, sed conversus ad parentem* Liviam; haud mirum, *inquit*, si quid asperius in eam consuluisset, à qua veneni incusaretur. *Hinc fama* increbuit, destinari necem Agrippinæ; neque id principem aperte moliri, arcanum seu recessum ad patrandū scelus investigari. *Sed Tiberius quo rumorem* hunc *avocaret, multus in Curia adesse, & per multos dies audivit oratores Asiæ contendentes, quanam in urbe delubrum exstrueretur. Vndecim civitates nitebantur pari contentione*, sed *opibus impares; neque admodum diversa inter se referebant*, de anti-

NOTÆ.

que vultu ejus hilari, neque comi sermone flecti se lenirique sineret, & à cibo capiendo prorsus abstineret; adeo ut tandem ipse quoque cogitationes mulieris deprehenderet, sive ex indiciis forte animadversis, sive quia jam antea de hac Agrippinæ suspicione monitus fuerat. *Freinshemius*.

Non agitur hic de vultu hilari, aut comi sermone Tiberij, sed de vultu & sermone ipsius Agrippinæ quæ semper violenta ingenio, vultuq; atrox, semper fronte torva & adducta fuit, neque se flexit, ut leniter adloqueretur imperitantes inter epulas. Non flectitur vultu Agrippina, ut nec attingit ipsa cibos aut poma, sed *servis* dat, qui ad fulcra lecti.

2. *Non mirum, ait.*] Obversus ad Liviam Tiberius dixit, jam ne miraris materr quod aliquid severius statuerim in eam fœminam, à quo veneficii etiam ipse accusor?

3. *Secretum.*] Non audere Tiberium palam ei inferre necem, verum secretum aliquem locum, ubi commode & sine rumore perpetrari cædes posset, quæsere. *Freinsh.*

Secretum non tantum *de loco* sumi debet, sed de quacunque circumstantia facinoris, de tempore, de ministris, de genere veneni, aut alio instrumento necis, &c.

4. *Quo famam averteret.*] An frequens senatui adfuit, ut aliis negotiis districtus, se à cogitationibus illis alienum ostenderet, & sic vulgi rumor languesceret? An cum rumor esset, secretum ad perpetrandum facinus quæri, & falsum arguere voluit, eum Romæ, & in senatu frequens ab omnibus conspiceretur? An potius hac arte illos vulgi sermones alio traducere voluit, eum novis Asiæ negotiis omnes intenti futuri essent?

Hanc certe, pro reliquis Tiberii artibus, Taciti mentem crediderim. Sueton Cal. 48. *Confestimque urbem petiit, deflexa omni acerbitate in Senatum, cui ad avertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur.* Nota fabula de cane Alcibiadis. *Gronovius.*

te generis, studio in populum Romanum, per bella Persi & Aristonici aliorumque regum. Verum Hypæpeni Trallianique Laodicenis & Magnetibus simul tramissi, ut parum validi. Ne Ilienses quidem, cum *parentem urbis Romæ Trojam* referrent, nisi antiquitatis gloria pollebant. paulum addubitatum, quod Halicarnassii *mille & ducentos per annos nullo motu terræ nutavisse sedes suas, vivoque in saxo fundamenta templi adseveraverant.* Pergamenos (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sita, satis adeptos creditum. Ephesii, Milesiique, hi Apollinis, illi Dianæ cærimonia occupavisse civitates visi. Ita Sardianos inter Smyrnæosque deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitavere, ut consanguinei. nam *Tyrrhenum*

INTERPRETATIO.

quitate gentis, & amore in populum Rom. per bella Persei, & Aristonici, aliorumq; regum. *At Hypæpeni & Tralliani simul cum Laodicenis, & Magnetibus omissi, ut parum pollentes opibus viribusque. Ne Ilienses quidem cum* matrem civitatis Rom. Trojam *memorarent, valebant, nisi vetustatis fama. deliberatum aliquantulum, quod Halicarnassii affirmaverant* regionem suam nullo terræ motu contremuisse per mille & ducentos annos, vivaque in rupe delubri fundamenta poni posse. *Existimatum Pergamenos eodem argumento fultos, satis obtinuisse, templo Augusti ibi exstructo. Ephesii, & Milesii, hi Apollinis, illi Dianæ religione præpedisse urbes* suas *crediti. Ita consultatum inter Sardianos & Smyrnæos. Sardiani sanctionem Etruriæ memoravere, ut*

NOTÆ.

1. *Et Aristonici*] Is filius Eumenis ex pellice, qui à Perperna domitus, à M Aquilio, anno 624. post R. C. captus, & in carcere, jussu Senatus, strangulatus est. Livius in Epitoma 59 Justin. lib. 37. Strabo lib. 14. Cic. Philipp. 11.

2. *Hypæpeni.*] Hypæpa Urbs Lydiæ in Asia Episcopalis inter Tmolum montem & Caistrum fluvium.

3. *Tralles.*] Nunc *Chora* urbs Lydiæ episcopalis, hodie pene extincta, Laodiceæ proxima.

4. *Laodicea.*] Urbs Lydiæ olim *Diospolis*, etiam nunc clarissima & metropolis, vulgo *Laudichia*.

5. *Magnetibus simul.*] *Simul*, constructum à Tacito, ut ἅμα apud Græcos.

Magnetes.] Magnesia in Lydia ad Spylum montem, Episcopalis. vulgo *Manissa*.

6. *Ut parum validi.*] Magnetes repulsi, quia templum in tam invalidis, parvisque oppidis locari non placebat.

7. *Halicarnassii.*] Halicarnassus urbs Cariæ olim regia & episcop. vulgo *Messi*, vel *Castel di S. Pietro.*

8 *Nullo motu terræ.*] Cum tamen crebri ibi sint terræ motus. Strabone teste fere universa regio circa Mæandrum terræ motibus obnoxia est.

9. *Vivoque in saxo fundamenta templi.*] Non templi olim constructi, sed construendi.

Vivoque in saxo.] Quod haberent hanc in urbe sua commoditatem, ut ædis fundamentũ vivo nativoq; saxo imponi posset.

10. *Pergameni.*] Pergamenum urbs Troadis seu Mysiæ. nunc *Pergamo*, episcopalis dein metropolis.

11. *Ephesii.*] Ephesus nunc *Efese* metropolis Asiæ clarissima, cujus olim templum Dianæ sacrum.

12. *Milesii.*] Miletus nunc *Melasse* urbs Joniæ seu Cariæ episcopalis, olim Apollinis oraculo clara.

13. *Occupavisse civitates.*] Quia illi Dianæ, hi Apollinis cultu occupati, vix credebantur novorum numinum cærimoniis locum reliquisse.

14. *Sardiani.*] Urbs Lydiæ olim regia

Lydumque Atye rege genitos, ob multitudinem divisisse gentem: Lydum patriis in terris resedisse; Tyrrheno datum novas ut conderet sedes. & ducum è nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italia: auctamque adhuc Lydorum opulentiam; missis in Graeciam populis, cui mox à Pelope nomen. simul *litteras imperatorum, & icta nobiscum foedera bello Macedonum, ubertatumque fluminum suorum, temperiem coeli, ac dites circum terras* memorabant. At Smyrnaei repetita vetustate, *seu Tantalus Iove ortus illos,* 56 *sive Theseus divina & ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset;* transcendere ad ea, quîs maxime fidebant in populum Rom. officiis, missa navali copia, non modo externa ad bella, sed quae in Italia toleraban-

INTERPRETATIO.

stirpe conjuncti. Quippe Tyrrhenum, & Lydum Atye rege procreatos, ob ingentem numerum hominum separasse nationem: Lydum patrio in solo substitisse, Tyrrheno concessum, ut novas sedes construeret, & è vocabulis ducum imposita nomina, illis apud Asiam, his in Italia: increvisse etiam praeterea Lydorum opes deductis in Graeciam coloniis, cui posthac à Pelope vocabulum. epistolas *etiam* ducum Rom. & pactas nobiscum societates bello Macedonum, affluentiamque fluviorum suorum, amoenitatem aëris, & uberes passim agros *referebant. Sed Smyrnaei memorata antiquitate* generis *sive illos fundasset Tantalus Iovis filius, seu Theseus coelesti & ipse progenie, sive una Amazonum statuisset; transire ad ea quibus maxime nitebantur, scil. in populum Rom. meritis, misso navali auxilio, non solum ad extranea bella, sed* etiam ad ea *quae in Italia gerebantur: &* se priores fa-

NOTÆ.

Croesi regis metropol. quõdam, nunc jacet.

1. *Atye rege genitos.*] Atys Herculis & Omphales filius, è duobus filiis sorte jacta, alterum retinuit Lydum nomine, alterum in Italiam misit coloniae deducendae: cui nomen Tyrrhenus, & ab eo Tyrrhenia terra. Ita fere Strabo libro v. convenienter ad Taciti verba: & Tertullianus, De spectaculis, *Lydos ex Asiâ transvenas in Etruria consedisse Timaeus refert, duce Tyrrheno, qui fratri successerat,* (lego, *cesserat,* sive, *secesserat*) *regni contentione.* Paulo diversus tamen ab istis Dionysius lib. 1. quem licet legas, Vellejumque libro 1. *Lipsius.*

2. *Auctamque.*] Sed alia quoque nobili colonia Lydorum opes inclaruisse. nam à se profectos in Graeciam, esse ejus regionis incolas, quae postea Poloponnesus, quasi Pelopis insula vocata fuerit. Pelopem enim Lydum natione fuisse quidam tradiderunt.

3. *Cui mox à Pelope nomen.*] Quem Pelopem vulgo Phrygem, Pausanias & alii Lydum faciunt.

4. *Smyrnaei*] Smyrna, Turcis *Ismyr* urbs Archiepiscopalis. hodie regionis primaria & satrapae Turcarum sedes.

5. *Seu Tantalus Iove ortus.*] Variantes has sententias super condita Smyrna notabis passim. De Theseo & Atheniensibus, sensit Epigrammatarius lib IV. εἰς εἰκόνα πεισιστράτου. ubi Athenienses hoc argumento Homerum sibi vindicant:
Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.
De Amazone, quae nomen Smyrnae à se dederit, initio libri XIV Strabo Caeterum lapides nummique hoc opidum Zmyrnam scribunt, non ut obtinuit per Sigma. *Idem.*

6. *Theseus.*] Sive Theseus & ipse divina stirpe ortus, quippe Neptuni filius creditus, &c, condidisset.

tur: *seque primos templum urbis Romæ statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem jam populi Romani rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punica urbe, & validis per Asiam regibus.* Simul *L. Sullam testem* adferebant, *gravissimo in discrimine exercitus ob asperitatem hiemis, & penuriam vestis, cum id Smyrnam in concionem nunciatum foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse.* Ita rogati sententiam patres, Smyrnæos prætulerunt. Censuitque Vibius Marsus, *ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, super numerum legaretur qui templi curam susciperet.* & quia Lepidus ipse deligere per modestiam ab-

INTERPRETATIO.

num civitatis Rom. struxisse, M. Porcio Catone consule magna quidem jam tum Reip Rom potentia, nondum tamen ad amplissimum fastigium evecta, florente adhuc civitate Carthaginensi, & pollentibus in Asia regibus. *Etiam* L. Sullam testem appellabant, maximo in periculo legionum Rom. ob atrocitatem hiemis, & inopiam tegminis, cum id Smyrnam pro concione allatum foret, universos qui aderant exuisse vestes, nostroque militi transmisisse. *Itaque consulti patres quid sentirent, secundum Smyrnaeos decrevere. Statuitque Vibius Marsus* ut M. Lepido, cui Asia provincia obtigerat, extra ordinem legatus adderetur, qui delubro struendo operam daret, *& quia Lepidus ipse nominare legatum per modestiam*

NOTÆ.

1. *Se primos templum urbis.*] Accidit hoc anno urbis DLVIII. Secuti exemplum sunt Alabandenses annis XXIV. circiter posterius. gloriantur apud Livium, lib. XLIII. *Alabandenses templum urbis Romæ se fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei Divæ instituisse.* Prudentius de hac Dea:

—— *colitur nam sanguine & ipsa*
More deæ, nomenque loci ceu numen habetur:
Atque Vrbis Venerisque pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur thura deabus.

Ubi vides commune Romæ templum in ipsa urbe cum Venere fuisse.

Primos templum urbis Romæ statuisse.] Idem Pergamenos fecisse, dixit paulo supra At de urbis Romæ templo in Ipsa Roma, meminit Spart. in Adriano & Amm. Marcell. lib. 16. *Pithœus.*

2. *M. Porcio Cos.*] Cum L. Valerio Flacco, anno V. C. 559. *Muretus.*

3. *Magnis quidem rebus.*] Non nemo plane invertit: nondum quidem ad summum elatis, magnis tamen. per quæ necessario vis etiam argumenti invertitur, quo Smyrnæi nitebantur; docentes coluisse se Romam, quo tempore potuisset adhuc non coli.

4. *Super numerum legaretur.*] Proconsulibus erant legati, cum quidem certo numero, ut hic legimus: nunc autem ob extraordinarium negotium, permittebant Lepido, ut sibi legaret aliquem super numerarium, qui id exsequeretur. *Freinsh.*

Super numerum legaretur.] Censuitque Vibius Marsus ut M. Lepido qui proconsulatum Asiæ sorte obtinuerat, extra ordinem legatus adderetur, qui peculiarem hujus templi perficiendi curam susciperet.

5. *Quia Lepidus ipse deligere.*] Mittebantur quidem in provincias legati, consensu ac decreto Senatus: electio tamen solebat plerunque ipsis Proconsulibus permitti. Livius lib. 44. *Senatus Cn. Servilio consuli negotium dedit, ut in Macedoniam, quos L. Æmilio videretur, legaret.* & alibi apud eundem Livium,

nuebat, Valerius Naſo è prætoriis ſorte miſſus eſt. Inter quæ diu meditato, prolatoque ſæpius conſilio, tandem Cæſar in Campaniam, ſpecie dedicandi templum apud Capuam Iovi, apud Nolam Auguſto; ſed certus procul urbe degere. Cauſam abſceſſus, quamquam ſecutus plurimos auctorum ad Sejani artes rettuli; quia tamen cæde ejus patrata, ſex poſtea annos pari ſecreto conjunxit, plerumque permoveor, num ad ipſum referri verius ſit, ſævitiam ac libidinem cum factis promeret, locis occultantem. Erant qui crederent in ſenectute quoque corporis 57

INTERPRETATIO.

nolebat, Valerius Naſo prætoriæ dignitatis ſorte delectus eſt. Interea diu penſitato, dilatoq; ſæpius propoſito abſcedendi urbe, *demum Tiberius in Campaniam* conceſſit, *prætextu conſecrandi ædem Iovi apud Capuam, Auguſto apud Nolam; ſed revera firmato conſilio procul Roma agendi. Quamvis Sejani dolo & fraudi tribuerim cauſam ſeceſſus, in ea re multos ſcriptores ſectatus; quia tamen ejus nece perpetrata, poſtea ſex annos pari ſolitudini adjecit: ſæpe dubius hæreo, num potius in ipſum refundi debeat, qui locis crudelitatem obtegebat, cum immunitatem atque libidines ſuas factis ipſis proderet. Non deerant qui exiſtimarent affecta jam ætate ſpeciem corporis*

NOTÆ.

frater fratrem, filius patrem, ſibi legaſſe dicitur.

Quem morem violatum Cicero Vatinio objiciens, ait, *Audire de te cupio, quo tandem S. C. legatus ſis, ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur?* Idem pro Seſtio: *quos legatos, non modo S. C. ſed etiam repugnante Senatu, tute tibi legaſti.* Vide Lipſium de mil. Rom. lib. II. dial. XI. *Pichena.*

1. *Sorte miſſus.*] Sorte inter prætorios jacta Valerius Naſo miſſus eſt.

2. *Cæſar in Campaniam.*] Vox abeſt ſententiæ explendæ. Lego, *Cæſar iit Campaniam.* Lipſius.

Tandem Cæſar.] Leg. *tandem Cæſar* abit *in Campaniam*, vel quid ſimile.

3. *Templum.*] In Campaniam ſe recepit prætextu quidem ædium, quarum altera Iovi apud Capuam, Auguſto altera Nolæ ubi deceſſerat, dedicanda eſſet.

4. *Capuam.*] Capua, urbs Campaniæ provinciæ, hodie non extat; ſitus vero eſt prope vicum nunc dictum *ſan Manre*, & ad meridiem fluvij *Volturno* in Terra Laboris provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

5. *Nolam.*] Nola, urbs Campaniæ provinciæ. hodie nomen antiquum retinet: urbs eſt Terræ Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

6. *Sex poſtea annos.*] Abiit urbe Tiberius, anno DCCLXXIX. nec rediit: abiit vitâ DCCXC. Undecim ergo abfuit continuos annos.

Sex poſtea.] Error eſt apud Plutarch. libello de exſilio, ubi legitur Tiberius ſeptem annis Capreas habitaſſe & legendum non ἑπτὰ, ſed ἕνδεκα ἔτη, id eſt non *ſeptem, ſed undecim annos.*

7. *Num ad ipſum referri.*] Ambigo num potius adſcribenda ſit cauſa talis ſeceſſus ipſi Tiberio ſecretum eligenti, ubi ſævitiam, libidineſque ſuas, etiam ſi factis promeret, ſaltem loci obſcuritate nonnihil poſſet obtegere.

8. *Cum factis promeret.*] Hoc eſt, cum revera faceret, eoque naturam ſuam oſtenderet: ἔργῳ ἀποδεῖξαι. *Promere*, nihil aliud eſt quam facere, edere, nec promendo ſtatim etiam efficiebatur, ut ea ubique innoteſcerent. *Freinsh.*

9. *Corporis habitum pudori fuiſſe.*] Sueton. 68. *Corpore fuit amplo atque robuſto. Statura quæ juſtam excederet.* Et paulo poſt: *Facie honeſta, in qua tamen cre-*

habitum pudori fuisse. [1] quippe illi prægracilis & incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulcerosa facies ac plerumque medicaminibus interstincta. & Rhodi secreto, vitare cœtus, recondere voluptates insuêrat. Traditur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipsam donum ejus accepisset. Nam dubitaverat Augustus Germanicum sororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanæ imponere: sed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. id-
58 que Augusta exprobrabat, reposcebat. Profectio [2] arto comitatu fuit: unus senator consulatu functus, [3] Coccejus Nerva, cui legum peritia; eques Romanus, præter Sejanum, ex inlustribus [4] Curtius Atticus; cæ-

INTERPRETATIO.

ipsi probro & dedecori fuisse. etenim illi exilis admodum & curvata statura amplo in corpore nulli in vertice capitis crines, facies ulceribus subtilla, & sæpe unguentis interpolata ac interlita. & Rhodi secessu consueverat declinare conventus, & occultare libidines. Ferunt etiam Liviæ *parentis superbiâ expulsum, quam imperii consortem spernebat; neque dejicere poterat, cum principatum ipsum munus ejus obtinuisset* ille. *Quippe cogitaverat Augustus imperium mandare Germanico* Octaviæ *sororis nepoti, & omnibus adprobato; sed precibus conjugis fatigatus, sibi Tiberium adoptavit, & Tiberius Germanicum ipsius* jussu etiam adrogavit. *Idque Livia mater objectabat* illi, *repetebatque* quod dederat, imperium. *Profectus est Tiberius cum paucis comitibus: unus* adfuit *è patribus consularis Coccejus Nerva, juris civilis doctrina eximius, præter Sejanum* in comitatu fuit *alius eques Rom. ex splendidis Curtius Atti-*

NOTÆ.

bri, & subtilli (sic enim lego) *tumores.* Sed mutata erant pleraque, ut solet, in senectute. *Muretus.*

Pudori fuisse.] Quod in senectute corporis sui habitum atque formam erubescebat, quum admodum macer ac gracilis, & ob nimiam proceritatem incurvus, præterea calvitio facieque exulcerata, & ut plurimum medicamentis interlita, deformis esset.

1. *Quippe illi prægracilis.*] Pugnat hæc delineatio, è diametro, cum Suetonii verbis: *Corpore fuit amplo atque robusto. staturâ, quæ justam excederet. latus ab humeris & pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis & congruens.* De veritate, secundùm neutrum pronuntio. Quod sequitur, *Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta:* explicat idem Suetonius *Facie honesta, in qua tamen crebri & subtiles tumores.*

2. *Arto comitatu.*] Quidam *comitatum* acceperunt, tanquam etiam ministeria & familiam complecteretur. Sed tantum honestissimos intelligi apparet ex 1, 5. *Augustum comite uno Planasiam vectum,* Ab his officiis postea dignitatis nomen factum est, *Comes. Unus,* hoc est, unicus, uti supra 4, 15. *Freinsh.*

3. *Coccejus Nerva.*] Pater hic est, qui in studiis civilibus Labeonis factionem secutus adversus Masurium Sabinum, in jure dissensiones auxit. Idem libro sequenti dicitur *continuus principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium cepisse.*

4. *Curtius Atticus.*] Est ille, quem lib. VI. subversum artibus Sejani ait: & ad quem Ovidii Elegia IV. & VII. libri secundi De Ponto. *Lipsius.*

teri

teri [1] liberalibus ſtudiis præditi, ferme Græci, quorum ſermonibus le-
varetur. Ferebant periti cœleſtium, *iis motibus ſiderum exceſſiſſe Roma
Tiberium, ut reditus illi negaretur.* unde exitii cauſſa [2] multis fuit, prope-
rum finem vitæ conjectantibus, vulgantibuſque, [3] neque enim tam in-
credibilem cauſſam providebant, ut undecim per annos libens patria ca-
reret [4] Mox patuit breve confinium artis, & falſi; veraque quam ob-
ſcuris tegerentur. nam *in urbem non regreſſurum*, haud forte dictum:
[5] cæterorum neſcii egere: cum propinquo rure, aut litore, & ſæpe mœ-
nia urbis adſidens, extremam ſenectam compleverit. Ac forte illis die- 59
bus oblatum Cæſari anceps periculum, [6] auxit vana rumoris; præbuit-
que ipſi materiem, cur amicitiæ conſtantiæque Sejani magis fideret. Ve-
ſcebantur in [7] villa cui vocabulum [8] *Spelunca*, mare Amuclanum inter

INTERPRETATIO.

cus, reliqui ingenuarum artium periti, plerique Græci, quorum colloquiis recrearetur. Obſervabant aſtrologi diſceſſiſſe ab urbe Tiberium, eo poſitu motuque ſiderum, ut nunquam redire deberet: *unde perniciei cauſa pleriſque extitit, cum exinde conjicerent* ipſi *imminere vitæ exitum, idque jactarent in vulgus: neque enim proſpiciebant rem uſque adeo à fide alienam, ut per undecim annos ſponte Roma exſularet. Poſtea innotuit quam prope abeſſet ſcientia à falſo, & quanta errorum caligine veritas obſcuraretur. quippe haud fortuito prædixerant, cum* in civitatem non reverſurum: *ſed reliqua ignoravero, cum proximo ſuburbano degens in ora maris, & crebro ad urbis muros ventitans, ſic ultimam ad ſenectam pervenerit. Et caſu ſub idem tempus ingens diſcrimen, quod adiit Cæſar, inania fama in majus vulgavit. deditque ipſi* principi *occaſionem, cur magis ſe permitteret, crederetque benevolentiæ, fideique Sejani. Epulabantur in prætorio, cui nomen* Speluncæ, *inter Amuclanum*

NOTÆ.

1. *Liberalibus ſtudiis præditi.*] Quibus ille valde oblectabatur, ut & Græca poëmata faceret, & ſumme curioſus eſſet hiſtoriæ fabularis: *quæ mater Hecuba, quod Achilli nomen inter virgines, quid Sirenes cantare ſolitæ.* Suet. Tib. 70.

2. *Multis.*] Multis nempe, non ſolum Aſtrologis ſeu Mathematicis, ut puto, ſed etiam aliis, qui eos conſultaverant, taliaque vulgabant præ lætitia, quaſi ſævæ dominationis jugum cito excuſſuti.

3. *Neque enim tam incredibilem.*] Neque enim aliter judicium illud Aſtrologicum accipiendum eſſe putaverant, quum iis non ſuccurreret tam abſurda & incredibilis interpretatio, ut nempe ſpontaneum velut exſilium Cæſaris ſignificaretur, qui undecim per annos libens patria ſua cariturus eſſet.

Rei ſubſtantiam certò & verè attigerant periti illi cœleſtium, nempe nunquam rediturum eſſe in urbem, at circumſtantias, nempe quanto tempore abfuturus victuruſque in exſilio eſſet, ignorabant.

4. *Mox patuit.*] Verum inſequens tempus detexit tenue illud atque lubricum diſcrimen, quod inter artis prædictioniſque certitudinem, & falſam ejus explicationem intererat. &c.

5. *Cæterorum neſcii.*] In cætera conjecturæ parte & propiuqua morte principis aberravere, &c.

6. *Auxit vana rumoris.*] Periculum, quo pene periit, inanem de inſtanti morte ejus prædictionem confirmavit.

7. *Villa, cui vocabulum Spelunca.*] Prætorium Suetonius appellat, more ſui ſæ-

dicis partes adversus Germanici stirpem, [1] subditis qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem proximum successioni, & quamquam modesta juventa, plerumque tamen quid in præsentiarum conduceret oblitum; dum à libertis & clientibus apiscendæ [2] potentiæ properis exstimulatur, *ut erectum & fidentem animi ostenderet: velle id populum Romanum: cupere exercitus:* [3] *neque ausurum contra Sejanum, qui nunc patientiam senis, & segnitiam juvenis juxta insultet.* Hæc atque talia audienti, nihil quidem pravæ cogitationis: sed interdum [4] vo-

INTERPRETATIO.

Germanici liberos, suppositis subornatisque qui accusatorum partes agerent, & potissimum inveherentur in Neronem proximum hæredem imperij. & quamvis se modeste gereret adolescens, sæpe tamen, quid pro tempore expediret, non satis præcavebat; dum à libertis amicisque parandæ dominationis malo avidis incitatur, ut se excelsum & constantem animi ostentaret: id exoptare populum Rom. id desiderare legiones: neque contra nisurum Sejanum, qui nunc patientiam senis, & inertiam juvenis perinde ludificetur. *Hæc & similia cum audiret, nihil quidem quod perversi consilij esset, moliebatur: sed aliquando voces prorumpebant pervicaces, &*

NOTÆ.

de ineptum est; cum sequatur *subditis qui accusatorum nomina sustinerent.* Imo ipse judicem se gerebat, accusationesque aliorum & elevabat, & interpretatione molliebat, aliaque omnia conabatur, quo minus & inimicus ipse videretur Germanici liberis. consulatur super simili sycophantia, Iosephus l. 16. Antiq. Iud. c. 8. *Gruter.*

Iudicis partes.] Ex eo casu, & aucta amicitia principis, usque adeo potentia & auctoritate increverat, ut jam judicem se ferret adversus filios Germanici, quasi unam personam, easdemque partes sustineret cum principe. ita ut quos odisset princeps, ipse & odisset, velut in sua injuria, dignosque supplicio judicaret ipse & ulcisceretur. nec inscius ille aut incallidus qui indices & accusatores subdole immittebat, ipseque se arbitrum & judicem velut in propria causa constituebat. Et certe cur *indicis partes adsimularet* ipse qui se facere & ferre *indicem*, palamque & aperte profiteri indicium potuit apud Tiberium suum?

Iudicis partes] Quapropter occasione illa (nempe auctæ hoc casu gratiæ principis) usus ad subvertendos Germanici liberos, tamquam judicis officio contra eos fungebatur. *Freinsh.*

1. *Subditis.*] Subdebat ille accusatores & *indices*, inter quos ipse *judicem* agebat. sic magis Tiberium demerebatur.

2. *Potentia properis.*] Posset intelligi, ut essent illi *properi potentia* parandæ Neroni, sed nonnulli forte magis properabant ad propriam potentiam, quam rerum potiente Nerone adepturos sperabant.

3. *Neque ausurum.*] Neque ausurum contra Sejanum, nimia jam fortuna vesanum, inconsultum, & imparatum, ut qui nunc juxta spernat senem, juvenemque ob illorum patientiam, & segnitiem. non ausurum eum adversari, si Neronem erectum & fidentem animi. si favori militum populique Rom. respondentem eum videret.

4. *Voces.*] Interdum voces asperiores & inconsultas emittebat, quas quum subdoli corycæi per Sejanum in id facinus corrupti exciperent, & quas non sine additamento apud Tiberium deferrent, neque se defendere posset, quotidie nova sollicitudinum materie percellebatur. *Freinsh.*

ces procedebant contumaces, & inconſultæ; quas adpoſiti cuſtodes exceptas auctaſque cum deferrent, neque Neroni defendere [1] daretur, diverſæ inſuper ſolicitudinum formæ oriebantur. [2] nam alius [3] occurſum ejus vitare: quidam [4] ſalutatione reddita ſtatim averti: plerique inceptum ſermonem abrumpere; [5] inſiſtentibus contra irridentibuſque, qui Sejano fautores aderant. [6] Enim vero Tiberius torvus, aut falſum renidens vultu; ſeu loqueretur, [7] ſeu taceret juvenis; crimen ex ſilentio, ex voce. ne nox quidem ſecura, [8] cum uxor vigilias, [9] ſomnos, ſuſpiria

INTERPRETATIO.

incauta, quas additi custodes exceptas, cum in pejus *renunciarent; neque Neroni purgare fas eſſet,* etiam *praterea varia curarum ſpecies obverſabantur ipſi. quippe alius praſentiam ejus declinare, nonnulli poſtquam reſalutaſſent, confeſtim abſcedere, multi cœptum colloquium* repente *abſcindere, inſtantibus contra, illudentibuſque, qui Sejani clientes aderant. Nam Tiberius atrox aut fictum & malignum renidens ore, ſeu loqueretur, ſeu ſileret adoleſcens, perinde ſcelus ex taciturnitate, & ex verbis. ne ſomnus nocte quidem tutus; cum conjux proderet aperiretque vigilias, in ſom-*

NOTÆ.

Adpoſiti, hoc eſt, velut adfixi; ut non recederent, ſed intentiſſima cura eum obſervarent. *Freinsh.*

1. *Daretur.*] Poſt eam vocem *daretur*, aliquid deeſſe putant, ſed fruſtra. ſatis enim ſibi conſtat ſententia & ſeries orationis, cum adpoſiti cuſtodes voces juvenis deferrent in pejus, *neque Neroni defendere daretur*, diverſæ præterea ſollicitudinum ſpecies obverſabantur; quaſi diceret, præter quam quod deferrentur Tiberio quæcunque proferret Nero, nec defendere liceret, inſuper aliæ curæ oboriebantur.

2. *Nam alius.*] Quippe emanantibus in populum odiis Tiberii, & quod pejus erat ipſius Sejani, nonnulli occurſum ejus vitare in publico; ſubſiſtentibus &c. ſed τὸ *inſiſtentibus* durius atque adrogantius quam *ſubſiſtentibus*.

3. *Occurſum ejus vitare.*] Pulchra & graphica deſcriptio eorum, qui amant, metuunt, volunt, nolunt jungi. Et ſimillima in Sidonio, de ſe ſe delato ob Satyram. *Alii tamen mihi plusquàm decebat ad genua volvi; alii ne ſalutarent, fugere poſt ſtatuas, occuli poſt columnas; alii triſtes vultuoſique junctis mihi lateribus incedere.* Lipſius.

4. *Reddere ſalutem.*] Proprie eſt, reſalutare: licet etiam pro ſalutare poni poſſet ob verbum *reddere*, quod ſæpe verbi ſimplicis, *dare*, ſignificatum non egreditur: ut l 94 de V.S. *Freinsh.*

5 *Inſiſtentibus.*] Subſiſtentibuſque, cum alii ſe reciperent, inſultantibuſque juveni, & ludibrio habentibus, ſic nempe per officium & adulationem in Sejanum.

6. *Enim vero Tiberius.*] Aut torvo iratoque vultu, aut per ſimulationem compoſita hilarique facie eum intuebatur. *Freinsh.* Non ſatis exprimit, quippe non hilari vultu Tiberius, & quantumvis diſſimulet componatq; vultum, non tamen ridet, ſed tantum renidet, & etiam *falſum renidet*, id eſt ægre rictum ſeu dentes aperit, & velut invitus; & ſic etiam *falſum* & malignum *renidet* ille.

7. *Seu taceret.*] Omnes Neronis actiones in crimen & ſuſpicionem detorquebat, & ſi taceret, ſilentium ejus triſte & contumax, ſi loqueretur, voces temerarias & ut pravi animi indices interpretabatur.

8. *Cum uxor.*] Julia Druſi filia quæ Neroni nupta: quamque poſteà Claudius, Meſſalinæ dolo, interfecit. Sueton & Dio.

1 matri Liviæ, atque illa Sejano patefaceret. qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe objecta principis loci, si priorem ætate & jam labefactum 2 demovisset. 3 Atrox Drusi ingenium super cupidinem potentiæ, & solita fratribus odia, accendebatur invidia, quod mater Agrippina promptior Neroni erat. neque tamen Sejanus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditaretur; gnarus
præferocem, & insidiis magis opportunum. Fine anni excessere insignes 61
viri, 4 Asinius Agrippa, 5 claris majoribus 6 quam vetustis, vitaque non degener; & 7 Q. Haterius familia senatoria, eloquentiæ quoad vixit

INTERPRETATIO.

nia, & gemitus illius parenti Liviæ, seu Livillæ, *atque illa Sejano, qui etiam pellexit in partes suas Drusum fratrem Neronis, spe proposita principalis fastigii, si majorem natu, & jam nutantem deturbasset. Drusus natura ferox, præter cupiditatem imperii, & suetas fratrum discordias, livore incitabatur, quod parens Agrippina impensius Neronem foveret. nec tamen Sejanus adeo Drusum extollebat, ut non in illum etiam futuræ perniciei caussas strueret, ut quem sciret violentum, & sic fraudi magis obnoxium. Sub exitum anni obiere clari viri Asinius Agrippa* ortus ex avis *illustribus magis quam antiquis, neque ipse à majorum laude degeneraverat. Et Q. Haterius ex patricia gente, facundia, quamdiu floruit, clarissima*, sed *scripta seu*

NOTÆ.

9. *Somnos.*] Interpretantur de somniis & recte. Sed etiam intelligi possit de curis & angoribus quos inter somnum patiebatur, aut quibus forte omnis somnus procul arcebatur. in illis anxietatibus nocturnis, somnisque importunis suspiria, verba, gemitus pro somnis hoc loco haberi possunt. alii vertunt quasi referret matri, *quantum vir dormisset, quantum vigilasset, quot suspiria emisisset.*

1. *Matri Liviæ.*] Uxor Neronis Iulia, filia Drusi ex Livia seu Livilla sorore Germanici & amasia Sejani (nam ipsam stupro illexerat) itaque Iulia Neronis uxor aperiebat omnia secreta mariti sui Livillæ, & illa Sejano adultero suo.

2. *Demovisset.*] Nempe si principali loco Drusus fratrem demovisset, Druso enim præferoci utebatur Sejanus ad subvertendum Neronem, satis gnarus ipsum mox Drusum sua ipsa ferocia facile subversum iri.

3. *Atrox.*] Est admodum ferox & impotens, sicut supra 4, 52. *Agrippina semper atrox.* Freinsh.

4. *Asinius Agrippa.*] Censeo filium Asinii Galli: ideoque addit, clariores illi majores, quàm vetustiores. Nam Asinia gens in lucem protracta ab Augusto, qui non injuria extulit avum hujus Pollionem. *Lipsius.*

5. *Claris majoribus quā vetustis*] Sic Vlpian. *Cum posset talē caussam non suscipere, quam decipere.* Et alibi. *Alioqui compelletur judicium accipere, quam invenire eos possit.* Terentius: *Si quisquam est, qui se placere studeat bonis quam plurimis*: nam *plurimorum* verbo *Mali* significantur auctore Nonio Marcello. *Ferretius.*

Asinius.] Is fidentiam animi & facundiam avi Pollionis retinuit, qui Augustum sequi noluit bello contra Antonium, cum tota Italia sedibus exciretur.

7. *Q. Haterius, eloquentia celebrata.*] Inter declamatores recenset Seneca pater, inuritque eamdem notam quam hic Tacitus. *Q. Haterius*, inquit, *pulcherrimam imaginem movit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis scribere* (vellem, *describere*) *quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, com-*

celebratæ: 1 monimenta ingenii ejus haud perinde retinentur. Scilicet
impetu magis, quam cura vigebat. utque aliorum meditatio & labor in
posterum 2 valescit; sic 3 Haterii canorum illud & profluens, cum ipso
62 simul 4 exstinctum est. M. Licinio, L. Calpurnio COSS. 5 ingentium
bellorum cladem æquavit malum improvisum. ejus initium simul & fi-

INTERPRETATIO.

orationes illius non perinde celebrantur. Quia *nimirum ille violentia præcipiti magis, quam certa lucubratione aut meditatione præpollebat. Et ut aliorum studia monimentaque ingenii in futurum vigent: ita* contra *Haterij amœnissima illa modulatio & rapida expeditaque facundia cum ipso pariter interiere. M. Licinio, L. Calpurnio Coss. inopinata lues incidit, quæ maximorum bellorum clades adæquavit. & simul*

NOTÆ.

buri incendiis villas, fugas agrestium, & cum omnia implesset terrore, adjecit, Quid exhorruisti adolescens? socer tuus venit. De eodem homine vitioque filius, epist. XL. *Nam Q. Haterii cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, longè abesse ab homine sano volo.* Elegans in hanc rem Augusti jocus, *Haterius noster sufflaminandus est:*

1. *Monimenta ingenii.*] Tacitus non ait, nulla eum ingenii monumenta reliquisse, verum ea non pro fama, quam vivus obtinuerat, retineri, hoc est haberi & æstimari. *Freinsh.*

2. *Valescit.*] Sicut labor aliorum & diligentia tempore ipso valescit, atque majore in dies pretio commendatur, sic è contra omnis ille decor promptæ elocutionis, & amœna vocis modulatio, quibus Haterii orationes placebant, cum ipse declamaret, simul cum ipso suo auctore evanuerunt.

3. *Haterii canorum istud.*] Talis Hortensio & Callistrato λέξις γραφική, καὶ λέξις ἀγωνιστική. & Aristotel. lib 3. Rhetoric. Hanc λεκτικὴν vocat Demosthenes in Erotico. *Muretus.*

4. *Extinctum est.*] Neque enim ille impetus, neq; canorū illud, nec affluentia aut rapiditas eloquentiæ quæ in ipsa declamatione placet, rapitque animos, ullatenus transfunditur in libros, aut scripta, non tramittitur ad posteros sed ut vox inanis & numquam reversura cito tenues vanescit in auras. sunt fere talia *nugæ sonantes.*

5. *Ingentium bellorum cladem.*] Eleganter talia describit Plin l.36,15. de C. Curione qui bello civili periit. *Postremo jam die descendentibus tabulis & cornibus inter se coeuntibus faciebat amphiteatrum, & gladiatorū spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populū Rom.* (alii legunt *ipsum magistratū & populū Rom.*) *circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an jubere? super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabilique sede. En hic est ille terrarum victor & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, jura externis mittit, deorum quadam immortalium generi humano portio, in machina pendens, & ad periculum suum plaudens. quæ vilitas animarum ista! aut quæ querela de Cannis! quantum mali potuit accidere? Hauriri urbes terra hiatibus, publicus mortalium dolor est. Ecce populus Rom. universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, & se ipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo, luxatis machinis: & per hoc quæritur Tribunitiis concionibus gratia, ut pensiles tribus faceret. Qualis hic in rostris? quid non ausurus apud eos quibus hoc persuaserit? vera namque confitentibus populus Rom. funebri munere ad tumulum*

nis extitit. Nam cœpto apud 1 Fidenam amphitheatro, 2 Atilius quidam 3 libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret; neque fundamenta 4 per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit: 5 ut qui non abundantia pecuniæ, nec municipali ambitione, sed in sordida mercede id negotium quæsivisset. Adfluxere avidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, 6 virile ac muliebre sexus, omnis ætas, ob propinquitatem loci effusius. unde gravior pestis fuit, 1 conferta mole, dein convulsa, dum ruit intus, aut in

INTERPRETATIO.

orta finitaque ea calamitas. Quippe, structo apud Fidenates amphitheatro, quo Atilius quidam libertina stirpe ortus, certamen gladiatorum ederet. Neque fundamenta arte, loco, aut materia satis firma supposuit, neque etiam validis compagibus devinctam ligneam molem super imposuit, ut qui non affluentia opum, neque provinciali ambitione, sed pro vili mercede id opus munusque suscepisset. Concurrêre undique *ejusmodi* voluptatum avidi, *Tiberio principe procul oblectamentis habiti, omnis sexus, & omnis ætatis mortales, ob vicinitatem urbis adfluentius; unde immanior strages fuit, confertim ruente mole, dein quassata & abrupta, dum ingruit*

NOTÆ.

patris ejus depugnavit universus.

1. *Fidenam.*] Fidena urbs Sabinorum populorum, in Samnio regione; hodie ruinæ spectantur ubi nunc est prædium vulgò dictum *Castel Giubileo*, in Sabina provincia ad meridiem & versus Tiberim fluvium, sub ditione pontificia. ex Kircheri Latio. *Tillemonius.*

2. *Atilius quidam libertini generis.*] Ergone permissum libertis edere ludos? Apparet. Suetonius tamen aliud indicare videtur Claudii cap. XXVIII. De Harpocrâ magnæ gratiæ apud Imp. liberto: *Cui*, ait, *lecticâ per urbem vehendi, spectaculaque publicè edendi jus tribuit.* Sed credo vetitum Romæ tantùm, non in municipiis coloniisque. *Lipsius.*

Libertini generis.] Multi malunt ipsum quidem ingenuum, sed ut Horatium, *Libertino patre natum*, fuisse: quod verius videtur. quamquam & illud habeat, quo se tueatur, supra 2. 85. *Quatuor millia libertini generis.* Freinsh.

3. *Per solidum.*] Possit intelligi de materia & arte qua fundamentum & prima contignatio structa vinctaq; esset; at tamē patet ex Tac infra de loco, seu solo id præcipue intelligi debere: *neve amphiteatrum imponeretur, nisi sole firmitatis spectatæ.*

Per solidum] Neque solida fundamenta subjecit operi, neque ipsam molem quam ex ligno superstruxerat, satis validis compagibus nexibusque firmavit. *Freinsh.*

4. *Ut qui non abundantia.*] Ut qui non per abundantiam divitiarum, neque honorum in municipio suo adipiscendorum gratia, plebem largitione conciliaturus, sed tantum ob sordidum quæstum structuram istius operis in se receperat.

Forte ex locis & sedibus spectantium mercedem aliquam vilem seu *Lucar* captabat Atilius. talibus spectaculis dediti prorsus mortales horumce temporum, ita ut ad portas omnium civitatum Italiæ structa essent amphiteatra & quidem mansura, ut sumptibus novæ structionis parceretur.

5. *Virile ac muliebre sexus.*] Sic Plaut. Rud. *virile sexus nunquam habuit ullum.* Tacitus scripsit, *virile ac muliebre secus.* Vide ad Livium 26 47. *Grenovius.*

6. *Conferta mole.*] Ædificium illud tanto oneri ferendo impar repente disso-

exteriora effunditur : immenſamque vim mortalium ſpectaculo inten-
tos, aut qui circum adſtabant, præceps trahit, atque operit. Et illi qui-
dem, quos principium ſtragis in mortem adflixerat, [1] ut tali ſorte, cru-
ciatum effugêre. Miſerandi magis, quos abrupta parte corporis, non-
dum vita deſeruerat : qui per diem viſu, [2] per noctem ululatibus & ge-
mitu, [3] conjuges aut libetos noſcebant. Iam cæteri fama exciti, hic
fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari. etiam quorum di-
verſa de cauſſa amici aut neceſſarii aberant, pavere tamen : neque dum
63 comperto quos illa vis perculiſſet, [4] latior ex incerto metus. Vt cœpere
dimoveri obruta ; concurſus ad exanimos, complectentium, oſculantium:

INTERPRETATIO.

intus, aut exterius erumpit, infinitamque turbam hominum certamen ſpectantes, aut circum amphiteatrum ſtantes præcipitat, atque obruit. Et illi quidem quos initium cladis in exitium perculerat, quantum in tali infortunio dabatur, *dolorem & tormenta vitavere. Deplorandi magis* illi, *quos mutilata parte* aliqua *corporis, nondum vita reliquerat, qui per diem aſpectu, per noctem gemitu ejulatuque uxores* ſuas, *aut filios agnoſcebant. Iam & cæteri nuntio cladis evocati, deflebant hic fratrem, conſanguineum ille, alius parentes. Is etiam quorum familiares aut propinqui aliis de cauſis aberant, timere tamen : & nondum cognito, quos illa lues adflixiſſet, major ex ambiguo cura & formido. Poſtquam ea quæ ſtrata ſimul adflictaque erant dimoveri cœpere,* ſtatim *fit concurſus ad exſangues, eos amplectuntur, oſculantur, & ſæpe certant*

NOTÆ.

lurum eſt, lateque ſparſa ruina (namque pars intus collapſa erat, pars in exteriora procubuerat) immenſam hominum multitudinem partim ſpectaculo intentam præcipiti caſu afflixit, partim circa amphiteatrum obverſantem improviſa ſtrage obruit oppreſſitque *Freinshemius.*

Conferta mole.] Simul & derepente tota moles, confertim ruit, dein convellitur proprio pondere & per partes abrumpitur.

1. *Vt tali ſorte.*] Non intellexere plerique vim particulæ *ut*, quomodo hoc loco uſurpatur. reſtringit enim & limitat ſermonem. quippe non omnino *cruciatum effugere* ; ſed tantum quoad in tali caſu poterat ; hoc enim eſt, *ut tali ſorte.* Sic apud Flor. 3. 17. *Druſum matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit.*

2. *Per noctem.*] Nempe qui vocem propinquorum inter tenebras tamen agnoſcerent, neque propterea opem ullam ab iis impetrare, aut ſaltem ubi eſſent, certiores eos facere, neq; ſermonem cum iis miſcere poterant, quia neque facile ab illis conſpiciebantur, ruinis tantæ molis obrui & velut ſepulti, neque inclamare eos aut ipſorum debilitas, aut promiſcui clamores permittebant. Jam enim & nova alia multitudo hominum audita clade concurrerat Fidenas, &c.

3. *Qui conjuges, &c. noſcebant.*] Intelligunt, quaſi iidem illi qui *abrupta parte corporis* cruciabantur, noſcerent uxores & liberos obrutos eadem ſtrage & iiſdem cruciatibus implicitos. eos autem agnoſcebant ex voce illorum & ululatibus.

4. *Latior ex incerto.*] Quia nondum conſtabat quos ea peſtis afflixiſſet, ex incerto periculo latior metus, pluresque quam ad quos damnum ſpectaret, cura & angore cruciabantur.

& sæpe certamen, si confusior facies, & par forma aut ætas, errorem adgnoscentibus fecerat. 1 Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata vel obtrita sunt. Cautumque in posterum senatusconsulto, *ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res, neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ.* Atilius in exsilium actus est. Cæterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta & medici passim præbiti: fuitque urbs per illos dies, quamquam mœsta facie, 2 veterum institutis similis, qui magna post prælia saucios largitione, & cura sustentabant. Nondum ea clades exoleverat, cum 64
ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, 3 deusto monte Cælio. *feralemque annum ferebant, & ominibus adversis susceptum principi consilium absentiæ,* qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes; ni Cæsar obviam

INTERPRETATIO.

invicem, *si parum comperta facies, & similis vultus, aut ætas, aberrandi locum dignoscentibus præbuerat. Quinquaginta hominum millia ea strage mulcata vel oppressa sunt. Vetitumque in futurum decreto patrum*, ne quis gladiatorum spectaculum celebraret, cui minor quadringentorum millium census foret, & ne amphitheatrum exstrueretur, nisi loco cujus firmitas ante explorata esset. *Atilius in exilium pulsus est. Cæterum repente adhuc strage illa, aperta sunt optimatum ædes, remedia, & medici ubique suppeditati, fuitque civitas per illos dies, licet tristi specie, similis priscorum exemplis, qui post magna certamina vulneratos liberalitate & fomentis sublevabant, reficiebant. Nondum ea pestis obliterata, cum sævitia flammarum civitatem ultra consuetum vexavit, cremato colle Cælio. exitialemque annum dicebant & infelicibus auspiciis, consilium iniisse principem, urbe abscedendi*, idque *pro ingenio vulgi, crimen hominum interpretantis, quod fortunæ est, ni*

NOTÆ.

1. *Certabant.*] Sæpe diversi homines de eodem cadavere certabant, si forte facies casu illo obtrita erat & confusa.

2. *Quinquaginta hominum millia.*] Nihil mutemus Suetonius & Orosius viginti hominum millia periisse eo casu ajunt: noster quinquaginta, sed latiùs sumens, debilitatos non solùm obtritos. *Lipsius.*

Quinquaginta] Quinquaginta hominum millia clades ea partim membris aliquibus, partim vita privavit.

3. *Quadringentorum millium.*] Census ille equester fuit. 400 millia sunt nostro more decem millia Philippotum, seu coronatorum, sive triginta millia librarum.

4. *Veterum institutis similis.*] Livius lib. 2. *Neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat, conciliandi animos plebis, saucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati; nec alibi majore cura habiti.* Iustinus l. 28. de Spartanis post pugnam ad Sellasiam bello Cleomenico: *Patentibus omnes domibus saucios excipiebant, vulnera curabant, lapsos reficiebant.*

5. *Vltra solitum.*] Nam licet, ut in civitate maxima, atque frequentissima, crebra incendia orirentur, diligentia tamen præfectorum vigilumque ferme citra magnum incommodum coërcebantur: sed tum tota Cælii montis regio consumpta est.

5. *Deusto monte Cælio.*] Vbi hodie est basilica Lateranensis. *Muretus.*

Cælio.] Cælius mons secundæ regionis Romæ antiquæ, in latere orientali. ho-

isset, 1 tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud senatum, ab inlustribus; famaque apud populum, quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & ultro accitos munificentia juverat. Adduntur sententiæ, ut mons Cælius in posterum *Augustus* appellaretur: quando cunctis circum flagrantibus, sola Tiberii effigies, sita in domo Iunii senatoris, inviolata mansisset. *Evenisse id olim* 2 *Claudia Quinctæ, ejusque statuam vim ignium bis elapsam, majores apud ædem* 3 *Matris deum consecravisse. sanctos acceptosque numinibus Claudios: &* 4 *augendam cærimoniam loco, in quo tantum in Principem honorem dii ostenderint.* Haud fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus *Querquetulanum* cognomento fuisse, quod talis silvæ frequens, fecundusque erat: mox *Cælium* appellitatum 5 à Cæle Vibenna, qui dux gentis

INTERPRETATIO.

princeps subvenisset, largiendo pecuniam pro ratione damni; relataque ei grates apud senatum à nobilibus, & celebrata laus ejus apud plebem, quod sine favore, ostentatione, aut precibus familiarium incognitos etiam, & sola *sponte* ipsius *vocatos liberalitate fovisset. Adiiciuntur decreta, ut mons Celius in futurum* Augustus *vocaretur: quandoquidem cunctis* rebus *passim ardentibus, sola principis imago posita in penatibus Iunii senatoris intacta* flammis *evasisset. Contigisse id olim Claudia Quincta, ejusque imaginem, ab incendy sævitia bis illæsam inviolatamque, veteres in templo Matris deorum dicavisse. Sanctos & adprobatos diis Claudios, addendamque religionem colli, in quo tantum in Tiberium decus numina exhibuerint. Haud abs re fuerit referre hunc collem olim* Querquetulanum *appellatum fuisse; quod is tali silva consitus & densus id avi esset: dein Calium vocitatum à Cale Vibenna, qui*

NOTÆ.

die *Monte Celio*, in regione *Monti*, & circa Ecclesiam & palatium sancti Ioannis Laterani, &c. in Roma moderna. ex Nardini Roma Ant. lib. 2. cap. 2. *Tillemonius.*

1. *Tribuendo pecunias.*] Restituto precio dominis insularum. Tranquillus.

2. *Claudia Quinctia.*] Scribo, *Claudia Quinta*. Tertia, Secunda, Quarta, mulierum agnomina ab ordine nascendi. Ita Livio libro XL. *Calpurnius Piso necatus à Quartâ Hostiliâ uxore dicebatur.* In vetusto lapide, QUARTA. LIVIA & alibi, QUINTA. NONIA. Eoque exemplo hic, Quinta Claudia. Indicium meum firmat historia, quia Ap. Claudio hujus patri quinque filiæ fuerunt. Cicero in Catone: *Quatuor robustos filios, & quinque filias Appius regebat, & senex & cæcus.*

Quod ad historiam hanc, miraculumque: habes apud solum, nisi aberro, Valerium, lib. 1. c. VIII. *Possunt & illa miraculorum loco poni, quòd Q. Claudia statua in vestibulo templi Matris deûm posita, bis eâ æde incendio consumptâ, priùs P. Nasicâ Scipione, L. Bestiâ; item M. Servilio & L. Lamiâ Coss. in suâ basi flammis intacta stetit.*

3. *Matris deum.*] Ædes fuerunt in regione decima Romæ antiquæ. ex Nardini Roma lib. 6. c. 14. p. 398. *Tillemonius.*

4. *Augendam cærimoniam loco.*] Uti consecraretur. Sicut verbi gratia apud Sueton. Aug. 5. *de solo, quod primum Augustus nascens attigisset, decretum est ut ea pars domus consecraretur.* Sic opinor illam quoque Iunianæ domus partem, in qua Tiberii effigies collocata fuerat, consecrari placuisse.

5. *Cæle Vibenna.*] Mutant annales, in nomine, in tempore, in re. Nomen illi

Etruscæ cum 1 auxilium tulisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit. nam scriptores in eo dissentiunt. cætera non ambigua sunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitasse, 2 unde *Tuscum vicum* è vocabulo advenarum dictum. Sed ut studia procerum, & largitio principis adversum casum 66

INTERPRETATIO.

princeps nationis Etrusca, copias auxiliares adduxisset, ea regione donatus erat à Tarquinio Prisco, seu quis alius regum eam ipsi concessit. nam auctores in eo discrepant: Catera haud incerta sunt, ingentem eam multitudinem hominum *plana etiam, ac foro vicina incoluisse, inde* Tuscum vicum *ex nomine alienigenarum appellatum esse. Sed quemadmodum studia primorum, & munificentia Casaris non nihil levaminis attule-*

NOTÆ.

Cælem, noster & Varro faciunt lib. IV Cælium Dionysius & Tabula Claudiana, quæ Lugduni. Tempus adventus ejus ad Romulum Varro & Dionysius retulere: ad Tarquinium, Tacitus & Claudius in tabulâ dictâ. Festus (ut Fragmenta sunt) de Tarquinio item inseruit: sed dispescuit nomen; & Cælem ac Vibennam facit duos fratres. In re ipsa: Dionysius Romam migrasse eum, impulsum Romuli fama; Tacitus, auxilii ferendi causa; Claudius, exactum varia fortuna pulsumque, describunt.

Tabulæ illius Claudianæ verba digna adscribi. *Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia: si Tuscos, Cæli quondam Vivennæ sodalis fidelissimus omnisque ejus casus comes, postquam varia fortuna exactus, cum omnibus reliquiis Cæliani exercitus Etruria excessit, montem Cælium occupavit, & à duce suo Cælio ita appellitatus. Mutatoque nomine (nam Tusce Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est, ut dixi.*

1. *Auxilium appellatum * tavisset.*] Hæc scriptura, ajunt, codicis Medicæi. Variè restituunt. Putem τὸ *appellatum*, è priore linea repetitum frustrà, delendumque. Ita legerim, *cùm auxilium tulisset*. Lipsius.

Auxilium appellatum tavisset.] Aldus excussit, *appellitavisset*: & certe ridicula librariorum opera hic est, quod è superiore versu nomen *appellitatum* repetierint. Hoc dico ex auctoritate Halicarnassei, qui Cælium, Romuli fama impulsum cum validissima domesticorum manu transiisse ad illum scribit. Quod si est, non appellatus à Romulo Cælius Vibennus est, ita Varroni dictus. Scribendum igitur rectius & emendatius opinor: *auxilium ductavisset*. Vertranius.

Appellatum tavisset] Sic veteres libri. τὸ *appellatum* delevi quia videtur repetitum ex superiori voce *appellitatum*, nec similes voces ingerere solet Tacitus, etiam reposui *tulisset* auctoritate Lipsii & ex vestigiis manuscripti.

2. *Unde Tuscum vicum.*] Aliter visum Livio, qui lib II. cognominatum vult à reliquiis exercitus Porsenæ, qui è fuga receperant se Romam, victi ad Ariciam à Cumanis. *Pars*, inquit, *perexigua duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & specie supplicum delati sunt. His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt.*

Varro item leviter dissentit. *Hi post Cælis obitum*, inquit, *quod nimis munita loca tenerent, neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuscus; & ideò ibi Vortumnum stare, quod is deus Etruriæ.*

Tuscum.] Tuscus vicus fuit in octava regione, & prope forum Romanum, in Roma antiqua ex Nardini Roma Ant. lib. 5. cap. 5. *Tillemonius.*

1. *Adversum casum solatium tulerat.*]

solatium tulerant: ita accusatorum major in dies & infestior vis sine levamento grassabatur: corripueratque [1] Varum Quinctilium divitem & Cæsari propinquum, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ matris ejus condemnator; nullo mirante, quod diu egens, & parto nuper præmio [2] male usus, plura ad flagitia accingeretur. Publium Dolabellam socium delationis exstitisse, miraculo erat, quia claris majoribus, & Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamen senatus, & *opperiendum imperatorem* censuit: quod unum, urgentium malorum suffugium in tempus erat.

67 At Cæsar dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset, *ne quis quietem ejus inrumperet*, concursusque opidanorum disposito milite prohiberentur: perosus tamen municipia, & colonias, omniaque in continenti sita, [3] Capreas se in insulam abdidit, trium millium freto [4] ab extremis Surrentini

INTERPRETATIO.

rant contra eam cladem, sic delatorum acrior, graviorque sævitia in dies ingravescebat sine ullo remedio · invaseratque Varum Quinctilium opulentum, & consanguineum Tiberii Domitius Afer Claudia Pulchra parentis ejus delator, jam nemine stupente quod is diu inops, & rapta nuper præda abusus, plura ad scelera præpararetur. Sed prodigij loco habebatur, quod P. Dolabella eam accusationem una cum illo suscepisset, quia nobili stirpe ortus, *& Varo conjunctus, suam ipse claritudinem, suam familiam subversum ibat. Intercessere tamen patres, & statuere* expectandum esse principem, *quod solum impendentium calamitatum subsidium ad* aliquod *tempus fuit. At Tiberius consecratis in Campania delubris, quamvis edicto vetuisset*, ne quis otium ejus interpellaret, *confluentesque è municipiis populi ordinatis custodibus arcerentur; pertæsus tamen oppida, & civitates, cunctaque in continenti posita, se inclusit Capreas in insulam freto trium milliarium divisam à Surrentino promontorio, qua parte lon-*

NOTÆ.

Casus, hic duas simul clades comprehendit: ruinam & incendium. adversus quem casum, solatium tulerunt proceres, & princeps. Illi, domos, fomenta, & medicos, ruina debilitatis præbendo: hic, pecunias post incendium, ex modo detrimenti, tribuendo. Muretus legit, *adversis casuum*, quod non placet. *Pichena.*

1. *Varum Quinctilium.*] Censeo filium esse infelicis partis, qui in Germania cæsus. Sed quomodo Cæsari propinquus? Credo, quia Germanici filiam duxerat uxorem. Seneca lib. 1. Controv. III. *Declamaverat apud illum hanc controversiam Varus Quinctilius, tunc Germanici gener & prætextatus.* Itaque absocer illi Tiberius fuit. An etiam propinquus alia de causa? Puto, quia Claudia Pulchra Vari mater, sobrina Agrippinæ dicitur supra. nec tamen ultra repperi. *Lipsius.*

3. *Male usus.*] Neque mirabatur quisquam, quod homo inops male consumpto dilapidatoque prioris accusationis præmio, ad plura flagitia progrederetur. *Freinsh.* Sed non satis liquet an primum illud sui flagitii præmium dilapidaverit Afer, forte eo *male usus*, quod eo abuteretur seu accingeretur *ad plura flagitia.*

4. *Capreas se in insulam abdidit.*] Imo jam Capreis erat, cum amphitheatrum Fidenis collapsum est. *Suetonius.* Sed dissentit Tacitus, ut sæpe alias.

4. *Ab extremis Surrentini promonterii.*]

promontorii disjunctam. Solitudinem ejus placuisse maxime crediderim, quoniam importuosum circa mare, & vix modicis navigiis [1] pauca subsidia. neque adpuleris quisquam, nisi gnaro custode. [2] cœli temperies hieme mitis, objectu montis quo sæva ventorum arcentur: æstas in [3] Favonium obversa, & aperto circum pelago peramœna; prospectabatque [4] pulcherrimum sinum, [5] antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret. Græcos ea tenuisse, Capreasque Thelebois habitatas, fama

INTERPRETATIO.

gius in mare id protenditur. Recessum Capreatum *ei adrisisse potissimum existimaverim; quia pelagus proximum nullum portum habet, & vix exiguis navibus pauca stationes; neque quisquam accesserit, nisi sciente qui observaret. temperies aëris per hiemem lenis, opposito monte, quo aspera ventorum prohibentur: æstas in Zephyrum spectans, & patenti circum æquore latissima, & oculis obversabatur sinus amœnissimus, priusquam Vesuvius mons efflagraret, speciemque regionis immutaret. Memoria proditum est Græcos ea loca habuisse olim, Capreasque à Thelebois possessas. Sed*

NOTÆ.

Capreas.] Capreæ insula Campaniæ provinciæ, & in mari Tyrrheno. hodie *Capri*, ad oram provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano, paret regi Catholico. *Tillemonius.*

Ab extremis] Per *extrema*, puto, denotat eã partẽ, quæ longissime excurrit & protenditur. Sic H.3,47. *In extrema Pontica ora.* Quidã cur *radices* verterit, non video. Alii *extrema* neglexere, quod tamen referebat exprimere: quum enim Surrentinũ promontorium magnum soli spatium occupet, non tam accurate situm Capreatum describit, qui *trium millium freto ab Surrentino promontorio disjunctas* dicit, quam qui simul partem ejus promontorii, versus quam sitæ sint, exprimit.

Ab extremis.] Posset intelligi *ab ima parte* seu *radicibus promontorij*, sed quia forte non apparent illæ extremæ partes ut pote sub aquis occultæ, vel quia non notabiles sunt, satius est intelligi eam partem extremam promontorii quæ sublimis aquis impendet quæque longius in mare protenditur universim spectata.

Ab extremis.] In insulam Capreas se abscondit, quam angustum mare trium milliarium spatio dividit ab Surrentino promontorio, qua parte maxime in mare prominet. *Freinsh.*

Surrentini.] Surrentinum vel Minervæ promontorium Picentinorum populorum, in Campania provincia, & ad mare Tyrrhenum. hodie *Capo della Minerva* vel *Capo Campanella*, in principatu citeriore, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

1. *Pauca subsidia.*] Id est, stationes & tutiora loca, in quibus naves subsidere, & suffugium habere possent *Lipsius.*

2. *Cæli temperies.*] Sed & aëris temperie placere potuit, quæ neque hieme rigidior est, quia Boreæ flatus, ne in insulam penetret, interjectu montis excluditur, neque æstate nimio calore exardescit quia is insulæ situs est, ut Favonium admittat, quo spirante cælum mitigatur.

3 *Favonium.*] Favonius, ventus occidentalis; à Græcis ζέφυρος dictus, hodie in Oceano vocatur *Ouest*, & in mari mediterraneo *Ponente.* Tillemonius.

4. *Pulcherrimum sinum.*] Certum est de *sinu terrarum*, non *maris* hic sermonem esse. quippe maris facies incendio isto mutari non potuit: at de ea Campaniæ ora, nota res est. Sed de sinu, supra 4,5. *quantum ingenti terrarum sinu ambitur.* Freinsh.

5. *Antequam Vesuvius mons.*] Vesu-

tradit. Sed tum Tiberius [1] duodecim villarum nominibus, & molibus insederat, quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultior in luxus, & malum otium resolutus. Manebat quippe suspicionum & credendi temeritas, quam Sejanus augere etiam in urbe suetus, acrius turbabat, [2] non jam occultis adversum Agrippinam & Neronem insidiis. 3 quis additus miles, [4] nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales re-

INTERPRETATIO.

tum Cæsar duodecim prædiorum vocabula, seu spatia amplissima *occuparat; & quanto olim acrius in munia publica incubuerat, tanto secretior in libidines, & pravam inertiam effusus atque emollitus erat. Etenim restabat adhuc diffidentia, & nimia credulitatis insania, quam Sejanus intendere etiam in civitate solitus, nunc violentius exterrebat, non amplius secretis artibus adversus Agrippinam & Neronem; quibus adpositi custodes, velut in commentarios referebant, sermonum atque literarum commer-*

NOTÆ.

vius mons Campaniæ amœnissimus, multos habet subterraneos ignis fontes: itaque sæpe conflagravit, sed maximum incendium sub Tito Vesp. quod copiose describitur à Xiphilino, tangitur à Suetonio: disertissime exponitur à Plinio minore lib. 6. Epistolarum, ubi narrat mortem avunculi sui, qui ea conflagratione absorptus est. Hodie. *Monte Somma*. Muretus.

Capreasq;] Emit, sive permutavit eas cū Rep. Neapolitana Imp. Augustus, traditis earum vice Pithecusis, sive, ut Suetonius appellat Ænaria, Aug. cap. XCII. Notat Dio LII. in extremo, & clare Strabo l. V.

Ab hac causa ergo Capreæ in censu Cæsarum: quam Tiberius XII. villarum nominibus insedit, ait noster. Iis villis nomina fuisse censeo XII deorum ex Suetonio, qui Capreis adsignat *Villam cui nomen Iovis*, cap. LXV Sed & Pharus in ea insula, usui nautis. Idem *Turris Phari terra motu Capreis concidit*. quod ponit inter omina Tiberianæ mortis.

Vesuvius.] Mons Campanorum populorum. hodie *Monte di Somma*, nomen antiquum etiam retinet, est in Terra Laboris, prope Neapolim urbem, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

Duodecim villarum nominibus.] Per *nomina* villarum Tacitus intelligit immensa latifundia quæ alibi vocat *villarum infinita spatia.* utitur ea voce *nomina* quoties grande quid & immensum denotat. sic lib. 3. 62. ubi de civitatibus Asiaticis Asyla sua tuentibus *memorabantur Perperna, Isaurici multaque alia imperatorum nomina.* Ubi τὸ *nomina*, id est maximi clarissimique imperatores. sic & eod. lib 3. ubi de funere Iuniæ quæ Cassii uxor. *Viginti clarissimarum familiarum imagines antelata sunt, Manlij, Quinctij, aliaque ejusdem nobilitatis nomina.* ubi per nomina intelliguntur nobilissimæ familiæ Romanorum. sic equites Rom. vocat *prævalida nomina* intelligitque splendidissimos & opulentissimos equites Rom. Hinc addit Tac. *nominibus & molibus.* De 12 diis merum commentum est.

2. *Non jam occultis.*] Ut qui jam Agrippinæ & Neroni custodes adposuisset, qui omnia illorum dicta factaque observarent sibique referrent, qui jam & palam & publice amicos clientesque illorum subverteret, opprimeret, qui jam omnia auderet in secreto Caprearum.

3. *Quis additus miles.*] Additum vere ad custodiam credas, & electos ex iis, qui fidi præcipue Sejano: sed verisimile, additos honoris specie. *Pichena.* Serio additi illi custodes palam & sine specie honoris.

4. *Nuncios.*] Nuncios nempe quos illi

ferebat. ultroque ſtruebantur, qui monerent perfugere [1] ad Germaniæ exercitus, vel [2] celeberrimo fori effigiem divi Auguſti amplecti, populumque ac ſenatum auxilio vocare. Eaque ſpreta ab illis, velut pararent, objiciebantur. Iunio Silano & Silio Nerva COSS. fœdum anni princi- 68
pium inceſſit, tracto in carcerem inluſtri equite Romano Titio Sabino, ob amicitiam Germanici. neque enim omiſerat conjugem liberoſque ejus percolere, ſectator domi, comes in publico, poſt tot clientes unus; eoque apud bonos laudatus, & [3] gravis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opſius prætura functi adgrediuntur, cupidine conſulatus; ad quem non niſi per Sejanum aditus: neque Sejani voluntas, [4] niſi ſcelere quærebatur. Compoſitum inter ipſos, ut Latiaris, qui modico uſu Sabinum contingebat, ſtrueret dolum, cæteri teſtes

INTERPRETATIO.

cia, & exitus, ingreſſus, manifeſta, arcana; ultreque ſubmittebantur qui conſulerent ipſis pervadere ad Germanicas legiones, vel frequentiſſimo fori loco, ſeu tempore, *complecti imaginem D. Auguſti; plebiſque, & patrum opem implorare. Eaque, cum illi ſpernerent, ipſis exprobrabantur, quaſi ipſa hac agitaſſent. Iunio Silano, & Silio Nerva Coſſ. turpe atque deforme initium anni fuit, conjecto in vincula illuſtri equite Rom. Titio Sabino, propter familiaritatem Germanici. Nec enim deſierat celebrare uxorem & filios illius, aſſiduus domi, ſectator in egreſſu, poſt tot amicos ſolus, ideoque apud honeſtos commendatus, & inviſus malis. Hunc adoriuntur Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opſius qui præturam obierant, cupiditate conſularis faſtigii, ad quod tantummodo per Sejanum perveniri potuit: neque Sejani favor niſi crimine parabatur. Conſtitutum inter ipſos, ut Latiaris qui aliqua conſuetudine Sabini utebatur, pararet inſidias, alii teſtes adſiſterent: poſtea delatio-*

NOTÆ.

undecunque accipiebant, introitus hominum à quibus inviſebantur, velut in annales redigebant & Sejano referenda adnotabant.

1. *Ad Germaniæ exercitus.*] His legionibus Germanicis chari fuerunt Agrippina & filii ejus ob amorem Agrippæ, Druſi, Germanici, & etiam Auguſti, quia ejus ſanguis.

2. *Celeberrimo fori.*] Sunt quidem, quibus *celeber* & *creber* quandoque idem ſignificare videntur: neque tamen ideo *celeberrimum fori* interpretet tempus quo plurimi in eo mortales obverſentur. Quapropter potius viſum de *loci celebritate* (ſupra 3,9.) explicare; licet profecto illa celebritas è frequentia hominum illis in locis agere ſolitorum, naſcatur. Cæterum locum qui ibi deſcribitur, divino fuiſſe Roſtra. nam ea in foro fuiſſe Livius 7,14. tradit: ubi collocatam eſſe ſtatuam Auguſti, vel inde quis colligat, quod illo ævo *nullus locus, ad ſtatuam quidem Roſtris clarior*, Freinsh. ſume de tempore & loco. Tac. *dieque & ripa frequenti.*

3. *Gravis iniquis.*] Apud bonos univerſim laudata conſtantia Sabini, at gravis ille inviſuſque iis qui domui Germanici iniqui adverſique erant.

4. *Niſi ſcelere.*] Neque ad Sejani gratiam aditus dabatur, niſi per ſcelera aut miniſteria ad juvandos nefarios illius conatus idonea.

adessent: deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris jacere 1 fortuitos primum sermones: mox laudare constantiam, *quod non, ut ceteri, florentis domus amicus, adflictam deseruisset*: simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. Et postquam Sabinus, 2 ut sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit questus; audentius jam onerat Sejanum, sævitiam, superbiam, 3 spes ejus, 4 ne in Tiberium quidem convicio abstinet. Iique sermones, tamquam vetita miscuissent, speciem artæ amicitiæ facere. Ac jam ultro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, 5 dolores suos quasi ad fidissimum deferre.
69 Consultant quos memoravi, quonam modo ea plurium auditu acciperentur. nam loco, in quem coibatur, servanda solitudinis facies; & 6 si pone fores adsisterent, metus visus, sonitus, aut forte 7 ortæ supicionis.

INTERPRETATIO.

nem ordirentur. Itaque Latiaris initio, veluti fortuito casu emittere verba aliqua; *dein extollere firmitudinem, & fidem illius*; quod, non ut reliqui stantis & incolumis familiæ amicus, perculsam reliquisset; *simul decora de Germanico, Agrippinam deflens memorabat. At ubi Sabinus, ut sunt tenera in adversis hominum mentes, indulsit fletibus, adjecit questus; promptius jam invehitur in Sejanum, crudelitatem, impotentiam, cupiditatem ejus, ne in Cæsarem quidem probris temperat; eaque colloquia quasi prohibita sociassent* invicem, jam *speciem præbebant* velut *intima familiaritatis. Ac jam Sabinus sponte adire Latiarem, celebrare penates* illius, *mœrorem suum velut in amici fidelissimi sinu deponere. Deliberant ii, quos dixi, quonam pacto ea à pluribus audirentur. Quippe cubiculo, quo conveniebatur, retinenda species, quasi remoti arbitri & testes omnes essent. & si post januam adstarent* homines, *metuendi locus fuit, ne viderentur illi, aut murmur ederent, vel casu* aliquo alio *suspicio* fraudis *inoriretur.*

NOTÆ.

1 *Fortuitos sermones.*] Primo quidem promiscuos sermones, quales in ejusmodi congressibus fortuito oriri solent, protulit. dein paulatim flexit ad constantiam Sabini.

2. *Ut sunt molles.*] Ut teneri sunt in calamitate & proclives ad lacrymas mortalium animi, flere cœpit, & eadem quæ Latiaris queri, &c.

3. *Spes ejus.*] Quibus nempe imperium sibi destinatet.

4. *Ne in Tiberium quidem.*] Præcipue quod oppressa Germanici stirpe, Sejanum tantopere extolleret.

5. *Dolores suos.*] Maxime si quid eorum, quæ contra patronos suos strui videbat, cum dolore adficeret.

6. *Si pone fores.*] Nam loco in quo colloqui solebant, solitudinis facies atque forma ita relinquenda erat, ut nihil eo inferri ibique collocari deberet, in quo aut pone quod absconderentur; neque post fores adstare consultum arbitrabantur, quia facile evenire posset, ut aliqua parte conspicerentur, aut quamquam levi strepitu edito audirentur.

7. *Orta suspicionis erat.*] Hoc est, ut ego capio, quæ fortuito quodam casu posset subito oriri. Nec enim ullam jamtum suspicionem in Sabino ortam autumabant; sed hoc metuebant posse aliquam oriri inter ipsum cum Latiare colloquium: non ut huic diffideret, sed ut metueret, ne quis forte adstans foribus aucuparetur eorum sermones *Freinsh.*

Forte orta suspicionis.] Vel etiam ne-

erat.

erat. [1] Tectum inter & laquearia, tres ſenatores, haud minus turpi latebra quam deteſtanda fraude, ſeſe abſtrudunt, foraminibus & rimis aurem admovent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit; præteritaque & inſtantia, quorum adfatim copia, ac 2 novos terrores cumulat. Eadem ille, & diutius: quanto mœſta, 3 ubi ſemel prorupere, difficilius reticentur. Properata inde accuſatio, miſſiſque ad Cæſarem litteris, ordinem fraudis ſuumque ipſi dedecus narravere. Non alias magis anxia & pavens civitas, 4 tegens adverſum proximos, congreſſus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima, tectum & parietes

INTERPRETATIO.

Tres ſenatores ſeſe occultant inter tectum & laquearia, perinde fœdo latibulo, quam abominando flagitio ſe ſe abſcondunt, foraminibus & rimis aures accommedant. Interim Latiaris obvium in itinere Sabinum in ædes, & cubiculum ducit, quaſi nuper audita ipſi relaturus; veteraque, & imminentia mala qua plurima adfluebant, noveſque pavores ingerit. Eadem Sabinus profert quæ Latiaris, *& longius, quanto triſtia, ubi ſemel ſe effudere, difficilius cohibentur. Exin accelerata delatio, compoſitiſque ad Tiberium epiſtolis, ſeriem doli, ſuumque ipſi flagitium nuntiavere. Nunquam alias magis inquies & pavida civitas, tegere ſe contra propinquos,* & domeſticos; *cœtus, ſermones, cognita incognitaque aures declinari* cœperunt, *etiam voce & ſpiritu carentia; la-*

N O T Æ.

Sabino, ut ſunt in ſecretis tanti momenti aperiendis ſollicitæ hominum mentes, incideret ſuſpicio, ne quis pone fores occultaretur.

1. *Tectum inter & laquearia.*] Exemplum ab Ephoris eſſe, moneo juventutem, Pauſaniam Spartæ regem, cum ad Ephoros detuliſſet Argilius quidam proditionis, & occultæ cum Rege ſocietatis, eamque in rem litteras ejus oſtendiſſet. ut tamen ipſi coram ea audirent cognoſcerentque, commenti fraudem ſunt, ut in templum perfugeret Argilius, quaſi ad aram. ubi Pauſaniæ in os hæc exprobraret, apud conſcium non negaturo: Ephori autem in occulto laterent, duplici quodam tabulato diſcluſi. *Lipſius.*

Tectum inter & laquearia.] Cicero Topicis? *Multi etiam in res odioſas imprudentes inciderunt; ut Staterio nuper accidit, qui ea locutus eſt, bonis viris ſubauſcultantibus, pariete interpoſito, quibus patefactis in judiciumque prolatis, rei capitalis damnatus eſt.*

2. *Novos terrores.*] Novos quoque metus de quibus numquam inter ſe contulerant, cumulate refert, quo magis illius odium iramque, incenderet, irritaretque ad nova convitia ex novis doloribus, quod & evenit Nam ille fraudis ignarus, de atrocitate temporum prolixius etiam diutiuſque diſſeruit.

3 *Vbi ſemel prorupere.*] Sicuti fieri ſolet, poſtquam ſemel homines adflicti dolores ſuos erumpere paſſi ſunt, eorum commemoratione vix ſatiari, nec quicquam quod eo pertineat, indictum ſilere jam poſſunt.

4. *Tegens adverſum proximos.*] Litterula addita reſtituo: *tegens.* Dictio ſimilis in Cicerone. pro Roſcio, *Tecti eſſe ad alienos poſſumus, ſocium vero fallere qui poſſumus?* Lipſius.

Tegens.] In veteribus libris, *egens* repoſui *tegens* ductus auctoritate Lipſii & ſententia Taciti. Alii aliter, *ſe tegens ſatagens.* Alii *egit, egerat*; alii *tegere ſe.* omnes eodem fere ſenſu.

70 circumſpectabantur. Sed Cæſar [1] ſolennia incipientis anni Kal. Ian. epiſtola precatus; vertit in Sabinum, *corruptos quoſdam libertorum, &* [2] *petitum ſe* arguens. ultionemque haud obſcure poſcebat. nec mora, quin decerneretur: & trahebatur damnatus, quantum [3] obducta veſte & [4] adſtrictis faucibus niti poterat, clamitans, *Sic inchoari annum, has Sejano*

INTERPRETATIO.

quearia, murisque circumluſtrabantur. Sed Tiberius literarum initio ſolennia ineuntis anni fauſta, ominatus; flexit in Sabinum, nonnullos libertorum pellectos & ſollicitatos, ſibique ſtructas inſidias. *incuſans: vindictamque haud occulte flagitabat. nec dubitatum quin ſtatueretur, & rapiebatur reus, exclamans quantum contendere poterat* ille *capite obvoluto & obtorta gula*; ſic annum incipi, has Sejano hoſtias ma-

NOTÆ.

1. *Solennia incipientis anni.*] Nempe *precatus*, ſententia iſta: ut ſacra auſpiciaque ejus diei prima epiſtola veneratus Cæſar ſit. Ita ſupra legl. *Sed principio litterarum veneratus deos.* Sane dies ille, ſi quis alius, religioſus in vulgus. Plinius: *Primum incipientis anni diem lætis precationibus invicem fauſtum ominamur.*

Templa aperiebant, vota concipebant pro ſua quiſque publicaque ſalute. Prudentius:

—— Iane etiam celebri de menſe litatur
Auſpiciis epuliſque ſacris: quas inveterato,
Heu miſeri, ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta Kalendarum.

Vide & Ovidium in Faſtis. Sed & ludi tum in palatio. Iulianus in Miſopog. *Arceo me à theatris præ inſcitia ſeu ruſticitate, neque intra aulam admitto, extra incipientis anni tempus.*

At de ſtipe ſtreniſq; quæ eſt ratio? eum adeo averſatus eum morem Tiberius ſit, (homo alias abhorrens omnes ejuſmodi vitæ amœnitates) ut plerumque extra urbem Kalendis ipſis egerit, ne admitteret ſtrenas. Clare Dio: *Propterea Calendis Ian. ſepe degebat extra urbem ne homines qui tum circa novos magiſtratus, & feſto vacabant interpellaret, & ne pecuniam ab illis acciperet. Neque Auguſtum in ea re laudabat. propter multam importunitatem quæ exinde oriebatur, & etiam ob nimiam impenſam in ſtrenarum redditionem.* Lipſius.

Solennia incipientis anni Cal. Ianuar. &c.] In veteribus libris, opinor, hæc non diſerte perſcripta, ſed initialibus tantum literis indicata ſunt. quæ res auctori fraudi fuit; ſenſus enim poſtulat legi *Calen. Ianuariis.* deſignat enim tempus quo res ea geſta fuerit. quomodo in illis Suet. Calig. 42. *Stetitque in veſtibulo ædium Calen. Ianuariis.*

Τὸ *precandi* pleriq; pro rogare acceperũt, tanquam ſenatus rogaretur: quum tamen nihil ſignificet niſi votum à diis expetitum. Supra 4, 3. *Integram illis ſobolem, ac ſuperſtitem iniquorũ precarentur.* Freinsh.

Solennia.] Cum miſſa epiſtola ad Patres, omnia fauſta lætaque ſibi & imperio, pro conſueto more precatus eſſet.

2. *Petitum ſe.*] Incuſavit eum, quaſi corruptis libertis cædem principi machinatus eſſet.

3. *Obducta veſte.*] Cicero pro Rabirio: *Carnifex ferox, & obductio capitis.* In veteri declamat. *Non oculis judicaſſetis; nec continua ſtrictis faucibus rapiendus ad ſupplicium veneficus videretur.* Ammian. princip. lib. 14. *Formula miſſa lethali, homo crimine nullo contactus idem Clematius, nec hiſcere, nec loqui permiſſus occideretur.*

4. *Adſtrictis faucibus.*] Ut obvolutam capiti veſtem largiar, non etiam gulæ eadem obvolvi aut potuit commode, aut

[1] *victimas cadere.* quo intendiſſet oculos, [2] quo verba acciderent, [3] fuga vaſtitas: deſeri itinera, fora: & quidam regrediebantur, oſtentabantque ſe rurſum, idipſum paventes, [4] quod timuiſſent. [5] *Quem enim diem vacuum pœna, [6] ubi inter ſacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis ab-*

INTERPRETATIO.

ctari. quocumque vertiſſet oculos, quo voces contingerent, fuga, ſolitudo: relinquebantur via, platea; & nonnulli revertebantur, iterumque ſe exhibebant, idipſum metuentes, quod expaviſſent. Quem enim diem ceſſantem à ſupplicio, cum inter ſacrificia & ſupplicationes, qua tempeſtate verbis etiam parum religioſis tem-

NOTÆ.

opus fuit: quum longe eſſet facilius, veſte, qualis geſtari ſolebat, ad collum prehenſa, gulam & fauces premere & angere, iiſque adſtrictis urgere & trahere.

Sic enim bene interpretantur hæc verba, *Rapere obtorto collo*, ad Plauti Pœnulum 3,5,45. Florus, 3,27. *Sed apprehenſum faucibus viator non ante dimiſit, quam ſanguis in aures & oculos redundaret.* ubi & alia quædam notavimus. *Freinshem.*

1. Victimas.] Sic innuebat non jam more patrio diis immolari, pro fœlici rerum auſpicio, ſed Sejano victimas cædi: non boves aut pecora, ſicut diis ſolitum, ſed cives equiteſque Rom.

2. Quo verba.] In tanta delatorum pravitate quilibet ſibi metuebat, ne ſi vel eum intueretur, vel auſcultaret, pro complice aut fautore ejus, inimicoque Cæſaris corriperetur; tanto pavore, ut paſſim fora & itinera quibus reus duceba tur desererentur, vaſtitatemque & ſolitudinem exhiberent.

3. Fuga, vaſtitas.] Auctor vitæ Lucani: *Adeo ut quondam in latrinis publicis clariore ſtrepitu ventris emiſſo, hemiſtichium Neronianum, maxima conſeſſorum fuga, pronuntiarit: Sub terris tonuiſſe putes*

4. Quod timuiſſent.] Primo metuerant ne conſpicerent reum, aut ab ipſo conſpicerentur. ne ad ſe vocem intenderet, ne ſic in partem criminis & pœnæ vel inviti traherentur. Sed poſtea conſcientiæ ſuæ fidentes, rurſus ſe oſtendebant & jam metuebant, quaſi criminis conſcientia aliqua primum formidaſſent.

Nempe putabant poſſe eum metum, licet innocentem, trahi à malevolis in crimen, aut argumentum male ſibi conſciæ mentis, atque exinde ſibi periculum forte creari poſſe ſibi perſuadebant.

5. Quem enim diem.] Non ſunt hæc Sabini verba, ſed cogitationes hominum: licet plerique nec non ipſe Lipſius contra putaverint. Sed primo ſi ſic eſſet, Tacitus Sabini verba, tam importuna parentheſi non diremiſſet: deinde non eſt conſentaneum, hominem eo habitu quo Sabinus deſcribitur, tantum verborum fundere potuiſſe. *Freinsh.*

Quem enim diem.] Ex eo quod viderent homines tam ſævum ſpectaculum & feſto die, ex eo quod & ſibi timerent ex tam perverſo exemplo, orti illi ſermones ſpectantium, aut ficti ex ingenio vulgi in hiſtoriæ decus, quæ affectus mortalium ſola ad verum exprimit.

6. Ubi inter ſacra & vota.] Nihil enim triſte publicè privatimque primo illo die patrabant: nedum ut punirent. Plutarchus in Mario: *Progreſſuſque Marius Calendis ipſis Ianuariis, initio anni, Sextum quemdam Licinium de ſaxo jecit. quod & illi & urbi impendentium malorum maximum viſum præſagium*

Nec mirum ſi Romani diem illum eximium habuerint à pœna: quippe qui omnes dies feſtos. Seneca pater l. v. controverſia iv. *Accuſatus eſt à fratre parricidii, & damnatus. Diebus feſtis intercedentibus, pœna ex lege dilata eſt.* Suetonius de Tiberii ſævitia: *Nullus à pœna hominum ceſſavit dies, ne religioſus qui-*

ſtineri mos eſſet, vincla & laqueus inducantur? [1] *non imprudentem Tiberium tantam invidiam adiiſſe:* [2] *quæſitum meditatumque, ne quid impedire credatur, quo minus novi magiſtratus, quo modo delubra & altaria, ſic carcerem recludant.* Secutæ inſuper litteræ, grates agentis, *quod hominem infenſum Reipub. puniviſſent:* adjecto, *trepidam ſibi vitam, ſuſpectas inimicorum inſidias*, nullo nominatim compellato: neque tamen dubitabatur in Neronem & Agrippinam intendi. Ni mihi deſtinatum foret, ſuum quæque
71 in annum referre, avebat animus anteire, ſtatimque memorare exitus, quos [3] Latinius atque Opſius cæterique flagitii ejus repertores habuere, non modo poſtquam [4] C. Cæſar rerum potitus eſt, ſed incolumi Tiberio: qui ſcelerum miniſtros, ut [5] perverti ab aliis nolebat; ita plerum-

INTERPRETATIO.

petrati mos fuerit, carcer & laqueus oſtententur? Haud per ſocordiam neque inſcium Tiberium tantam offenſionem aut odium civium ſubiviſſe: ſtructum hoc compoſitumque, ne quid prohibere videatur, quin novi conſules ut templa, & aras, ſic carcerem aperiant. *Miſſa præterea epiſtola Tiberii gratiam referentis*, quod virum Reip. infeſtum pœna adfeciſſent: addito pavidam ſibi vitam, inſeuſorum hominum fraudes metuere, *nullius nomine prolato: neque tamen incertum erat deſignari Neronem, & Agrippinam. Niſi mihi propoſitum foret ſuo quæque tempore memorare, inceſſebat me cupido præcipiendi res, ſtatimque referendi exitus quos Latinius atque Opſius, aliique iſtius ſceleris inventores nacti ac ſortiti ſunt, non ſolum poſtquam Caligula principatum adeptus eſt, ſed etiam imperante ipſo Tiberio, qui flagitiorum ſatellites, ut opprimi ab aliis non ſinebat; ſic ſæpe uſque ad ſatietatem*

NOTÆ.

dem & ſacer. Philo Iud. contra Flac. *Bonis & benè adminiſtrantibus Præſidibus mos eſt, in neminem damnatum animadvertere, donec ſolennes celebritates natalitiique dies Auguſtorum præterierint.*

Sic Atheniis de Socrate Xenophon. *Quippe neceſſe ipſi fuit triginta poſt judicium diebus vivere, quia Delia* (feſta) *illo menſe celebrata, & lex fuit qua nefas erat quemquam publice interfici, donec Theoria* (ſacra navis) *ex Delo rediiſſet.*

1. *Non imprudentem Tiberium.*] Senſus eſt, non temere aut incogitanter, facinus tam odioſum & ſubjectum ſermonibus perpetraſſe Cæſarem, ſed certo meditatoque conſilio, ut omnibus pateret, niſi quis, non crimine modo in eum, verum etiam ſuſpicione vacaret, non effugiturum eſſe pœnam, neque adeo minimas inducias habiturum, etiamſi ſanctiſſimi dies intervenirent. *Freinsh.*

2. *Quæſitum.*] Quæſitum forte meditatumque id conſilium Tiberio duplici de cauſa, nempe ut omnibus pateret, niſi quis non crimine modo, verum etiam ſuſpicionibus erga Cæſarem vacaret, vix pœnam effugiturum, & etiam vel ſanctiſſimis diebus reos majeſtatis nullo dato ſpatio pœna adficiendos.

3 *Latinius atque Opſius.*] De Opſio in his libris nihil: de Latinio habes libro VI *Lipſius.*

4. *C. Cæſar.*] Qui Caligulæ cognomen habuit. is frater Neronis, Druſiq; & Agrippinæ filius, ſuas & ſuorum injurias haud dubie vindicavit in ſcelerata hæc capita.

5. *Perverti ab aliis.*] Flagitiorum inſtrumenta ab aliis ſubverti non patiebatur, ſed ipſemet, poſtquam ſatietas eorum obrepſiſſet, eos in exitium adfligebat, miniſtros ſcelerum, ut fieri ſolet ipſe

que satiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraves adflixit. verum has atque alias sontium pœnas, in tempore trademus. Tum censuit Asinius Gallus, cujus liberorum 1 Agrippina matertera erat, *petendum à principe*, 2 *ut metus suos senatui fateretur*, 3 *amoverique sineret*. Nullam æque Tiberius, 4 ut rebatur, 5 ex virtutibus suis quam dissimulationem diligebat, eo ægrius accepit 6 recludi quæ preme-

INTERPRETATIO.

eos perosus, & se preferentibus in idem scelus novis ministris, *priscos & importunos subvertit. Sed hac & alia reorum supplicia loco suo memorabimus. Cum disseruit Asinius Gallus, cujus filii Agrippinam materteram ferebant*, postulandum à Cæsare, ut pavores suos partibus aperiret & hos auferri sibi pateretur. *Nullam perinde Tiberius, ut existimabat, ex virtutibus suis, ac simulandi artem fovebat. eo magis agre tulit ea per-*

NOTÆ.

exhorrens, veteribus oppressis, recentes alios scenam illam malorum ingredi, & novas scelerum tragœdias excitare ultro compellebat, etiam clarissimos Patrum & nobilissimos, quod pudendum.

Ab aliis perverti.] Tac. lib. 6 30. *At tamen accusatores, si facultas incideret, pœnis adficiebantur: ut Servilius Corneliusque, perdito Scauro famosi*, &c.

Ab aliis.] Ne intelligas quasi nollet delatores ab aliis delatoribus perverti, sed quia nollet delatores illos seu ministros facinorum à bonis & honestis opprimi, neque etiam à malis, nisi quando & quatenus ipse vellet.

1. *Agrippina matertera erat.*] Nimirum quia Vipsania uxor Asinii, consanguinea Agrippinæ soror: id est, eodem patre Vipsanio natæ ambæ, diversa matre.

Agrippina.] Agrippina hæc & Vipsania sorores, ambæ natæ ex eodem patre M. Agrippa, sed diversis matribus, Vipsania ex Pomponia filia Pomponii Attici genita, Agrippina ex Iulia Augusti filia.

Matertera.] Asinius Gallus duxerat Vipsaniam Agrippinam filiam M Agrippæ, postquam discesserat à Tiberii matrimonio, jussu Augusti, sic ea soror fuit Agrippinæ Germanici, & ex Vipsania illa ipse Gallus liberos susceperat, quorum sic matertera fuit Agrippina de qua hic.

2. *Vt metus suos.*] Censuit ut princeps fateretur senatui, quem suspectum haberet, eumque è medio tolli pateretur. *Freinsh.*

Puto, non est ea mens Taciti, aut Galli. voluit rogari principem, ut suos metus Patribus aperire vellet, sineretque tales suspiciones demi diluique. nam qui metuitur non statim reus receptus est, sed licet amovere & diluere talia suspicionum inania, quæ sæpe ab inimicis struuntur, non probantur.

3 *Amoverique sineret.*] Vertit interprès Gall. *Vt sineret eos abscedere.* quasi vero suspectos sibi filios Germanici, aut etiam patricios vel modicos abscedere in provincias *sineret!* potius ablegari & claudi insulis seu scopulis vellet. sensus est, ut *auferri metus suos sineret*.

4. *Vt rebatur.*] Ad sequentia refer. Putabat hanc virtutem esse, non erat. *Lips.*

5. *Ex virtutibus suis.*] Offenderat ea sententia Galli Tiberium, quia enim inter virtutes suas, quas ipse suo judicio habebat pro talibus, dissimulationem primo & præcipuo loco diligebat, eo ferebat ægrius quemquam scire velle quid ipse silentio tegeret.

6. *Recludi quæ premeret.*] Premebat tegebatque animo, qui essent illi inimici & quæ insidiæ, at Gallus Asinius censuit ferocius *petendum à principe* &c. sicque imprudenter aperuit se intelligere

ret. 1 ſed mitigavit Sejanus, non Galli amore, verum ut 2 cunctationes principis aperirentur: 3 gnarus lentum in meditando, ubi prorupiſſet,

INTERPRETATIO.

*rumpi quæ recondere*t. *Sed placavit* illum *Sejanus, non Aſinii ſtudio, ſed ut lentæ cogitationes Tiberii recluderentur; haud inſcius tardum in conſultando,* ſed *poſtquam*

NOTÆ

quæ premere ſilentio vellet Tiberius, nempe non eſſe ſibi alios inimicos, quam Agrippinam & Neronem.

Hoc non aperte dicebat Gallus, ſed ſatis colligebatur eum intellexiſſe & recluſiſſe mentem Tiberii, cum ad ſe ut propinquum Agrippinæ & filiorum hæc injuria metus & ſuſpicionum principis pertinere ſic oſtenderet. Cur enim talia cenſeret in ſenatu, niſi ad ipſum & ad ſuos tales ſuſpiciones & metus ſpectarent?

1. *Sed mitigavit*] Verum lenivit iram ejus Sejanus, non quia Gallo bene vellet, ſed odio Neronis & Agrippinæ, cupiebat cunctatoris ſenis meditata in eos odia tandem erumpere. *Freinsh.*

2. *Cunctationes principis.*] Explico: Sejanum mitigaſſe Tiberium, quia non nolebat frigus & lentitudinem illam excitari, ac cogitationes ejus produci: ut denique voti ſui compos fieret, duobus illis afflictis. quod prævidebat fore, ut Tiberius occultam adhuc iram promeret, & atroce facto oſtenderet, cùm non ultrà lateret. Et ſanè ita evenit, ſtatimque initio anni proximi duo illi (Agrippina & Nero) accuſari & damnati.

An quis etiam *operirentur*, mallet? Tum eſſet, mitigaſſe ideò Sejanum, quia nondum maturum videbatur ſcelus Principis aperiri, excuſavitque Aſinium ejus dicti: ut ſcilicet majus odium mora conciperet, & denique triſtibus factis efferret. *Lipſius.*

Ut cunctationes principis aperirentur] Nimirum ut is ſimultates evomeret adverſus Germanici domum, quas ad id temporis preſſas, & clauſas continuiſſet; cui rei Sejanus jam diu ſtudebat: nam ejuſmodi odia non recens, ſed ante decennium cœperant,

Inhians itaque perverſioni dictorum, & impatiens moræ, animadvertit ex his Tiberii verbis, *trepidam ſibi vitam, ſuſpectas inimicorum fraudes*, cum jam jam probatas offenſas depromturum, Aſinioque favet, qui ad ſuum votum verba fecerat & ſubdole dat operam, ut pœnæ diu dilatæ repræſententur. *gnarus lentum in meditando, ubi prorupiſſet, triſtibus dictu atrocia facta conjungere.* Salinerius.

Quidquid occinant, verum cenſeo, *opperiretur*. Hoc eſt, ut ſubſerviret ingenio principis, & ſpecie clementiam ſuadentis, daret ei occaſionem cunctandi, differendique Gallum in maturius odium; ſciens illum gaudere mora & quodam tractu conſiliorum; poſtquam decreſſet, non pœnitere, ſed à verbis immitibus ad ſæva ſupplicia procedere.

Suſtinebat igitur ad tempus, donec major & accumulata offenſio uno impetu Gallum proſterneret. Sed & ſupererat Iulia Auguſta, cujus ambo, ad exſerendum omne odium in domum Germanici, mortem avide exſpectabant. *Gronovius.*

Aperirentur.] Mitigando iram Tiberii, ſic illi obſtabat, velut obex torrenti oppoſitus, qui quo magis arctatur, eo fortius prorumpit, & ſic voti ſe compotem faciebat Sejanus, ita ut ſic *aperirentur cunctationes* Tiberii, qui notus ſoli Sejano, cæteris abſtruſus. ſicque callidus miniſter placando aut placare ſimulando iram illius, ſenſa ejus expiſcabatur, accendebatque ut erumperet.

Qui legunt *aperirentur* & qui *opperiretur*, non diſſentiunt niſi quo ad tempus. qui legunt *aperirentur*, cenſent voluiſſe Sejanum, ut tandem aliquando & cito promereretur ſævitia illius adverſus Agrippinam & filios. Alii expectare vo-

[1] tristibus dictis atrocia facta conjungere. per idem tempus [2] Iulia mor-
tem obiit, quam neptem Augustus convictam adulterii damnaverat, pro-
jeceratque [3] in insulam [4] Trimetum, haud procul Apulis litoribus. illic
viginti annis exsilium toleravit, Augustæ ope sustentata: quæ florentes
[5] privignos cum per occultum subvertisset, misericordiam erga adflictos
palam ostentabat. Eodem anno Frisii transrhenanus populus pacem 71
exuere, nostra magis avaritia, quam obsequii impatientes. Tributum

INTERPRETATIO.

erupisset, adjicere ipsum atrocibus verbis immania facinora. Eadem tempestate Iulia exstincta est, quam neptem suam Augustus compertam stupri damnaverat, amoveratque in insulam Trimetum, haud procul Apuliæ oris. Illic viginti per annos exilium tulit, Liviæ largitione vitam tolerans, quæ vigentes privignos privignasque, *cum dolo adflixisset, miserationem erga oppressos publice jactabat. Eodem anno Frisii transrhenana gens otium turbavere, magis nostra cupiditate,*

NOTÆ.

loisse Sejanum illas cunctationes principis, ut suo tempore maturæ & adultæ, ut in *ingenio revolvente iras* atrocius tandem erumperent. mens Sejani fuit lenire iram Tiberii ut *aperirentur* odia ejus ultro, sponte & suo tēpore, *gnarus lentū* &c.

Aperirentur.] Legunt *aperirentur, operirentur, opperiretur*, & differunt tantum de tempore, quo debuerant *aperiri, operiri*, aut *expectari.* secundum magis & minus. si operiuntur cunctationes Tiberii, si eas opperitur & expectat Sejanus ut suo tempore erumpant, ea sententia non valde differt ab alia, qua volunt ut aperiantur vel statim, vel tandem eo sensu quo diximus.

Et standem nostræ regulæ qua contendimus perpetuo acquiescendum esse autographo nostro unico, quoties elici potest sensus commodus; alioquin ex auctore nostro facies novum aliquod pro libito tuo portentum.

3. *Gnarus, lentum in meditando.*] Suetonius de eodem Tiberio. cap. 57. *Sæva ac lenta natura, ne in puero quidem latuit.* & cap. 21. refert Augusti morientis vocem de Tiberio: *miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Cic. de Orat lib. 2. *neque enim facile est perficere, ut irascatur cui tu velis judex, si tu ipse id lente ferre videaris.*

1. *Tristibus dictis.*] Probe noverat naturam illius, quod offensas diu volvere & coquere animo soleret, neque prius verbis aperire mentem suam, quam omnia ad opprimendum quem odisset, metuissetve, parata haberet.

2. *Iulia.*] Iuliæ filia, quæ nupta Æmilio Paullo. Scholiastes Juvenalis in Sat. VI. *ab avo relegatam* scribit.

3. *In insulam Trimetum.*] Unam ex quinque Diomedeis. *Muretus.* Nostra editio, *Tremetum.* Ital. *Tremiti*, Leandro in descriptione Italiæ, *Trimiti.* quod utrumque nomen ad nostram scripturam propius accedit *Freinsh.*

Trimetum.] Trimerus vel Trimerus insula maris Hadriatici; nunc *S. Maria di Tremiti* ante montem Garganum & Apuliæ Dauniæ vicina.

4. *Privignos.*] Intellige Julias, quarum altera filia Augusti, altera neptis, eodem fato & crimine adflictas. Intellige Cajum & Lucium Cæsares & etiam Agrippam Postumum, qui vel ferro, vel veneno, Liviæ artibus interempti.

Et hi nepotes naturales Augusti ex Iulia filia & M. Agrippa geniti, & filii Augusti per adoptionem. hinc *privigni* id est filii mariti seu Augusti adpellantur respectu Liviæ quæ novercali odio illos subvertebat, ut filio daret imperium.

iis Drusus jusserat modicum, pro angustia rerum, *ut* [1] *in usus militares,* [2] *coria boum penderent:* non intenta cujusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensura; donec Olennius è primipilaribus, regendis Frisiis impositus, [3] *terga urorum* delegit, quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quis ingentium belluarum feraces saltus, [4] modica domi armenta sunt. Ac primo boves ipsos, mox agros, postremo corpora conjugum aut liberorum [5] servitio tradebant. Hinc ira & questus. & postquam non subveniebatur, remedium ex bello; rapti qui tributo aderant milites, & patibulo:

INTERPRETATIO.

quam fidei intolerantes. Drusus modicum his vectigal imposuerat, pro tenui rerum facultate, ut pelles boum solverent in necessitatem militum; *haud acri cujusquam diligentia, qua vis, qua amplitudo foret; donec Olennius q: osdam primipili centurio regioni Frisiorum præfectus, coria urorum selegit, quorum ad mensuram probarentur. Id aliis etiam populis difficile, apud Germanos agrius ferebatur, quibus immanium ferarum fœcunda sylvæ sunt. sed exiguos & improceros domi boves habent. Atque initio servituti mancipabant ipsa armenta, dein terras, demum personas uxerum, aut filiorum. Hinc dolor iraque & questus. & quia non succurrebatur, subsidium ex armis; tracti abreptique qui vectigalis exactores aderant milites, & in crimen*

NOTÆ.

1. *In usus militares.*] Nempe ad scuta, ad tentoria militum, etiam ad machinarum paratum Simile tributum in Bosporo, tempore Græcanicorum Imperatorum, pensum, Cedrenus docet, & appellat *τὰς συντελείας τῶν βοῶν. Contributiones boum.* Et inde Bosporum appellatum, quod non satis verum puto. Lego & *equos datos à Dalmatis*, in tributo: idque medio & inferiore ævo. *Lipsius.*

In usus militares.] Nempe ad scuta, tentoria, calceos, & alia similia.

3. *Terga urorum*] *Uri* non sunt ii, quos Æmilius suspicatur ab Italis *Bufalos* dici, sed *boves agrestes*, exceptis elephantis, cæteris animalibus majores; quos in Germania nasci Solinus auctor est, eorum Cæsar vi. Comment Gallici belli meminit. Virg. quoq; lib, II. Georg. *Silvestres uri assidue, capreæque sequaces.* Vertranius.

Urorum] Tergora illa utilia partui, mulieris femori adligata; etiam retinent infantem in utero gestantis, si collo mulieris adponantur.

4. *Modica domi armenta.*] Aliter est nostro ævo, & eminent. *Lipsius.*

Modica armenta] De magnitudine boum capiam; ut *modica* vocet, quæ Ger 5. verbo antiqui Catonis, *improcera*. Sed interpretes acceperunt de numero. Verum sententia loci evidens est; quum de mensura & firmitate coriorum agatur, non de multitudine. Adferturque duplex argumentum, cur non potuerint præstare Germani quod exigebatur: quia scilicet uros in silvis habebant maximos, contra domi boves improceros. *Freinsh.*

Modica domi armenta] Id est parva, boves enim improceri eo ævo his locis teste ipso Tac. lib de Germ mor. 5. Germania *pecorum fecunda, sed plerumque improcera, ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis, numero gaudent, eaque solæ & gratissimæ opes sunt.* Et legati nostri referunt visas sibi nuper in Moscovia boves, quibus etiam tale decus frontis natura negavit.

5. *Servitio tradebant*] Ipsis exactoribus & forte mercatoribus Rom. vel aliis etiam qui pecunias ipsis suppeditarent adfixi.

adfixi. Olennius infensos fuga prævenit, receptus castello cui nomen [1] Flevum: & haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani præsidebat. Quod ubi L. Apronio [2] inferioris Germaniæ proprætori cognitum, [3] vexilla legionum è [4] superiore provincia, peditumque & 73
equitum auxiliarium delectos accivit: ac simul [5] utrumque exercitum Rheno devectum, Frisiis intulit; soluto jam castelli obsidio, & ad sua

INTERPRETATIO.

acti. Olennius infestos fuga prævertit, defensus arce, quam Flevum vocant, & haud mediocre illic Romanorum, auxiliariumque præsidium oras maris propugnabat. Quod postquam compertum fuit, L. Apronio inferioris Germaniæ legato, è superiore provincia accersivit vexillarios legionum, peditesque & equites sociorum validissimos: eodemque tempore duos simul exercitus Rheno delatos Frisiis invexit; jamque arx obsi-

NOTÆ.

ad emenda coria valida grandiaque, & pro forma quæ exigebatur.

1 *Flevum.*] Castellum insulæ Frisiorum minorum in parte occidentali & septentrionali Germaniæ. hodie forsan *Oestende*, villa insulæ *Vlelandt*, prope comitatus Hollandiæ partem septentrionalem, in Belgio Fœderato, seu provinciis Vnitis. ex chartis Sansonis. *Tillemonius.*

Flevum.] In Frisia nunc vocatur *Vollenhobe*, vel ut alii volunt *Floderp*, circa ostium *de Groningendres.*

2 *Inferioris Germaniæ proprætori.*] Proprætoris nomen, sed longe aliter accipi debere Dio nos docet lib. 53. Post divisionem nimirum provinciarum, eos quidem qui in publicas mitterentur ἀνθυπάτους καλεῖσθαι, *proconsules* esse vocatos; qui vero in Cæsaris, ἀντιστρατήγους, *proprætores*: quacunque tandem dignitate fuissent electi. Prolixe & accurate hæc exponit Savil. ad H. 1,8. *Freinsh.*

Proprætori.] Cur proprætori? forte quia nullus tum prætor seu legatus qui summæ rerum in Germania, & utrique provinciæ superiori & inferiori præesset, sed tantum duo legati, vel sublegati (si sic dicere fas sit) quorum unus superiori, alter inferiori Germaniæ & legionibus ibi præsidium agitantibus præesset.

3. *Vexilla legionum.*] Vexilla hæc sunt vexillarii legionum quæ in superiori Germania præsidium agitabant, ferebantque hi vexillarii nomen & famam legionum à quibus exierant. erant delecti, ut expediti, ut robora legionis. Putat Salmasius vexillarios habuisse nomen, & munus speciale in legione, & fuisse sexcentos numero; quod utrumque falsum est.

Nam non modo sexcenti abstrahebantur à legione sua, sed etiam usque ad duo tria vel quatuor millia; ita ut aquila fere destitueretur. eosque expeditos raptim ad urgentia belli trahebant, quo numero voluere duces & imperatores. In legione legionarii erant, extra legionem vexillarii talis legionis erant, sicque vocabantur, v. g. vexillarii secundæ, vel tertiæ legionis.

4. *Superiore provincia.*] Germania superior, provincia Belgicæ regionis ad Rhenum fluvium, in Gallia. hodie *Alsatia* fere omnis, pars orientalior *Lotharingia*, pars major *Palatinatus Rheni*, parsque Electoratus *Moguntini* seu *Mayence*; in circulis Rheni superioris & inferioris. *Tillemonius.*

5. *Vtrumque exercitum.*] Nempe & qui accitus è superiori Germania, & quem ipse habebat in inferiori. nam utraque provincia suum legatum, suum exercitum habuit. plerumque octo legiones erant in utraque Germania, quatuor in qualibet, & par robur auxiliarium.

Vtrumque exercitum.] Accipit Harlæus, quasi *vexilla* illa legionum unus

tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus traducendo graviori agmini firmat, atque interim repertis vadis, alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter nostros mere-

INTERPRETATIO.

dione liberata & dilapsi hostes erant ad sua defendenda. Itaque propinqua æstuaria munit, instruitque molibus & pontibus qui transmittendo gravis armaturæ militi pares essent. & interea quæsitis vadis, alam Caninefatem, & pedestre Germanorum agmen, quod

NOTÆ.

esset exercitus, alter vero *auxilia* illa peditum & equitum. quod falsum; neque enim auxiliares constituunt exercitum soli & seorsim, sed unum exercitum componunt cum legionibus.

Per *utrumque exercitum* intelligit vexilla legionum & auxilia illa accita è superiori Germania, & legiones suas quibus præsidebat in inferiori Germania. Nam in utraque provincia legiones erant sub legato cum auxiliis & hos duos exercitus superioris & inferioris Germaniæ Rheno devehit adversus Frisios.

Velut in duabus provinciis erant quasi duo exercitus, quamvis ob proximitatem unitæ vires essent. uterque hic exercitus, ex utraque provincia invectus.

1. *Æstuaria.*] Loca sunt paludosa & maris æstu inundari opertisque solita.

2. *Et pontibus.*] Sic olim Domitius qui penetravit Germaniam cum legionibus firmatat regionem stagnosam, muniebatque pontibus, qui postea *pontes longi* vocati sunt Tac. 1. 63. *Angustus is trames vastas inter paludes & quondam à L. Domitio aggeratus. Cætera limosa, tenacia gravi cœno* &c.

3 *Graviori agmini.*] Legionibus nempe quæ multa impedimenta, sarcinas, instrumenta belli, tormenta & machinas secum deferrent. Nam quælibet legio suas ballistas, catapultas, onagros & alia similia secum vehebat, quod magnæ molis fuit in locis incertis & uliginosis

4 *Repertis vadis.*] Qua nempe ista æstuaria & brevia maris transiri sine periculo poterant.

5. *Alam Caninefatem.*] Cujus mentio Vulsiniis in lapide; PRÆF. EQUITUM. ALÆ. PRIMÆ. CANNANEFATUM. *Lipsius.*

Alam.] tres *equitum* species reperio in castris Rom. nempe equitem adjunctum cuilibet legioni, & velut inseparabilem. Præterea alas equitum quæ merebant separatæ ab omni legione, ut *ala Petrina, Syllana, Scribonia.* Etiam fuit alarius seu auxiliarius eques, ut *ala* hæc *Caninefatum, ala Batavorum, Treverorum*, &c.

Itaque hoc loco *alarius eques* distinguendus ab equitibus legionum. & per alarium equitem non solum intelligendi auxiliares alæ equitum, ut voluit vir doctissimus, sed etiam alæ equitum Rom. quæ separatæ merebant. nam uterque *alarius* eques. sic infra lib. 12. 27. *Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit,* &c.

Vbi, ut vides, immittit *auxiliares* Vangiones &c. quibus addit *equitem alarium.* ergo distinguit inter *auxiliares & alarium* equitem. at non debuit distinguere, si per alarium equitem, intelligit tantum modo auxiliarium equitatum, seu auxiliares ipsos.

Igitur diversum quippiam est alarius eques, ab auxiliari equite, quia nempe *alarius eques* non solum importat equitem seu alas auxiliarium, sed etiam alas equitum Rom. qui cives Rom & ejusdem conditionis ac legionarii, licet separatim mererent.

Et cum Tacitus intelligit de solo auxiliari equite, tum addit cujus gentis sic, ut lib. 15. 10. *Alares Pannonios* &c. &

bat, circumgredi terga hostium jubet: qui jam acie compositi pellunt turmas sociales, equitesque legionum subsidio missos. Tum tres [1] leves cohortes; ac rursum duæ; dein tempore interjecto [2] alarius eques immissus. satis validi si simul incubuissent; [3] per intervallum adventantes, neque constantiam addiderant turbatis & pavore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni [4] legato quintæ legionis, quod reliquum auxilio-

INTERPRETATIO.

in castris Rom. militabat, circumvenire hostes à tergo jubet: qui jam prælio parati fugant copias auxiliares, equitatumque legionum auxilio missum. Tum tres expedita cohortes, & iterum bina, dein spatio interposito sociorum eques erumpere jussus est: firmi satis, si simul irrupissent, sed alternis vicibus invadentes, neque animos auxerant perculsis, & metu profugorum simul impellebantur. Permittit Cethego Labeoni legato Quintanorum cæteras copias sociorum; & etiam ille ambiguo suo-

NOTÆ.

alibi *ala Mœsica, Rhetica* &c. Item & eum de alario Rom. solo, etiam distinguit, *ala Auriana, Scribonia, Singularium*, &c.

Caninefatem.] Caninefates, populi Batavorum populorum, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis, in Gallia. hodie dominium *Vtrecht*, una ex provinciis Vnitis, in Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

Quod peditum.] Nam Germani *illi* nandi periti ut eum maxime ab incunabulis, & inter æstuaria paludesque validissimi etiam ad pugnam, non modo ad trajiciendum. aduabant etiam equis.

1. *Leves cohortes.*] Dicuntur *leves*, sic contra distinctæ à legionariis qui gravius agmen, quia sociorum & auxiliarium erant, qui tunc loco levium priscæ militiæ successerant, nec iisdem armis, aut ordinibus instructi ac legiones erant. nec illi leves *subsignani* erant proprie, sed legionarii soli sic dicti, & certe dum firmat æstuaria molibus pontibusque, traducendo graviori agmini, seu subsignanis, interim reperta vada quibus immittit alarios & pedites sociorum.

2. *Alarius eques immissus.*] *Alarius eques* opponitur equitibus legionum, qui Romani erant, cum alares essent ex auxiliis, & ex citato loco 13,35. discas singulis legionibus fuisse suos alarios equites, sicut & cohortes ex sociis. Erant autem & aliæ sociales alæ, quæ ex usu temporum huc illuc mearent, qualis ista Caninefas, de qua supra paulo mentio.

Hic igitur est eques iste alarius, qui & infra comprehenditur, nostram sententiam confirmantibus verbis: *recipiunt cohortes alasque fessas vulneribus.* plures ergo hic alæ quæ nusquam comparent, nisi legas ut indicavimus.

Quod de discrimine *alariorum & legionariorum* equitum dictum est, confirmatur etiam apertissimo testimonio Livii 35.5. *Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quam concitatissimos equites immittere jubet: legionarios equites in subsidio esse.* Freinsh.

Alarius.] Eques sociorum sic dictus, quia legionibus alarum in modum adhærebat, tegebatque.

3. *Per intervallum.*] Quia per intervallum & per partes adveniebant, accidit ut istæ copiæ, neque turbatos suo adventu confirmare possent, qui tantillo subsidio non satis fidebant, neque hostium impetum ferrent; imo quod subsidio adveniebat, fugientium terrore corruptum, pavorem & periculum augeret.

4. *Legato quinta.*] Quælibet legio suum habuit legatum, qui obediebat legato superiori seu rectori, qui nempe provinciæ & toti exercitui præerat.

rum tradit; atque ille dubia suorum re, in anceps tractus, missis nuntiis vim legionum implorabat. prorumpunt quintani ante alios, & acri pugna hoste pulso, recipiunt cohortis alasque fessas vulneribus. Neque dux Romanus ultum iit, aut corpora humavit; quamquam multi tribunorum [3] præfectorumque & [4] insignes centuriones cecidissent. Mox com-

INTERPRETATIO.

rum prælio, in discrimen abreptus missis nuntiis opem legionum flagitabat. erumpit quinta legio ante cateras & pervicaci prælio fusis hostibus, periculo eximunt cohortes alasque vulneribus lassas exhaustasque. Nec dux Apronius vindicatum iit, neque mortuos sepeliit, quamvis plerique tribuni, præfectique, & eximii centuriones occidissent: dein nuntiavire transfuga nongentos Romanos oppressos apud saltum, quem

NOTÆ.

Itaque in Germania protunc distinguendæ tres species legatorum. Nempe legati cujuslibet legionis, duo legati qui Germaniæ superiori inferiorique & utrique exercitui ibi degenti præerant, & summus legatus qui impositus à Cæsare utrique provinciæ, simul & utriq; exercitui, seu *summa rerum*, ut habet Tac. præerat.

Sic Germanicus, & alii præfuerant Germaniæ sub Augusto. sed puto, post Germanicū sub Tiberio suspicaci & anxio dominationis, nullus talis imperator seu prætor apud Germanias, sed duo tantum legati, quorum ut potestas divisa, & per æmulationem sæpe, minus valida erat, si quid agitarent auderentve adversus imperitantem. sæpe etiam vicem legatorum gerebant præfecti castrorum qui fere dignitate legatis legionum æquales.

1. *Vim legionum.*] Sic sanguine sociorum sæpe vincebant Romani, illosque in hostes primum immittebant, dum interim velut in subsidiis haberent legiones, quæ non nisi impulsis cohortibus auxiliarium prorumpebant. & quasi vicem Triariorū in prisca militia fungebantur legionarii. Sic barbarorum cruore & armis barbaros profligabant: habes multa exempla apud Tacitum hujus moris, militiæque.

2. *Aut corpora humavit.*] Quod signum profligati fuit, quod argumentum concessæ hostibus victoriæ. Noluit legatus se iterum in discrimen dare, quod necesse fuit, si corpora cæsorum auferre & humare vellet. & forte ideo pugnatum ea pervicacia, ita ut pugna in posterum diem extraheretur, ut tandem corpora & spolia reportarent Romani. sed non succurrente legato cum legionibus, deleti sunt, seu quia Germani *corpora suorum etiam in dubiis præliis referunt.*

3. *Præfectorumque.*] Per *præfectos* intelligit duces qui præerant alis equitum, vel cohortibus peditum auxiliarium. idem munus obibant apud socios, quod tribuni & centuriones apud Romanos & deligebantur ex gentibus seu auxiliaribus ipsis quibus præerant. Dicebantur *præfecti* equitum, quicumque eques esset: sive civium, sive sociorum.

4. *Insignes centuriones.*] Sine dubio sunt, quos alibi vocat *primorum ordinum.* Non enim quosvis virtute præstantes, ut plerique interpretantur: neque, ut non nemo, *insignes* commune omnium epitheton est; tribunorum, inquam, præfectorum & centurionum. Sed Tacitus his postremis unis adtribuit: nec sine causa, quo videlicet, non quivis, sed honoratissimi, quique tribunis & præfectis quodammodo adæquari possunt, intelligerentur. ut *insignes* non tam ad virtutem cujusque, quam locum atque ordinem referendum sit. *Freinsh.*

Insignes.] Insignes virtute nempe & ordine, neque enim ad summos ordines & primipilare fastigium provecti illi, nisi præliis & armorum decore conspicui, nec solum tribunis, sed equitibus Rom. dignitate pares primipilares illi, ita ut etiam præcessent provinciis armatis, ut patet de Olennio primipilari supra.

pertum à transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem *Baduhenna* vocant, pugna in posterum extracta, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupata Cruptoricis quondam [1] stipendiarii villa, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse. Clarum inde 74
inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque senatus in eo cura, [2] an imperii extrema dehonestarentur: 4 pavor internus occupaverat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita quamquam [5] diversis super rebus consuleren-

INTERPRETATIO.

Baduhenna appellant, prælio in posteram lucem producto; & aliud agmen quadringentorum, occupato Cruptoricis olim tributarii prædio se tutantes, mutuis vulneribus occubuisse, cum deditionem formidarent. Exin celebre fuit apud Germanos Frisiorum decus, occultante Tiberio clades reipub. *ne quem bello præficeret. Neque Patrum in eo sollicitudo* erat, *an ultimi fines imperii indecore haberentur; metus intestinus incesserat animos, cui levamen ex assentatione parabatur. Et sic quamvis apud illos aliis de negotiis referretur, decrevere tamen* aram Clementiæ, aram Amicitiæ,

NOTÆ.

1. *Stipendiarii.*] Intelligunt de homine qui olim stipendium meruisset in castris Rom. quod falsum puto. nam barbari auxiliares non stipendium merebant in exercitu Rom. sed sumptu civitatis quæ illos mitteret, alebantur. Quis vocet Segestem, Florum, Sacrovirum, & Arminium ipsum stipendiarios? & tamen hi popularium suorum duces meruerant in exercitibus Rom.

Et iste *Cruptorix* haud dubie inter nobiles & opulentos; nam *villa* non nisi nobilium & divitum. Quæ villa 400. homines contineat defendatque, nisi amplissima & opulentissima? supra lib. 3. 46. profligatus Sacrovir ditissimus Æduorum *in villam propinquam cum fidissimis pergit. illic sua manu, reliqui mutuis ictibus cecidere.*

Sed inquit interpres Gall. cur vocetur ille Cruptorix tributarius, cum tota illa provincia tributaria esset? sed supponit ut verum quod probandum esset, imo quod falsum. Nam post Germanici discessum reductæ legiones in sua castra citra Rhenum, respectu Galliæ, & qui olim tributarii facti erant, se se virtute Arminii in libertatem vindicarant.

Et ipse Tac. *quondam stipendiarii*, quod non diceret, si tunc tota provincia tributaria fuisset; nec unquam reperias *stipendiarium* hoc significatu, nempe qui meruerit stipendium. sed tantum pro eo qui solvit stipendium.

Stipendiarii.] Alii quadringenti villa Cruptoricis qui olim tributarius Romanorum fuerat, occupata, quia metuebant, ne proditione villanorum, in manus hostium devenirent, mutuis se vulneribus confecerunt. *Freinsh.*

2. *An imperii extrema dehonestarentur.*] Sueton. Tib. 41. *Regressus in insulam Reipub. quidem curam usque adeo abjecit ut &c Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisque: Gallias à Germanis vastari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori discrimine.*

3. *Pavor internus.*] *Internus* opponitur *extremis* hoc loco: estque ortus ex intestinis periculis. neque debet omitti cum nonnullis hoc vocabulum: omnis enim pavor animos occupat; sed non de quocunque metu, verum interno tantum, agebat hoc loco Tacitus.

5. *Diversis super rebus.*] Hoc est, aliis, quæ nihil commune habebant cum de-

tur, *aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris ac Sejani censuere*, crebrisque [2] precibus efflagitabant, *visendi sui copiam facerent.* Non illi tamen in urbem, aut propinqua urbi digressi sunt: satis visum, omittere insulam, & in proximo Campaniæ adspici. eo venire patres, eques, magna pars plebis, [3] anxii erga Sejanum, cujus durior congressus, atque eo per ambitum, & [4] societate consiliorum parabatur. Satis con-

INTERPRETATIO.

& circum illas aras imagines principis & Sejani *multisque & repetitis precibus expostulabant aspiciendi sui facultatem praberent. Non illi tamen exiere in civitatem, aut proxima civitati loca, contenti relinquere insulam, & in propinquo Campaniæ conspici.* eo *proficisci* cœperunt *patres, equites, magna pars populi, solliciti in Sejanum, ad quem difficilior aditus; ideoque per ambitionem, & sociatis consiliis*

NOTÆ.

eretis, quæ deinceps fecerunt. Alio sensu, *diversæ res* dicuntur, quæ inter se differunt, nullo respectu ad quamcunque illarum numero non comprehensam, habito. *Freinsh.*

Multis variisque de rebus consulebantur, & inter illas diversas res inserebant Patres statuebantque loco sententiæ *aram Clementiæ* &c. magis anxii intentique *pavori interno*, quam negotiis.

2. *Precibus.*] Crebrisque precibus publico senatus nomine perscriptis, oraverunt utrumque, ut conspectus sui facultatem senatui populoque Rom. præberent.

3. *Anxii erga Sejanum.*] Non erga Cæsarem, quem tum minus verebantur, cujusque facilior erat congressus.

4. *Societate consiliorum.*] Aditus ad Sejanum veluti magnæ molis negotium, collatis mixtisque inter se consiliis, procurabant. Sic *Freinshemius*, sed fallitur, ut patebit infra.

Societate consiliorum.] *Per ambitum & societate consiliorum* est familiares ejus prensando & conscientia, atq; opera juvando ad illa, quæ identidem machinabatur. Neque enim *consiliorum* vocabulo accipio tantum illam summam consiliorum omnium de invadendo imperio, sed quævis, vel directo, vel per cuniculos eo ducentia cœpta; immo & nonnulla huc proprie non tendentia, & in quibus odio interdum solummodo, aut libidini, ut solent potentiæ impotentes, indulgebat. Sed, inquies, quomodo societas consiliorum iniri potuit ante congressum? Quasi scelerum ministris & preciosis emptoribus desint proxenetæ, paratii, sequestres, commendatores. Ne longius abeamus, Firmius Catus & Tiberius societatem coierunt perdendi Scribonii Libonis citra congressum l. 2. ann. 28. & Sueton. Othone: *Ac primo quinque speculatoribus commissa est res: deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant.* Et plenæ aulæ, immo vita omnis, mirificis inter absentes, ignotos antehac, aut etiam invisos, sociandorum consiliorum viis. *Gronovius.*

Societate consiliorum.] Censet Freinshemius sociasse consilia seu consultasse invicem plures, qua ratione invenirent aditum ad Sejanum. hoc certe fieri potuit, sed non is sensus Taciti. aditus ad Sejanum non nisi scelere quærebatur, seu societate consiliorum, id est societate conjurationis in principem, seu scelerum quæ huc spectarent.

Nota hic, *per ambitum*, nempe in Sejanum; nam magni favoris, & ingentis for-

ſtabat [1] auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo ſervitium ſpectanti. quippe Romæ, ſueti diſcurſus; & magnitudine urbis incertum, quod quiſque ad negotium pergat: ibi campo aut litore jacentes, nullo diſcrimine noctem ac diem, juxta gratiam aut faſtus janitorum perpetiebantur. donec idque vetitum. & revenere in urbem trepidi, quos non ſermone, non viſu dignatus erat: quidam [2] male alacres, quibus infauſtæ amicitiæ gravis exitus imminebat. Cæterum Tiberius [3] neptem 75
Agrippinam Germanico ortam, cum coram Cn. Domitio tradidiſſet, in

INTERPRETATIO.

petebatur. Satis compertum erat increviſſe ſuperbiam illius, *dum inhoneſtam illam in publicum ſervitutem aſpicit. nam in urbe ſolsti concurſus hominum, & ob amplitudinem civitatis, ignoratur quam quiſque ad rem ſe conferat: ibi in agro, aut ripa ſedentes, promiſcue noctem diemque, perinde favorem aut adrogantiam oſtiariorum ferebant. donec id etiam prohibitum* fuit. *& revertêre in civitatem pavidi, quos non voce, non aſpectu honoraverat; nonnulli inſane læti, quibus improſpera gratia feralis exitus impendebat. Porro Tiberius*, *cum* coram ipſe *Cn. Domitio collocaſſet neptem* ſuam *Agrippinam Germanici filiam, Romæ peragi matrimo-*

NOTÆ.

tunæ loco reponebant, ſi in partem ſceleſtorum conſiliorum admitterentur miſeri & inſcii, quam *infauſtæ amicitiæ gravis exitus imminebat.*

1. *Auctam ei adrogantiam.*] Superbia hominis crevit, quum illum cultum fœdæ ſervituti ſimilem, quo ab omni ordine palam & in propatulo adficiebatur, intueretur. Licet enim Romæ fere eadem facta eſſent, minus tamen obſervari & in oculos omnium incurrere poterant: quia in tanta urbis frequentia aliud agit populus, & nihil novi eſt, conſpicere turbam hominum hinc inde diſcurrentium, neque ſcitur ob multitudinem, ad quam quiſque rem ſe conferat; at ibi omnia conſpicua & aperta erant.

Auctam ei adrogantiam.] Dio lib. 58. *Sejanus magis etiam elatus eſt, decretumque fuit, ut publice ejus natalis celebraretur (nam numerum quidem ſtatuarum, quas ei patricii, equites, tribus, ac primarii viri poſuerunt, inire nemo poſſit) legatoſque ad ipſum perinde atque ad Tiberium, ſeorſim ſenatus, ſeorſum equites, ac plebs ex tribunis & ædilibus ſuis miſerunt, pro eis junctim vota & rem divinam fecerunt, ac per eorum fortunam jusjurandum conceperunt.* Certe potuit tum dici quod Brutus Ciceroni ſcribebat de Octavio Cæſ. *Timeo de conſulatu, ne Cæſar tuus altius ſe adſcendiſſe putet decretis tuis, quam inde, ſi conſul factus ſit, deſcenſurum* &c. *Quonam animo fore putas, ſi quis auctore* &c. *ipſo ſenatu, putet ſe imperia qualibet concupiſcere poſſe?*

2. *Male alacres.*] Hoc eſt, perperam, ſtulte, ſine cauſa: plane ſicut apud Virg. 6.278 *mala gaudia.* Ovid. de arte 3,699.

Conjugis ad timidas aliquis male ſedulus aures
Auditos nemori detulit ore ſonos,

Male ſedulus, hoc eſt, quum eſſe non oporteret, perverſe ſedulus. Alia ſignificatio eſt, qua *male* ponitur pro parùm, non ſatis, ut Flor. 3,21. *male obrutum incendium*, ubi plura exempla in Indice. Sed ea huic loco minime convenit. *Freinshem.*

3. *Neptem.*] Agrippina nupta Domitio-

urbe celebrare nuptias jussit. In Domitio, super vetustatem generis 1 propinquum Cæsaribus sanguinem delegerat. nam is 2 aviam Octaviam, & per eam Augustum avunculum præferebat.

INTERPRETATIO.

nium præcepit. Prætulerat in Domitio præter antiquitatem familiæ, consanguinitatem ipsius cum Cæsaribus. quippe Domitius habuit aviam Octaviam, & per ipsam Augustum avunculum ostentabat.

NOTÆ.

filia Germanici, sicque neptis Tiberii ex filio adoptivo Germanico. eadem mox mater Neronis ex Domitio illo, dein & Claudii uxor.

1. *Propinquum Cæsaribus.*] Adfinitas Domitii cum domo Cæsarum exinde oriebatur, quod pater ejus filius esset Antoniæ majoris quæ filia Antonii & Octaviæ quæ soror Augusti, sicque Domitius Augustum majorem avunculum ferebat, sicque propinquus Cæsarum.

2. *Aviam Octaviam.*] Quia filius L. Domitii ex Antonia majore. Antonia autem ex Octavia & M. Antonio sata. Avunculus ergo major illi Augustus. Est autem hic Domitius, qui pater Principis Neronis. *Lipsius.*

C. CORNELII TACITI
AB
EXCESSU DIVI AUGUSTI
ANNALIUM
LIBER QUINTUS.
BREVIARIUM LIBRI.

Livia Augusta moritur: eoque Sejani potentia crescit. Agrippina & Nero principis litteris accusantur. Nec multò post Sejanus ipse, detecta cupidine imperii, pervertitur: cum magna amicorum ejus strage. (Quæ omnia Tacito singillatim tradita ævum abolevit.) falsus apud Cycladas Drusus se ostendit. Sed Poppæus Sabinus eum investiget, & quid de illo acceperit, Tiberio scribit. Hæc gesta annis circiter tribus,

C. Rubellio Gemino. C. Fufio Gemino.
M. Vinucio Quartino. C. Cassio Longino.
Tiberio Cæsare V. L. Ælio Seiano Coss.

1 RUbellio & Fusio Coss. quorum utrique Geminus cognomentum erat, [2] Julia Augusta mortem obiit, ætate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam, & adoptione [3] Liviorum Iuliorumque clarissimæ. Primum ei matrimonium & liberi fuere [4] cum Tiberio Nerone, qui bello [5] Perusino profugus, pace inter

INTERPRETATIO.

R*ubellio & Fusio Coss. (ambobus idem cognomen Geminus fuit) Iulia Augusta vita concessit, ad ultimam senectam provecta, nobilitatis per Claudiam gentem, & adoptione* in familias *Liviorum Iuliorumque inlustrissima. Primum ei conjugium, & soboles fuit cum Tiberio Nerone, qui motu Perusino cum fugisset, inito fœdere*

NOTÆ.

1. *Rubellio, & Fusio Coss.*] C. Rubellio Gemino, & C Fusio Gemino (sic lege non *Fusio*) Coss. his Coss. observant baptisatum à Ioanne Christum dominum. de his loquitur Tertullianus adversus Iudæos, uti & Lanctantius lib 4. instit. Traditque his Coss Christum Salvatorem passum, id est, Tiberii 16. Christi 33. anno, quod divus Augustinus sequutus est cap. ult. libr. 18. de Civitat, Dei. Licet alii alia sentiant.

2. *Iulia Augusta mortem obiit.*] De cujus vitæ annis dissensus est scriptorum Plinius lib. XIV. cap. VI. annos ei tribuit LXXXII. *Iulia*, inquit, *Augusta* LXXXII. *annos vita Pucino rettulit acceptos, non alio vino usa.*

Pucinum id vinum nascitur in colle saxeo in quo positum Targesta hodie *Ribollam* vocant. Dio tradit vixisse illam sex & octoginta annis. *Muret.*

Iulia Augusta mortem obiit.] Livia, quæ post adoptionem *Iulia*, dicta est. hæc Mater Drusi, qui fuit pater Germanici. Agrippina autem matrem habuit Iuliam, Augusti filiam. *Muretus.*

Iulia.] Plin. lib. 14.6. *Iulia Augusta 82. annos vita Pucino* (hodie *Pizzino d'Istria*) *retulit acceptos, non alio usa. gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras &c. divus Augustus Setinum pratulit cunctis & fore secuti principes,* &c.

3 *Liviorum Iuliorumque.*] Livia è Claudiis, unde & cognomen tenuit Drusillæ. Sed pater ejus insertus adoptione in Livios, quod hic Tacitus voluit dictum. Nec aliter accipies quod scriptum extremo libro sexto: *Quamquam mater in Liviam, & mox Iuliam familiam adoptionibus transierit.* Non enim ipsa, sed pater: cui nomen apud Vellejum, Livius Drusus Claudianus.

Vocat simpliciter Dio libro XLVIII. Livium Drusum; & cum à Bruto stetisset, post pugnam Philippensem manus ait attulisse sibi. Clara hæc è Suetonio, in Tib. cap. III. *Ex hac stirpe Claudia Tiberius Cæsar genus trahit; & quidem utrumque: paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Ap. Pulchro. qui ambo Appii Caci filii fuerunt. Insertus est & Liviorum familia, adoptato in eam materno avo.*

4. *Cum Tib. Nerone.*] Hic Cæsaris dictatoris quæstor fuerat, Alexandrino bello classi præpositus, plurimum ad victoriam contulerat. Mortuo tamen Cæsare censuit referendum de præmiis τυραννοκτόνων. L. Antonium Perusiam secutus, deditione facta, solus in partibus mansit. Profectus ad Sext. Pompejum, deinde ad M. Antonium transiit, cum quo Romam rediit. Sueton. *Muretus.*

5. *Perusino.*] Perusia, urbs Hetruriæ regionis, in confinio Umbriæ. hodie *Perugia* Italis, & *Perouse* Francis, urbs provinciæ *Perugino*, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

Sex. Pompejum ac triumviros pacta in urbem rediit. Exin Cæsar cupidine formæ aufert marito, incertum an invitam, adeo properus, ut ne spatio quidem ad enitendum dato, penatibus suis gravidam induxerit. [1] Nullam posthac subolem edidit: sed [2] sanguini Augusti per conjunctionem [3] Agrippinæ & Germanici adnexa, [4] communes pronepotes habuit. Sanctitate domus priscum ad morem, comis ultra quam antiquis feminis probatum, [5] mater impotens,

INTERPRETATIO.

inter Sex. Pompejum, & triumviros Romam revertit. Dein Augustus amore & pulchritudine ejus incensus, eam adimit viro, dubium an nolentem, adeo festinans, ut ne tempore quidem concesso ad pariendum, in ædes suas uterum ferentem abduxerit. Nullam postea prolem peperit, sed familiæ Augusti adjuncta per conjugium Agrippinæ & Germanici communes cum Augusto *pronepotes habuit. Pudicitia in penatibus vetustum ad exemplum, elegans & venusta præter quam receptum priscis matronis, mater adro-*

NOTÆ.

1. *Nullam posthac subolem.*] Plin. 7. 11. *Est quædam dissociatio corporum, & inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt sicut Augustus & Livia.* Attamen sic habet Sueton. 62. *Statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis & quidem prægnantem abduxit, dilexitque & probavit unice ac perseveranter. ex Scribonia Iuliam, ex Livia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans qui conceptus erat, immaturus est editus.*

2. *Sanguini Augusti.*] Nam Germanicus Druso ortus, Liviæ sanguis: Agrippina Iuliæ filia, Augusti neptis.

3. *Agrippinæ.*] Quæ ex Iulia filia Augusti, & M. Agrippa genita erat.

4. *Communes pronepotes.*] Qui nati erant ex Germanico filio Drusi Liviæque nepote, & ex Agrippina Iuliæ filia, Augustique nepte.

5. *Mater impotens.*] Suet. Tib. 50. *Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem.* Noster lib 1. *Accedere matrem muliebri impotentia.* Dio lib. 57. *Et ob id non solum ex æquo cum eo* (Tiberio) *imperare, sed etiam potiores eo partes habere volebat.*

Idem Sueton. cap. 51. *Hos & custoditos tam diu, & exprobratos tam manifesto adeo graviter tulit, ut quidam putent inter causas secessus, hanc ei vel præcipuam fuisse.*

Non est *mater impotens* quia indulget juri materno in liberos & id extendit, quod Romæ parvum aut nullum erat: sed quia indulget στοργῇ & studio potentiæ filii, cui adversus domum mariti & adversus rempublicam & adversus nepotem ex Druso modestiore filio, omni bono maloque modo favit ac servivit. Prorsus ut hic idem sit *mater impotens*, quod lib. 1. *Gravis in rempublicam mater, gravis domui Cæsarum noverca.* Gronovius.

Instituit Tacitus comparationem ingenii mulieris erga filium Tiberium & ejusdem erga maritum Augustum, *uxor facilis cum artibus mariti, simulatione filii bene composita.* Attamen impotens in filium, cui dare imperium, sed tolerare imperitantem non potuit.

Tacitus id explicat clare lib. 4. 57. *Traditur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipsam donum ejus accepisset.*

Erat *impotens mater* in filium, nempe quæ ambitiose sibi dominationem retinebat. erat *gravis in rempub. mater*, tum quia privigno & atrocis ingenii filio imperium adserebat, adimebatque illud veris Cæsaribus, veris hæredibus imperii, seu Augusti, ideoque *gravis domui Cæsa-*

1 uxor facilis, & 2 cum artibus mariti, simulatione filii bene composita. Funus ejus modicum, testamentum diu inritum fuit. laudata est pro ro-

INTERPRETATIO.

gans, conjux modesta & commoda, ac cum artibus Augusti, & dissimulatione Tiberii bene temperata. Exequiæ ejus haud magno paratu celebratæ supremæ. tabulæ diu neglectæ sunt.

NOTÆ.

rum noverca, eaque sic diverso sensu & tempore, *impotens*, & *gravis* mater fuit.

Mater impotens.] Fuit Livia *gravis in rempub. mater*; fuit & *mater impotens*, gravis & impotens in rempub. itemque, & in filium: gravis in remp. dum oppressis liberis & vera prole Augusti ipsa provehit filium crudelem & sævum in rempublicam *gravis* etiam & *impotens* in filium mater, dum anxia dominationis, imperium quod ipsi suis artibus conciliarat, sibi vindicat & retinet; ita gravis & superba mater, ut nomen principis suo post poneret, dum effigiem Augusti dedicat.

Fuit mater impotens in remp. teste ipso Tacito lib. 1. *Accedere matrem muliebri impotentia* &c. & alibi *gravis in rempub. mater, gravis domui Cæsarum noverca.* Fuit etiam gravis & impotens in filium & in ipsum principem, post quam provexit.

Suet. 50. *Matrem Liviam gravatus velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem & congressum ejus assiduum vitavit*, &c. *Tulit etiam perindigne actum à senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita & Liviæ filius adjiceretur*, &c.

Frequenter admonuit, quod non majoribus, nec fœminæ convenientibus negotiis abstineret, &c. Tib. 51. *Illa commota veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate & intolerantia morum ejus è sacrario protulit, atque recitavit. Hos & custoditos tam diu & exprobratos tam infestè adeò graviter tulit, ut quidam putent inter causas secessus, hanc ei vel præcipuam fuisse.*

1. *Uxor facilis.*] Nemo meliùs explicaverit, quam ipsa Livia. Cujus hoc inter apophthegmata Dio recenset: *interrogante quodam, qua ratione & arte Augustum ita sibi devinxisset, ac pœne subjecisset? respondit. Ipsa eximiè pudica & sobria; omnia ejus mandata alacriter obiens: neque in facta ejus alia inquirens, minime autem in lusus amatorios, eosque dissimulans.* En facilitatem.

Uxor facilis.] Suet. Aug. 71. *Circa libidines hæsit, postea quoque ut ferunt, ad viciandas virgines promptior, quæ sibi undique etiam ab uxore conquirerentur.*

2. *Cum artibus mariti.*] Ego dubito an potius sit sensus: eam modum quendam ac temperamentum inter artes Augusti, simulationemque Tiberii, adhibuisse, adeo ut cum utroque bene composita, potentiam & auctoritatem apud ipsos conservaverit. *Pichena.*

Aut angustè, aut laxè nimis. Interpretor: & marito, cui erat difficile probari & bene comparatum haberi, sive ipsi, sive per famam, ob magnas multiplicesque, interdum ambiguas, sæpe bonas ejus artes & filio quem dissociabilem & molestum reddebat tecta & obscura natura, unice respondens, conveniens, digna visa, & quasi à fatis lecta, quæ utrumque, quantum erat salubre, temperaret. *Gronovius.*

Cum artibus mariti.] Ita comparata à natura erat Livia, ita flexibilis animo; ut facile se accommodaret ingenio utriusque; ita ut cum artibus Augusti facile ipsa conveniret, indistinctè an illæ bonæ artes essent, an malæ, an ambiguæ, sæpe tamen bonæ erant, ita ut etiam simulationi Tiberii ipsa se accommodaret attemperaretque. sicque ingenium dominantium, immixta rebus & consiliis, prudenti temperamento ferret ultro fœmina, toleraretque æquo & facili animo,

ſtris à 1 C. Cæſare pronepote, qui mox rerũ potitus eſt. At Tiberius 2 quod 2
ſupremis in matrem officiis defuiſſet, 3 nihil mutata amœnitate vitæ, *magnitudinem 4 negotiorum* per litteras excuſavit: honoreſque memoriæ ejus ab ſenatu large decretos, 5 quaſi per modeſtiam imminuit, paucis admodum receptis, & addito *ne 6 cœleſtis religio decerneretur; ſic ipſam maluiſſe.*

INTERPRETATIO.

Laudavit illam apud roſtra C. Cæſar pronepos illius, *qui poſthac imperium obtinuit. Sed Tiberius, quod funeri matris non adfuiſſet, nil omiſſis voluptatibus, molem curarum per epiſtolas cauſſatus eſt; multaque dempſit ex honoribus, quos memoriæ ejus Patres magnifice decreverant, ſpecie modeſtiæ, paucis admodum approbatis, & adjecto; ne divina cærimoniæ ſtatuerentur* illi; *ſic ipſam magis probaſſe, imo & parte ea-*

NOTÆ.

nec ſine ſumma morum elegantia & comitate, atque amœnitate ingenii. ita ut non niſi coacta & ſero concordiam cum Tiberio tandem abruperit, & forte bono publico inducta.

Cum artibus mariti.] Ne ſumas ibi *artes* in malam partem. Imo Tacitus videtur artes illas Auguſti opponere diſſimulationi Tiberii, quæ prava, maligna, & flagitii plena. itaq; bonæ artes Auguſti erant, ſaltem multæ, & præſertim comparatæ cum Tiberii ingenio & moribus.

1. *C. Cæſare pronepote.*] Suet. in Cal. *Comitatus eſt patrem & in Syriacam expeditionem. Vnde reverſus primum in matris* (Agrippinæ) *deinde ea relegata in Liviæ Auguſtæ proaviæ ſuæ contubernio manſit: quam defunctam prætextatus etiam pro roſtris laudavit.*

2. *Quod ſupremis* &c. *defuiſſet.*] Tiberius cauſam ſeu prætextum cur non adſuiſſet funeri matris, rejicit in molem curarum, in magnitudinem negotiorum. ſic ſe excuſat apud ſenatum ſcriptis litteris, quas legebat vel conſul, vel quæſtor principis.

Sic abſentiam ſuam ab urbe, tali tempore, ſimul & amœnitatem vitæ excuſabat, aut potius occultabat. Non adfuit funeri, hoc prætextu, quia inſtabant magnæ molis negotia, & quia non adfuerat exequiis, ideirco nihil immutat de ſolita amœnitate vitæ.

3. *Nihil mutata amœnitate vitæ.*] Ratio ſeu prætextus, cur non mutet amœnitatem vitæ, eſt quia defuit ſupremis in matrem officiis, & cauſam cur defuerit, rejicit in magnitudinem negotiorum. Sed vera cauſa fuit, quia revera odio haberet matrem, ſeceſſumque Caprearum & libidines relinquere nollet.

4. *Negotiorum.*] In magnitudinem negotiorum rejecit quod funeri matris defuiſſet, nihil tamen immutata amœnitate vitæ. unde conjiciebant falſum Tiberium, nec eam eſſe cauſam, ſed ipſum illudentem ſenatui. inertiam, mollitiam & voluptates in inſula retinuiſſe.

5. *Quaſi per modeſtiam.*] Non certe modeſtia, ſed odium in matrem fuit, & quia honores fœminæ in deminutionem faſtigii ſui accipiebat. Ideoque & increpuit amicos illius, mox & adflixit ſubvertitque.

Per modeſtiam.] Cujus ipſe exemplum præbuit. Sueton. Tib. 26. *Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas atque imagines, niſi permittente ſe poni: permiſitque ea ſola conditione, ne inter ſimulacra deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur,* &c.

Ibid. *Prænomen quoque imperatoris, cognomenque patris patriæ, & civicam in veſtibulo coronam recuſavit,* &c.

6. *Cœleſtis religio.*] Quam tamen poſtea ei tribuit Claudius, effigie ejus in

quin & parte ejusdem epistolæ increpuit 1 *amicitias muliebres*, 2 Fusium consulem oblique perstringens. is gratia Augustæ floruerat, aptus alliciendis fœminarum animis, dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis 3 inride-
3 re solitus, quarum apud 4 præpotentes in longum memoria est. Cæterum ex eo 5 prærupta jam & urgens dominatio. nam incolumi Augusta, erat

INTERPRETATIO.

eumdem litterarum incusavit amicos mulieris, Fusium consulem tacite intendens. Is in flagranti amicitia Augustæ fuerat, idoneus conciliandis deliniendisque mulierum animis, facetus idem & asperis jocis illudere Tiberium suetus, quos inrisus principes in longum animo recondunt. Cæterum ex eo tempore *preceps, & abrupta dominatio* fuit,

NOTÆ.

templo Augusti consecrata, sacrisque, quæ Vestales facerent, institutis: edicto etiam, ut per nomen ejus fœminæ jurarent. Dio lib. LX. & Suetonius cap XI. Claudii. Exstant nummi, DIVUS. AUGUSTUS. PATER. caput radiatum, ara ante pedes: parte aversa S.P Q R. DIVÆ JULIÆ. AUGUSTÆ. FIL. Carpentum, cui subjuncti duo muli.

Nec dubito, quin consecrata hæc Iulia habitu & nomine Junonis. Prudentius.

Adjecere sacrum fieret quo Livia Iuno,
Non minus infamis thalami sortita cubile,
Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.

Quamquam eo nomine adfecta, à poëtis etiam viva. Ovidius.

Cum tibi contigerit vultum Iunonis adire.

Ut autem Livia habitu Junonis, sic Drusilla à Cajo consecrata Veneris cognomento Pantheæ. Auctor Dio LIX. Quo refero inscriptionem priscam

VENERI. CÆLESTI.
AUGUSTÆ. SACR.
NUMMIA. C.F. DORCAS.
S. P. F. C.

Cælestes religiones.] Ne nempe inter divos, seu divas referretur; ne aræ, ne templa, aut imagines inter numina sicuti deæ, ipsi statuerentur. Sueton. Tib. 51. *Neque ægra adesse curavit, defunctamque & dum adventus sui spem facit complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset.*

1. *Amicitias muliebres.*] Quidam vertunt, quasi in genere loqueretur Tacitus, seu Tiberius de omnibus qui animis mulierum adreperent. quasi vero Tiberius literis ad senatum scriptis, objurgaret omnes mortales qui fœminatum animos adlicerent. Hoc potuit facere edicto, quemadmodum Claudius *picari dolia*, & alia inania monebat edictis suis, sed quantum diversus ab illo Tiberius.

Mens Taciti est Tiberium increpuisse amicos Augustæ, & præcipue intendisse in Fusium consulem, qui facetiis suis maluit *perdere caput, quam digitum*, ut inquit Seneca, & qui in exitium suum prave dicax fuit.

2. *Fusium.*] Qui haud dubiè consulatum illum auctoritate Augustæ adeptus erat.

3. *Inridere solitus.*] De morte ejus & Mutiliæ Priscæ uxoris, lege Dionem: & Tac. lib. 12. 16 Sic & de Vestino Tac. *Sæpe asperis facetiis illusus, quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt.*

4. *Præpotentes.*] Legere velint *ira potentes*, sed vana, futilis & falsa hæc lectio. Nam alibi Tacitus eodem sensu *ferocius quam expedit apud aures superbas.* quod idem est.

5. *Prærupta jam & urgens.*] Recte sic, non *vergens*. nam *vergens dominatio* dicitur, quando principis potentia ab ipso culmine declinare incipit, ac paulatim infringitur. at non ea hic Tacito mens. Immo, Tiberium, dum mater vixerit,

adhuc perfugium, quia Tiberio inveteratum erga matrem obsequium; neque Sejanus audebat auctoritati parentis anteire. tunc 1 velut frenis exsoluti proruperunt: missæque in Agrippinam ac Neronem litteræ, quas pridem adlatas & cohibitas ab Augusta credidit vulgus. haud enim multum post mortem ejus recitatæ sunt. verba inerant quæsita asperitate: sed non arma, non rerum novarum studium; *amores juvenum, & 2 impudicitiam* nepoti objectabat. 3 in nurum ne id quidem confingere ausus, *adrogantiam oris & contumacem animum* incusavit, magno senatus pavore ac silentio: donec pauci, quîs nulla ex honesto spes, (& publica mala

INTERPRETATIO.

nam florente Augusta manebat adhuc asylum seu præsidium, quia Tiberio inoleverat erga parentem reverentia; neque Sejanus audebat potentia matris adversari. Tunc veluti laxis habenis invecti sunt: scriptaque adversus Agrippinam & Neronem epistola, quas pridem missas, & retentas à Livia populus existimavit. Quippe lecta sunt in senatu *paucis diebus post obitum illius. scriptæ litteræ erant meditata acerbitate: non tamen belli, non rerum novarum arguebat nepotem, sed libidines puerorum, & impudicitiam ei exprobrabat. In Agrippinam ne id quidem comminisci ausus, superbiam oris & pervicax ingenium objectavit, magno Patrum metu, & silentio: donec pauci quibus nulla ex decore spes, & quibus publica calamitates*

NOTÆ.

mitem atque exorabilem aliquando fuisse, propter inveteratum erga illam obsequium, ad quam miseris adhuc erat perfugium.

Sed matre defuncta, velut frenis exsolutis, prorupit: ideoque *prærupta, & urgens* ipsius dominatio, id est sævior, ac violentior. *Pichena.*

Recte sane. *Urgens* est premens, gravis, onerosa, injusti jugi ac oneris. Qua re? nempe ob sævitiam & violentiam. Varro: *qui pete plus, urget.* Iustinus 22. *Nec enim meraturos in ejus obsidione hostes, cum sua urgeantur.* Id est, vexentur, male habeantur, in periculo sint. *Gronovius.*

Urgens dominatio.] Bene *urgens.* Sic lib. 15, 55. *Urgens periculum graves conjurationes* &c. & lib. 12. 63. *Magnitudine onerum urgente*; id est tributorum, & 15. 10. *Adversus urgentes casus firmatus erat.* Et Germ. 33. *Urgentibus imperii fatis.* Et 4. 66. *Urgentium malorum suffugium.*

Certe stabat imperium, stabat respub. itaque non vergebat, non cadebat dominatio, sed ipsa sævitiâ & immanitate cives premebat, urgebat.

1. *Velut frenis exsoluti.*] Sejanus magis etiam erectus evectusq;, decretum, ut natalis ipsius publice celebraretur. Statuæ innumerabiles positæ. A singulis ordinibus, ut ad Tiberium, sic seorsum ad ipsum missæ legationes. Per genium utriusque jurabant.

2. *Impudicitiam.*] Alii dicerent mutuum inter juvenes stupri commercium, distingue inter amores juvenum, & impudicitiam. Duo nepoti suo objectabat Tiberius, nempe quod ocfatiam cum masculis libidinem exerceret, & impudicitiam.

Nempe quod Pathicus esset, seu quod aliis etiam suum corpus prostitueret. Illud crimen impudicitiam vocant. Sic & *pudicitia* quæstio ea est, quæ de pueri stupro habetur apud Valer. 6. 1.

3. *In nurum*] Attamen infra lib 6. 25. *Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit, impudicitiam arguens & Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad tædium vitæ compulsam. Sed Agrippina* &c. *vi-*

[1] singulis in occasionem gratiæ trahuntur) *ut referretur* postulavere, promptissimo [2] Cotta Messallino [3] cum atroci sententia: sed aliis à primoribus, maximeque à magistratibus trepidabatur: quippe Tiberius,
4 etsi infense invectus, cætera ambigua reliquerat. Fuit in senatu Iunius Rusticus, [4] componendis patrum actis delectus à Cæsare, eoque meditationes ejus introspicere creditus: is fatali quodam motu (neque enim ante specimen constantiæ dederat) seu [5] prava solertia, dum [6] imminentium oblitus incerta pavet, inserere se dubitantibus, ac monere consules *ne relationem inciperent*: differebatque, *brevibus momentis* [7] *summa verti posse*, [8] *dandumque interstitium pœnitentiæ senis*. Simul populus effigies Agrip-

INTERPRETATIO.

singulis in opportunitatem favoris, seu privatæ fortunæ, *flectuntur; petivere ut referrent* consules, *avidissime Cotta Messallino, jamque sævissimam sententiam meditante. sed alii proceres, & præcipue magistratus pavebant; etenim Tiberius, et si infesto animo proruipisset, reliqua tamen incerta reliquerat. Erat in curia Iunius Rusticus conscribendis actis senatus à Tiberio præpositus, ideoque consilia ejus penitius intelligere existimabatur: Is fatali quodam instinctu (nec enim antea ullum firmitudinis experimentum præbuerat) sive improba sagacitate, dum instantium parum memor, dubia formidat, immiscere se deliberantibus* cœpit; *& hortari consules, ne relationem cœptarent: censebatque medico vel intervallo temporis summaq; & extrema immutari posse, dandumq; spatium seni ad pœnitentiam: Eodemq; tempore multitudo plebis ferens imagines*

NOTÆ.

rilibus curis fœminarum vitia exuerat.

1. *Singulis*] Hos opponit reipub. & Patribus collective. singuli quidam sic mala publica in sui utilitatem, fœlicitatemque transferunt, sicq; sunt ipsi illi singuli publicæ pestes. Talibus enim ministris instrumentisq; grassatur lues publica.

2. *Cotta Messallino.*] Qui libro superiori *cavendum censuerat*, ut &c cap 20, qui hoc libro dicitur, *sævissimæ cujusque sententiæ auctor.*

3. *Cum atroci sententia.*] Quam tamen ille non protulit, neque enim sententiam promebant patres, nisi postquam retulissent consules; at nondum relatum erat.

4. *Componendis patrum actis*] Duplicia acta reperio, senatus, populique. Acta senatus alio nomine, commentarii senatus, Tacito lib. xv. Acta populi, alias diurna, alias publica. Vide excursus.

5. *Prava solertia.*] Intempestiva malaque prudentia, dum magis metuit vana & incerta mala futurarum dominationum, quam præsentia, quam urgens sibique imminens exitium, qui vivi, imperantisque principis voluntatem sic eluderet frustraretúrque.

6. *Imminentium oblitus.*] Mala præsentia & pericula neglegit, præ futuris. Plus scilicet timebat ab hæredibus, quos destinabat, quam à Tiberio.

Imminentium.] Falsa prudentia, qua juniores Cæsares, filios nempe Germanici meruebat, tamquam hæredes imperii proximos, & ultores, quorum tamen spes adhuc procul amota, & quia instantem dominationem, præsentemq; & florentem principem non satis meminerat.

7 *Summa.*] Gravissima seu difficillima negotia & maxime inexplicabilia.

Summa.] Id est violenta, prærupta, instantia extremaque uno momento verti posse.

8. *Dandumque interstitium.*] In Florentino: *quandoque Germanicis stitium*

pinæ.

pinæ ac Neronis gerens, circumſiſtit curiam, feſtiſque in Cæſarem ominibus, *falſas litteras, & principe invito exitium domui ejus intendi* clamitat. ita nihil triſte illo die patratum. ferebantur etiam ſub nominibus conſularium ficæ in Sejanum [1] ſententiæ, exercentibus pleriſque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum. unde illi ira violentior, & materies criminandi: *ſpretum dolorem principis ab ſenatu; deſciviſſe populum, audiri jam & legi novas conciones, nova patrum conſulta; quid reliquum niſi ut caperent ferrum?* [2] *& quorum imagines pro vexillis ſecuti forent, duces imperatoreſque deligerent?* Igitur Cæſar repetitis adverſum nepotem & nurum

INTERPRETATIO.

Agrippina & Neronis, circumſidet ſenatum, fauſtiſque in principem vocibus, clamat fictas epiſtolas eſſe, nec ſponte Cæſaris, perniciem familiæ ejus comparari. ſic nihil mæſtum illo die perpetratum. Vulgabantur etiam ſuppoſita in Sejanum ſententia, nomine conſularium, dum plerique indulgent procacitati ingeniorum per ſecretum; ideoque petulantius. unde illi ira atrocior & occaſio fingendi ſtruendique crimina: contemptam ultionem principis à Patribus; defeciſſe plebem, jam audiri, teciarique novas orationes, nova decreta Patrum; quid ſupereſſe, niſi ut capeſſerent arma? & quorum effigies pro ſignis & aquilis ſectati eſſent, duces principeſq; adſumerent? *Itaque Tiberius, inſtauratis criminibus adverſus Neronem & Agrippinam, &*

NOTÆ.

pœnitentia ſenis. Poſſet elici: *dandumque Germanicis, interſtitium* (ſive placet *ſpatium*) *pœnitentia ſenis.*

Suadebat iſte, ſaltem vel Germanicorum memoriæ magnæ (Druſi avi, & filii, qui pater aut maritus horum) Germanicorum, inquam, memoriæ hoc largiendum, ut ſpatium eſſet pœnitentiæ ſenis.

Poſſe enim illum ad bonam mentem redire, ſi tempus medium eſſet, nec juſſio ejus ſtatim patraretur. Sane aliquid de Germanicis fuit: etſi locus fortaſſe non plenus. *Rhenanus.*

Dandumque interſtitium.] Scripſit Tacitus; *Dandumque Germanico interſtitium pœnitentia ſenis.* Hoc Germanico, optimo principi, debemus, ut priuſquam atrocius quid in ejus conjugem Agrippinam, in filium Neronem ſtatuamus, relinquamus interſtitium pœnitentiæ moroſi & nimium præcipitis ſenis Tiberii.

Lipſius malebat; *Germanicis.* Contra Taciti morem. Tiberius ann 3. *Id ſolum Germanico ſupra leges praſtiterimus, quod in curia potius, quam in foro, apud ſenatum, quam apud judices, de morte ejus anquiritur.* Boxhorn.

1. *Sententia.*] Sic fingebant illi, cum nondum ſatis compertum eſſet in vulgus, quid actum, quid dictum in ſenatu eſſet à Patribus, talia fingebant, exercebantque ingenia pro libidine, ſed tamen in exitium eorum quos ſalvos vellent, uſque adeo levis eſt mortalium prudentia.. tanta libido exercendi linguam, vel ſtilum adverſus imperitantes.

2. *Et quorum imagines pro vexillis ſecuti forent.*] Obiter adnotabo locum iſtum allatum fuiſſe à Lipſio ſupra lib. 2. 83. ubi agitur de honoribus Germanico poſt mortem decretis: inter quos equeſter ordo inſtituit, uti turmæ idibus Iuliis imaginem ejus ſequerentur. allatus inquam hic locus libri 5. tamquam ex lib. 6. quod corrigendum.

Et ex eo iſto loco lib. 5. inferebat Lipſius Equites Rom. idibus Iuliis, in tranſvectione, imaginem Germanici pro vexillo ſecutos. ut nempe populus

probris, increpitaque per edictum plebe, questus apud patres, *quod fraude unius senatoris imperatoria majestas elusa publice foret*, [1] *integra tamen sibi cuncta* postulavit: nec ultra deliberatum, quo minus non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, sed *paratos ad ultionem* [2] *vi principis im-*

INTERPRETATIO.

incusato per edictum populo, cum expostulasset apud senatum, quod dolo unius senatoris majestas principis frustrata palam esset; *ex integro rem referri flagitavit: nec ultra dubitatum, quin non quidem ultima statuerent, id enim prohibitum*, sed promptos ad

NOTÆ.

hic sequitur imagines Agrippinæ & Neronis pro vexillis.

Quod tamen non serio dictum Tacito, sed relatum tamquam criminante Sejano, quod crimen falsum, ut cætera alia Sejani. nec sequebatur populus tales imagines pro vexillis, sed tantum ut instaurarent decus Cæsarum, & salutem domus Germanici procurarent adferentque, festis etiam in ipsum Tiberium ominibus.

1. *Integra tamen sibi cuncta postulavit.*] Vertit Harlæus, quasi Tiberius postulasset, ut ad se res integra & injudicata remitteretur. Imo relinquit permittitque rem arbitrio Patrum & postulat judicium illorum tamquam in re nondum agitata, & quasi nondum disceptata in senatu esset.

Et certe auditis his literis Tiberii, non amplius dubitavere Patres, quin decernerent, non quidem extremum supplicium, hoc enim vetabatur iisdem literis, sed se paratos ad omnem ultionem, quam vellet princeps, profiterentur, & simul decrevere, ut relegarentur clauderenturque insulis Agrippina & Nero.

Quod & factum statim; ut olim sub Augusto eadem pœna damnarant Iulias filiam ac neptem Augusti, & Postumum Cæsarem. Nullum quippe scelus sine exemplo admittitur.

2. *Vi principis impediri testarentur.*] Malum tuum, Corneli fatum! Non paginæ aliquot, sed libri hic perierunt, quibus gesta fere triennii continebantur, de Agrippinæ liberorumque ejus exitu, de Sejani spe conatuque, de ejusdem cum agmine amicorum strage, de Liviæ flagitiis & morte. ad summam, flos quasi historiæ tuæ. *Lipsius.*

Vi principis impediri testarentur.] Desiderantur reliqua actorum hujus anni, in queis, quemadmodum Agrippina in insulam Pandatariam relegata sit, Nero in Pontiam, ubi uterque eorum interfectus est jussu Tiberii. Auctor Sueton. in Caligula.

Desiderantur & acta insequentis anni, quo M. Vinicius, L. Cassius Coss. fuerunt; quorum uterque postea Tiberii progener fuit, ut postea dicetur. Tum ut Sejanus eo usque creverit, ut Tiberius vulgo insulæ præfectus, Sejanus pro imperatore haberetur: quem jam Tiberius metuens, neque aperte adoriri ausus, consulem secum designavit; & ad senatum scribens, Sejanum suum, suarum curarum participem, nominabat.

Iniit consulatum Tiberius absens, Cal. Ianuarii, sine collega. Sejanus autem collega, ab eo adscitus, Calend. Febr. in urbem venit, consulatumque auspicatus est. Consules una fuere ad idus Majas. Toto illo tempore Sejanus non consulatus, sed imperii collega habebatur.

Idibus Maii, suffecti in eorum locum C. Memmius Regulus, Fulcinius Trio. Hic ex Sejani clientela; ille non tam à Sejano alienus, quam ambiguus fidei, & privatis utilitatibus officium metiens.

Tiberius interea explorandis senatus in Sejanum animis, per epistolas modo eum laudibus tollere; interdum oblique perstringere: nonnunquam de eo contemptim loqui: & ut advertit eas res

pediri 1 testarentur. 2 Quatuor & quadraginta orationes super ea re habi- 6

INTERPRETATIO.

vindictam; potestate Cæsaris se retineri profiterentur. *Orationes quatuor & quadraginta*

NOTÆ.

quibus Sejani potentia minueretur, non aversis animis accipi, jamque plerosque reperiri, qui nutarent, confidentior factus, nonnullos è cultoribus ejus adflixit: quosdam quibus ille infensus erat, ornavit.

Varie inter ea Sejani animus inter spem, & metum fluctuabat. nam & tam alte subvectus, ut paulum deesse videretur ad summum, non minus se Tiberio, quam Tiberium sibi metuendum esse ducebat: & fato nunquam securæ potentiæ, per scelera quæsitæ, terrebat simul timebatque.

Nec minus suspensa civitas Sejano, neque tanto, ut prius, studio colere, neque tamen aperte ab eo desciscere audebat: infixa penitus in plerisque omnibus opinione, nihil sincerum esse Tiberii: nunquam voluntatem ipsius ita perspici posse, ut non immineret periculum, si qui præpropere obtemperassent. Multis jam exitiosum fuisse, quod de voluntate ipsius ac sententia, ex vultu ac verbis judicassent. *Muretus.*

1. *Testarentur.*] Vertit interpres Gall. quasi responderent principi, quod falsum de senatoribus. postquam retulisset consul, consensus patrum, seu senatusconsultum mittebatur Cæsari, à consulibus nempe.

Et tum cum testarentur in senatu se paratos ad ultionem, nondum respondebant Cæsari, sed consuli. nempe interroganti quid censerent, priusquam nuntiaretur constitutio illa quæcumque fuerit Tiberio. Quantum patet ex Sueton. Agrippina Neroque in insulas translati sunt lecticis obditis.

2. *Quatuor & quadraginta orationes.*] Quæ præeunt, gesta sunt Fusio & Rubellio coss. initio anni: hæc autem C. Memmio Regulo & Fulcinio Trione. ita intercideruut acta pleraq; anni DCCLXXXII. Acta omnia anni sequentis, quo Coss. M. Vinicius & L. Cassius Item hujus anni, quo ex Kal. Maij suffecti Tiberio & Sejano consules Regulus & Trio. *Lipsius.*

Quatuor & quadraginta orationes.] Id pertinere possit ad ea quæ præcedunt, nempe ita ut testarentur Patres se paratos ulcisci principem, non quidem, ut extrema, id est mortem statuerent, (id enim vetabat Tiberius, non amore nepotum, sed metu populi militumque.) testabantur autem Patres se paratos ad ultionem per illas orationes 44. quas in senatu habuerunt, & quibus sententiam promebant de re relata adversus Agrippinam & Neronem.

Ex quibus orationibus paucæ ob metum Cæsarum statim suppressæ, plures adsuetudine & adulatione in Tiberium & Sejanum editæ & vulgatæ sunt, ut conjicio. Constituere autem Patres quod habetur apud Suet. Tib. 53. *Novissime calumniatus* (Agrippinam) *modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandateriam relegavit, conviciantique oculum per centurionem excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto infulciri cibum jussit* &c.

De Nerone & Druso filiis ipsius, sic Sueton. 54. *Accusavit per literas, amarissime congestis etiam probris & judicatos hostes fame necavit, Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte palatij* &c. & infra 64. *Nepotes nunquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco movit; prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere.*

tæ, ex quis ob metum paucæ, plures adſuetudine,* 1 *mihi pudorem aut Sejano invidiam allaturum cenſui. . . . . verſa eſt fortuna*, 2 *& ille quidem qui collegam & generum adſciverat, ſibi ignoſcit. cæteri quem per dedecora fovere, cum ſcelere inſectantur.* * *miſerius ſit* 3 *ob amicitiam accuſari, an amicum accuſare haud diſcreverim.* * *non crudelitatem, non clementiam cujuſquam experiar, ſed liber & mihi ipſi probatus antibo periculum. Vos obteſtor,*

INTERPRETATIO.

ſuper eo negotio pronunciata, ex quibus ob formidinem pauca ſuppreſſa plurima pro more vulgata ſunt. * Ego mihi dedecus aut Sejano amico odium importaturum exiſtimavi, nunc vero cum mutata eſt fortuna, & ille quidem ſibi parcit, qui conſortem imperii Sejanum generumq; adſumpſerat. alii non ſine ſcelere invehuntur in eum ipſum quem per flagitia coluere ac celebravere, nec certe facile intellectu, an calamitoſius ſit deferri propter amicitiam, an amicũ deferre. Ego non ſævitiã, non indulgentiã cujuſquã explorabo, ſed liber & mihi ipſi acceptus antevertam diſcrimẽ. Rogo vos ne memoriã

NOTÆ.

1. *Mihi pudorem, aut*] Ἀποσπασμάτιον ex oratione cujuſpiam damnandi ob Sejanum, uti & ſequens membrum.

2. *Et ille quidem qui collegam.*] Id quoque à M. Terentio ob amicitiam Sejani reo, dum ſe deffenderet, Tiberio exprobratum, infra l. 6. *Inſidiæ in rempub. conſilia cædis adverſum imperatorem, puniantur. de amicitia & officiis, idem finis & te Cæſar, & nos abſolverit.*

Liberius adhuc Gætulicus ſuperioris Germaniæ legatus, Tiberio in eamdem ſententiam ſcripſit, eodem lib. 6. *Adfinitatem ſibi cum Sejano haud ſponte, ſed conſilio Tiberii cœptam: perinde ſe, quam Tiberium falli potuiſſe, neque errorem eumdem, illi ſine fraude, aliis exitio habendum.*

3. *Ob amicitiam accuſari, an amicum accuſare.*] *Accuſare amicum* eſt facere, quod illi, qui, quem per dedecora foverant, nunc inſectabantur: quod faciebat Satrius Secundus, ex emiſſario & ſatellite Sejani, conjurationis index. Hi, modo ſic ſubterfugerent Tiberium ſævientem, neque ab ſeſe, neque à vulgo pro *miſeris* habebantur Ut quivis improbi, quamdiu pœnam evitant.

At hic noſter cum philoſophis *miſerum* cenſet & felix ſcelus: ac perinde *miſeros* dicit, qui prodendo fidem & ejurando amicum ſe ſe tutantur, & qui, quod non inficientur amicitiam, in periculo verſantur.

Scilicet ut, cum utrimque miſerum ſit; hinc quia turpitudo adeſt, inde quia fulmen damnationis imminet, oſtendat, juſtius ſe conſilium cepiſſe, forti, ut illi putabant, exitu hoc anceps evadendi.

Ob amicitiam.] Forte ob ſolam amicitiam Sejani iſte quicunque ſit, accuſabatur nullius mali conſilii particeps, forte ſciens conjurationis, non tamen ſocius aut particeps, attamen reus majeſtatis, quod non aperuiſſet ea conſilia principi, quod amicum ſuum non accuſaſſet.

Qui ita reus tamen ut ſponte moreretur quod patet his verbis *Non crudelitatem, non clementiam cujuſquam experiar.* Ita reus ut forte nec accuſari, nec damnari jure poſſet. moritur forte ſola amicitia Sejani perculſus, ſola iſta amicitia reus, nullo alio crimine.

Quod conjicitur ex iis quæ infra. *Neque Cæſar ullis criminibus aut probris defunctum inſectatus eſt, cum in Blaſum &c. incuſaviſſet*, qui avunculus Sejani, & qui haud dubie ſceleri & conjurationi proximus, non tantum amicitia aut propinquitate Sejani reus & qui ſe pariter occiderat, ut conjicere eſt. Vide rem ſimilem apud Curtium ubi de Philota. & in noſtra hiſtoria Gall. de illuſtriſſimo Thuano, ſub Ludovico XIII.

[1] *ne memoriam nostri per mœrorem quam læti retineatis, adjiciendo me quoque*
iis, qui sine egregio publica mala effugerunt. Tunc [2] singulos ut cuique ad- 7
sistere, adloqui animus erat, retinens aut dimittens partem diei absumpsit,
multoque adhuc cœtu, & cunctis intrepidum vultum ejus spectantibus,
cum superesse tempus novissimis crederent, gladio quem sinu abdiderat
incubuit. Neque Cæsar ullis criminibus aut probris defunctum insecta-
tus est, [3] cum in Blæsum multa fœdaque incusavisset. Relatum inde de P. 8
Vitellio & Pomponio Secundo. illum indices arguebant, [4] *claustra æra-*
rii cui præfectus erat, & militarem pecuniam rebus novis obtulisse: huic à
Considio prætura functo objectabatur *Ælii Galli amicitia, qui punito Se-*
jano, in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset. neque
aliud periclitantibus auxilii, quam [5] in fratrum constantia fuit, qui vades

INTERPRETATIO.

nostri per tristitiam potius, *quam per gaudium conservetis, me etiam iis adjungentes, qui honesto exitu, publicis calamitatibus sese ipsi exemere. Tunc unumquemque vel remanere, vel valere jubens, prout ipsi præsto esse, aut eum affari cupido erat, sic partem diei impendit, & frequenti adhuc conventu, & cunctis interritam faciem ejus cernentibus, cum nondum adesse tempus mortis existimarent, ferro quod sinu occultarat se transfodit. Neque Tiberius ullis criminationibus aut contumeliis mortuum incessit, cum tamen Blæso plurima turpiaque objectavisset. Actum postea de P. Vitellio, & Pomponio secundo; Vitellium delatores incusabant claves ærarii, cui impositus erat, & opes militi destinatas novis consiliis exhibuisse: Pomponio objiciebat Considius qui præturam obierat, familiaritatem Ælii Galli, qui damnato Sejano fugisset in hortos Pomponii, velut ad tutissimum præsidium; neque aliud perfugium eo discri*mine, *quam in firmitudine fratrum fuit, qui vades fuere. Postea variis dila-*

NOTÆ.

1. *Ne memoriam nostri per mœrorem quam læti retineatis.*] Sup. *magis*, id est, ne recordatio mei & mortis hujus vos magis contristet, quam lætificet, ut mortem meam malitis plausu, quam planctu prosequi, ut malitis eam laudare, quam lugere. Vide Senecam ad Marciam cap. 2. & 3. *Octavia Marcelli memoriam retinuit per mœrorem: Livia Drusi, post primum illum doloris impetum, læta.*

2. *Singulos ut cuique adsistere.*] *Adsistere* hic est, genus officii, quod si decubuisset ille magnanimus, fuisset, *adsidere.*

Qui venerant, ut adsisterent, ut ei præsto essent, ut præsentiam commodarent tanti viri supremis; eos retinebat; iis vultu, nutu, verbis significabat gratum sibi esse, quod adessent.

Qui vero, ut brevi alloquio, sive ob id ipsum, quod agebatur, sive ob aliud negotium, potiti discederent; eos enim responso sedate placideque, nihil turbatus dimittebat. *Gronovius.*

3. *Cum in Blæsum.*] Recte sic apud Livium lib. 27,1. *Ipse in Fulvii similitudinem nominis increpans:* & lib. 30.20. *In se quoque ac suum ipsius caput exsecratum.*

4. *Claustra ærarii.*] Puto hic agi tantum de ærario militari, quod explicat Tac per *militarem pecuniam*, nec enim utrique ærario simul idem præfectus fuisset, nempe ærario populi, & militari.

5. *In fratrum constantia.*] Suetonius ita narrat, ut de uno fratre modò dicat. *Publius*, inquit, *post præturæ honorem,*

exstitere. mox crebris prolationibus spem ac metum juxta 1 gravatus Vitellius, petito 2 per speciem studiorum scalpro, levem ictum venis intulit vitamque ægritudine animi finivit. At Pomponius multa morum elegantia, & ingenio inlustri, dum adversam fortunam æquus tolerat,
9 Tiberio superstes fuit. Placitum posthac *ut* 3 *in reliquos Sejani liberos adverteretur*; vanescente quamquam plebis ira, ac plerisque per priora supplicia lenitis. igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelli-

INTERPRETATIO.

tionibus spem formidinemque juxta pertæsus Vitellius, postulato, prætextu studiorum, scalpro, modicum vulnus venis inflixit, & confectus tædio mortem obiit. Sed Pomponius plurima suavitate morum, & ingenio celebri, dum fortunam improsperam æquo animo sustinet, Tiberio supervixit. Decretum deinde ut in ceteram Sejani sobolem animadverteretur, quamvis senescente jam indignatione vulgi, & multis per prima supplicia placatis. Itaque rapiuntur in custodiam, filius impendentium malorum:

NOTÆ.

inter Sejani conscios arreptus, & fratri in custodiam datus, scalpro librario venas incidit & obligari se passus, in eadem custodia, morbo periit. Gronovius.

Sic Tacitus, quia Publius fratri in custodiam datus, sicque fratrum mutua constantia fuit, vel quia habuit plures fratres qui forte omnes pro salute illius prædes & deprecatores, licet uni præcipue traditus sit. Videtur innuere Tac. Pomponium etiam traditum fratri *neque alıud periclitantibus*, nempe Vitellio & Pomponio *auxilii quam in fratrum* suorum *constantia*.

1. *Gravatus Vitellius.*] Quam à se ipso mutatus vir ille qui post Pisonem inimicum Germanici & interfectorem accusatum condemnatumque, ac *post prætura honorem* ex ea pietate obtentum, *inter Sejani conscios arreptus & in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione obligari, curarique se passus, in eadem custodia morbo periit.* Sueton.

2. *Per speciem studiorum.*] Doctus enim fuit, & scripta reliquit. Tertullianus de anima: *In Vitellij commentariis conditum est.*

Scalpro.] Scalprum instrumenti ferrei nomen est, quo plures artifices utuntur, ut *scalpra sutoria* Horatio. & Cor. Celsus inter instrumenta chirurgica scalprum ponit. Hic putarim accipi pro eo instrumento, quo studiosi pennas acuunt, aut aptant.

3. *In reliquos.*] An liberi aliqui Sejani jam puniti erant? suspicari audeam per τὸ *reliquos*, debere intelligi liberos qui superstites essent patri, seu casui & exitio illius. & Apicata uxor Sejani ordinem sceleris seu veneni Druso propinati tum tantum aperuit, cum trahi filios suos ad supplicium vidisset, quod semel ut puto, peractum est.

Et cum addit Tacitus: *portantur in carcerem filius* &c. *puella adeo nescia* quasi de unico filio, & unica puella videtur intelligere, quæ destinata quondam filio Claudii uxor. Ante annos octo ejecta domo Sejani Apicata, sicque illi liberi nondum pubertatem ingressi erant, filius grandior, prætextatus tamen.

Hanc suppliciorum stragem refert Sueton. Tib. 61. *Viginti uno die abjecti tractique sunt, inter eos pueri & fœminæ. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset, virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulatæ.* quod uno loco & semel memoravit Suetonius. semel & Dio, qui non id reticuissent, si bis in Sejani liberos sævitum esset.

gens; [1] puella adeo nescia, ut crebro interrogaret, *quod ob delictum, & quo traheretur? neque facturam ultra; & posse se puerili verbere moneri.* Tradunt temporis ejus auctores, *quia* [2] *triumvirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum juxta compressam: exin oblisis faucibus, id ætatis* [3] *corpora in Gemonias abjecta.* Per idem tempus Asia atque

INTERPRETATIO.

gnarus; filia adeo inscia, ut identidem quæreret, quam ob culpam & quo raperetur? Neque se commissuram amplius, & posse se puerili flagro corripi. *Memorant ejus ævi scriptores*, quia more tradito nefas erat, puellam per triumviros capitales interfici, prius vitiatam esse à tortore, prope laqueum; dein strangulatam, & ejus ætatis cadavera in Gemonias projecta. *Eadem tempestate Asia & Achaja perturbata sunt rumore*

NOTÆ.

1. *Puella adeò nescia.*] Illa ipsa quæ sponsa Claudii filio, ut hic notat Dio. *Lipsius.*

2. *Triumvirali supplicio affici virginem.*] Triumviri, qui aliàs judices capitales, prorsus iidem Romæ qui Undecimviri Athenis. Munus eorum præesse carceri, punire damnatos: itemque cognoscere de furtis admissisque servorum aut ejus modi viliorum capitum ad Mæniam columnam.

Quod idem in Atheniensibus fuisse disco ex Suida. *Vndecimviri Athenis sunt magistratus qui curam habent eorum qui damnati sunt, in carcere, ad quos ducebantur fures & plagiarii.* Nec ambigo quin Romanis exemplum inde.

Sed cur, ait, inauditum virginem affici triumvirali supplicio, id est laqueo? id quidem ita ceperim, quasi non simpliciter virginem dixerit, sed impubem investemque. Lex enim non tam virginitati ignotum cautumque voluit, quam ætati. Ita nec pueros interfici fas, nisi toga sumpta, & relatos in viros.

Hinc apud Dionem scriptum, à Triumviris in proscriptione jussum puerum quemdam togam virilem sumere, ut scilicet jure posset interfici, lib. XLVII. *Ob id alia plurima præter leges patrata facinora sunt. ita ut etiam puer quidam in ephebos adscriptus sit, ut quasi viris accensitus interfici jure posset.* Apulejus 21. Apol. de puero præcoci malitia. *Hoc magis noxius, quod cum venia perniciosus est: & nondum pœna, jam injuria sufficit.* Quam causam & hic subesse arbitror, ut compressa devirginataque, mulier videretur & plena annis. *Lipsius.*

Puto tamen id tributum innocentiæ, & pudori sequioris sexus, ut puella immatura viro non strangularetur, idque ita intelligendum de virgine nempe, quæ necessitate naturæ, & ætatis talis esset; & quæ sic nondum malitiæ, vel crimini, ita neque pœnæ matura videbatur.

Triumvirali supplicio.] Triumvirale supplicium, quo reus in carcere afficeretur, ideo Cornelius dicit, quod Romæ tres viri capitales essent, qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.

Duumviri capitales Tullo Hostilio regnante sunt creati propter occisam ab Horatio victore Curiatiorum, sororem, postea uno addito, *Triumviri* nuncupati. Horum mentionem facit Sallustius in conjur. Catil & Tacit. in vita Agric.

Animadvertendi in facinorosos talis ratio habebatur, ut primum ad Triumviros capitales crimina deferrentur, qui ad prætorem delata referebant. Prætor vero consilium cogebat, & decretum consilii exsequebatur. Valer. 5, 4. 7. *Lupanus.*

3. *Corpora in Gemonias abjecta.*] Sub Tiberio, inquit Suetonius, *nemo punitorum non est in Gemonias abjectus, uncoque*

Achaja exterritæ ſunt, acri magis quam diuturno rumore, 4 *Druſum Germanici filium apud Cycladas inſulas, mox in continenti viſum.* & erat juvenis haud diſpari ætate, quibuſdam Cæſaris libertis, 5 velut agnitus, per dolumque comitantibus. Alliciebantur ignari, fama nominis, & promptis Græcorum animis ad nova & mira: *quippe lapſum cuſtodia pergere ad paternos exercitus, Ægyptum aut Syriam invaſurum.* fingebant ſimul, credebantque. jam juventutis concurſu, jam publicis ſtudiis frequentabatur, lætus præſentibus, 3 & inanium ſpe: cum auditum id Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum intentus, 4 Achajam quoque curabat. Igitur quo vera ſeu falſa anteiret, 5 Toronæum Thermæumque ſinum præfeſtinans, mox

INTERPRETATIO.

vehementi magis, quam diuturno, conſpectum Druſum Germanico genitum apud Cycladas inſulas, poſthac in continenti. & erat adoleſcens fere ejuſdem ætatis, cui nonnulli liberti principis, quaſi agnoviſſent, per fraudem ſe comites adjunxerant. Adfluebant imperiti, illecti fama nominis, & pronis Græcorum ingeniis ad res novas & inſolitas: etenim vinclis exſolutum, ſe conferre ad paternas legiones, occupaturum Ægyptum, aut Syriam, fingebant ipſi credebantque. jamque adfluente juventute, jam vulgi favore celebrabatur, ſucceſſu præſentium, & ſpe vana elatus, cum id nuntiatum eſt Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum invigilans, etiam Achajæ præerat. Itaq; ut vera, ſive vana præverteret, Toronæum, & Thermæum ſinum propere prætervectus

NOTÆ.

tractus. Necatum enim in carcere, magnis uncis in forum carnifices, ac inde in profluentem trahebant (*ait Dio*) ſive capite abſciſſo truncum rei corpus, ſive ſtrangulatus laqueo reus fuiſſet.

Legimus autem & intelligimus ubique *Gemonias ſcalas*, in quibus corpora punitorum populus intueretur. Sed & Plin. 8, 40. *Gemonios gradus* ait, in eos cadaver projici & abjici dictum, quod ibi per paucos dies viſum, in Tiberim abjiciebatur, cujus in ripa Gemoniæ eſſent.

1. *Druſum Germanici filium.*] Quem Tiberius in abdita palatii parte, fame poſtea enecavit, ut paulo poſt dicetur: tum autem in cuſtodia habebatur.

2. *Velut agnitus.*] Illum comitabantur liberti in ſpeciem, quaſi eum agnoſcerent, tamquam filium Germanici eum ipſi adprobarent, ſed revera ut eum dolo proderent, fama hæc erat quæ ſæpe inanis. talia *fingebant* & *credebant.*

3. *Et inanium ſpe.*] Nihil mutandum. Ille creditus Druſus, Germanici filius, imperium principatumque, agitabat animo, quæ nunquam conſecuturus erat, & ſic *inania* ſperabat. Vide hiſtoriam Libonis Annal. 11. ubi eum *facilem inanibus* vocat Tacitus: idem eſt, ac ſi diceres, facilem ad ſperanda *inania*, quæ, ſcilicet, nunquam ſit impetraturus.

Speraverat Libo habiturum aliquando ſe opes, quîs viam Appiam, *reginam*, ut ille loquitur, *viarum*, pecunia Brundiſium uſque operiret. Vana ſeu *inania* illa vocat Tacitus, non quod vanæ eſſent tantæ opes, aut inter inania habendæ, ſed quod fruſtra à Libone ſperarentur. *Boxhorn.*

4. *Achajam quoque curabat.*] Ex decreto illo, lib. 1. quo *Achajam & Macedoniam onera deprecantes levari proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit.*

5. *Toronæum Thermæumque ſinum.*] Quorum ille ad Toronem Macedoniæ urbem; hic juxta Macedoniam Axii fluvii receptor.

Toronæum.] Toronaicus ſinus Mace-

Eubœam,

Eubœam [1] Ægæi maris insulam, & [2] Piræeum [3] Atticæ oræ, dein [4] Corinthiense litus, angustiasque [5] Isthmi evadit, [6] marique alio [7] Nicopolim Romanam coloniam ingressus, [8] ibi demum cognoscit, [9] sollertius

INTERPRETATIO

dein Eubœam insulam maris Ægæi, fretumque Isthmi penetrat, & cum alio aquore adpulisset Nicopolim coloniam Romanam, illic tandem comperit, callidius interro-

NOTÆ.

doniæ provinciæ ad mare Ægæum. Hodie *Ajemama*, in tractu *Emboli* Macedoniæ provinciæ, sub Turcico imperio Europæo.

Thermaumque.] Thermaicus sinus Macedoniæ provinciæ ad mare Ægæum. hodie *Salenichi*, ad Archipelagum in Macedonia hodierna, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

1. *Ægai maris.*] Ægæum mare *Arsipelago* mare Mediterran. inter Asiam proprie dictam & Macedoniam ac Græciam, ab Æge scopulo, inter Tenedum & Chium, teste Plinio, dictum; in quo insulæ multæ Cyclades & Sporades.

Ægaique.] Ægæum mare, pars maris Mediterranei inter Græciam, & Asiam minorem peninsulas, &c. Hodie *Archipel* vel *Archipelague*, inter Romeliam regionem, & Natoliam peninsulam, in Turcico imperio Europæo & Asiatico. *Tillemonius.*

2. *Piraeum.*] Piræeus, portus Atheniensium ab Athenis 40. stad. distans, *Porto-Lion* Soph. & *Porto di Sethines*, inter Schœnuntem portum, & Sunium promontorium.

Pyraeum.] Pyræus, portus Athenarum urbis, in Attica regione minore Achaiæ provinciæ. hodie *Porto-Liono*, urbis *Atine* portus, in Achaia, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

3. *Attica ora.*] Attica, regio minor Achaïæ provinciæ, ad mare Ægæum, in Græcia. hodie pars orientalis *Achaia*, seu *Livadia* provinciæ ad Archipelagum, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

4. *Corinthiense.*] Pars orientalis Corinthiacæ regionis minoris ad mare Ægæum, in Peloponneso. hodie pars orientalior *Clarenza* tractus, in Morea provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

5. *Isthmi.*] Isthmus Peloponnesi qui & Corinthiacus, quo Peloponnesus reliquæ Græciæ connectitur 40. stad. inter Sinum Corinthiacum & Saronicum patet, quem Nero frustra effodere tentavit.

Isthmi.] Isthmus Corinthiacus, pars est septentrionalis Corinthiacæ regionis minoris, in Peloponneso provincia Græciæ, & inter Corinthiacum & Saronicum sinus. hodie vocatur *Hexamile*, est forsan Clarenzæ tractus, in Morea provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

6. *Marique alio.*] Intelligit mare Jonium. Vide notas lib. 2. cap. 53.

7. *Nicopolim.*] Nicopolis, urbs Cassiopæorum populorum ad mare Jonium, in Epiro provincia Græciæ. hodie *Prevesza*, urbs tractus Lartæ, in Epiro provincia Turcici imperii Europæi. *Tillemonius.*

8. *Ibi demum cognoscit.*] Vertit interpres Gall. quasi Sabinus juvenem ibi attigisset, illumque interrogasset, accepissetque ex ejus ipsius ore, ipsum *M. Silani genitum*, &c. Quasi vero Sabinus deprehensum illum conscendere navem & petere Italiam permisisset, quasi vero non eum statim in vinculis habuisset, quem per tot maria investigarat, quasi vero non eum ipse vinctum Cæsari misisset?

Mens Taciti est, Sabinum, cum Nicopolim venisset, reperisse solertius interrogarum esse juvenem, non publice tamen, ut puto, aut à magistratibus, sed à conscììs se se amicos fingentibus, & dixisse se M.

interrogatum, *quisnam foret*, dixisse, [1] *M. Silano genitum*: & multis sectatorum dilapsis ascendisse navem, tamquam Italiam peteret. scripsitque hæc Tiberio. [2] neque nos originem finemve ejus rei ultra comperimus.
11 Exitu anni diu aucta discordia consulum erupit. Nam Trio facilis capessendis inimicitiis, & [4] foro exercitus, *ut segnem Regulum ad opprimendos Sejani ministros* oblique perstrinxerat. ille nisi lacesseretur modestiæ retinens, non modo retudit collegam: sed *ut noxium* [5] *conjura-*

INTERPRETATIO.

gatum Pseudo-Drusum, quisnam esset, *respondisse*, se M. Silani filium esse: *& multis, qui eum frequentarant, abscedentibus, mare conscendisse, quasi in Italiam se conferret. & ea nuntiavit Tiberio. Neque nos initium, aut exitum hujus rei ultra cognovimus. Fine anni pridem adulta consulum dissensio prorupit. Quippe Trio promptus suscipiendis odiis, & usu forensi expertus, oblique arguerat* Regulum tamquam lentum ad subvertendos Sejani fautores. *Regulus vero nisi irritaretur, in lenitatem pronus, tum non solum repulit collegam: sed eum ut* participem no-

NOTÆ.

Silani filium, & se conferre in Italiam. sive id verum, sive id falsum esset, hoc scripsit Tiberio Poppæus. neque ultra rem investigavit Tacitus.

1. *Sollertius interrogatum quisnam foret, dixisse.*] Falsum est quod addunt de suo, juvenem hunc, audito adventu Sabini, desertum esse à sectatoribus, & *ascendisse navem*. hoc non dicit Tacitus. Clarus sensus est, Sabinum Nicopoli demum cognovisse, quod falsus ille Drusus, diligenter interrogatus, quisnam foret, dixerat, se M. Silano genitum: & quod multis sectatorum dilapsis, ascenderat navem, tanquam Italiam petiturus. scripsit ergo hæc Tiberio Sabinus.

Ut puto, falsum dicebat ille juvenis, cum diceret se M. Silano genitum. Sed tamen verum erat, id solertius interrogatum dixisse. sic tamen convincebatur, & fatebatur ipse, non esse se verum Drusum.

Quicquid sit de origine ejus Silana, tamen constat nomen illud Silani fuisse aptissimum turbandis rebus, ob nobilitatem & affinitatem Silanorum cum stirpe Augustæa.

2. *Silano genitum.*] Cujus gener fuit Caligula.

3. *Neque nos.*] At repererunt Zonaras & Dio, qui missum eum ad Tiberium tradiderunt, Caligulæ nuptias Antii celebrantem. *Lipsius.*

4. *Foro exercitus.*] De quo supra lib. 2. 27. hic index & delator Libonis, nobilissimum juvenem subvertit *Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, avidumque famæ malæ. Statim corripit reum, adit consules* &c.

Fori experentia illa dicitur in Dial. de Orat. *Lucrosa hujus & sanguinantis eloquentiæ usus recens, & malis moribus natus, atque* &c. *in locum teli repertus.*

Exercitus.] Quantum distet forensi facundia turbaque exercitus orator, à viro inexercitato & inexperto, quamvis diserto, patet ex Dial. de Orat *Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam suam opposuit? qui accinctus & minax disertam quidem, sed inexercitatam, & ejusmodi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit*

5. *Conjurationis.*] Nempe quam Sejanus ejusque ministri moliti erant adversus principem, qua scilicet invadere imperium, & occidere Tiberium Capreis latitantem, cum nepote ejus, & reliqua prole Germanici parabant.

tionis ad disquisitionem trahebat. Multisque patrum orantibus, ponerent odia in perniciem itura, mansere infensi ac minitantes, donec magistratu abirent.

INTERPRETATIO.

vissimi consilii *in judicium rapiebat. plurimisque Patrum eos rogantibus, ut emitterent inimicitias quæ in mutuum exitium evadere possent, perstitere infensi animis vultuque minaces, donec consulatu exirent.*

NOTÆ:

6. *Ad disquisitionem.*] Nempe ad judicium & cognitionem Patrum eum trahebat. Exitium tunc ejus dilatum, qui tamen lib. 6. 38. sua manu petiisse videtur, nam; cum ingruentes accusatores sustinere non posset, *supremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertos Cæsaris composuit*, quod signum mori destinantis fuit.

FINIS.